ANTONII
SADEELIS VIRI
CLARISSIMI VEREQVE
THEOLOGI DE REBVS GRA-
uiſſimis controverſiis DISPVTATIONES
accuratæ THEOLOGICE ET SCHO-
LASTICE TRACTATAE.

Chandieu

Quarum Catalogum ſequens pagina demonſtrabit.

6 h

Pſal. 140. 9. & 145. 20.

Ne tradas, Iehoua, deſideria ſua impio: cogitationem eius ne perficias, ne exaltentur. Cuſtodit Iehoua omnes diligentes ſe, & omnes impios diſperdet.

Ex officina Thomæ Thomaſij Inclytæ Academiæ
Cantabrigienſis Typographi.
1584.

ANTONII SADEELIS VIRI CLARISSIMI VEREQVE THEOLOGI DE REBVS GRAuiſſimis controverſis DISPVTATIONES accuratæ THEOLOGICE ET SCHOLASTICE TRACTATÆ.

Quarum Catalo[illegible] demonſtrabit.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Pſal. 140.9. & 145.20.

Ne tradas, Iehoua, deſideria ſua impio: cogitationem eius ne perficias, ne extollantur. Cuſtodit Iehoua omnes diligentes ſe, & omnes impios diſperdit.

Ex officina Thomæ Thomaſij Inclytæ Academiæ
Cantabrigienſis Typographi.
1584.

9/-
3/11/35

CATALOGVS EORVM quæ in hoc libro continentur.

Meditationes in Pſal. 32. pag. 1.
De verbo Dei ſcripto aduerſus humanas traditiones. pag. 66.
De vnico Chriſti Sacerdotio & Sacrificio aduerſus commentitium Miſſæ Sacrificium. pag. 114.
De vera peccatorum remiſſione aduerſus humanas ſatisfactiones & commentitium Eccleſiæ Romanæ Purgatorium. pag. 208.
Sophiſmata F. Turriani, & reſponſionis ad eadem repetita, de Eccleſia & ordinationibus Miniſtrorum Eccleſiæ, pars prima pag. 280.
Item, pars ſecunda. pag. 474.
Index Elencticos Repetitionum Turriani, ex eius libro quem bipartitum inſcripſit, collectus. pag. 676.
Centum Floſculi Turrianicæ diſputationis ex vtroque eius libro decerpti, & in Ieſuitarum gratiam collecti. pag. 705.
De Legitima Vocatione Paſtorum Eccleſiæ Reformatæ aduerſus eos qui in hoc tantùm capite ſe ab Eccleſia reformata diſſentire profitentur. Ex libro de diſciplina Eccleſiaſtica. pag. 719.
Poſnanienſium Aſſertionum de Chriſti in terris Eccleſia, quænam & penes quos exiſtat, Analyſis & Refutatio. pag. 754.

MEDITATIONES IN PSALMVM XXXII.

P[illegible]
[illegible] peccatoribus [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
cogitationem [illegible]
confirmatur etiam ab ipſo Chriſto [illegible]
ſe vocat eos qui graui peccatorum [illegible]
fatigantur. Verum [illegible]
peccatis deditis, vt [illegible]
cent in ipſo peccato recta ſentiendo. Quod cum [illegible]
vt ſub onere tanto deficientes, [illegible]
potius in illo miſerrimo labore [illegible]
peccatis quotidie cumulantes, nouo ſemper [illegible]
imo peccati pondere opprimimur. [illegible]
tus eſt Dauid hoc Pſalmo quem tractandum ſuſcepimus [illegible]
exemplo propoſito docebit quonam ſentiendum [illegible]
nam modo ab humeris noſtris excutiendum ſit [illegible]
bis eſſe vera fide ac pœnitentia ad Dei miſericordiam [illegible]
ab ea peccatorum veniam impetremus. Ergo cum [illegible]
ricordiæ Dei & remiſſionis peccatorum ſe nobis offerat, [illegible]
eius vocem audientes, in hac excellenti atque adeo [illegible]
neceſſaria doctrina acquieſcamus. Hoc autem in Pſalmo [illegible]
tuis potiſſimum videtur partibus [illegible]
de remiſſione peccatorum, [illegible]
ve vel ipſam fœlicitatem in illa conſiſtere [illegible]
firmat præclaram iſtam ſententiam, non [illegible]
nibus, ſed ſuo ipſius exemplo, [illegible]
confeſſus, clam ipſe peccati [illegible]
quæ fuerint ipſius preces, quæ agnitio et confeſſio [illegible]
fuerit illius confeſſionis fructus, [illegible]
nam miſericordia conſecutus eſt. Poſtremo [illegible]
tus, vt ſuo exemplo confirmet, [illegible]
lutem adipiſcamur: ne [illegible]
iudicium in [illegible]

qui dum certa fide ſynceriſque animis peccatorum remiſſionem amplectuntur, habent vnde gaudeant & exultent in Deo, à cuius liberalitate tantum beneficium acceperunt. Summa eſt, primo loco poni ſententiam de remiſſione peccatorum. Secundo eius ſententiæ confirmationem adſcribi. Tertio cohortationes adiungi, vt rectè nobis vſum illius ſententiæ applicemus.

Epigraphe.

Atque vt ad illud quod primo loco ponitur accedamus, teſtatur ipſa Pſalmi inſcriptio hîc agi de re maximi momenti, & cuius cognitio nobis ſummopere neceſſaria eſt. Inſcribitur enim hic Pſalmus Maskil, id eſt, erudiens: quaſi dicat in hoc Pſalmo doctrinam diſcitu digniſſimam contineri, vt ita reddamur attentiores & diligentiores ad eam ediſcendam: quod etiam aliqui ex veteribus agnouerunt. Hoc autem vocabulum poſtea repetet in verſu 8. cùm apertè doctoris partes ſuſcipiet.

Quæ ſit vera ſcientia.

Et certè non ſine ratione doctrina de remiſſione peccatorum hîc appellatur ſcientia in qua erudiri debeamus, cùm ſatis conſtet (ſi modò rem ita vt decet expendamus) nullam omnino ſcientiam, quæcunque tandem ſit, cum hac noſtra eſſe comparandam.

Philoſophorum vanitas.

Veniant enim in medium veteres omnium Philoſophorum greges, ex quorum fontibus varios ſcientiarum riuulos eſſe diducendos doctiſſimi plerique cenſuerunt, & inde rerum omnium cognitionem hauriendam: cedò quot quantóſque labores ſuſceperunt in earum rerum indagatione quarum cognitionem aut nunquam ſunt adepti, aut certè ſi adepti ſunt, eam vanam eſſe atque inutilem ratio tandem & experientia comprobauit? Nimirum verum eſt quod aliquando fuit à Chryſoſtomo traditum, ſubtiles Philoſophorum diſputationes nihil aliud eſſe quàm tenues aranearum telas, quæ quidem ab aura leuiſſima ſtatim diſcerpuntur & euaneſcunt. vt enim ſcripta Philoſophorum prima fronte ſubtilia ac ſplendida videantur, attamen poſtquam diu multumque laborantes, ſurſum ac deorſum cogitationum leuitate volitarunt, quid tandem aliud quàm aranearum telas contexuerunt argutis diſputationibus, quibus leuiorum hominum ingenia poſſint irretire? Nonne de illis meritò dici poteſt, quod aliquando dicebat Auguſtinus, eorum argumenta eſſe vitrea, quæ lucent ſubtilitate & franguntur vanitate? Quis non miretur Philoſophos miſeros de fœlicitate, ignaros de ſcientia, mendaces de vero, improbos de virtute in ſuis libris tam acutè diſputantes? Sed quid illos accuſo quòd non potuerint aſſequi ratiocinando, quæ ſit vera virtus, quæ vera ſcientia, cùm ne ſuam quidem ignorantiam intellexerint, nec vnquam ſciuerint, quid ſit peccatum, vnde manârit, quantas tenebras offuderit hominum mentibus, & quanta in corruptione hominum natura verſetur? Hæc, inquam, adeò neſciuerunt, vt contrà exiſtimarint eam demum eſſe ſapientiam, ſi quis omnia in ſe poſita eſſe conſideret. Nihil ergo mirum ſi celebris hæc doctrina, de remiſſione peccatorum, fuerit iis incognita qui vim & effecta peccati, imò ipſum peccatum nunquam cognouerunt. Atq; dum ſemper quærerent, quid ſit bene beatéque viuere, nunquam illi bene nec beatè vixerunt. Cùm verò plurimæ ſint artes atque ſcientiæ quibus vita hominum continetur, poſſimus affirmare illas omnes ſcientias ad hanc noſtram, de qua agimus, nihil eſſe, atq; adeò, ſi ab ea ſeparentur, eſſe non tãtum inutiles, ſed etiam perniciosas. Et quemadmodum Auguſtinus dicere ſolebat, eſſe aliquam doctam ignorantiam, nos contrà dicere meritò poſſumus, quamlibet ſcientiam indoctam eſſe, ſi ab hac noſtra vera ſcientia fuerit ſeiuncta. Cùmque (vt ait Bernardus) multi ſcire velint, vt ſciantur: meminerimus eam demum veram eſſe ſcientiam, quæ nos efficiat non ſolùm doctiores, verumetiã meliores. Nam ſi Mathematicas diſciplinas conſideres, quæ in numerorum ſcientiâ, in diſpiciendo mũdi ordine, in cognoſcendo ſyderum curſu & in dimetiendis terræ partibus verſantur: Quorſum, obſecro, illa omnia, dum te intimum innumerabiles aculei cõfodiunt, & ipſe peccati ſenſus conuincit te & cœlo & terra indignum eſſe? Quid tibi ſyderum curſus, quid cœleſtium orbium cognitio profutura eſt, ſi te peccatum ad inferos vſque detruſerit? Quid te iuuabit ſanandorum corporum ſcientia, ſi tuus animus lethali morbo, id eſt, peccato laboret? Cur iactas iuriſprudentiam, cùm te accuſet conſcientia, teq; iniuſtiſſimum eſſe pronuntiet? Itaque dicendum eſt omnes diſciplinas fore nobis inutiles, niſi hęc ſancta de remiſſione peccatorũ ſcientia ſimul acceſſerit. Et quemadmodum ægris corporibus amara videntur ea quæ tamen natura dulciſſima ſunt, atque illis nihil ſuaue eſt, nihil iucundum, quamdiu morbo detinentur: ita nobis exiſtimandum eſt, nullam nos ex vllis rebus vtilitatem ac lætitiam poſſe percipere, donec veram animi valetudinem, id eſt, cognitionem fiduciamque de peccatorum remiſſione ſimus aſſecuti. Quod ne cui mirum videatur, intueamur Dauidem, qui partes doctoris ſuſcepit, vt nos in hac excellẽtiſſima doctrina erudiat, non tantùm verbis, ſed etiam exemplo. Quãtus enim fuit ille ſummus Dei vates? quot artibus inſtructus? quàm varia rerum cognitione imbutus? Ille tamen hic fatetur ſe nulla alia in re, quàm in hac de remiſſione peccatorum ſcientia vnquam acquieſcere potuiſſe. Audiamus etiam S. Dei Apoſtolum profitentem ſe nihil iam ſcire quàm Chriſtum pro ſe crucifixum, quæ vnica eſt remittendorum peccatorum ratio. Atque ex his omnibus concludamus, ſcientiam hanc quam Dauid traditurus eſt, longè eſſe cæteris omnibus anteponendam. Hanc pueri, fœminę, & cuiuſcunq; generis opifices, hãc agricolæ & quotquot ſunt literarum expertes, poſſunt ſine labore, ſine vigiliis, ſine ſumptu, vel horæ momento & cum ſumma animi delectatione perdiſcere. Atque vt id fiat, iam ipſa Dauidis verba attentè audiamus.

1. Cor. 2.

1. verſ. *Beatus ille eſt cui tranſgreſſio (ſua) remiſſa, & cuius peccatum tectum eſt.*

Prima pars Pſal.

HAnc de peccatorum remiſſione ſententiam proponit Dauid, cuius poſtea confirmationem ſubiiciet: Sed hic proponendi modus eſt *ἐπιφωνηματικός*. Nam videtur, ſi propius intuearis, continere exclamationẽ in quam Dauid erupit poſt multas ac varias cogitationes (libenter enim in eorum ſententiam diſceſſerim, qui Pſalmum hunc à Dauide compoſitum fuiſſe exiſtimant, cùm à Dei Spiritu perſuaſus eſt de adulterij & homicidij venia impetrata.) Ergo poſtquã diu multúmq; pugnauit aduerſus aculeos peccati quibus aſſiduè pungebatur, & tandem amplexus Dei miſericordiã, proſtratis peccati viribus, euaſit ſuperior: tum [illegible] tamento, cùm [illegible] peccata [illegible] exclamans, quàm, inquit, fœlices sunt ij, qui [illegible] de peccatorum remissione: quod perinde est ac si diceret, quàm [illegible] motum [illegible] est, quem Dominus ab acerbissimis peccati vinculis summa misericordia liberauit. Me antehac impuræ vitæ recordatio, [illegible] peccatorum stimuli confoderant, mihi ob oculos versata est fœda illa ingratitudo, qua summam Dei erga me liberalitatem contempsi, [illegible] vitæ pudor, [illegible] præteritæ libidinis memoria propemodum confecit: audiebam sacrosanctæ legis [illegible] in me sententiam, videbá animo ipsos inferos, in quos iusto Dei iudicio mox essem detrudendus. Quid multa? nihil mihi præter horrorem mortis occurrebat. Verùm [illegible] illis [illegible] mihi misericordiæ diuinæ fulgor [illegible], & me [illegible] clemens & benignus ille pater confirmauit, suique Spiritus efficacia persuasit, omnia mihi peccata esse condonata. Tum vidi cælum ipsum quodammodo apertum, audiui mei Patris vocem dulcissimam, qua mihi peccatorum veniam largitus est. Ergo possum meritò exclamare: Eos demum esse fœlices, qui vera fide apprehendunt peccatorum remissionem. Hic est sensus verborum Dauidis. Ex quibus nobis colligendum est in quo nostra sit constituenda fœlicitas: nempe in illa Dei gratia, quæ nostris animis inscribit certam de remissis peccatis fiduciam. Quod quàm verum sit, facilè constabit, si naturam ipsius fœlicitatis consideres. Nam eam esse stabilem, firmam, perpetuam, [illegible] summa voluptate perfusam necesse est, vt verè suo nomini respondeat. Iam videamus quidnam reperiri possit eiusmodi, quod & perpetuum sit, & verà voluptate expleat hominem. Certè si res omnes creatas oculis animi lustremus, si totius orbis partes, si varia hominum studia exactè intueamur, nihil se offeret vbi fœlicitas possit, tanquam in sua sede, collocari. Testes sunt illi ipsi Philosophi, quos adeò [illegible] summi boni inuestigatio, vt nunquam inter omnes conuenerit, [illegible] in re summum bonum aut quæri deceret, aut possit inueniri. Testes sunt etiam varij hominum conatus & labores, quos [illegible], vt tandem fœlicitatem adipiscantur. Mirum est [illegible] omnibus propositum esse, vt sint fœlices, eò omnes aspirare, [illegible], & tamen tam paucos esse vel qui fœlicitatem [illegible] vt decet amplectantur. Quod vt fiat dilucidius, fingamus nos esse in media hominum turba, qui variis studiis curisque [illegible] rogare, [illegible] collineent & dirigant suæ vitæ cursum. Auare, quid tandem spectas in immensis illis laboribus, [illegible] vigiliis & in summa illa [illegible], quæ te dies noctesque sollicitat? quid fit vt ad rem tantopere sis attentus, vt domos ad [illegible], agros agris, nummos denique nummis semper adiungas? Certò, si quis hæc [illegible], statim audires Auarum respondentem, [illegible] ad congerendas diuitias, quoniam illis [illegible] Age, [illegible], rogemus eos qui [illegible] & gloriæ cupidi sunt, quo [illegible] ob [illegible] nominis splendorem & celebritatem [illegible] responsuros existimamus, quàm se fœ-

Quæ sit vera hominis fœlicitas.

In rebus creatis non est constituenda fœlicitas.

licitatem in hominum gloria conſtituiſſe? Quid porrò dicturi ſunt ij qui nihil non tentant vt voluptatibus perfruantur? nónne putant eos eſſe fœlices qui ſuam libidinem explent, et vt in cœno, ita in voluptate corporis volutantur? Itaque auari, ambitioſi, & voluptatibus dediti hunc habent finem propoſitum, vt fœlices fiant: ſed quàm miſerè fallantur, ipſa tandẽ docet experientia. Nam diuitiæ (vt ait Solomo) ſunt Prouerb.23. alatæ & velociſſimo curſu è noſtris manibus euolant: ſúntque (vt ait Chryſoſtomus) quouis ſeruo fugitiuo infideliores. (Atque vtinam diuitias perdamus potius quàm diuitiæ nos perdant.) Quid porrò poſſis in diuitiis ſpectare, quod ad fœlicitatem accedat? magnus eſt labor dum acquiruntur, maior metus dum poſſidentur, maximus dolor cùm amittuntur. Num ergo in labore, in metu, in dolore fœlicitatem hominis conſtituas? Quid dicam de gloriæ vanitate: cuius ſplendorem Pſaltes ait ſtatim euaneſcere, quamque Nazianzenus comparat cum Pſal.[illegible] nauis veſtigiis [illegible] Quid denique de voluptate cẽſendum eſt, quam in luctum deſinere Solomo pronun- Prouerb.14. tiat, & quam aliquis ex veteribus, funus in viuo corpore, non minùs verè quàm eleganter appellauit? Quæ cùm ita ſint, nobis concludendum eſt, nihil in rebus humanis vbi fœlicitatem collocemus, poſſe reperiri: audiendúmque eſſe Dauidem cùm affirmat, *fœlices eſſe eos quorum peccata ſunt remiſſa.* Cùm enim Dauid rex eſſet & omnium rerum copia circumflueret, non tamen dixit eos eſſe fœlices qui ſceptra gerunt, qui longè latéque dominantur, qui honoribus, qui diuitiis, qui voluptatibus abundant: ſed potius, O fœlices eos, inquit, quibus Dominus peccata condonauit! Nam hac in re nobis idem ſtatuendum eſt quod ſolet in ædificanda domo obſeruari. Vt enim ſi firmum eſt fundamentum, non dubium eſt quin ea quæ fuerint ſuperſtructa, duratura ſint, alioqui fundamenti vitio breui tempore collapſura: ita ſi fœlicitatem in rebus terrenis & caducis opinionis errore nobis finxerimus, quid mirum ſi euerſo fundamẽto vana illa fœlicitas ſtatim corruat? Quod ſi eam ſiſtemus in Deo atq; in eius miſericordia, quæ potiſſimũ elucet in noſtrorũ peccatorũ remiſſione, tùc certè affirmare poterimus fœlicitatẽ firmiſſimo fundamento nixam, fore conſtantem atq; ſempiternam. Quis enim vnquam, niſi oſtentator, vel Pharaonẽ, vel Nabuchodnezarem, vel Neronẽ & eiuſmodi potẽtiſſimos reges ac imperatores fœlices appellauit? Nos autẽ Prophetas, Apoſtolos, Martyres, tot deniq; ſanctos homines fœlices ac beatos prædicamus: Nẽpe quia ſpretis diuitiis, honoribus, & voluptatibus, mentes in vno Deo defixas habuerunt, & acceptam peccatorum remiſſionem in ſola eius miſericordia conquieuerunt. Quis autem Lazarum mendicum, vlceroſum, ad fores alienas proiectum illi Luc.16. diuiti ſuperbo, induto purpura & omni voluptatum genere diffluenti non facilè anteponat? quis noſtrum ex iis quæ conſecuta ſunt, non illum fœlicem hunc autem miſerrimum eſſe credat? Itaque cum Dauide exclamemus, *Beatum eſſe* non auarum, non ambitioſum, non voluptarium, non eum quem vulgò beatum prædicant: *Sed cui tranſgreſſio ſua remiſſa, & cuius peccatum tectum eſt.*

Sed hoc loco nobis occurritur à duplici hominum genere, quorum alii exiſtimant fœlicitatem hominis non extra ipſum hominem, ſed in eius meritis & operibus eſſe ponendam: ita vt illi demum futuri ſint fœlices, qui ſanctis operibus fœlicitatem fuerint promeriti. Alij verò non poſſunt adduci vt credãt nomen fœlicitatis iis competere, qui tot miſeriis & afflictionibus in hac vita perpetuò iactantur. Ergo vtrorunque rationes à nobis expendendæ ſunt & refellendæ.

Non expectanda eſt fœlicitas ab humanis meritis.

Conf.lib.9. cap.13.

Lib.2.Epiſt.4.

Rom.4.

Qui fœlicitatem ſtatuunt in bonis operibus, Primùm in hoc falluntur, quòd bona opera humanis viribus & meritis attribuunt. Rectè ſiquidem Auguſtinus: Quiſquis, ô Domine, inquit, enumerat tibi merita ſua, quid enumerat niſi munera tua? Et Cyprian. Dei eſt, Dei eſt, inquam, omne quod poſſumus. Deinde ipſa bona opera à Dei Spiritu profecta, manent nihilominus imperfecta, noſtro vitio. Porrò affirmamus Dauidis interpretẽ ipſo Apoſtolo meliorem adhiberi non poſſe, qui in Epiſt. ad Romanos colligit ex his verbis quæ nunc tractamus hominem non iuſtificari ſuis operibus: Et concludit noſtram iuſtitiam in operibus nullo modo quærendam eſſe. Neque nos mouet quod alibi dicitur, hominem eſſe beatum, qui ſanctitatem colit & legem Domini dies noctéſque meditatur. Nam vtrumque verum eſt, ſed diuerſo reſpectu. Nec enim cauſa pugnat cum ſuis effectis, ſed potius hæc ad illam referenda ſunt: ita tamen vt conueniens adhibeatur diſtinctio. Exempli gratia: ſi dicam hominem viuere qui videt, audit, ambulat, & reliquas corporis actiones exercet, verum proculdubio dixero: Sed quum ad vitæ cauſam propiùs accedo, iam intueor ipſam animam, cuius vires & effecta elucent in exterioribus illis actionibus. Ita dicẽdum eſt, eos eſſe fœlices qui ſanctè viuunt, non quòd ſuam fœlicitatẽ in ſuis operibus collocent, ſed quia vitæ ſanctimonia effectum eſt illius iuſtificationis, quã iam fide apprehẽderunt in Chriſto, quemadmodũ elegãter diſſerit Apoſtolus. Itaq; vt faciliùs explicemus hæc Dauidis verba, beatos eſſe quibus peccata ſunt remiſſa, ſic accipienda ſunt; fœlicitatem hominis in ſola Dei miſericordia reſidere: hanc autem miſericordiam delere peccata propter Chriſtum, & imputare iuſtitiam, quod beneficium à nobis non alia ratione, quàm fide percipitur. Quare quum Dauid hîc agit de remiſſione peccatorum, neceſſariò infert imputationem iuſtitię & reconciliationem cum Deo, ſine qua nullum bonum, nedum fœlicitas, nobis poteſt obuenire. Quod etiã fuſè perſequitur Paulus in præclaro illo loco Epiſtolæ ad Romanos. Iam ſi Dauid tot tantiſque virtutibus exornatus, non alibi quàm in remiſſione peccatorum fœlicitatem conſtituit, quid de nobis miſeris hominibus dicendum erit, ſi in operum noſtrorum mercede fœlicitatem quæſierimus? Porro ſi tanta fuit Dauidis fiducia, cùm nondum exhibitus eſſet Chriſtus, per quem ſolum peccata noſtra remittuntur, quantò maiori fiducia ac ſpe eſſe debemus, qui tanta Chriſti luce ſumus illuſtrati?

Quomodo dicantur beati qui legem Dei ſeruant.

Atque vt poſteriorem obiectionem diluamus, ad eos accedendum eſt, qui nullum quidem ſcripturæ teſtimonium prætexunt errori ſuo, ſed ſenſum & iudicium carnis afferunt, cui videri non poſſunt, qui patiuntur, eſſe fœlices. Audiamus enim ea quæ ipſi dictitare ſolent, quoties exagitant noſtram in Chriſto conditionem. Itane tandem, inquiunt, fœlices eſtis, cùm nulla pars vitæ veſtræ dolorum vacua ſit,

Humanæ miſeriæ non obſtant piorum fœlicitati.

ſed potius omnibus laborum moleſtiarúmque generibus expoſita? Infantes videmini iam ſimul cum lacte ſugere ipſa calamitatum primordia, & creſcentibus annis veſtræ itidē miſeriæ creſcere videntur. Vos mundus odit, terra expellit, flammæ exurunt, aquæ ſubmergunt. Vos cæteri homines iam homines eſſe non patiuntur: vos patria cæteris dulciſſima non agnoſcit, cognati reiiciunt, amici deſerunt, hoſtes trucidant, omnia denique pericula inſectantur: ita vt in angulum compulſis & redactis, vix vobis liceat reſpirare. Vos igitur beati? imò ne inter viuos quidē eſtis recenſendi, qui vitam vitalem (vt ille dicebat) nunquam viuitis. Hæc illi, non tam argumenta, quàm maledicta, non tā obiiciunt, quàm euomunt aduerſus piorum conditionem: quæ tamen omnia non tanti ſunt momenti vt nobis eripiant fructum bonæ conſcientiæ, & nos quaſi de ipſa fœlicitatis poſſeſſione deiiciant. Quid autem ſi vel ea quibus nos adoriuntur, noſtram etiam fidem confirment? Nos terra, nos mundus, nos cæteri homines abigunt (hoc enim obiicitis:) Ita ſit ſanè: nóſne propterea infœlices eſſe cōcluditis? Atqui illa ipſa ſunt illuſtriſſima noſtræ fœlicitatis inſignia. Ecquos enim fœlices Dominus pronūciat? eóſne qui ſuis deliciis indormiunt? Minimè, ſed eos qui perſecutionē patiuntur. Eóſne quibus homines blandiuntur? Imò quibus homines maledicūt. Eóſne qui riſu & voluptatibus diffluunt? imò eos qui lugent. Ergo ſi apud nos pluris eſſe debet ſacroſancta illa vox Domini noſtri, quàm vana hominū ludibria & petulantes linguę maledicorum: non eſt cur ineptas illas obiectiones moremur. Si terræ exoſi ſumus, at nos cœlū approbat: ſi nos homines reijciūt, at nos Deus recipit: ſi negamur ab amicis, à Deo agnoſcimur: ſi vita hęc noſtra multis calamitatibus obnoxia eſt, habemus ſpē melioris vitæ quę laborū dolorumq; omnium expers futura eſt. Nihil itaque mirum eſt, ſi mundus nobis aduerſatur: non enim in illo fœlicitatem noſtrā conſtituimus. Nam cur à mundo infœliciſſimo fœlicitatē expectemus? ſed hoc nobis ſatis ſuperq; eſt, quod in mediis anguſtiis à Dei voce & ab eius promiſſionibus certiſſimis ſuſtētamur. Ex quo ſit vt in media miſeria fœlicitatē, in doloribus lætitiam, in laboribus quietem, in morte deniq; vitam apprehendamus. Non terrena eſt noſtra fœlicitas, ſed cœleſtis, nō ab hominib. pēdet, ſed à Deo: non exterior eſt, ſed intus ab ipſo Dei verbo concipitur, alitur, perficitur. Non eò penetrant infidelium oculi quos vanus rerum præſentium externarumq; fulgor perſtringit. Sola eſt, ſola, inquam, eſt fides quę puris oculis fœlicitatem noſtram intuetur, & tota in eius contemplatione acquieſcit. Valeant ergo impuri illi homines quibus vera fœlicitas placere non poteſt, eò ſcilicet miſeriores quòd gaudeant ſuis miſerijs atq; adeò ipſā miſeriam fœlicitatē eſſe exiſtiment. Nā quid de Abrahamo, Iſaco, Iacobo dicturi ſūt, quos in cōtinuis propè laboribus verſatos eſſe ſancta commemorat hiſtoria? Chriſtū ne etiam infœlicem audebūt dicere quē mundus ſpreuit, quē reiecit, quem deniq; cruce & acerbiſſimis doloribus affecit? Itaq; dicendum eſt, eos eſſe beatos, non qui hominū, ſed qui Dei iudicio beati pronuntiantur: nec audiendos eſſe qui fœlicitatē in rebus fluxis & caducis ſtatuunt, eóſq; miſeros appellitant qui ab illarū deſiderio ac fiducia animos auocarūt. Audiamus potius noſtrum

Matth. 5.

Ab infœliciſſimo mundo non eſt expectanda fœlicitas.

Dauidem exclamantem, *Eos eſſe fœlices quibus Dominus peccata condonauit.* Nam vt hæc doctrina nobis accommodetur, quæ tanta poteſt eſſe fœlicitas, quàm ſi de Dei miſericordia & ſummo erga nos fauore ſimus perſuaſi? Quod vt meliùs intelligamus, expendamus quæſo, & seriò expendamus peccatorum noſtrorum grauitatem. Quanta enim fuit noſtra ingratitudo aduerſus Dei beneficentiam? quanta ſtupiditas in conſiderandis eius erga nos meritis? quanta leuitas in obliuiſcendis? quāta peruicacia in reijciendis? quanta porrò incredulitas? quot concupiſcentiæ? quæ perfidia? Atque, vt vno verbo dicam, quanta vitiorum omnium colluuies? Quid ergo reſtabat, niſi vt nos Dominus procul eijceret à ſuo vultu & in æternæ mortis voraginem præcipitem daret? Quinetiam vt nobis ſomnum excuteret, videamus quot & quantas plagas nobis inflixerit. Collapſæ varijs in locis orbis Criſtiani iacent Eccleſiæ, iacet præclarus ille ordo qui in ſanctis illis cœtibus relucebat, iacent piorum cadauera, vel potiùs non iacent, ſed inſepulta variè à fluctibus iactantur. Hęc autem omnino à iuſto Dei nobis iraſcentis iudicio profecta ſunt. Quis ergo noſtrûm non exhorreſcat? quis non tremat ad tanta Dei iudicia? quis non gemat in tot tantiſq; doloribus? Hic igitur nobis occurrere debet præclara hęc Dauidis ſententia, quæ nos in medijs anguſtijs & in tanta dolorum acerbitate ſuſtentet: fœlices, inquit, ſunt ij quibus peccata remiſſa ſunt. Ergo ſi ex animo peccata noſtra agnoſcimus, ſi ſupplices ad Dei miſericordiam cōfugimus, ſi gemimus, ſi lacrimas ad ſummum eius tribunal profundimus, non dubium eſt, quin iſta vox dulciſſima in animis noſtris reſonet: vobis veſtra tranſgreſſio remiſſa eſt & veſtra peccata ſunt tecta. Itaque ſummam hanc Patris noſtri miſericordiam amplectamur, atque iam vnà cum Dauide profiteamur, nos eſſe fœlices, in quorum animis Dominus inſcripſerit fiduciam certiſſimam de peccatorum noſtrorum remiſſione. Ergo ad eius thronum per Criſtum cum vera fide accedamus, freti veriſſimis eius promiſſionibus: ipſum ex animo colamus, revereamur, adoremus: vt ita pacatis conſcientijs placidam quietem in animis noſtris ſentiamus. Hæc igitur omnia nobis cogitanda ſunt cùm hęc Dauidis verba meditamur: *Beatus eſt ille cui tranſgreſſio (ſua) remiſſa eſt.*

Poſtquam ex ſuperioribus intellexiſtis quanti ſit nobis facienda hęc doctrina de peccatorum remiſſione, vtpote in quâ ſummum hominis bonum & cumulata fœlicitas collocari debeat, refutatis ijs qui exiſtimant aliunde quàm ex hoc fonte fœlicitatem eſſe hauriendam: iam aliud etiam ſe offert conſiderandum in his noſtri Prophetæ verbis: Nempe remiſſionem peccatorum nobis debere eſſe certò perſuaſam, vt animi noſtri in hac certa & indubitata fiducia, tanquam in ſuauiſſima tranquillitate conquieſcant. Si enim peccatorum remiſſio fœlicitatē noſtram complectitur, ſi porrò nulla meritò dici poteſt hominis fœlicitas, niſi ab homine ſentiatur: quis non videt, aut remiſſionem peccati nullam fœlicitatem præſtare, aut certè tam ſentiendam, &, vt extentis manibus, ſic vera & certiſſima fide eſſe prehēdendā? Et, quod totius rei caput eſt, niſi adſit illa de qua agimus, certitudo, nōnne neceſſe eſt miſeras conſcientias in perpetuo dolore verſari? Nec enim poſſumus dubitare

Remiſſio peccatorum in qua ſita eſt noſtra fœlicitas, certa fiducia apprehendenda.

tare an remiſſa ſint nobis peccata, necne, quàm grauiſſimos cruciatus ſecum afferat illa dubitatio. Quandoquidem metus æternæ mortis & horror iudiciorum Dei nobis ſemper obuerſabitur, quo cogitatione nihil accidere poteſt acerbius, nihil miſerabilius, nedum vt [illegible] ſenſum fœlicitatis habeamus. Nempe verum eſt quod dici ſolet, nullam eſſe voluptatem in expectatione alicuius boni, ſi adiunctus eſt mali contrarij metus. Quod ſi ſumma improborum hominum infœlicitas vel in eo maximè conſiſtit quòd peccati aculeis vrgentur, quòd Deum iratum ſentiunt, & ad eius tribunal contremiſcunt: quis meritò negarit piorum fœlicitatem in eo maximè elucere, quòd ſuis peccatis à Dei miſericordia condonatis, paternum Dei fauorem perſentiunt? Atque tantum bonum, ſublata iſta quam tractamus certitudine, nobis contingere nullo modo poteſt. Ergo, vt res tota paucis conficiatur, cùm nulla ſit fœlicitas, niſi quis ea perfruatur (alioquin erit adumbratum potius ſimulacrum, quam verum & ſolidum corpus fœlicitatis) cùmque nemo fœlicitate frui poſſit, quin eam ſentiat: nemo ſentire, quin habeat: nemo habere, qui de ea dubitet: efficitur profectò tunc demum nos eſſe fœlices, cùm de remiſſione peccatorum certi ſumus. Atque vt hoc ad res alias tranſlatum magis eluceſcat, num, cedó, aliquis dici poteſt frui diuitijs, qui an habeat diuitias néc ne, incertus ſit? num regijs honoribus ille fruitur, qui dubitat an eos vnquam ſit adepturus? Ita nec exiſtimandum eſt vllam eſſe in remiſſione peccatorum fœlicitatem, ſi abſit certa & indubitata remiſſionis fiducia. Quocirca in hoc Pſalmo Dauid nō dubitat affirmare ſe veniam peccati à Domino fuiſſe conſecutū: quod etiā ſignificat in Pſal. 51. cùm petit à Domino lætitiam ſalutis & ſpiritū verè liberum: quæ omnia nō poſſunt alia ratione quàm hac certa fiducia, de qua agimus, comparari. Quid quòd ipſe Chriſtus toties remiſſa eſſe peccata multis affirmauit? Sic enim affatur paralyticum illū apud Matthæum: Mat. 9. fili, inquit, ſis bono animo: peccata tua tibi ſunt remiſſa: quibus verbis res ponitur extra omnem controuerſiam. Conſtat enim Chriſtū voluiſſe perſuaſionem veniæ iſti paralytico omnino impreſſam eſſe, vt in illa fiducia animum reciperet. Dulcis etiam eſt hæc vox apud Iohannē: Filioli, vobis, inquit, ſcribo, quoniam remiſſa ſūt vobis peccata. 1. Ioh. 2. Quemadmodū etiam Apoſtolus pronuntiat nos tunc demū vera frui pace conſcientiæ, Rom. 5. quando certi ſumus de noſtra per Chriſtum iuſtificatione: quam idē Apoſtolus alio loco cōprehendit nomine remiſſionis peccatorum. Rom. 4. Atque ſi exemplis locus iſte illuſtrandus eſſet, ille ipſe Apoſtolus nobis occurreret, cuius fides & perſuaſio de Dei erga ſe & pios omnes amore, tanta fuit, vt vel auderet morti ipſi inſultare. Mihi, inquit, perſuaſum Rom. 8. eſt, neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque ſublimitatem, neque profunditatem, neque vllam rem aliam creatam poſſe nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. At fieri non poteſt, vt quis ſibi rectè perſuadeat amari ſe à Deo, quin etiam eādem fiducia remiſſionem peccatorum amplectatur. Quamdiu enim peccata noſtra vigent coram oculis Dei, neceſſariò accendunt eius iram, nec nos vnquam amare poteſt niſi cum peccatorum noſtrorum remiſſione.

Dubitatio Papiſtica refellitur.
1. Ioh. 5.
Hab. 2.
Epheſ. 1.
Iac. 1.
Prouerb. 3. verſ. 5.

remiſſionem. Statuamus ergo, cùm tanta ſit Dei erga nos liberalitas, tantuſque fauor, vt nobis in vnico Filio Domino noſtro veniam offerat, noſtrum eſſe partes eã vera & certa fide recipere, vt accepta remiſſione fœlices ſimus quemadmodum docet noſter vates. Obijciunt Pontificij qui hanc noſtræ de certa fiducia doctrinæ, id eſt, veræ fœlicitati & conſcientiarum tranquillitati bellum indixerunt: Non decere Chriſtianum hominem illam iactare fiduciam, quam aiunt non procul abeſſe, aut à ſuperbia, aut ſanè à temeritate: noſque habent perpetuis dubitationum fluctibus agitari: quaſi verò iſta dubitatio ſit magis conſentanea humilitati ac manſuetudini Chriſtianæ. Atqui (vt illis reſpondeamus) dum humiles eſſe volunt, in ſummam perfidiam incidunt, qua nihil dici poteſt arrogantius. Hoc enim eſt in dubium reuocare veritatem promiſſionum Dei, & eum (vt ait Iohannes) mendacij arguere. Præterea ecquidnam profitentur ſe credere in Symbolo, quando dicunt ſe credere remiſſionem peccatorum? Reſpondent, hanc ſe remiſſionem credere generalem quidem, non autem eam quę vnicuique priuatim conceditur. At nihil vnquam dici potuit abſurdius. Quodnam enim, obſecro, eſt primum verbum Symboli? Credo, inquiunt: cur ergo non dicunt plurali numero, credimus? Nónne ipſa luce clarius eſt, hunc huius verbi ſenſum eſſe, nos debere nobis ipſis accõmodare ea omnia quæ in Symbolo continentur? Cuius autem erit impudentiæ aut potius infidelitatis, te credere alijs peccata ſua remitti, non autem tibi? Quod perinde eſt ac ſi quis ſe diuitem eſſe credat, eò quòd permulti diuitias poſſident: ſe ſatiari, quia alij manducant: ſe videre, quia alij oculos habent. Falleris, mi homo, tibi enim profitendę ſunt proprię, non alienæ diuitiæ, tuo ore tibi manducandum, tuis oculis tibi videndum, id eſt, vt ait Propheta, tibi tua fide viuendum eſt. Cur enim dicimur habere pignus & arrhabonem ſancti Spiritus in cordibus noſtris, niſi quia vnicuique fidelium obſignantur promiſſiones generales, ita vt de illis dubitare non liceat? Quod etiam vt expreſſius ſignificaret Dominus, inſtituit ſua Sacramenta, quæ piorum vnuſquiſque percipit, vt ita perſuaſum habeat, promiſſiones eas, quæ verbis generalibus conceptæ ſunt, ad ſe etiam priuatim pertinere. Contrà verò cùm de dubitatione Scriptura loquitur, eam adeò reijcit, vt Iacobus aſſerat eos qui dubitanter precantur, nunquam obtinere quod poſtulant: quo in loco egregiè iſtam dubitationem exagitat, & eam comparat cum maris fluctibus à vento agitatis. Sed hoc vel vnum argumentum debet ſufficere, quod dubitatio ſit penitus fidei contraria, adeò vt hæc cum illa coniungi nulla ratione poſſit. Ergo ſanè Hebræi, apud quos idem verbum & confidere & recumbere atque inniti ſignificat: vt videre licet apud Solomonem. Ex quibus omnibus concludendum eſt, Pontificiorum doctrinam de dubitatione eſſe nobis ſine dubitatione repudiandam, ſiquidem noſtro vati vel potius Spiritui ſancto volumus aſſentiri.

¶ Iam videamus quónam pacto nobis hæc doctrina accommodãda ſit. Omninò duo ſunt hominum genera quibus hæc in primis doctrina inculcanda eſt. Vnum eſt eorum qui nullo peccati ſenſu tanguntur: alterũ eorum qui nimio peccati ſenſu & diuini iudicij terrore opprimũtur. Ergo de illis prioribus agamus. Dici non poteſt quàm ſit periculoſus ille ſtupor quo peccata noſtra non ſentimus. Et ſane (vt initio diximus) mirum eſt Satanã ita hominibus poſſe illudere, vt onuſti atque etiam obruti peccatorum pondere, non tamen ſentiant onus illud grauiſſimum, ſed tanquã expediti & onere leuati exultent. Tu flagitijs omnibus deditus, tu peccatis omnibus immerſus es, & in medium mare coniectus, mare non ſentis? Tu carnis & concupiſcentiæ ſubiectis facibus totus deflagras, & tamen in media libidinum flãma, flammam non ſentis? Iã inſtant Dei iudicia, iam apertæ ſunt inferorũ fauces, iam ipſius mortis telum vibratum eſt, & obſtupeſcis? Te grauiſſimæ Dei minæ non commouent? non percellunt? Tibi tot iudiciorũ Dei exempla præterita, tot pœnæ iam inflictæ, tot rurſus, niſi reſipiſcas, infligendæ, tot damna, anguſtiæ, calamitates, tot denique mortis genera tibi ſtuporis ſomnũ non excutiunt? O infœlicem illam hominum vitam quæ mortis æternę materia eſt, & in qua ſic ad aliquod tempus viuitur, vt moriendũ ſit in eternum! Ergo nobis exorandus eſt Deus, vt abiecta omni ſtupiditate, ſerio peccatorum noſtrorum ſenſu ita afficiamur, vt nos ipſi damnemus, nobis diſpliceamus, ad ipſius horrenda iudicia tremamus, & ad ſummã eius miſericordiam nobis in Chriſto exhibitã per ipſum Chriſtum verã fide recurramus.

De iis qui nullo peccati ſenſu tanguntur.

Qui verò peccatorum ſenſu adeò perculſus eſt, adeò proſtratus, vt eius fides ſit quodammodo labefactata & ſe in deſperationem propemodum cõiiciat, audiat hãc Dauidis vocem ſuauiſſimã: O beatum illum cui ſua tranſgreſſio remiſſa eſt! exiſtima Dauidem non procul abeſſe, ſed tecũ verba facere, te cõſolari, tibi manum porrigere, vt te ex tetra illa deſperationis ſpelunca ſaluum educat. Te miſerrimũ eſſe conquereris, at ille te beatiſſimum eſſe prædicat: tu peccatorum tuorum numerum & onus (vt ille dicebat) Ætna grauius oſtendis, ille peccata deleta & te à peccatis liberatum eſſe pronuntiat. Quid eſt igitur quod te auertat à tanta conſolatione recipienda? Annon ſatis idoneus videtur eſſe teſtis ſummus hic Dei ſeruus, cuius ore Spiritus ſanctus locutus eſt? Sed age, attende ad vocem tui Redemptoris: audi quibus te verbis ad ſe reuocet Dominus & Seruator noſter Ieſus Chriſtus: venite, inquit, ad me omnes qui onerati eſtis, qui defatigati eſtis, quorum animus deficit ſub ingenti & grauiſſima mole peccatorum. Tu verò quid ad hæc dicturus es? Si te peccatorem agnoſcis, peccatores ad ſe vocat Chriſtus: ſi plurimis peccatis onuſtus vix ſpiritum ducis, ergo ille ipſe es ad quem paterna illa vox Seruatoris dirigitur: ergo accede ad Chriſtum & peccatorum remiſſionem quam tibi offert amplectere. Ille in ſe receptis tuis peccatis, in te iuſtitiam ſuam confert & propria morte perſolutis tuorum peccatorum pœnis, te facit ſuæ quietis participẽ. Hæc igitur nobis occurrant quoties Satan in animos noſtros quaſi deſperationis faces iniiciet, vt eas certa fide & apprehenſione miſericordiæ Dei reſtinguamus, atque recepta peccatorum remiſſione nos iam eſſe fœliciſſimos vnà cum Dauide conſtanter affirmemus. Iam tẽpus eſt verba ipſa Dauidis propius inſpicere, vt inde etiã nobis aliqua cõſtet vtilitas. *Beatus*, inquit, *cui trãſgreſſio remiſſa, & cuius tectũ eſt peccatũ.*

De iis qui nimio peccati ſenſu conſternantur.

Matth. 11.

Verſ.2. *Beatus homo cui Æternus non imputauit iniquitatem.* Meminis

igitur

[illegible] tranſgreſſionis [illegible], peccati tecti, & iniquitatis non imputatæ. De ipſa remiſſione iam [illegible]: nunc de peccato tegendo, deque iniquitate non imputata nobis agendum eſt. Ac primùm cùm Dauidi non ſatis fuit vti vno verbo, ſed rem eandem voluit verbis pluribus explicare, [illegible] iſtam remiſſionem de qua agit, tanti momenti eſſe, vt ad quam explicandam nulla ſufficere poſſit oratio. Deinde illam eſſe abſolutam & perfectam, ne fortè ſuſpicemur peccata nobis tantùm ex parte condonari. Quæ dubitatio ſiquando inualuerit, non tantùm nobis omnem fiduciam ſalutis excutiet, verumetiam conijciet in acerbiſſimos dolores atque cruciatus. Itaque docet omnia peccata omnino nobis condonari, ne quid ſuperſit dubitationis. Remittitur, inquit, tranſgreſſio, tegitur peccatum, non imputatur iniquitas, quæ gradatio nobis eſt obſeruanda: videntur enim priora à ſequentibus ſubinde facilius explicari. Nam ſi dubitem quid ſit tranſgreſſionem remitti, docet id fieri, quia tegitur coram Deo, ne illius oculis pateat. Rurſus ſi ne id quidem mihi ſatis facile videatur, ſubiicit, Deum illam non mihi imputare, id eſt, me perinde haberi ac ſi non fuerim ipſius legum tranſgreſſus. Sed ne fortaſſis peccatorum grauitas ab hac fiducia retardauerit, cogitantem toties & tam grauiter peccaſſe, vt mihi ad Dei miſericordiam ipſa mea peccata viam intercludant: Ergo ne iſta cogitatio in animos noſtros irrepat, obſeruemus Dauidem pluribus vocabulis expreſſiſſe peccatum, cùm modò tranſgreſſionem, modò peccatum, modò etiam iniquitatē vocat, vt hac ratione doceat, qualecunq; tandē ſit peccatū, illud nobis à ſumma Dei miſericordia remitti.

Remiſſio peccatorum integra eſt & perfecta.

Peccatorum grauitas viam ad Dei miſericordiam non intercludit fidelibus.

Cæterùm verbum tegendi & occultandi minus fortaſſe conſentaneum videri poſſit. Conſtat enim omnia eſſe Dei oculis expoſita, quibus etiam patent ipſæ cogitationes in intimis ſenſibus deliteſcentes, nedum peccatum poſſit vlla ratione occultari.

Rom. 4.

Quomodo dicatur peccatum Deo tectum eſſe.

Pſal. 139.

Reſpondeo ſolitum eſſe Dei ea vocare quæ non ſunt, ac ſi eſſent (vt ait Apoſtolus) & contrà, facere, vt quæ ſunt, perinde cenſeantur ac ſi non eſſent. Quare cùm dicimus peccata eſſe tecta, non in eam partem accipimus, quaſi aliquid poſſit Deum latere, cuius oculis omnia ſunt conſpicua, atque adeò ipſæ profundiſſimæ abyſſi apertæ ſunt atque peruiæ, quemadmodum meritò Pſaltes exclamabat, Quò fugiam à facie tua? Sed quia Deus ipſe tegit & occultat peccata, quando illa deleat ac [illegible] quæ non commiſſa. Itaq; huc proferendi ſunt illi loci qui diſſerunt de hac ipſa remiſſione, & affirmant peccatorum memoriam coram Domino penitus abolitam: Deleo, inquit, peccata tua inſtar nubis [illegible] ea procul [illegible] quantum diſtat ab Occidente [illegible] alijſque compluribus, quibus nihil aliud ſignificatur quàm quod alibi dicitur, Deum non fore memorem peccatorum [illegible], & his peccata tegi [illegible] prorſus deleri. Cùm [illegible] Deo tegi poſſe, [illegible] id amplius non eſſe quod [illegible] eſſe dicitur. Quod etiam aliquo modò ſignificare [illegible] Naſa & Caſa [illegible] quæ [illegible] ſunt. Et certè genus illud loquendi

Eſai. 44.

Mic. 7.

Pſal. 103.

Eſa. 1.

Eſai. 43.

Ezek. 18.

mirum

[illegible] sera conditio, quibus peccata non sunt [illegible] pat exposita sunt acerrimis Dei oculis, [illegible] pœnas grauissimas, vt iam antè exposuimus. Quo fit vt cùm Propheta conqueritur de multis ac variis Israelitarum afflictionibus, dicat Dominum posuisse eorum peccata in conspectu suo. Quid ergo de iis dicendum est qui existimant peccata sua occulta esse modò fuerint hominibus inscijs admissa? quasi vero pluris sit hominum quàm Dei scientia. Qui fit igitur vt hominum conspectum verearis, nec te tamen Dei vultus à peccando deterreat? Quid tibi proderit homines latuisse, cùm summus ille iudex oculis omnia peruestigantibus tua peccata animaduertit? immo cur non potius quantum in te est, detegis, vt vulnera, ita peccata tua coram summo illo & clementissimo medico, vt iis medeatur? Quis æger vnquam texit sua vulnera, ac non potius explicuit coram medico remedium aliquod allaturo? Explica igitur vulnus: tunc enim erit verè tectum, cùm erit sanatum. Præclarè sanè à veteribus dictum est, neminem sine teste peccare, quia conscientia est instar mille testium: cuius conscientiæ definitio rem etiam ipsam satis declarat: arguit enim te ita peccare, vt peccatum tuum non possit occultari, cùm vel tu tibi ipse tui criminis sis conscius. Quinetiam si te ipse audies, eris tuus & accusator & iudex. Et sanè in ipsa conscientia insculpta sunt manifesta diuini iudicij vestigia, cùm te sistis. Itaque concludendum est, peccatum reipsa detectum esse & apertum, quamuis hominibus incognitum fuerit: tunc autem dici posse tectum & occultum, quando coram Deo tegitur, id est, vt iam sæpius diximus, quando remittitur à Deo. Sunt etiam alij qui conatus quidem omnes adhibent ad peccata sua coram Deo tegenda, sed eius rei non rectam rationem ineunt, cùm peccata humanis satisfactionibus tegi posse sibi persuadeant; atque ita, quid propriè sit peccatum, ignorant. Num enim, obsecrò, leue est Deum offendere, cùm necesse fuerit sacrum illū Domini nostri sanguinē semel effūdi ad peccatorum nostrorum sordes abluendas? Nimirum sumus Adami primi omnium parentis perquam similes, qui post peccatum seipse foliis tegere conabatur. Cùm igitur miseros & cæcos illos homines huc & illuc cursitantes video, vt conscientiæ vulneribus aliquam faciant medicinam, id est, vt suæ turpitudini conficiant vana foliorum integumenta, aut (vt ait Nazianzenus) luto lutum purgare eos video & viuos in mortuos impingere, superstitionem addi superstitioni, templa idolis extrui, [illegible] aliud genus plurima (quis enim omnes idololatriæ errores enumeret?) mihi certè videre videor insanos homines ligni struem ingentem in ignem cõiicientes, vt scilicet ipsum ignē extinguant. Atqui quò plus ligni congeris, eò maiorem vim flammarum excitas, eóq; fiunt maiora incendia. Ita enim cùm peregrinaris, cùm missis decantandis opes & operam insumis & perdis, cùm surdas idolorum aures variis precū superstitionibus solicitas, quid accedit, aliud, quàm noua peccatis peccata congeris, accendisque in te iram Dei [illegible] cum [illegible] conscientiæ [illegible] magno argumento esse

um

to esse

Psal. 90.

Peccatum occultum hominibus inscijs admissum, non tamen tectum est.

Peccatum verè tectum est cùm verè coram Deo tegitur.

Peccatum humanis satisfactionib. pontificij frustrà tegere conantur. Gen. 3.

1.Ioan.3.

to eſſe debet, peccata nſa tecta non eſſe. Audiendus eſt enim Iohannes, ſi conſcientia, inquit, nos arguit, Deus eſt maior noſtra conſcientia. Teneamus igitur, nulla alia ratione tegi poſſe peccata noſtra, quàm ſola Dei remittentis miſericordia.

Quatenus debeamus eſſe peccatorum memores.

Sed hîc fortaſſe à nobis quæri poſſit, quatenus debeamus peccatorum à nobis admiſſorum eſſe memores: An num adeò illa tecta ſint, vt debeant etiam à nobis perpetua obliuione ſepeliri. Quam quæſtioné vt diſſoluamus, repetendũ eſt quod ſæpe ſunt à veteribus vſurpatũ, nempe tunc peccata nobis remitti, quando nos ipſos corã Deo accuſamus: tũc nos iuſtificari, quũ nos ipſos dãnamus: tunc peccata tecta eſſe, cùm ea detegimus & agnoſcimus coram Deo. Debemus igitur noſtra peccata reuocare in memoriam, nõ vt de ipſorum remiſſione dubitemus, ſed vt illa recordatio nos reddat magis gratos erga Deum, &, ne peccemus in poſterũ, prudẽtiores. Iuuat etiam illa præteritorũ peccatorũ memoria ad retundẽdam ſuperbiam, ſiquando nos illa inuaſerit: vt omittam nos inde etiã reddi fratribus peccantibus æquiores. Hæc omnia & pleraq; alia conſimilia obſeruanda ſunt quando diſſerimus de peccatis noſtris corã Deo tegendis.

Quatenus peccata noſtra coram hominibus tegere debeamus.

Quid autem de hominibus dicendum eſt? an etiam operandum erit vt peccata noſtra tecta ſint coram humanis oculis? Reſpondeo, id non ſimpliciter poſſe definiri. Fieri enim poteſt, vt ipſa coram hominibus detectio & confeſſio peccatorum ſeruiat Dei gloriæ & Eccleſiæ ædificationi: qua in re detegenda ſunt peccata ingenuè, & omnis fugienda eſt tergiuerſatio, quemadmodum videmus vſuueniſſe Achano Iſraelitæ qui dedit gloriam Deo, cùm peccatum coram omnibus, hortante & iubente Ioſua, confeſſus eſt. Quod ſi potius detrimentum paſſuri ſint proximi, ſi peccata noſtra foras efferantur, tunc rogandus eſt Dominus, vt ea & coram ſe & coram hominibus tegat. Sed ſemper meminerimus nobis Deo non hominibus obſequendum eſſe, neque nos propterea iuſtos fore, ſi nos homines iuſtificent, ſed ſi Deus ipſe non nobis imputet peccatum, quemadmodum hîc Dauid teſtatus eſt his verbis: *Beatus homo cui non imputauit Dominus iniquitatem:* Quæ ſignificant peccatum ſtatim reos nos agere coram Deo, ita vt ſi nobis Dominus peccatum imputet, id eſt, æſtimet tanti quanti eſt, neceſſe ſit penitus interire. Sic enim alibi: Si iniquitates obſeruaueris, ô Æterne, quis ſubſiſtet? Sed, dicat aliquis, cùm Deus ſummè ſit iuſtus, qui fit vt peccatum non imputet? Nimirum propter Chriſtum mediatorem qui pertulit pœnas noſtris peccatis debitas, atque ita in cauſa eſt, quò minus peccata nobis imputentur. Deus (inquit Apoſtolus) erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non imputando eis peccata ipſorum. Supereſt vt Deum ex animo precemur, vt tot crimina à nobis admiſſa, tantam ingratitudinem, tot tantáſq; vitæ ſordes pro ſumma ſua miſericordia cõdonet, idq; propter Chriſtũ Redemptorem noſtrum. Vt autẽ eius ſanguine in cruce ſemel effuſo peccata noſtra ſint & remiſſa & tecta & non imputata, det nobis clementiſſimus ille Pater verã fidem, qua tãtum in Chriſto beneficium amplectamur. Sequitur apud Dauidẽ: *Et non eſt in Spiritu eius dolus:* id eſt, Beatus ille eſt in cuius ſpiritu fraus nulla reperitur. Quæ verba hunc habent ſenſum, fœlicem illum eſſe

Ioſu.7.

Pſal.130.

Qui fit vt Deus iuſtus peccatum non imputet.

2.Cor.5.

qui remiſſionem peccatorum ita ex animo, & ſine ſimulatione percepit, vt à peccato deinceps abhorreat, omninóque ſtudeat iuſtitiæ atque pietati. Ergo hæc Dauidis verba propriè diriguntur aduerſus hypocritas, qui licet extrinſecus virtutem colere videantur, intus tamen in animo ipſam oderunt. Præclare Baſilius illud Platonis dictum probat, *Extremam hanc eſſe iniuſtitiæ [illegible], cum videri iuſtum qui non ſit iuſtus:* contráque damnat illud Euripidis: *Cupio bonus videri magis quàm eſſe.* Et profectò hæc Dauidis ſententia aptè cum ſuperiori cohæret. Agebat enim Dauid de remiſſione peccatorum vera fide apprehendenda: nunc pronuntiat neceſſariũ eſſe vt hypocriſis abſit à noſtris animis, ſiquidem ita vt decet, peccatorum veniam fidè ſumus adepturi. Quod perinde eſt, ac ſi Dauid ipſe ita nobiſcũ verba faceret: Hæc fœlicitas, quam ego vobis tantopere commendo, non in eos cadit, qui vana quidẽ externaq; pietatis ſpecie relucent, ſed interim impuritatem animi intus gerunt. Abſit à nobis hypocriſis, abſit omnis ſimulatio. Nam hæc noſtra fœlicitas candorem mentis requirit: ibi moratur, ibi hæret: odit ac refugit fraudulentas & tenibricoſas hypocritarum latebras, atq; in puriſſima fidei luce verſatur. Itaque duæ doctrinę videntur ex hoc loco nobis eſſe colligendæ. Prior eſt, fidei cũ hypocriſi nullã eſſe ſocietatem. Poſterior autẽ, ita demũ remiſſa nobis eſſe peccata, ſi huius noſtræ remiſſionis & veniæ fructus, id eſt, pietatis virtutiſq; ſtudia conſequantur.

Hypocriſis abeſſe debet ab iis qui ad remiſſionem peccatorum aſpirant.

Atque, vt de hypocriſi agamus, nihil reperias magis alienum à fidei natura quàm ſimulationẽ. Vt enim ignis depictus longè differt ab igne vero, cum ignis ſolam ſpeciem, non etiam effecta & vires habeat: ita hypocriſis habet quidem aliquam virtutis ſimilitudinem, ſed ſi propius accedas, tum reperies ignem pictum & adumbratum cuius nec lucem videre, nec calorem ſentire vnquam poſſis. Enimuerò fides ſedem habet in corde, hypocriſis in vultu: fides in hoc tota incumbit vt Deo placeat, hypocriſis vt ab hominibus approbetur: denique fides viua eſt, efficax, ſibiq; conſtans atque perpetua, hypocriſis autẽ celeriter tanquã floſculus decidit, & detracto vano pietatis fuco & colore, inanis iacet & marceſcit: ita vt veriſſimè dictum ſit à Nazianzeno, nihil quod fictũ eſt, firmum & ſolidum eſſe poſſe. Virtutem enim quò meliùs cognoſcis, eò magis amas: at hypocriſis, ſimulatque cognoſcitur, interit, & iam hypocriſis eſſe deſinit. Itaq; ille ipſe Nazianzenus elegãtiſſimè comparabat hypocriſin cum hiſtrionicis meretricibus quę natiua pulchritudine carentes, pigmentis vtũtur, & fiunt, inquit, ob vetuſtatem inuenuſtiores. Sed nihil dici poteſt aptius quàm quod Dominus Phariſęis hypocritis obiiciebat, nempe quòd eſſent ſimiles ſepulchris dealbatis. Nam licet extrinſecus ornamenta quædã appareant, intus tamen nihil eſt pręter oſſa mortuorum & immunditiam. Qua ſimilitudine nihil dici potuit accommodatius. Rectè ſiquidem hypocritæ ad ſepulchra remittuntur, qui reuera mortui ſunt, quantumuis vana ſpecie vitam ementiantur. Quare non eſt difficile iudicare eum res prorſus abhorrẽtes & contrarias velle coniungere, qui exiſtimat hypocriſi cum fide aliquod eſſe cõmercium. Ex quo factum eſt, vt eam non immeritò Dauid excluſerit, diſſerens de peccatorum remiſſione, quæ à fide ſeparari nullo modo poteſt.

Nulla fidei cum hypocriſi ſocietas.

Matt. 23.

[illegible] hypocriſin ſignificare voluit, [illegible] hypocriſis adeo fallax eſt, vt non tantum alios, ſed ſeipſum [illegible] decipiat. Atque idem mihi facere videtur, vt ſi quis ſummâ in rerum inopia conſtitutus, nullam ad res neceſſarias cō[illegible] habeat modò vulgò diues habeatur [illegible] aliis imponeret. Equidem fateor me [illegible] eſſe puto, ſed quanto grauius ſibi ipſe imponit, [illegible] ad veras diuitias animum non [illegible] hypocriſin vates noſter dolum appellauerit.

[illegible]

Venio autem ad id quod poſterius affirmabam, videlicet remiſſionem peccati verè fide ex animo apprehenſam, neceſſariò, vt fructum, ita pietatis ſtudium producere. Quemadmodum enim eam demum arborem [illegible] eſſe dicimus, quæ fructus ſuos edit, alioquin [illegible] mortuum appellaturi: ita vbi ſemel fiducia remiſſionis peccatorum in animos noſtros radices egit, ſtatim diffundit ſuas vires & in aliquem [illegible] quotidie progreſſus facit, ita vt inde ſumma pietatis [illegible], tum iuſtitiæ charitatis officia, tanquam fructus [illegible] proferantur. Nam qui fieri poteſt vt in animo ſentias tibi peccatum eſſe condonatum, quin viciſſim ex animo peccatum [illegible] quin ad virtutis ſtudium animum appelles? Ergo [illegible] peccata, qui peccata ſentiunt, ſentiendo [illegible] aduerſitatem contra [illegible] (vt ait Apoſtolus) liberamur à peccato, vt iuſtitiæ [illegible], id eſt, vt animus noſter tanquam emeritus ſtipendia peccati, ſe totum dedat pietati & ſanctimoniæ ſtudio. Quemadmodum etiam alibi dicitur nullam eſſe condemnationem iis, qui ſunt in Chriſto, & ſecundùm ſpiritum, non autem ſecundùm carnem incedunt. [illegible] non agere de veris iuſtificationis [illegible] ab ipſa cordis radice producuntur: quam ob cauſam [illegible] nominatur, non quod verum ſanctificatio [illegible] in animo teneatur vt foras non prodeat, ſed quia illa demum [illegible] recta ſunt quæ ex recto atque integro corde proficiſcuntur.

Hoc [illegible] loco nobis refellenda eorum opinio qui exiſtimant eſſentialem [illegible] in nobis inhærere, ex qua iuſti ſimus: atque hunc Dauidis [illegible] ad ſuum errorem confirmandum, vbi ait [illegible] iuſti ſunt, vt in eius ſpiritu non ſit dolus, [illegible] animo fidem integritas. Ex quo efficiunt non Chriſti [illegible] iuſtitiam, ſed propriam nobis imputari, vt iuſti ſimus. Verùm homines iſti longè ſanè aberrant à Dauidis mente atque [illegible] de iuſtificatione doctrinam. Non enim iuſtificatio cum effectis iuſtificationis confundenda eſt. Quis enim tam [illegible] demens fuerit, vt riuulos ipſi fonti & origini [illegible], ac non potius ab ipſo deducendos exiſtimet? Ita [illegible] imputatam nobis Chriſti iuſtitiam eſſe inſtar fontis perennis & abundantiſſimi, ex quo, ſi quæ in nobis ſunt iuſtitiæ & ſanctitatis guttulæ, emanant. Præterea quum ſatis conſtet ex Apoſtolo nos fide iuſtificari, iuſtificatio autem duas habeat partes, nempe remiſſionem

pec-

Rom. 6.

Rom. 8.

[illegible]

peccatorum & iuſtitiæ imputationem; ecquónam modo fiet vt eſſentiali iuſtitia in nobis inhærente iuſti ſimus, quum mortificatio ordine ſequatur iuſtificationem? Rurſus hoc etiam conſiderandum eſt, nos non poſſe iuſtos cenſeri ab ea iuſtitia quæ tantùm inchoata, ſed quæ perfecta ſit & abſoluta. Agè verò proferant vel vnum ex Adami poſteris (excepto Chriſto) in quo poſſit eiuſmodi iuſtitia reperiri. Quodſi nequeant, fateantur profectò nobis eſſe Chriſti iuſtitiam imputandam vt iuſtificemur. Illa enim demum iuſtitia perfecta eſt & omnibus numeris abſoluta. Quo fit, vt Apoſtolus affirmet Chriſtum nobis factũ eſſe iuſtitiam. At enim, inquiunt, non poteſt Deus habere pro iuſtis, qui reuera iuſti non ſunt. Quaſi verò non ſimus re vera iuſti, ſi imputatione iuſtitiæ iuſti ſimus. Quid enim, obſecro, ſi tu non ſoluendo non eſſes, aliquis tuo nomine creditori tuo ſatisfecerit? Nonne reuera liber es ab obligatione, licet ipſe non perſolueris? Quid? nonne re vera redempti ſumus? nonne re vera ſumus cum Deo reconciliati? Atqui ſummum illud beneficiũ non nobis ipſi, ſed Chriſtus propria morte comparauit. Non enim mortui ſumus in cruce, non pœnas noſtris peccatis debitas perſoluimus, non iram Dei pertulimus, denique non illius iudicio ſatisfecimus: ſed in his omnibus neceſſariò ad imputationem recurrendum eſt. Verùm præſtat hunc locũ verbis Apoſtoli quàm noſtris cõcludere. Quemadmodum, inquit, per vnius hominis inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita per obedientiam vnius, iuſti conſtituentur multi. Quibus verbis apertiſſimè docemur, Chriſti iuſtitia nos eſſe iuſtos coram Deo, cuius tamen iuſtificationis hunc effectum eſſe, vt in nobis gignat iuſtitiæ & pietatis ſtudium, & nos ad amorẽ virtutis & obedientiæ ergà Deum incendat. Quia verò noſter ille conatus ad iuſtitiam adhuc eſt imperfectus, ſemper ad perfectam Chriſti iuſtitiam recurrendum eſt, vt & nos & noſtra omnia Dominus in ſuo dilecto amplectatur acceptaq; habeat. Hunc autem eſſe ſenſum noſtri Dauidis iam ſatis antè à nobis expoſitum eſt. Quin etiam ipſum doli & fraudis vocabulũ quo vtitur rem ſatis explicat. Non enim cum dicit eſſe fœlicem in cuius operibus nihil deſideratur: ſed cuius remiſſa ſunt peccata & animus vacat omni ſimulatione, quemadmodum ſuprà diximus. Nimirum, eò reſpexit Ambroſius, cùm diceret: Non gloriabor, inquit, quia iuſtus ſum, ſed quia redemptus ſum: non quia vacuus ſum peccato, ſed quia remiſſa ſunt mihi peccata: non quia profui, aut mihi quiſquam profuit, ſed quia pro me Aduocatus apud Patrẽ Chriſtus eſt, quia pro me ſanguis Chriſti effuſus eſt. Hæc ille. Quæri tamen non immeritò poſſit an homines à Deo ſanctificati & iuſtitiæ Chriſti participes animum habeant prorſus ab hypocriſi & ſimulatione vacuum. Reſpondeo, ea quæ in ſanctis vel puriſſima ſunt, labe tamen non carere. Sed certum eſt Dauidem agere non de iis peccatis in quibus ſancti ſibi diſplicent, & quibus obſiſtunt, ſed de improbitate & malitia in qua ſibi hypocritæ blandiuntur, & ei ſolùm aliquam virtutis & honeſti ſpeciem prætexunt. Atque hanc eſſe Dauidis mentem ſatis indicat Hebraica dictio, qua vtitur: conuenit enim peruerſis illis hominibus qui dolo & fraude, tanquam iaculo ex inſidiis emiſſo, proximos confodiunt. Itaque non ſunt

1.Cor.1.

Rom.5.

De Iac. & vit. beat. lib.1. cap.6.

An fideles ſint prorſus ab hypocriſi vacui.

verba Dauidis accommodanda ſanctorum næuis & iis peccatorum reliquiis quæ ſemper hærent vel in ſanctiſſimis hominibus quamdiu hîc degunt. Supereſt vt hanc doctrinam nobis applicemus & procul ab animis noſtris ſimulationem, dolos, & fraudes remoueamus; ac potiùs candorem atque integritatem colamus: neque ſimus duplici corde, quemadmodum ſcriptura loquitur, ſed ex animo & ſine hypocriſi pietati iuſtitiæque ſtudeamus. Iam videamus quid nos ampliùs vates doceat.

Pars ſecunda Pſalmi.

Quando tacui, inquit, conſenuerunt oſſa mea in rugitu meo toto die. Hactenus ſententiam propoſuit de fœlicitate hominis in remiſſione peccatorũ conſtituenda: nunc ſequitur illius ſententiæ confirmatio ab exemplo ipſius Dauidis, quam eſſe ſecundã huius Pſalmi partẽ initio diximus. Hæc autem verba prima ſpecie videntur habere aliquam difficultatẽ. Nam rugitus contrarius eſt ſilentio, ita vt nemo verè tacuiſſe dici poſſit, qui per totum diem rugitum, id eſt, ingentem clamorem ediderit præ dolore. Itaque ſic à quibuſdam explicatur hic locus, vt repetendum ſit illud, conſenuerunt oſſa mea, quaſi dicat: ſiue tacitus dolorem corde premerem, ſiue prorumperẽ in gemitus & clamores, ſemper manebat ſummus ille & grauiſſimus dolor, qui me intimum conficiebat, & propemodum ipſas oſſium medullas exhauriebat. Ergo ad Domini miſericordiam recta pœnitentia & ſyncera peccatorum confeſſione confugi, ex quo factum eſt, vt dolore ſim leuatus, apprehenſa peccatorum remiſſione. Quæ interpretatio veram doctrinam continet: ſic enim ante oculos ponuntur grauiſſimi illi dolores, quos tamdiu patimur dum iram Dei aduerſus peccata noſtra accenſam perſentimus, vt iam aliquoties à nobis dictum eſt. Alij verò ſic exponunt Dauidis verba: Quia tacui, id eſt, quamdiu, inquit, non confeſſus ſum coram Deo peccatum meum, conſenuerunt oſſa mea præ gemitu meo quotidiano. Nam me Dei manus quotidianis ictibus identidem vrgebat. Quare apud me decreui fateri peccatum, & tanquam vlceris mei ſaniem coram medico explicare, vt aliquod remedium meis vulneribus afferret. Quæ expoſitio videtur aptè conuenire. Nam notanda eſt coniunctio quotidianarum plagarũ cum quotidiano rugitu. Deinde cùm ante peccati confeſſionem Dei percutientis manus non ceſſarit (quod colligere poſſumus ex hoc loco) cùmque Deo percutiente Dauid teſtetur ſe totum diem rugiiſſe, id eſt, vocem præ doloris acerbitate ſuſtuliſſe, quis non videt ſilentium, de quo loquitur, poſſe commodiſſimè referri ad peccatum illud quod tamdiu tacuiſſe dicitur, quamdiu illud coram Deo ex animo confeſſus non eſt. Sit igitur: *Quia tacui conſenuerunt oſſa mea.* Hæc rectè cum ſuperioribus cohærebunt ſi dicamus tranſitum fieri à generali doctrina ad Dauidis hypotheſin. Nam poſtquã remiſſionem peccatorum commendauit, adeò vt etiam in illa collocârit hominis fœlicitatem: Ne, inquit, aliquid vobis dubitationis ſuperſit, volo meipſum proponere, in quo illius ſententiæ veritatem, tanquam in ſpeculo, poſſitis intueri. Cùm ob meorum peccatorum grauitate accenſus Dei furor me ſummis & quotidianis cruciatibus afficeret, nullum vnquam aliud remedium potui tot tantiſque doloribus adhibere, quàm ſi ſupplex ad Dei miſericordiam confugere & tanquam ad ſummæ illius Maieſtatis pedes prouolutus, peccata mea agnoſcerem, ipſorúmque veniam deprecarer. Hoc igitur Dauidis exemplo docendi ſumus, ea Dei dona quæ ſingulis hominibus conferuntur, debere ad omnium vtilitatem accommodari. vt enim in corpore videmus tantam eſſe membrorum coniunctionem, vt ſingula quicquid habent, conferant in communem totius corporis vſum & conſeruationem: ita quoque nobis faciendum eſt, ſiquidem ad Eccleſiæ corpus vnuſquiſque noſtrûm verè pertinet. Hoc vel profani agnouerunt, cùm docerent nos nobis non eſſe natos, ſed partem noſtri patriam, partem parentes, partem amicos vendicare: quod quantò meliùs ac veriùs de Eccleſia dicendum eſt? Quamobrem demus operam ne collata in nos Dei beneficia ingrato ſilentio conſepulta iaceant in tenebris, ſed potius communi cæterorum vtilitati ſalutíque poſſint inſeruire. Poterat Dauid tacere ſummum illud beneficium quod acceperat à Domino, poterat ſolus & tacitus illo frui: ſed noluit rem tanti momenti non eſſe cum aliis communicatam. Sciebat enim homines ſæpiſſimè incidere poſſe in eiuſmodi cruciatus: ne igitur aliis deeſſe videretur, idem præſtitit quod factitant ij qui ab aliquo graui morbo conualuerunt, cùm eos qui in eundem morbum incidunt, docent quibuſnam remediis ſit vtendum: & (vt Nazianzeni ſimilitudinem vſurpem) ſolent qui à ſerpentibus fuerunt icti dare conſilium iis qui idem vulnus acceperunt: & quibus eſt, inquit, communis timor, his idem dolor commune malum eſt. quod & apud profanum Poëtam illa intellexit, quæ haud ignara mali miſeris ſuccurrere didicerat. In primis autem conſiderandum eſt quiſnam ſe morbo noſtro remedium allaturũ eſſe profiteatur. Is eſt Dauid: Dauid, inquam, & rex & Propheta qui tot tantiſque donis excelluit, vt de illo difficile dictu ſit, vtrum rex fortior, an Propheta ſanctior fuerit. Ille tamen qui opibus, qui gloria, qui virtute ac ſanctimonia inter cæteros eminebat, non dubitauit hoc in loco partes doctoris ſuſcipere, aut potius fungi medici officio, vt aliqua morbis noſtris ſolatia ac fomenta poſſit adhibere. Atque quod miteris magis, vt nos reddat ad remedia ſuſcipienda promptiores, ipſe cicatrices ſuas oſtendit, & tanquam digito commonſtrat qua parte vulnus acceperit, & quanam ratione conualuerit, id eſt, ingenuè fatetur peccatum, atque ipſam confeſſionem ſcriptis tradidit ad hominum memoriam ſempiternam. Quid? adeóne tui obliuiſceris, ô Dauid, vt tam malè tui nominis celebritati & famæ velis eſſe conſultum? Mihi, inquit, ſufficit dum gloria Dei ſanantis in meo detecto vulnere reluceat. Huc igitur oculos conuertamus, vt tanti viri nos exemplum doceat, non eſſe quòd nos pudeat ingenuè fateri culpam noſtram etiam coram omnibus, ſi noſtra illa confeſſione gloria Dei illuſtretur & aliquid vtilitatis accedat Eccleſiæ. Hoc idem fecit Pſal. 51. & paſſim aliis. Hoc præſtitit Daniel & ſuo & totius Eccleſiæ Iſraëliticæ nomine, cuius peccata coram poſteritate teſtatus eſt. Sed in primis vrget regis perſona: nam his temporibus eò res rediit, vt qui ſunt potentiores, adeò primatæ gloriæ ſint addicti, vt eam & honori Dei & vtilitati publicæ non dubitent anteferre. Quinetiã plerię; ita vanis opinionibus inflantur quaſi hominem

Dona Dei priuatim collata ad omnium vtilitatem accommodanda ſunt.

Ne nos pudeat culpam etiam publicè fateri, ſi inde Eccleſia ædificetur.

Dan. 1.

eſſe

Regum peccata aliorum peccatis grauiora.

eſſe deſierint ſimulatque reges extiterunt. Imperare (inquit Chryſoſtomus) eſt ars omnium artium maxima. Et profectò ita eſt. Ex quo efficitur regum & potentiorum peccata longè cæteris eſſe grauiora. Vt enim ſiquando ab iis peccetur qui malos ſcandunt, qui curſitant per foros, qui remigant, non tantum erit periculi, quàm ſi peccet is qui clauum tenet: ita regum & magiſtratuum peccata maximi ſunt momenti & ſæpè attrahunt ſummam rerum omnium perturbationem. Ne igitur ſceptrum, ne infulas, ne glorioſa magiſtratus inſignia peccatis vnquam prætexito: illa enim non minuunt, ſed augent peccata, & quò ſublimior es atq; potentior, eò peccata tua ſunt periculoſiora cùm non tantū noceas peccato, ſed etiam exemplo. Quod quum Dauid perſpectum haberet, non veritus eſt hanc ſui peccati confeſſionem mandare literis, vt eam exciperent omnes anni conſequentes. Itaq; cum eam lego, mihi audire videor Dauidem ita loquentem. Sciant poſteri (hoc enim quanta potero vocis contentione proclamabo) Sciant, inquam, poſteri me peccâſſe, me Dei clementiſſimi patris liberalitatem ſpreuiſſe, me ingratum, me terræ carniſque cupiditatibus deuinctum in craſſis tenebris iacuiſſe: Hæc vox, hæc confeſſio, hæ lachrymæ meam culpam coram Deo atque hominibus teſtentur. Sed hoc ſit ſummæ Dei miſericordiæ & paterni fauoris perpetuum monimentum, quòd me miſerum & iacentem porrecta manu erexerit, quod meorum peccatorum confeſſionem admiſerit, quòd preces & gemitus meos exaudierit, & ſuo Spiritu mihi in animo peccatorum meorum veniam obſignârit. Ita Dauidis exemplum non priuatis modò, ſed etiam iis qui ſummos gerunt & ampliſſimos Magiſtratus proponendum eſt, vt ſalutem publicam ſuæ gloriæ & priuatis rebus omnibus anteponant. Sed hic poſſit ſuboriri quæſtio de ſilentio Dauidis: *Quia tacui*, inquit, *conſenuerunt oſſa mea*: An enim Dauidem tacuiſſe, nec peccatum ſtatim confeſſum fuiſſe dicemus? Certè tantum virum in peccato ſuo obſtupuiſſe, aut illud voluiſſe ſilentio tegere, idque coram Deo, videtur maximè alienum. Cur igitur ait hoc loco ſe tacuiſſe? Cui ſic reſponſum eſſe velim, vt dicamus abſurdum non eſſe Dauidem non ſtatim ad peccati confeſſionem fuiſſe adductum. Cuius rei magnum eſt argumentum, quòd adulterium commiſſum cum Bethſabea amplius nouem menſes etiam coram Deo tacuit. 2.Sam.12. Non quòd omnino obduruiſſet in peccato, ſed quia obdormiſcebat donec excitatus eſt grauiſſima Nathani obiurgatione. Qui locus indicat Satanam in primis conari, non tantùm nos in peccatum pellicere, verumetiam noſtris oculis peccati ipſius tenebras offundere, ne illud videamus neque ſentiamus, vt ita paulatim ſerpens nos tandem totos poſſideat. Atque ita fit vt homines quo ſunt morti propinquiores, eò minùs mortem videant, minùs ſentiant. Aduertamus igitur ne in tantum periculum incidamus & caueamus inſidias Satanæ, qui ſenſim virus peccati in animos noſtros inſtillat, donec illud tandem in perniciem noſtram redundet. Sunt igitur tria tempora conſideranda: Vnum cùm in peccatis quodammodo indormimus. Secundum, cùm in nobis peccati ſenſus excitatur & noſtras conſcientias ſuis ſtimulis vrget. Tertium, cùm ad veram peccati confeſſionem adducti ſimul etiam amplectimur peccati remiſſionem in Chriſto. Itaque Dauid hoc in Pſalmo duo poſteriora tempora videtur potiſſimum deſcripſiſſe, quando commemorat ſummos illos dolores quibus affectus fuit, donec ad miſericordiam Dei refugiens, certa & vera fide apprehendit peccati remiſſionem. Hinc autem obſeruemus veram pœnitentiam eſſe Dei donum, neque à noſtris viribus vlla ratione pendere, vt non abſre dixerit Apoſtolus: Si Deus, inquit, dederit illis pœnitentiam. Nam ſi Dauid ipſe non ſtatim ſenſit pacatam conſcientiam, ſed diu multúmque verſatus eſt in mediis illis doloribus, quos ſine dubio iudicii diuini apprehenſio & legis terror infligebant, quid de nobis ſperandum eſt, qui tã procul abſumus à Dauidis integritate? Rurſus cum pœnitentia ſine fide, fidès autem ſine Dei Spititu eſſe non poſſet, quis non facilè cenſeat donum iſtud pœnitentiæ non comparari noſtris viribus, ſed à Dei liberalitate & miſericordia conferri? Quis igitur illos homines ferat, qui ſecurè doctrinam pœnitentiæ & quaſuis cohortationes obiurgationeſq; deſpiciunt atque ſemper procraſtinant, quaſi donum pœnitentię in manibus habeant & liceat quoties voluerint pœnitere? longè ſanè falluntur. Nec enim temerè eſt quòd toties Prophetæ hunc locum vrgent in ſuis concionibus: Reſipiſcendum eſſe dum tempus fert, nec expectandum peccatoribus dum pœnitentiæ fores occluduntur: quod etiam elegantiſſima Virginum parabola Chriſtus expreſſit. Præterea non omittendum eſt certos eſſe pœnitentiæ gradus. Primùm enim excutitur ille ſtupor, quo naturâ in peccatis obdureſcimus: deinde ſerio ſenſu peccati afficimur: tum nos terret propoſitum Dei tribunal, terrent eius minæ, & legis Diuinæ ſententia animos conſternat. Pungunt enim pœnarum morſus quibus ſæpè Dominus nos peccatorum commonefacit. Sed omnium acerrimus eſt ille dolor qui ex conſcientiæ ſtimulis proficiſcitur: quò tandem vbi ventum fuerit, nobis eſt ſummopere cauendum ne ad illos pauores adhæreſcamus, ſed longiùs progrediendum eſt, nempe ad Dei promiſſiones & ipſius miſericordiam nobis pleniſſimè in Chriſto patefactam: atque hæc poſtrema cogitatio dulciſſima eſt & tanquam medicina conſcientiæ. Hinc autem exoritur lucta quædam ſpiritualis inter metum & fiduciam, atque inter deſperationem & ſpem: vt quodammodo mors cum vita, minæ cum promiſſionibus, Lex cum Euangelio, ipſi denique inferi cum cœleſti gloria certare videantur. Cùm autem fides armata promiſſionibus Euangelicis & vndique meritis Chriſti nixa & ſuffulta victrix euadit: tum ouans erumpit in veram confeſſionem peccati, cuius ſimul remiſſionem percipit in Chriſti paſſione & eius perfectiſſima obedientia, quam noſtro nomine Deo præſtitit: ita vt vera peccati confeſſio ſit velut fidei victricis triumphus. Hæc igitur omnia poſſumus in Dauide tanquam in ſpeculo contemplari vt iam ſupra annotauimus. Iam diſcutiamus ipſa Dauidis verba, *Conſenuerunt, inquit, oſſa mea in rugitu meo quotidie:* his verbis non vulgarem ſed extremum dolorem ſignificat, & eum qui ipſas quodammodo medullas peruadens, animum vehementiſſimè torquebat, atque id conſeneſcendi verbo declaratur: Nam quod ait Solomo, veriſſimum eſſe conſtat, ægritudinem

Pœnitentia donum Dei. 2.Tim.2.

Matt.25.

Certi pœnitiæ gradus.

Lucta ſpiritualis in fideli pœnitente.

Peccati confeſſio fidei triumphus.

Prou.17.

nelo animi exſiccare oſſa: quemadmodum etiam Propheta conqueritur in Pſal.102. oſſa ſua præ mœrore areſacta & aduſta eſſe: & noſter Dauid in Pſal.6.& 31. exclamat, oculos ſuos quaſi vetuſtate conſumptos, oſſáque ipſa exeſa eſſe atque putrefacta, quòd ſeſe tot tantiſque angoribus dediſſet. Quæ omnia ſignificantiſſimè exprimunt vim doloris. Scimus enim ita natura comparatum eſſe, vt qui affecta ſunt ætate, longè ſint quàm antea imbecilliores: nam humore natiuo exareſcente, & ſicciora fiunt corpora & infirmiora. Itaque ſcriptura ſolet vitam hominis cum flore comparare. Videmus autem marceſcentis floris contracta & ſicca eſſe folia. Quamobrem appoſitè noſter vates adhibuit verbum conſeneſcendi, vt ſignificaret doloris acerbitatem & vehementiam: quaſi dicat: Quemadmodum homines propè acta iam ætate decurſaq́; corpus effœtum ſentiunt, oſſáq; ipſa exſiccata & medullis propemodum exhauſta: ita me tot curæ doloréſque conficiunt, vt in ipſo ætatis flore decrepitam ætatem iam repræſẽtare videantur. Hæc ergo fuit mens Dauidis vt ſuum dolorẽ diſtinguat à doloris ſimulatione. Multi enim dolẽt vbi nihil eſt opus: hic vbi opus eſt, non dolẽt. Nam quotuſquiſque eſt qui ita vt decet doleat propter admiſſa peccata, & eorum vero ſenſu afficiatur? Multi ſanè præ ſe ferunt eiuſmodi dolorem, ſed ſæpe accidit vt ſola lingua doleant, ita vt illis meritò conueniat quod dici ſolet, citò lacrymam exareſcere. Dauid autem oſſa ipſa commemorat vt magis ſignificet dolorem ſuum in ipſis præcordiis infixum & quodámodo inuſtum eſſe. Huc etiã pertinet dictio Rugitus, qua ſignificat luctum non mediocrem fuiſſe, cùm in magnos clamores eruperit, ducta ſimilitudine à leonibus, quorum rugitus longè latéque exaudiri ſolet: qua ſimilitudine ſuos dolores Iobus etiam exprimebat. Præterea cùm ait luctum illum fuiſſe quotidianum & aſſiduum, facit vt longè etiam grauior eſſe videatur. Itaque creſcit eleganter oratio, dum inſequens dictio antecedenti vim addit. Primum non leuis eſt dolor, qui penetrat vſque ad ipſas oſſium medullas: Deinde magnus eſt dolor qui non ſolitos clamores, ſed horribiles exprimit, ita vt non tam vox hominis quàm rugitus leonis cenſeri debeat. Poſtremò ſummus eſt ille dolor qui nulla temporis intermiſſione relaxatur. Itaque ſi illa omnia ſimul congeras, facilè videbis Dauidis dolorem amplificari quanta fieri potuit orationis efficacitate.

Psal. 90.

Dolor pœnitentiæ verus eſt dolor.

Iob.14.

Verùm hic quædam poſſit emergere dubitatio. Nam ecquonam pacto conueniunt perſonæ Dauidis ea quæ de tanto luctu déque tam immoderato dolore dicuntur? Dicendum eſt, non hanc eſſe Dauidis mentem vt ſe cum brutis animantibus comparatum eſſe velit, vt quaſi laxis habenis totus feratur in luctum & impatientiam. Sed hoc poeticè dictum eſt, ad exprimendam doloris acerbitatem: quemadmodum ſæpe aliâs hæc dictio Rugitus vſurpatur in eum finem. Quædam igitur dicamus de luctu & iis doloribus qui in pios homines cadunt: atque videamus quatenus illis hac in re vel poſſit vel debeat indulgeri. Primum omnium conſtat muliebres illos eiulatus in quos improbi ſolent erumpere quoties in rerum aſperitate verſantur, nulla ratione probari poſſe, cùm non tantùm hominem dedeceant, verum etiam ſoleant

De luctu & dolore qui cadit in fideles.

ab impatientia & deſperatione proficiſci. Quin etiam ipſi Philoſophi molles eiuſmodi & eneruatos animos ne hominis quidē nomine dignos eſſe cenſuerunt: quò fit vt flebiles iſtas Tragicorũ voces vehemēter improbârint: hæc omnia vidi inflammari. Item [illegible] Atque vt in noſtrum campum reuertamur, fleuit quidem Eſau, ſed ille fletus non fuit acceptus Deo. Saul ſummam animi ægritudinem ſenſit. Iudas etiã à mœrore abſorptus eſt. Quid plura? Chriſtus ipſe dum inferorum cruciatus deſcribit, vbi, inquit, eſt fletus & ſtridor dentium. Habent igitur, habent, inquã, impii ſuos dolores, ſed à quibus longè abeſſe debent piorum fletus. Nam impii gemunt quia affliguntur: pij verò quia irã Dei in ſe prouocârunt. Impii in ſuis fletibus murmurant aduerſus Deum: contrà pii offerunt Deo ſuos fletus, vt ab ipſo conſolationem accipiant. Impiorum lachrymæ ex impatientia, piorum lachrymæ ex pœnitentia procedunt: impiorum dolores ſunt initia æterni illius cruciatus quem ſunt tandem perſenſuri, piorum verò dolores eò ſpectant ne doleant in æternum. Rectè igitur Paulus triſtitiam, quæ ſecundùm Deum eſt, longè aliam eſſe docet ab ea, quæ eſt huius ſeculi triſtitia. Ergo flent pij, vt conſolationem accipiant: patiuntur, vt gaudeant: cruciantur, vt tandem æternæ quietis ſint participes. Atque huius inſignis differentiæ hæc cauſa poteſt aſſignari, quòd ij dolores quibus afficiuntur reprobi, proficiſcuntur ab ira Dei; piorum verò dolores promanant à Dei, caſtigantis quidem, ſed tamen Patris, miſericordia: quod eleganter expreſſit Nazianzenus cùm ſuas afflictiones vocat amaras ſagittas emiſſas ex dulci manu Domini: [illegible] Concludamus igitur fletum piorum ab impiorum lachrymis & ſtridore diſtare quàm plurimùm, quamuis in ſpeciem nihil diſcriminis eſſe videatur.

Eurip.

Heb. 12.

Mat. 8.

Piorum fletus ab impiorum fletu longiſſimè diſtat.

2. Cor.

Præterea refellendi ſunt ex hoc loco ſtupidi quidam homines, qui neſcio quam indolentiam in Eccleſiam inuehere voluerunt, & Stoicorum errores ex inferis excitare. Nec enim ſancti ſunt habendi tanquam Marpeſia cautes (vt ille dicebat) ita vt ſenſu careant: quod ſi eſſet, nulla certè patientia, nulláque patientiæ corona ſanctis hominibus tribuerentur. Vbi enim quæſo virtus patientiæ ſi nihil pateris? ſi non doles? ſi non afficeris ſenſu afflictionum quas Dominus immittit? hoc ergo eſt hominem ex homine tollere. Neque ſuſcipio veterum Philoſophorum errores refutandos, qui adductis athletarum exemplis, homines ad animi magnitudinem cohortabantur. Illi enim frequenti vſu ad ictus ita obduruerant, vt ſæpe (ſiquidem fides habenda eſt Philoſophis) multis vulneribus acceptis, tamen ſine clamore, ſine lachryma, ſine gemitu animam exhalarent. Atqui ſtuporis potius quàm conſtantiæ nomine illud appellârim. Nam ille demum conſtans exiſtimandus eſt, qui dolores quidem percipit, ſed eos tandem ſuperat vera patientia, cum Dei miſericordiam amplectitur & ſuam ipſius ad Dei voluntatem flectit. Vt enim equus laudabitur qui admotos ſtimulos perſentiens, redditur promptior ad ingrediendum illud iter quò ducitur à ſeſſore, non qui aduerſus ſtimulos calcitrans, reſtitat & præfractè

Quis habendus ſit conſtans.

obnititur: ita de homine dicendum eſt, eum eſſe conſtantem, non qui ſpernit verbera, qui obduruit ad dolores, ſed qui doloribus commouetur & incitatur ad eam viam ineundam quam Dominus commonſtrat. Dicamus ergo dolere fideles poſſe quoties percutiuntur à Dei manu, ſed adhibendum eſſe modum ne patientiæ metas tranſiliant, alioquin conſtantia degeneraret in impatientiam & querelam aduerſus Deum, quod improbi factitant. Et certè fatendum eſt, vt cæteri affectus naturales qui in ſanctos cadunt, inquinati ſunt à peccato, ita & à ſanctis hominibus peccari in hac dolorum tolerantia. Aut enim non ſatis, aut plus æquo dolent. Sed hic næuus, hæc imperfectio ſeparanda eſt vel à ſtupore, vel à deſperatione improborum. Quòd ſi quis roget quam ob rem dolere debeant pij in ſuis afflictionibus, ſic habeat: duplicem eſſe doloris cauſam. Vna eſt naturalis, videlicet ſenſus pœnæ quam patiuntur: Altera aduentitia quæ à pœnitentia ducitur, quando dolet ſanctis hominibus Deum offendiſſe. Prior ille dolor vt communis eſt omnibus, ita nihil habet quod Deo peculiariter ſit acceptum. Neque etiam per ſe peccatum eſt, quemadmodum neque cæteri naturales affectus. Quia tamen natura per peccatum corrupta eſt, ideò quoties etiam ipſi naturales affectus in nos cadunt, fieri non poteſt vt careant prorſus omni labe. Iam quod attinet ad eum dolorem qui manat à pœnitentia, ille Deo gratus eſt & inſtar ſacrificij ſpiritualis ipſi offerendus. Quamobrem Apoſtolus commendat triſtitiam Corinthiorum eò quòd fuerint redditi diligentiores & ad peccatum agnoſcẽdum & ad ea præſtanda quæ conferebant ædificationi totius Eccleſiæ. Hic ergo dolor nobis vehementer probandus eſt, quo magis dolemus quòd Deum offenderimus, quàm quòd pœnas ipſas à iudicio Domini inflictas ſentiamus. Porrò quum Dauid loquatur de quotidiano dolore, hinc diſcamus non ad horæ momentum nobis ſentiendum peccati dolorem. Ne igitur illos imitemur, quibus ſi ſemel propter admiſſum peccatum vel lachrymula excuſſa, vel gemitus forte expreſſus fuerit, iam præclarè ſe officio defunctos eſſe arbitrantur. Atqui pœna noſtris peccatis debita æterna eſt: ne ergo tam leuiter prætereamus quod foret alioquin æternum, niſi ſumma Domini miſericordia intercederet. Imitemur potius Dauidem, qui diu in luctu & ſqualore verſatus eſt propter ſenſum peccati quo dies nocteſque afficiebatur, quemadmodum ſignificauit his verbis *conſenuerunt oſſa mea*, inquit, *in rugitu meo quotidiano*. Ac ne cui dubium ſit quam ob cauſam adeò excruciaretur ſubiungit.

Duplex doloris cauſa in fidelibus.

2.Cor.7.

Pœnitentiæ dolor non eſt ſtatim abiiciendus.

Verſ.4. *Nam dies nocteſq́; manus tua grauis fuit ſuper me, verſus eſt humor meus in ſiccitates æſtatis.* Explicatio eſt præcedentis verſus. Dicebat enim oſſa ſua conſenuiſſe propter quotidianos illos rugitus quos magnitudo doloris exprimebat: nunc addit cauſam iſtius tanti clamoris, nempe Dei percutientis manum: atq; ita ſingula propè verba ſingulis reſpondent. Meminerat enim quotidiani gemitus: nunc ait ſe dies nocteſque manum Domini ingraueſcentem ſenſiſſe, ita vt nullus fuerit quieti locus. Quod autem ſubiungit humorem ſuum verſum eſſe in ſiccitatem, ei reſpondet quod dixerat de oſſibus conſeneſcentibus præ nimio dolore. Manus autem Domini ſignificat in hoc loco eius iudicium & pœnas ab eo inflictas (vt rectè Hebræi doctores interpretantur) ducta ſimilitudine ab hominibus, qui dum percutiunt, ſolent vehementer manum deprimere, vt grauior ſit ictus. Alibi manus Domini ſignificat pręſens eius auxilium & ſummam poteſtatem qua omnia ſibi ipſe ſubiicit, vt quum ſæpe dicitur, Dominus eduxiſſe Iſraëlitas ex Ægypto manu potenti. Aliquando denotat gratiam à Domino propoſitam & oblatam, vt ait per Prophetam ſe paſſis manibus rebellem populum reuocauiſſe. Sed hîc manus Dei ſignificat eius iudicia, quemadmodum dixi, vt etiam ſæpe occurrit apud Prophetas, manum Dei extentam adhuc eſſe, quum ſignificare volunt iudicia Domini adhuc pergere, necdum eſſe pœnarum finem. Hic eſt ſenſus huius loci. Cæterùm non explicat genus ipſum doloris, nec eſt etiam quòd nos ea quæſtio multum detineat. Potuit certè vel morbo vel alia quauis ratione ſentire cruciatum & dolorem etiam in corpore. Quinetiam ſi ſola fuiſſent conſcientiæ vulnera & intimi dolores proficiſcentes ex apprehenſione & horrore iudicij Dei, hoc vnum certè ſatis ſupérque erat ad hominem propè redigendum ad tabem. Ergo operæpretium eſt conſiderare quid præſtiterit Dauid in hoc tanto cruciatu potiùs quàm in eo deſcribendo & eius cauſis diſquirendis curioſiùs immorari. Hoc igitur in primis obſeruandum eſt, Dauidem ad Deum ipſum oculos ſuſtuliſſe in mediis doloribus & ipſius percutientis manum non tantùm ſenſiſſe, verumetiam agnouiſſe. Nam in hoc homines plerunque peccare video quòd nolunt agnoſcere manum eius à quo percutiuntur, vt aliquando Prophetæ Iudæis exprobrabant: Quorſum, (inquit Eſaias) vltra percutiemini? addetis tranſgreſſionem. Et Ieremias, percuſſiſti eos (inquit) & non doluerunt. Nimirum, vt Eſaias alibi dicebat, Populus non reuertebatur ad eum qui ſe percuſſerat. Enimuerò facilè eſt ſentire vulnus, ſed difficile eſt oculos conuertere ad eam manum quæ vulnerat. Plerique omnes fatentur mundum hunc regi prouidentia Dei, nihilque temere accidere: ſed vbi ventum eſt ad rem ipſam, pauci ſunt qui in ſeſe agnoſcant quod in vniuerſum agnouerunt de Dei prouidentia & generali rerum omnium gubernatione. Quippe alij varios rerum euentus & huius vitæ rerumque humanarum inconſtantiam accuſant: alij res aduerſas imprudentiæ ac temeritati ſuæ adſcribunt, quòd nempe non ante præuiderint, non cauerint, non hac vel illa ratione ſibi conſuluerint; alij defixi ſunt in ſuorum hoſtium improbitate quam ſolam incuſant, ſolam damnant, ſolam inſectantur: quod quidem eſt, non ſua, ſed aliorum peccata confiteri. Sed interim dolores nihilominus recrudeſcunt. Ergo mihi illi homines ſimiliter facere videntur, vt ſi quis accepto graui vulnere, non curet vulnus, non ad medicum recurrat, non aliquod remedium comparet, ſed modò ſuam ignauiam accuſet quòd telum non declinauerit, modò telum ipſum increpitans mordeat, aut aliquid denique eiuſmodi faciat, cùm ſint potius adhibenda remedia quibus vulnus curetur. Ita etiam quoties in afflictionibus & in rebus exulceratis verſamur, ne nos ipſos, ne hoſtes, ne mundum aſpiciamus, tanquam inde noſtras moleſtias doloreſque leuaturi: ſed erigamus oculos ad Deum, qui tela ipſa immiſit pro ſummo ſuo & iu-

Pſal.136.

Eſai.65.

Eſai.9.

Quo pacto ſentienda ſit & agnoſcenda Dei manus in afflictionibus.

Eſai.1.
Ierem.5.
Eſai.9.

ſtiſſimo iudicio. Non quidem vt aduerſus ipſum murmuremus, aut aliquid detrahamus de perfecta eius æquitate, ſed potius vt miſericordiam imploremus, & ab eo ipſo qui vulnus inflixit, medicinam requiramus. Sic enim alicubi Nazianzenus dicebat: A te percuſſus, ad te reſpicio. Sic etiam fecit hic noſter vates quum à Domino percuſſus exclamat: *Manus*, inquit, *tua grauis fuit ſuper me*. quaſi dicat, Agnoſco Domine tuam manum: non hæreo in rebus mediis, ſed ſublatis in cœlum oculis in teipſum intueor, cuius iuſſu & voluntate iuſtiſſima ſcio me in tantos dolores incidiſſe. Hoc idem à nobis præſtandum erit quoties affligemur, nec erunt imitandi nobis illi Ægyptij qui à Domino percuſſi exclamabãt quidẽ digitũ Dei eſſe, ſed non propterea reſipiſcebãt. Nos autẽ caueamus ne aut ſtupore iudicia Dei ſpernamus, aut impatientiæ vocẽ doloris acerbitas nobis extorqueat. Hoc enim ſatis ſupérq; eſſe debet, quòd eſt manus Domini ferientis: & ſola hęc cogitatio debet frenare impetũ doloris, ne nos rapiat extra metas. Eſt enim manus non hoſtis perimentis, ſed patris caſtigantis, quem noſtra peccata propemodum eò adegerunt, vt ſuam in nos manum depreſſerit. Igitur ea manus quæ nos aluit, quæ nos ex idololatriæ & ipſis inferorum faucibus extraxit, quæ toties aperta, nobis ſumma Dei beneficia porrexit: ea, inquam, manus à nobis prouocata, in nos ingraueſcit. Veruntamen ad eam ipſam manum recurramus, eam prehẽdamus, eam quantumuis ferientem ſupplices oſculemur, neque dubitemus fore quin breui ſit manus liberationis, quæ manus fuit caſtigationis. Cæterùm cùm Dauidem videmus grauiter diuque afflictum fuiſſe, diſcamus patienter ferre afflictiones etſi diutius durare videbuntur. Nam ſi tãtus vir à Domino multa & grauia fuit paſſus, quid eſt cur ipſi diuturnum laborem longioréſque moleſtias refugiamus? Sit igitur Dauid nobis exemplum fortitudinis & patientiæ, nequando vis doloris atque diuturnitas, nos adigat ad deſperationem. Ait autem humorem ſiue ſuccum ſuum exaruiſſe inſtar ſiccitatum æſtatis, vt magis exprimat quod anteà dixit de oſſibus ſuis conſeneſcentibus, quemadmodum iam ante dictum eſt. Sũma eſt, tantum fuiſſe doloris ſenſum, vt ab eo pene confectus fuerit. Eſt certè modus adhibendus, nec probandi ſunt ij qui ſe ita languori dediderunt, vt non ſe tantùm valetudine priuauerint, ſed etiam aliquando mortem præmaturam accerſiuerint. Illi ſunt deſperantium, non pœnitentium dolores. Veruntamen vix fieri poteſt, vt ſeriò doleamus, quin illam animi ægritudinem corporis quoq; ęgritudo quodammodo conſequatur. Itaque conſtat Dauidem verè & ex animo doluiſſe.

Ab eo qui vulnus inflixit petenda medicina.

Exo. 8.

Cauendũ tum à ſtupore, tum ab impatientia.

Patienter ferendę afflictiones etiam longiores.

In dolore modus adhibendus.

Animi ægritudinẽ ſequi ſolet corporis ægritudo.

Porrò ſi, vt quidam exiſtimant, Dauid in hoc Pſalmo reſpexit ad adulterium commiſſum cum Bethſabæa, non leuiter prætereundum eſt, meritò corpus ipſum pœnas luiſſe quod fuit inſtrumentũ peccati, & cuius vt libido expleretur, ad tantum ſcelus vir alioquin ſãctiſſimus prorupit. Meritò ergo ſuccus corporis propè exhauſtus eſt, qui anteà luxurians materia fuit libidinis & peccati. Similitudo autem petita ab iis rebus quæ ab æſtiui ſolis ardore penè conflagrantes exaruerunt, multùm eſt efficax ad rem antè oculos conſtituendam. Vt enim res eiuſmodi

Meritò luit pœnas corpus quũ fuerit inſtrumẽtũ peccati.

humore ſuo deſtitutę tandem in puluerem rediguntur: ita Dauidis corpus à iudicio Dei tanquam flamma cœleſti correptum, videtur penitus exaruiſſe. Atque obiter hinc diſcimus, quoties ægrotamus eam eſſe grauem afflictionem. Dicebat ille profanus optandam eſſe ſanam mentem in corpore ſano: nec immeritò. ſiquidem corpus effœtum & inualidum vrgente morbo, propemodũ inutile redditur ad res obeundas. Eò ſpectat quod aliquãdo dicebat Siracides: ſanitatẽ eſſe maximum theſaurũ. Nihil enim in hac vita vel vtilius eſt vel optabilius. Nec ſine cauſa morbi numerantur inter eas pœnas quibus Dominus afficit tranſgreſſores legis: nam hoc magno argumẽto eſt valetudinẽ eſſe maximũ Dei beneficiũ. Sed nihil nobis ſæpius vſu venit quàm abuti tãto & tã pręclaro Dei dono: quemadmodũ dicebat Nazianzenus, ſtultæ valetudinis fructum eſſe peccatum. Quò fit, vt ea detracta, Dominus nos exerceat variis morborũ generibus. Si verò in mediis morbis patientiam & fortitudinem atq; adeò in primis reſipiſcentiam adhibuerimus, tunc illi morbi fient nobis ſaluberrimi. Diſcamus igitur, ſi ſumus ſano corpore, Deo habere gratiam pro hoc tanto beneficio, & robur corporis ipſámque valetudinem impendere in regno Domini amplificando & promouenda proximorum ſalute. Sin autem morbo laboramus, ne hæreamus in cauſis ſecundis, nec in humorum vitio & corruptione; ſed ſtatim oculos in Deum coniiciamus, nos vitæ ante malè actæ pœniteat, conuertamur ad Deum, defleamus peccata, verſemur in ſanctis cogitationibus mortis, denique vera fide cœleſtem omnique ex parte fœlicem vitam apprehendamus. Itaque ſtatuamus, eos in media & vegeta valetudine ægrotare, qui valetudine abutuntur: contrà eos ægrotos bene habere qui ad Deum ex animo conuertuntur, & ab ipſis morbis petunt aduerſus peccata medicinam. Hæc omnia ſunt obiter conſideranda quum Dauidis verba meditamur, quibus conqueritur corpus ſuum deficiente humore propè exaruiſſe inſtar ſiccitatum æſtatis. Iam addit:

Aegritudo corporis grauis afflictio.

Eccleſi. 30.
Leuit. 26.
Deut. 28.

Stultæ valetudinis fructus, peccatum.

Quid tum à ſanis tum ab ægrotis præſtari debeat.

Quidam in media valetudine ægrotant: quidam verò in mediis morbis optimè valent.

Ab ipſis morbis petanda eſt medicina aduerſus peccatum.

verſ. 5. *Peccatum meum notum tibi feci, iniquitatem meam non abſcondi.*

Repetendus eſt ordo totius Pſalmi, vt facilior nobis conſtet huius loci expoſitio. Diximus tres eſſe huius Pſalmi partes: nempe Doctrinam de remiſſione peccatorum, Exemplum Dauidis propoſitum ad illius doctrinæ confirmationem, & cohortationem ad reſipiſcentiam. Explicata eſt prima illa pars, qua doctrina tradita fuit; ingreſſique ſumus in expoſitionem exempli Dauidis, quod ipſe propoſuit, vt magis inculcet veritatem eius doctrinæ, quam primo loco poſuit. Rurſus tria ſunt conſideranda in Dauidis exemplo; videlicet dolor cruciatúſque Dauidis propter peccatum, deinde confeſſio peccati coram Deo, poſtremò peccati remiſſio. De doloribus Dauidis ſupra egimus, neque hîc quod iam tractatum eſt, videtur eſſe repetendum. Iam ergo ſeſe offert confeſſio Dauidis nobis explicanda, de qua ſic ipſe Dauid: *peccatum meum notum tibi feci.* Diximus de lucta illa ſpirituali quæ nobis ſuſcipienda eſt quoties per pœnitentiam reuocamur à peccato, quandoquidẽ & mundus & caro & diabolus acerrimè pugnant aduerſus initia pœnitẽtiæ, vt ea, ſiqua fieri poſſit ratione extinguant. Timor & diffidentia fidẽ

Tria conſideranda in exemplo Dauidis.

Hoſtes pœnitentiam oppugnantes.

oppug-

Spirituale certamen omnium grauiſſimum.

Quantum diſtet diuinum iudicium à forenſibus iudiciis.

Quid ſit confeſſio peccati

1.Ioan.1.

De oratione Dominica poſt Tertul. de orat.

oppugnant, deſperatio in ſpem emergentem totis viribus inſurgit, vt eam peſſundet: Satan autem proponit grauitatem peccati, vim legis horroremque iudiciorum Dei, quæ omnia adhibet tanquam tormenta bellica quibus peccatorem perterrefactum concutiat ac deiiciat, ne ad miſericordiam Dei erigat oculos, ſed iaceat in ipſa mortis voragine demerſus. Illud igitur certamen longè eſt grauiſſimum neque ſatis expendi, imò ne cogitari quidem poteſt ab iis qui illud ſemel non ſuſceperint. Sed quod de Martyribus dicit Cyprianus, huc rectè accommodari poteſt: Deum ipſum qui ſuos coronat, in ſuis vincere, in ſuis triumphare. Itaque vbi clementiſſimus ille pater fidei vires in animos noſtros iniecit & propoſito miſericordiæ vultu, ſereniſſimum fulgorem conſpiciendum exhibuit: tum hoſtibus victis & proſtratis euadit victrix pœnitentia, freta viribus Spiritus ſancti, qui tantam fidei lucem in nobis accendit vt ſtatim diſcutiantur metus & deſperationis tenebræ. Vide autem quantum diſtet Dei iudicium ab humanis ac forenſibus iudiciis. Hic enim reus quum primùm confitetur, damnari ſolet: illic verò ſimulatque reus confitetur, abſolutus eſt. Iſta omnia clariſſimè videntur in Dauide. Poſtquam, inquit, diu multúmque luctatus ſum, tandem multos eóſque acerbiſſimos dolores perpeſſus, victor euaſi. Nam peccatum meum confeſſus ſum coram Deo. Itaque Dauidis iſta confeſſio opponitur ſilentio cuius ante meminit. Vt enim eum, qui in equuleo & tormentis conſtitutus eſt, quamuis multos clamores edat, tamen nihil dixiſſe affirmamus, donec crimen confeſſus fuerit: ita tunc demum Dauidem locutum fuiſſe dicimus, quum ad peccati confeſſionem peruenit. Cuius nomine intelligamus non nudam & ſimplicem verborum aliquot prolationem aut ſolam apertionem oris, ſed intimam peccati agnitionem & certam indubitatamque apprehenſionem remiſſionis peccatorum. Sic enim Iohannes: Si confiteamur, inquit, peccata noſtra, fidelis eſt ac iuſtus vt nobis remittat ea & purget nos ab omni iniquitate. Porrò hîc agitur de peccato coram Deo confitendo, & quod ex Cypriano didicimus hîc memoria repetendum eſt, Deum eſſe cordis non vocis auditorem. Ergo animus ipſe loquatur, gemat, confiteatur neceſſe eſt, vt confeſſio vera & legitima dici poſſit. Iſtud à Dauide fuiſſe obſeruatum ille ipſe docet his verbis:

Peccatum, inquit, *meum tibi notum feci*: id eſt, verè ad te conuerſus ſum, ô Domine, & coram tuo tribunali ex animo agnoui peccatorum meorum grauitatem, confiſus tua miſericordia.

Confeſſio duplex coram Deo & coram hominibus.

Ergo hic locus poſtulat vt aliquid de peccatorum confeſſione dicamus. Eam autem duplicem eſſe iam ſuprà quodammodo attigimus. Vnam quæ coram Deo, alteram quæ coram hominibus fiat. Vtraque extat in hoc verſu. Nam Dauid teſtatur ſe peccatum confeſſum eſſe coram Deo. Deinde non priuatim aliquibus iſtud dicit, ſed edito hoc Pſalmo videtur palàm & coram omnibus adeóque coram ipſa poſteritate peccatum confiteri & quaſi tubæ clangore promulgare. Paucis igitur de vtraque confeſſione nobis agendum eſt. Primùm autem exiſtere poſſit quædam dubitatio, quum Deo pateant res omnes, ipſæque noſtræ in intimis mentibus deliteſcentes cogitationes eius oculis ſint expoſitæ, quid opus fuerit narrare peccatum illud quod commiſimus? Deus enim ſatis ſcit nos peccâſſe, qui longè antè ſciebat nos peccaturos. Qui fit ergo vt Dauid dicat ſe Deo notum feciſſe peccatum? Reſpondeo hoc totum dici ἀνθρωποπαθῶς. Solet enim Scriptura dicere de Deo quæ videmus hominibus contingere. Sic iubemur Deo narrare res noſtras, vt illis prouideat. Sic dicitur Deus deſcendere & inuiſere res humanas vt cognoſcat quomodo ſe habeant. Sic Deus ipſe declarat ſe fidem Abrahami ex eius obedientia cognouiſſe, vt omittam quod toties occurrit de piis à Domino tentandis probandiſque, vt videat quonam pacto ſint erga ſe affecti. Quæ omnia vt rectè intelligamus, ad homines ipſos ſunt accommodanda. Nouit quidem Dominus hominum peccata, & quanquam ſummopere conantur impii ſua ſcelera tegere (tantum abeſt vt ea fateantur) tamen Dominus ea videt oculis acutiſſimis quibus omnia peruestigat & ſcrutatur, & eandem ſingulorum rationem repoſcit. Verùm dicitur ea cognoſcere peccata quæ ipſi à nobis explicantur: non quòd ea ignorârit, ſed quia vult à nobis narrari, vt ea ratione magis commoueamur. Ergo dicendum eſt Dauidem notum feciſſe peccatum Deo, quando verè atque ità vt decet agnouit peccatum ſuum eſſe Deo notum. Sic de precibus dici ſolet. Quis enim dubitet Deum ſcire noſtram vel penuriam vel afflictionem? videmus tamen pios in ſuis precibus ſingula ordine ita recenſere quaſi res ipſis eſſet cum eo cui penitus illa omnia eſſent ignota. Sed, quemadmodum dixi, Dominus hoc vult, non ſuo, ſed noſtri cauſa. Illa enim commemoratio acuit preces noſtras & animos reddit ad precandum paratiores. Similiter iudicandum eſt de peccati confeſſione. Non enim per eam aliquid Deo dicimus quod neſciat, ſed ita teſtaris teipſum ſcire & cognitum habere tuum peccatum. Præterea nullus ſupereſt hypocriſi locus. Nam cur peccatorum aliquam partem ſubticeas coram eo qui te intimum tuaque omnia tam exactè nouit? Sunt igitur omnia candidè aperienda & ſeriò agnoſcenda. Quid autem (quærat fortaſſe aliquis) de impiis cenſendum eſt, vt de Caino qui peccati ſui grauitatē coram Deo confeſſus eſt? Eâne habēda erit ſyncera peccati confeſſio? Nequaquā. Nam ea confeſſio de qua loquimur nō eſt extorta, non diffidens, non in Deum ipſum contumelioſa; ſed ſpontanea, demiſſa, pia, ab ipſa fide proficiſcens & in miſericordia Dei recumbens. Atque vt Spiritu Dei prælucente peccatum videmus, docente agnoſcimus, monente ſentimus, inſpirante gemimus: ita etiam eodem Spiritu dictante & ſuggerēte, peccatum noſtrū confitemur. Quæ quum ita ſint, concludendū eſt, confeſſionem peccati non noſtris vllis viribus aut meritis (quod Papiſtæ ſomniant) ſed ſoli gratiæ Dei acceptam eſſe referendam. Hanc autem de qua agimus confeſſionē omnino neceſſariam eſſe, quis ignorat? Si dixerimus nos peccatum non habere (inquit Iohannes) nobis ipſis imponimus. Accipite (clamat Oſeas) verba vobiſcum & dicite Deo: Aufer iniquitatem & profer bonum & reddemus vitulos labiorum, id eſt, gratiarum actionem. Neque ſanè opus eſt multa cōmemorare quibus confirmemus quod egregiè à veteribus fuit vſurpatum: confeſſionem peccati, eſſe peccati medicinam. Singulis enim

Quomodo dicamur notum facere Deo peccatum.

Pſal. 37.
Gen. 11. & 18.
Gen. 22.
Deu. 13.
Pſal. 26.

Notum Deo facimus peccatum cum peccatum rectè ipſi agnoſcimus.

Non omnis confeſſio peccati Deo accepta.

Vera confeſſio peccati à Spiritu Dei proficiſcitur.

1. Ioh. 1.
Oſe. 14.

Nazian. de plag. gran.

paſſim paginis innumera occurrunt teſtimonia quibus docemur confeſſionem peccatorum & vtilem nobis & in primis eſſe neceſſariam. Summa eſt, illum demum rectè confiteri peccata ſua coram Deo, qui ex animo ſe peccatorem, miſerum, & perditum agnoſcens, recurrit ad eius miſericordiam in Chriſto exhibitam, & ex illa certam remiſſionis peccatorum fiduciam concipit.

De confeſſione coram hominibus.

Iam quod attinet ad confeſſionem coram hominibus, antè aliquid de hac re diximus, cùm diſſerebamus de peccatis tegendis. Summa huc redit: ſi quando eiuſmodi peccati confeſſio cedat in gloriã Dei & ædificationem Eccleſiæ, ea nobis vtendum eſſe. Huius autem publicæ confeſſionis (quam veteres ἐξομολόγησιν appellârunt) vſus ab Apoſtolicis temporibus ad Chriſtianam Eccleſiam manauit. Eumq; pij maiores ſanctè ac diligenter coluerunt, donec tandem à Pontificiis in auricularem confeſſionem, id eſt, rem non tantum diſſimilem, ſed etiam planè contrariam, fuit immutata.

Aduerſus confeſſionem auricularem.

Quid enim tam abſurdum dici poteſt, quàm omnium peccatorum catalogum à nobis vel debere vel poſſe recenſeri? Quid? tu in immenſam peccatorũ voraginem delapſus ac demerſus, conaris, ſcilicet, ſingulas guttas enumerare, dum te interim infinita vis & copia aquarum obruit atque ſuffocat. Quantò hic noſter melius alio in loco ſic exclamat: Delicta quis intelligit? ab occultis meis purga me.

Pſal. 19.

Quid porrò tam alienum à gratuita peccatorum remiſſione (in cuius laudibus iampridem verſamur) quàm auriculari cuidam ſuſurrationi peccatorum veniam eſſe alligatam? Quantum, obſecro, laqueum miſeris conſcientiis hoc pacto Pontificij iniecerunt? Rectè igitur Dauid: Tibi, inquit, peccatum meum notum feci. Et rurſus: Fatebor tranſgreſſionem meam coram Domino. Quibus verbis ſatis explicat ad quem ſit peccatorum noſtrorum confeſſio dirigenda, nempe ad Deum ſolum, cuius etiam ſolius eſt parcere atque miſereri.

Vſus publicæ confeſſionis.

Publica verò confeſſio non in eũ finem inſtituta fuit, vt ab ea peccatorum remiſſio vllo modo pendere debeat, ſed tantùm vt Eccleſiæ ſit aliqua ratione ſatiſfactum, & omnes vnius pœnitentia confirmentur qui fuerant vnius peccatis & ſcandalis vulnerati. Quo remedio vix vllum aliud reperias & ad arcenda ſcandala & ad fouendam ſacram Eccleſiæ coniunctionem magis accommodatum. Non poſſum igitur quin earum Eccleſiarum fœlicitatem prædicem, quæ publicæ confeſſionis vſum, ſublatis Pontificiis erroribus, in lucem, cum ſumma piorum vtilitate reuocarunt. At enim, dicas aliquis, ea Pontificij abuſi ſunt. Certè, & fœdè abuſi ſunt. Ampliùs dico: ipſo Euangelio abuſi ſunt, prædicationem Euangelij corruperunt, Sacramenta ſuis ſordibus inquinarunt, rectam Dei inuocandi rationem peruerterunt, templa innumeris idolis polluerunt. Quid plura? Ipſam propemodum Solis lucem craſſiſſimis errorum nebulis obſcurarunt. Veruntamen ſi hoc ſatis eſt ad repudiandum verum publicæ confeſſionis vſum, quin tu igitur Euangelicæ prædicationi & Sacramentis renuncias, quibus Pontificij abutuntur? Nimirum ſecernendus eſt vſus à corruptela & abuſu.

Vſus ab abuſu ſecernendus.

Quid eſt igitur quòd te pudeat publicè peccatum agnoſcere, quod publicè cum totius Eccleſiæ damno &

ſcandalo admiſiſti? Non puduit Dauidem non tantùm in hoc Pſalmo, ſed etiam ſæpe aliàs ſua peccata vel coram poſteris omnibus confiteri. Non puduit Paulum non ſolùm ore, ſed ſcriptis etiam ſempiternis profiteri ſe blaſphemum, ſe perſecutorem, ſe iniurioſum fuiſſe: denique ſe indignum eſſe qui vocetur Apoſtolus. Atque vt ad regia exempla redeamus, non puduit præſtantiſſimum Imperatorem Theodoſium peccatum publicè deflere coram Eccleſia, & veniam à Domino deprecari. Quod quidem factum præclariſſimum pij veteres ad æternam hominum memoriam conſecrarunt. Hæc ſit igitur ſumma: verum confeſſionis vſum ſublatis omnibus erroribus nobis in primis eſſe retinendum: nec ipſam confeſſionem, ſiue ſoli Deo, ſiue etiam publicè fiat, vnquam eſſe gratiæ Dei opponendam, ſed totam potius ab ipſa Dei gratia & miſericordia deducendam. Atque hoc paſſim imitabimur Dauidis exemplum qui profitetur ſe *Peccatum ſuum notum feciſſe Domino, & iniquitatem ſuam non abſcondiſſe.* Verùm cur addit ſe non abſcondiſſe iniquitatem ſuam? Perinde enim loquitur ac ſi penes ipſum fuerit abſcondere Deo peccatum. Sed longè ſanè ſecus eſt. Iam enim antea confirmauimus fieri non poſſe vt peccata Deum lateant. Veruntamen hoc loquendi genere Dauid opponit ſuam ſynceritatem improborum hominum hypocriſi & tergiuerſationi. Quoties enim illorum conſcientia pungitur commiſſorum peccatorum aculeis, ſolent laborare in quærendis latebris & diuerticulis vt conſpectum Dei fugiant. Nam ex primo parente (vt iam ante dictum eſt) ſatis conſtat ſimul cum peccato natam quoque fuiſſe illam hypocriſin, quæ nobis fruſtra ſuadet latitare, quoties vox Domini reſonat in conſcientiis noſtris. Demus igitur operam, vt profligata illa hypocriſi quæ nobis naturalis eſt, nos ingenuè & reuerenter ſiſtamus coram Deo, nóſque nudos agnoſcentes, non à Deo, ſed ad Deum potius fugiamus, qui nos induat ſuæ miſericordiæ donis, atque adeò meritis [illegible] Chriſti iuſtitia. Hæc & ſimilia meditemur in exemplo Dauidis nobis propoſito. Iam addit.

1.Timot.

1.Cor.15.
Ambr. de ob. The.

Impij quærunt latebras vt conſpectum Dei fugiant.

Ad Deum, non à Deo fugiendum eſt.

Dixi, confitebor aduerſum me transgreſſionem meam. Id eſt, conſtitui apud me operæpretium eſſe me ipſum ſeriò accuſare, nedum ſubterfugia hîc & illac quærere: nam tranſgreſſus ſum legem Domini: quid prodeſt culpam diſſimulare coram illis oculis qui omnia tam acutè circumſpiciunt & peruestigant? Itaque verbum, dicendi, hoc loco ſignificat deliberatam & fixam ſententiam, vt & Pſalm. 31. In te ſperaui Domine: dixi, Tu es Deus meus. & Pſal. 16. Anima mea dixiſti Domino: Tu es Dominus meus. In quibus locis Propheta ſignificat hanc apud ſe ſententiam [illegible] hoc habere conſtitutum, [illegible]. Hæc eſt ſignificatio verbi Hebraici [illegible] non ſolùm ſignificat loqui, ſed etiam cogitare, rem ſuam decernere & ſtatuere, pronunciare, vt ita teſtemur nos ſeriò illud in animum induxiſſe. Atque hæc verbi ſignificatio (vt id obiter dicamus) declarat quàm integra & ſyncera debeant eſſe quæcunque loquimur, vt illos [illegible] loquaces & futiles homines quorum lingua præcurrit mentem, nec minus ſimulatos illos qui aliud gerunt in ore, aliud in pectore.

Eſt

Ea demum quæ cogitata sunt, proferenda.

[illegible] enim iucunda verbi Hebræi analogia, cùm vtrunq; significet & loqui & cogitare: vt discamus ea demum proferenda esse quæ cogitauimus. Quod nec profanos ipsos latuit. Sic enim Homerus Vlyssem ait vocem ex pectore misisse. Quod sit verò nobis longè abesse debeat omnis hypocrisis & simulatio. Sed vt ad nostrum Dauidem reuertamur, [illegible] inquit, confitebor: quasi dicat, non hoc tam lingua quàm corde ipso pronuntiaui. Hoc semel mihi faciendum esse cõstitui. Vidi enim hoc mihi necessariò præstandum esse, neque me vlla alia ratione posse cõsolationem adipisci. Quæ omnia si propius inspicias videbis Dauidẽ non statim huc deuenisse, sed post multas alias cogitationes. Quinetiã si in memoriam [illegible] eorum quæ dicta sunt in explicando versu tertio huius Psalmi, visus est Dauid dolore & cruciatu tanquam doctore ac duce ad hanc confessionis viam ingrediendam. Vnde colligendum est non abiiciendos esse animos si non statim ea præstamus quæ à nobis Dominus requirit: sed adhibendam esse operam vt superatis omnibus difficultatibus tandem meliores cogitationes primum locum obtineant. Deinde obseruandum est Dauidem re ipsa fecisse quod se facturum constituerat, vt eius exemplo eos damnemus qui præclara & sancta quæque profitentur, nihilque aliud præ se ferunt quàm sanctimoniam atque probitatem: promittunt, iurant, testantur, nunquam [illegible] verba ad rem conferuntur: verùm vbi loquentes audieris, omnia [illegible] videris, illi enim homines sunt monstri similes, cum toti linguæ & [illegible], neque manus habeant neque pedes, id est, nihil habentes [illegible] sermonis [illegible]: non enim opere præstant quæ verbis polliciti sunt. Dauid autem cùm [illegible] fuisse constitutum confiteri Deo peccatum, simul etiam confessus est, atq; adeò his verbis confitetur. Sic [illegible] filius ille luxu propemodum perditus, tandem resipiscens, Surgam, inquit, & proficiscar ad patrem meum & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum, & coram te. Hæc ille, quæ statim reipsa [illegible], quemadmodum ipsi etiam facere debemus, vt iam dixi. Nunc quod addit *Aduersum me*, magis exprimit quàm syncerè & candidè versatus [illegible] in peccati confessione, [illegible] propositum est vt nos ipsi [illegible] [illegible] excusationis aliqua specie culpam [illegible]. *Aduersum me*, inquit, id est, [illegible] me in culpa esse, volo esse [illegible] testis [illegible], vt [illegible] [illegible]. Quare [illegible] nostri peccatis [illegible] [illegible] ipsos quodammodo vocare in ius, vt à misericordia Dei [illegible] peccatorum remissionem impetremus. Quod Dauid [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Quibus [illegible] [illegible] fuerit peccatum [illegible] [illegible] [illegible] superfluum esse [illegible]. Certè cum Dauid [illegible] ad Deum orationem conuerti, hoc [illegible] fidenter [illegible] certò pronuntiat, nullum locum relinquit [illegible] dubitationi. Cæterùm vt doceat non [illegible] fuisse [illegible], vt Dei misericordiam [illegible] [illegible] [illegible] vtitur hac loquendi formula, iniquitatem peccati, inquit. Nam [illegible] Hebræis doctoribus

Quod piè professus fueris diligenter exequendum.

Fideles seipsos accusant vt à Domino absoluantur.

doctoribus qui hac locutione peccatũ amplificari exiſtimãt, quemadmodum dicitur terra pulueris, cœnum luti & quæ ſunt eiuſdē generis. Atq; inde cõſequitur eius quod ante diximus luculenta probatio, nẽpe Dauidẽ non leui aliquo ſenſu peccati tactum fuiſſe, ſed ſerio & ex animo agnouiſſe peccati grauitatem: quò fit etiam vt magis emineat ſumma Dei condonantis miſericordia. Cur igitur (ſic enim debet vnuſquiſque noſtrûm ſibi doctrinam hanc applicare) cur, inquam, me meorum peccatorum moles, me tot iniquitatum numerus ab amplectenda Dei miſericordia retardabit? illa ipſa eſt miſericordia quę non leuia tãtùm peccata, nõ minores tantùm iniquitates, ſed iniquitates peccatorum, id eſt, longè maximas ſolet pœnitentibus condonare: magna eſt mea culpa, ſed miſericordia Dei maior eſt: meam malitiam illius bonitas, meam ingratitudinem illius liberalitas ſuperabit. Hæc igitur noſtris mentibus ſubiiciamus quoties nos peccatorum grauitas excruciabit, & illi opponamus ſummam Dei miſericordiam, caueamusque ne nos vitiorum numerus à vera confeſſione & pœnitentia deterreat, ſed potius quò maior erit noſtra iniquitas, eò ſit maior & ardentior illius coram Deo confeſſio. Quemadmodum hic Dauidem feciſſe perſpicimus: cuius quæ ſequuntur verba iam expendenda ſunt.

Dan. 12.
Pſal. 40.
Zac. 10.
Iob. 37.

Magna eſt noſtra culpa, ſed maior eſt Dei condonantis miſericordia.

ver. 6. *Idcirco te orabit vnuſquiſque pius tempore inueniendi: in inundatione aquarum multarum (ipſæ) illum non attingent.* Poſteaquam ſe vera fide peccatorum remiſſionem ac veniam apprehendiſſe declarauit, iam oſtendit quinam fructus ex hoc tanto beneficio conſequentur. Atq; docet iſtud Dei donum non reſtringi ad vnũ Dauidem, ſed inſtar lucis clariſſimæ longè latéq; refulgere, quò ſit vt ad totius Eccleſiæ vtilitatem pertineat. Cùm, inquit, huius in me collati beneficij fama ad alios peruenerit, inde reddentur promptiores & alacriores ad precandum in mediis ærumnis, nec illos ſua peccata retardabunt cùm tantùm diuinæ miſericordiæ fulgorem in me relucentẽ intuebũtur, ſed potius quęrent auxilium Dei & eo fruentur atq; liberabuntur è ſuis afflictionibus. Hæc eſt ſententia Dauidis: ex qua colligere poſſumus quem in finem Dominus ſua in nos beneficia conferat, nempe vt fructus ad alios etiam porrigãtur (quemadmodũ iam antè monuimus) & quæ ab ipſius liberalitate tãquam ex fonte ad nos defluunt, ea ad communem totius Eccleſiæ ædificationẽ poſſint redundare. Hæc reſpiciebat ille ipſe Dauid cùm Pſal. 51. profitebatur ſe fore pœnitentium doctorem ac magiſtrũ vt illos ab iniquitate reuocaret. Quin etiã Apoſtolus teſtatur ſe veniam à Domini miſericordia fuiſſe conſecutũ, vt eſſet cæteris exemplo quò promptiùs & alacriùs ad miſericordiam Dei Patris confugiant. Hîc enim idem ſtatuendum eſt quod de corpore dici ſolet. Nam ſiquis annulum induat, quamuis eum digito gerat, dicimus tamen non hunc vel illum digitum, ſed totum hominem inde exornari: ita diuinæ liberalitatis ornamenta quæ potiſſimum in hoc vel illo Eccleſiæ membro refulgent, non illud ſolùm membrum, ſed totum corpus illuſtrant ac vniuerſæ Eccleſiæ decus & ſplendorem afferunt. Ruſus obſeruandũ eſt noſtras eſſe partes rectè vti aliorum exemplis quæ nobis ad imitandum proponuntur, ne ad tantam lucem nobis exhibitam excæ-

Deus quædam Eccleſiæ membra exornat vt totum indè corpus refulgeat.

Iob.8.

mus. Interroga priorem ætatem, inquit ille, quia dies noſtri ſuper terram ſunt inſtar vmbræ. Sumus igitur aliorum cùm doctrina, tùm exemplis inſtituendi, vt vitam noſtram piè & ſanctè formare poſſimus.

Quomodo veterum piorum exemplis vtendum ſit.

Multa quidem exempla veteres hiſtoriæ, multa etiam rerum quotidianarum experientia nobis ſuppeditat: ſed fit neſcio quomodo vt tantam lucem vndique circumfuſam nolimus intueri. Atque veterum exemplorum meditatio attentáque conſideratio non parum poteſt ad animos commouendos. Non te mouet iudiciorum Dei metus? Audi Paulum monentem; ne, inquit, Idololatræ ſitis, ſicut quidam Iſraëlitæ: nec ſcortemur, ſicut eorum quidam ſcortati ſunt, & ceciderunt vno die 23. millia.

1.Cor.10.

Rurſus ſi te tuorum peccatorum ſenſus adeò deiicit, vt ad amplectendam Dei miſericordiam ſurgere nequeas: pone tibi ante oculos ipſum Dauidem, qui veniam à Domino conſecutus eſt (vt innumerabiles alios prætermittam) & qui hoc Pſalmo profitetur tantum beneficium ſibi fuiſſe collatum, vt hoc exemplo cæteri confirmarentur, & meliori animo ſuorum peccatorum veniam poſtularent. *Idcirco*, inquit, *te orabit vnuſquiſque*: quaſi dicat, Multi meo exemplo reſipiſcent: multi ad te confugient Domine, & ex eodem liberalitatis fonte haurient, ex quo me aſpergere dignatus es. Atque hîc cogor noſtrum ſtuporem incuſare. Seipſum Dauid in exemplum proponit, nos docet, monet, incitat, & interim deſides ſtertimus. Quotus enim quiſque eſt qui Dauidis exemplo in peccatis ingemiſcat? qui lacrymas effundat ad Dei pedes prouolutus? quis ad diuinam miſericordiam confugiat? eam imploret? ea nitatur? qui denique Deo ſupplicet in tot rebus aduerſis quibus vndique premimur?

Non deſunt exempla, ſed qui exemplis benè vtantur.

Itaque non deſunt exempla, ſed deſunt qui exemplis propoſitis rectè vti velint. Quinetiam audire mihi videor vanam excuſationem, quam multi ſuæ ignauiæ prætexunt: quid enim? inquiunt, Sumuſne cum Dauide comparandi? fas illi ſanè fuerit diuinam miſericordiam ſuis precibus euocare, qui tot tantiſque beneficiis ornatus, tot S. Spiritus donis illuſtratus fuit: nobis non item, qui ad Dauidis præſtantiam nihil ſumus. Itáne verò? At longè aliter concludit Iacobus: Elias, inquit, homo erat iiſdem quibus nos obnoxius, & precatus eſt ne plueret, atque adeo non pluit ſuper terram annos tres & ſex menſes.

Iacobi 5.

Quid ergo ſibi vult Iacobus hoc exemplo propoſito? num vt nos à precando deterreat cùm tam longè abſimus ab Eliæ ſanctitate? imò potius: Orate, inquit: falluntur enim qui preces ab hominum dignitate vel meritis pendere exiſtimant, cùm earum fructus à ſola Dei miſericordia per Chriſtum mediatorem ſit expectandus.

Preces [illegible] non humanis meritis ſed ſola Dei miſericordia nituntur.

Enimuerò mirari ſatis nō poſſum hominum hac in re peruerſitatem, qui dum monentur ſanctiorum hominum exemplis reſipiſcere, exclamant, ſe indignos eſſe qui ſibi tantam puritatem imitandam proponant. Rurſus ſi illorum peccata redarguuntur, cùm obiiciuntur adulteria, homicidia, cùm ipſa Chriſtianæ religionis abnegatio reprehenditur: ſtatim ad Dauidis peccata & ad Petri lapſum refugiunt. Nónne, inquiunt, Deus Dauidi, nónne Petro condonauit? Ita eſt ſanè: ſed Dauidi pœnitenti, peccatumque ex animo agnoſcenti: Petro lacrymanti, non obſtinato, non præfractè in vitiis pergenti, condonauit. Vtendum eſt igitur, non abutendum piorum veterum exemplis, quorum peccata voluit Deus ſacris literarum monumentis eſſe prodita, non vt eorum exemplo peccemus, ſed vt eorum potius exemplo reſipiſcamus. Quod vt meliùs intelligas, expende quod ſequitur in contextu: *Te orabit,* inquit, *vnuſquiſq; pius*. Ecce tibi quales oporteat eos eſſe, qui ſibi Dauidis exemplum imitandum proponent. Quos enim, ô Dauid, futuros meliores tuo exemplo dicis? Vnumquemque pium, inquit, id eſt, benignum, manſuetum, pietatis virtutiſque ſtudioſum. Hæc enim eſt propria verbi Hebræi ſignificatio. Ex quo debet intelligi, eos demum Dauidis exemplo poſſe proficere qui pij ſunt, qui peccati dolore experrecti ex animo peccatum agnoſcunt, peccatum ſentiunt, peccatum oderunt; qui ſummiſſi atque in ſeipſis deiecti, ſe totos conferunt ad Dei miſericordiam: non autem qui in vitiorum ſordibus volutati, altum, & (vt hoc mutuer ab Ethnicis) Endymionis ſomnum dormiunt. Præclarè igitur Dauid hæc duo ſimul coniunxit, manſuetudinem & precationem, quandoquidem niſi inter precandum manſuetum, humilem ac benignum animum habeas, vana eſt & irrita precatio. Nec enim abs re Hebræi vocant fideles Chaſidim, nomine à miſericordia ac benignitate deducto: ſed vt primùm doceant nos eſſe vaſa diuinæ miſericordiæ in quæ pius ille & clementiſſimus Pater immenſos ſuæ gratiæ theſauros infundit: deinde vt ſignificent quales ipſi eſſe debeamus, id eſt, benigni atque miſericordes, cùm in omnibus vitæ actionibus, tum vel maximè in precando. Quare in ea precatione quam nobis Dominus noſter Ieſus Chriſtus dictauit, hoc nominatim profitemur, nos eſſe odio vacuos & omni vindictæ cupiditate. Quod vtinam ante oculos habeamus, quoties precamur. Tam ſæpe enim video hac in re peccari, vt cogar hunc locum paulò fuſiùs inculcare. Mutuis odiis & quotidianis propè rixis ac diſſidiis laboramus, atque interim volumus fideles pleno ore prædicari. Obſecro, mi frater, cur te fidelem nominas? cur te iactas Deum precari, niſi ſis miſericors? Memineris quæſo huius loci, vbi Dauid eos ait eſſe precaturos qui erunt benigni, manſueti, miſericordes. Cur te quotidie precibus Eccleſiaſticis intereſſe video, poſtulantem vt tua tibi peccata remittantur, quemadmodum iis qui te offenderunt remittis? Ecquóniam ore iſtud pronuntias, cum odium in fratres conceptum atque alta mente repoſitum, te mendacij coram Deo coarguat? Atenim, inquis, ille me grauiter offendit: an ergo vt toties illatam iniuriam obliuiſcar? Quid? nónne longè grauiùs in Deum peccaſti? Vide quàm ſis iniquus rerum æſtimator: Vis tibi remitti ea quæ in Deum æternum & omnipotentē admiſiſti: non autem ea vis remittere quę in tę homuncionem, in te vermem, in te cinerem ac puluerem admiſſa ſunt. Quamobrem omnes odij atque offenſionis aculeos hęc vna cogitatio excutiat, quòd nos, quanquã odio digniſſimos, à Domino in gratiam recipi, nos peccatores longè maximos, ab ipſo veniam impetrare poſtulamus. Hæc autē ad ritè precandum via eſt (ſiquidem Prophetã noſtrum audimus) vt benigni, vt manſueti, vt miſericor-

Quorum proprium ſit precari.

Fideles manſueti eſſe debeant.

Mat. 10.

Aduerſus fœneratores.

Fidelis officium eſt precari.

Vſus precationis.

Precatio anima ipſius animæ.

Hodierna precandi neceſſitas.

Prou. 18.

des ad precandum accedamus. *Te, inquit, Domine vnuſquiſque manſuetus orabit.* Itaque meminerimus præclari iſtius nominis quod nobis à Dei Spiritu in ſacris literis inditum eſt, dum fideles appellantur manſueti, quemadmodum cum ouibus comparari ſolent. Quinetiam vbi Eſaias prædicit fore cum ex omnibus mundi partibus ſe homines in Eccleſiam recipient, vſurpat ſimilitudinem à columbis ductam, qua etiam vſus eſt Chriſtus cùm iubet nos eſſe ſimplices inſtar columbarum. Atque hic locus non ſolùm reiicit crudeles hoſtes Euangelii, quos Scriptura ſimiles facit lupis atque leonibus (nec ſanè immeritò, cùm eorum rictus piorum cruore aſperſos oculis lacrymantibus iam toties Eccleſia viderit) verum etiam vibrandum eſt hoc telum aduerſus eos, qui in media Eccleſia fœnore & quibuſuis iniuriis fratres opprimunt, hac præſertim annonæ difficultate. Quis enim non miretur accipitres vnà cum columbis volare? Abſit ergo ab iis qui ſe columbas profitentur accipitrum rapacitas, abſit à fratribus in fratres iniuria, ac potius demus operam vt noſtra manſuetudo atque benignitas huic ſacro nomini quod nobis Scriptura impoſuit, tandem reſpondeat. Iam ſi pij, ſi fideles haberi volumus, ſtudiamus ex Dauide quodnam ſit pij hominis officium: *Quilibet, inquit, pius orabit.* Nimirum hoc hominis pij officium, hæc in primis cura eſſe debet, vt precetur: quandoquidem precatio fructus longè vberrimos & ad vitam hanc tutandam & ad futuram aſſequendam producit. Siquis enim prematur rebus aduerſis, ſi cui pericula immineant, ſi quem morbus, ſi fames, ſi rerum omnium penuria, ſi vlla denique calamitas vrgeat: quidnam in tanta rerum acerbitate facturus eſt? Orabit. Quid autem ſi in hoſtium poteſtatem venerit & in ſummo vitæ diſcrimine verſetur? Quid porrò ſi peccati ſenſus ſtimulet? ſi excruciet culpæ contractæ recordatio? ſi mortis æternæ metu atque inferorum horrore identidem animus exterreatur? Orabit. Hæc vna conſolatio, vna ſpes, vnum perfugium. Quamobrem nunquam ſatis laudari poteſt Chryſoſtomi ſententia, qui precationem eſſe animam ipſius animæ exiſtimauit. Nam adeò eſt vtilis, adeò neceſſaria precatio, vt per eam animæ ſalus, vitáque ipſa quodam modo viuere videatur. Quæ cùm ita ſint, cur, [illegible], diutius cunctamur? cur non aſſiduis precibus ad Deum recurrimus? his, his, inquam, temporibus, quibus, ſi vnquam aliàs, nobis precandi neceſſitas incumbit. Afflictæ, vexatæ, proſtratæ plurimis in locis orbis Chriſtiani iacent Eccleſiæ: fideles pulſi patria, euerſi bonis, egeſtate, miſeria, doloribus obruti, in lacrymis & ſqualore vitam ægrè trahunt. Hæccine ſiccis oculis intueri & ſine ingenti animi acerbitate vel audire poſſumus, vel cogitare? Cur non ergo votis ardentibus Dei miſericordiam ſupplices deprecamur? Cur non rogamus vt peccatis noſtris ignoſcat quæ tantum Dei furorem in nos accenderunt? Si conatus hoſtium Euangelij & eorum potentiam pertimeſcimus, cur non à Solomone edocti ſtatim nos recipimus in illam arcem fortiſſimam vbi ſalus noſtra in tuto collocetur? Sic enim ille: nomen Æterni eſt inſtar turris fortiſſimæ ad quam currit iuſtus, & exaltabitur. Curramus igitur: excutiamus ſtuporem illum quo languentes vix tardo paſſu ingredimur. Quid enim eſt quod nobis vnquam metum inferat in sublimem illam ac munitiſſimam precationis arcem ſemel receptis? Metum dico? imò verò quis tantus hoſtis, quæ tanta vis vnquam eſſe poſſit, quam non valido illo precationis iaculo configere atque euertere facile poſſimus? Precatio mare diſſidit, precatio manum Dei percuſſuri ſuſtinuit, muros Iericho deiecit, Solem in medio curſu inſiſtere coegit: Precatione Moſes fudit Amalecitarum copias: Ioſua euocato à cœlo grandine fregit quinque Regum exercitus: Samuel in fugam vertit Palæſtinos: nec vllis aliis quàm ſanctarum precum viribus cœlum Elias clauſit, cœlum idem Elias aperuit. Quid plura? Quoties te inuoco, inquit Dauid, hoſtes mei retrocedunt. His etiam precationum armis Ioſaphat Ammonitas Moabitáſque ſuperauit: his Aſa Æthiopas: his Ezechias Aſſyrios profligauit. Denique precatio ſemper fuit piorum arma, victoriæ, triumphi. Agedum ergo, cunctis improborum hominum furoribus preces opponamus. Quid enim? quæ Solis curſum olim ſiſtere potuerunt, non [illegible] hoſtium, non conatus furoréſque cohibebunt? quæ cœlum clauſerunt, non frænabunt terrenas hominum vires? & profligatam impiorum audaciam? Itaque demus operam vt huic Dauidis dicto reſpondeamus: *orabit*, inquit, *vnuſquiſque pius*. Precemur igitur, ſiquidem pij & fideles haberi volumus. Atque vt intelligamus nō fruſtrà nos precaturos, ſubiicit: *Tempore*, inquit, *inueniendi*; quaſi diceret, eorum nunquam fore preces irritas, qui ex animo Deo ſupplicarint. Hoc autem maximè debet animos noſtros ad preces incendere, quòd quamuis Deum à nobis auerterimus peccatis noſtris, nunc tamen eum videmus pro ſua ſumma miſericordia ſeſe nobis offerre, nos ad ſe vocare, nos pertrahere, nobis extenta brachia porrigere, nimirum cum nos Euangelicæ prædicationis facit participes. Sic enim Paulus poſt Prophetam Tempore, inquit, accepto exaudiui te & in die ſalutis, ſuccurri tibi. Ecce nunc tempus acceptum, Ecce nunc dies ſalutis. O dulciſſimam vocem Apoſtoli! Ergo, fratres, ſi vera fide Chriſti gratiam nobis in Euangelio oblatam amplectemur, ſi in ſacroſancto Ieſu Chriſti nomine Deum precemur, ſi paternis Dei noſtri oculis tot ab improbis acepta vulnera detegamus, ſi toties effuſas lacrymas gemitúſque in clementiſſimum eius ſinum deponamus: iam audiemus ſuauiſſimam illam vocem in animis noſtris reſonantem: Ecce nunc tempus acceptū, ecce nunc dies ſalutis: audiemus etiam Dauidē nobis affirmātem hoc eſſe tempus quo Deum inuenire, & eius gratiā & fauorem aſſequi poſſimus. Hactenus in tanta Eccleſiæ tempeſtate ac procella, rerum aduerſarum tetra caligine vndiq; circumfuſa, viſus eſt Deus quodammodo latere, quod plerisque ſanctis, adeóq; toti Eccleſiæ ſæpe viſum fuiſſe teſtes ſunt hę voces: Quouſq; Domine abſcondes à me faciem tuam? Cur à nobis vultum tuum auertis, ô Domine? & permulta ſimilia. Hæc eſt enim natura & vis afflictionis, vt Deum à nobis procul abſcedentem & auerſum oſtendere videatur. Tunc autem debent ſuccurrere egregiæ conſolationes quæ paſſim occurrunt in ſacris literis: Inuocabitis me, quæretis me & inuenietis, inquit Dominus. Et Chriſtus, Petite, inquit, & dabitur vobis: quærite & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Ergo Deus precibus quæritur, precibus inuenitur.

Egregia precationis effecta.
Exod. 14.
Exod. 32.
Ioſ. 6. & 10.
Exod. 17.
Ioſ. 10.
1. Sam. 7.
1. Reg. 17.
Iac. 5.
Pſal. 56.
2. Chro. 20.
Chro. 14.
Eſa. 37.

Non ſunt irritæ piorum preces.
Quando & quo pacto Deus inueniatur.
2. Cor. 6.
Eſa. 49.

Pſal. 13.
Pſal. 44.

Ier. 29.

Mat. 7.
Deus quæritur precibus

& precibus impetrare.

Hebr. 4.

Conf. lib. 13. cap. vlt.

Matth. 25.

Esai. 55.

Deus in pura Euangelij prædicatione quærendus.

Esai. 65.

inueniemus. Non enim vt Pontificij solent, incerto animo & dubio precamur: sed potius impetrabimus, tanquam certò impetraturi: quærimus, tanquam inuenturi: pulsamus tanquam ingressuri. Audiamus enim Apostolum ita præcipientem: Accedamus, inquit, cum fiducia ad thronum gratiæ, vt consequamur misericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium. Quamobrem ita statuamus, Deum semper inueniri, modò vera fide & precibus in Christo fundatis seriò & ex animo quæratur. Sic enim aliquando non minus verè quàm eleganter Augustinus: A te petatur: in te quæratur: ad te pulsetur: sic accipietur, sic inuenietur, sic aperietur. Hoc autē ipsum inueniendi vocabulum vsurpatum à Dauide multum valere debet ad excitandū in nobis precandi diligentiam. Qui enim aurum, qui diuitias quærunt, nónne summum laborem ac diligentiam adhibent vt eas inueniant? quantò ergo æquius est nos esse intentos ac diligentes in Deo quærendo, quem summum bonum summámque nostram fœlicitatem esse scimus? Quo loco redarguenda est nostra socordia, qui quanquam assiduis concionibus admoneamur, vt Dei misericordiam sanctis precibus imploremus, procrastinamus tamen, & eam semper in aliud tempus differimus. Atqui præsens est necessitas, cur non igitur præsens subsidium comparamus? Qui scis enim an tibi in posterum precari licebit? Quid tibi tantùm audes de te promittere? Atqui parabola stultarū virginum satis docet, tempus esse redimendū, nec impune laturos eos qui oblatam suo tempore Dei misericordiam contemptè neglexerint. Quamobrem pareamus Prophetæ ita monenti: Quærite Dominum, inquit, dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Verendum est enim ne si semel occasioni defuerimus, ipsa postea nobis desit. Nam ecce, vbi Dei verbum prædicatur, vbi celebrātur Ecclesiastici cœtus, ibi Deus & quæri debet & potest inueniri. Non inuenitur Deus in delicijs, in ludis, in voluptatibus: non in choreis, non in profusis conuiuijs & comessationibus. Hic, hic quærendus est Deus, quærendus est in sacris concionibus, in publicis precibus, in assidua rerum diuinarum meditatione. Sed, proh, dolor, tantum abest vt Deum quæramus, vt etiam Deum ipsum nos quærentem auerso vultu refugiamus. Dominus assiduè in medijs nostris vrbibus pura prædicationis luce, nos quærit, vocat, excitat vt salutem oblatam amplectamur: nos autem alias res agentes obsurdescimus, nec audimus ea de quibus toties admonemur, & quasi vereamur ne nobis illuceat Dei Spiritus, néue nos prehendat Dei vocantis manus & deducat ad purioris vitæ studium, nos ipsos in mundi tenebras vltrò condimus, ac delitescimus in carnis illecebris & cæca hominum voluptate. Quamobrem caueamus ne in nos iure accommodetur hæc exprobratio quæ extat apud Esaiam: Tota die, inquit, extendi manus ad populum rebellem. Caueamus, inquam, ne nobis tandem aliquando nostram istam ingratitudinem ita Dominus exprobret: Vobis porrexi manus quum ad vos misi Euangelij mei præcones, quibus vtor tanquam manibus vt homines ad mei cognitionem adducam: vos eorum voce vocaui: vos eorum operâ diligenter quæsiui, vt in meorum cœtum colligerem, vt in æternam fœlicitatem reciperem: At nihilominus in peccatis obduruiſtis: verbum meum neglexiſtis: gratiam meam reieciſtis: ſanctas cohortationes ludibrio habuiſtis. Ergo, fratres, (nolo enim aliquid grauius dicere) iuſtam Dei ſententiam vera pœnitentia anteuertamus, Deum ipſi lacrymis ac precibus quæramus, aut potius Deo nos quærenti, nos vocanti, ad nos accedenti obuiam prompti & alacres procedamus. Verumenimuero vt ipſum inueniamus, præcedat vt ipſe prior nos inueniat: non enim propriis viribus vel Deum quærere poſſumus, vel inuenire: ſed omnes noſtræ ſalutis partes acceptæ referendæ ſunt Dei miſericordiæ. Sic Paulus quum dixiſſet Deum eſſe Galatis cognitum, ſtatim ſubiecit, Imò potius, inquit, cogniti & edocti eſtis à Deo. Et ad Philippenſes: Perſequor vt apprehendam, cuius rei cauſa apprehenſus ſum à Chriſto. Et Iohannes: In hoc, inquit, eſt charitas, non quòd nos dilexerimus Deum, ſed quòd ipſe nos dilexerit. Ergo vt Deum inueniamus, vires à Deo nobis ſuppeditari neceſſe eſt, & quaſi manu ad ipſum deduci atque pertrahi, vt in ſolidum vni Deo gloria tribuatur. Quòd ſi fiet, tunc ſentiemus quàm vera ſit hæc ſententia Dauidis quam tractauimus, vnumquemque pium Deum precari inueniendi tempore. Quod etiam vt explicet apertiùs, ſubiungit: *In inundatione aquarum multarum (ipſæ) illum non attingent.* Hic eſt, inquit, fructus precationis: hæc ſunt præſtantiſſima eius effecta, quòd ab omnibus periculis & malis, fideles precantes, liberantur. Ergo Dauid magnificè laudes precationis amplificat, ſimili petito ab aquis longe latéque inundantibus. Non enim dicit preces nos tegere, ne aliquot tantum afflictionum guttulis aſpergamur, ſed ipſam inundationem in medium proponit. Nec rurſus meminit vnius aut alterius fluminis, ſed aquarum multarum, adeò vt nullis humanis rationibus poſſis ex tantis malis emergere. Nec porrò affirmat pios non ſubmergi, ſed ne attingi quidem: vt nihil quod ad rem illuſtrandam facere poſſit, prætermiſſum eſſe videatur. Equidem non dubito quin alluſerit ad generalem illam inundationem qua ſemel Dominus vniuerſum orbem terrarum atque omnes homines, excepta Noachi familia, demerſit. Vt ergo tunc eos demum aquæ non attigerunt, qui ſe in arcam receperant: ita qui ſe confert ad precationis præſidium omnia damna atque pericula ſuperabit. Eò ſpectat etiam egregia illa promiſſio quam Dominus per Eſaiam Eccleſiæ proponit: Cum tranſibis, inquit, per flumina, tecum ero, & flumina profunda te tranſuerſum non rapient. Hæc autem aquarum ſimilitudo quanquam generaliter rebus omnibus aduerſis conuenit, tamen propriè in hoſtes Eccleſiæ ſolet accommodari: quemadmodum ſæpe videmus in Pſalmis, ac eo præſertim loco vbi fideles comparant ſuos hoſtes cum aquis inundantibus: Niſi, inquiunt, nobis Deus præſto adfuiſſet, iam hoſtes vt aquæ nos inundaſſent, iam torrens caput noſtrum ſuperaſſet, iam aquæ tumidæ vitam noſtram obruiſſent. Sic eandem ſimilitudinem Eſaias eleganter vſurpauit, quum prædiceret regem Aſſyrium ſuas copias infuſurum in Iudæam & decem tribus in captiuitatem abducturum: Superato, inquit, vndique alueo & egreſſus vltra omnes ripas ſuas redundabit in Iudæam, refluens & tranſiens vſque dum colli pertingat. Et alibi, dicit Aſſyrios fuiſſe inſtar maris & aquarum altè frementium.

Pro.1.

Vt Deum inueniamus ſumus à Deo inueniendi.

Gal.4.

Phil.3.

1.Ioan.4.

Precatione liberamur à periculis.

Gen.7.

Eſai.43.

Hoſtes Eccleſiæ aquis comparantur.

Pſal.124.

Eſai.8.

Eſai.17.

Ier.47. fremens. Ieremias autem eodem ſenſu denuntiat erupturas aquas ex Septentrione, quæ terram Iudææ inundarent. Aptiſſima certè ſimilitudo, & quæ ad viuum exprimit naturam hoſtium Eccleſiæ. Quantus enim ſit aquarum inundantium impetus, quantum periculum, vel ex eo colligitur quòd ſola fuga vitari poſſunt. Si exardeſcat incendium, aquis reſtinguetur: aquarum autem impetum & furorē ſola Dei potentia, ſolum Dei imperium compeſcit. Iam ſi ſimilitudinem ipſam longiùs perſequaris, cætera egregiè conuenient. Nam ſi ad noſtra tempora accedendum eſt, improbi, qui ſuam rabiem ſuoſque impetus effundunt in Eccleſiam, nunquam quieſcunt, ſed perpetuo motu agitantur: ſemper fremunt, ſemper minantur, blaſphemiaſque tanquam ſpumā ſemper euomunt. Nunquam ſibi conſtant, ſed inſtar torrentis extra
Iſa.57. rationis alueum ipſiuſque naturæ & humanitatis ripas longè euagantur. Et quemadmodum tum inflatus torrens augetur, cùm vndique collecti riuuli in vnum confluunt: ita ſæpe hoſtes Eccleſiæ (quod etiam Dauidis tempore accidiſſe illo ipſe teſtis eſt) vnà conſpirarunt, vt
Pſal.2.
Pſal.83. collectis viribus in Eccleſiam impetū facerent. Deniq; videmus quantum detrimenti aquæ torrentis inundantes afferant, dum magno impetu decurrentes omnia ſimul ſecum rapiunt, dúmque ipſe torrens (vt poeta dicebat) ſternit agros, ſternit ſata læta, boúmque labores: ſimiliter etiam hoſtes Euangelii magno furore atque impetu Eccleſiam depopulantes, omnia vaſtant, omnia rapiunt, nec ab vllo quàm à ſolo Deo reprimuntur. Sæpe enim accidit vt quum maximè floreret Eccleſia, & eſſent ſimiles agro cultiſſimo lætaſque ſegetes proferenti: quum viderentur (redeundum eſt enim ad poetas) ſegetes largiri fruges, florere omnia: tum rapidus hoſtium torrens longè latéque agrum Eccleſiæ inundans omnia propemodum vaſtauerit, adeò vt permulti qui antea Euangelium profitentes virere & frugem promittere videbantur, poſtea inculti & ſteriles iacuerint, vt limo & cœno, ita idololatriæ ſordibus obruti ac demerſi. Quid ergo nobis erit in tanta malorum inundatione faciendum? Nempe Dauid eſt author adhibendus, qui nobis oſtendit precationis tutiſſimum perfugium, vt in eam tanquam in arcam Noachi recepti ab hoſtium periculis liberemur: atque vnuſquiſque noſtrûm cum Nazianzeno profiteatur, ζητῶ Νῶε κιβωτὸν [illegible]. Quò minus ferendi ſunt miſeri illi homines, qui, vt ſuæ ſaluti conſulerent, à ſuæ ſalutis præſidio, id eſt, ab Eccleſia defecerunt. Qui profectò idem mihi videntur feciſſe, vt ſi Noachus inundationis metu ſe ipſe ex arca in medias aquas coniecisset. Verùm audio quid ſenſus carnis obiiciat. Vbinam, inquit, eſt illius promiſſionis fructus? annon & ſæpe aliàs & his maximè temporibus hoſtium Eccleſiæ conatus non modo fatigerunt Eccleſiam, ſed eam etiam propemodum euerterunt? Reſpondeo quod à veteribus elegāter dictum eſt: Eccleſiam oppugnari, ſed non expugnari: iactari fluctibus, ſed non demergi. Quid enim obſecro (vt in exemplo propoſito maneamus) Noacho putamus accidiſſe? Num ita tranquillum fuiſſe ſuper aquas, vt ſemper immobilis permaneret? vt nullis vnquam fluctibus agitaretur? Minimè verò: ſed ita Noachus ab aquis iactatus eſt, vt ab illis obrui nūquam

potuerit: nimirum Deo illius ſalutē protegente. idem igitur piis omnibus continget modò ſe in arca, id eſt, in Eccleſia, & in puro Dei cultu contineant. Semper enim verum eſt quod Dauid alibi canit: Deum præeſſe diluuio. Quamuis ergo nos exterior humanarum rerum aſpectus deterreat, permaneamus tamen in arca vbi ſalus noſtra depoſita eſt & Dei vocem potius quàm carnis conſilium audiamus. Quis enim Nochi tempore non exiſtimaſſet alta & immobilia montium iuga fore aduerſus aquarum inundationes tutiora arca illa quæ in ſpeciem caduca & fragilis eſſe videbatur? Longè tamen ſecus euenit: ipſi enim ſummi montium vertices demerſi ſunt, & ſola arca ſalua permanſit. Quinetiam vt tunc quò magis creſcebant aquæ, eò ſemper altius arca euehebatur: ita nunquam ab hoſtibus euerti, nunquam obrui poteſt Eccleſia, ſed quò maiores erunt illorum impetus, eò ſublimior erit Eccleſia, & auxilio Dei ſuffulta ſemper excelſior eminebit. Itaque (vt locum iſtum tandem abſoluamus) recurramus ad Deum ardentibus & aſſiduis precibus: eius miſericordiam & auxilium imploremus, cùm ex anima quæramus: neque dubitemus quin ipſius fauorem ſimus adepturi, quo tot calamitates quibus vrgemur & ipſum malorum diluuium per vniuerſum propè orbem diffuſum ſuperare valeamus. Sequitur:

Pſal. 29.
Eccleſia arca Noachi ſimilis.

verſ. 7. *Tu es latibulum meum: ab anguſtia ſeruabis me & liberationis canticis me circumdabis*. Hic Dauid ſumma erga ſe Dei beneficia agnoſcit, cùm vt gratias agat Deo, cùm vt ſe in medium proponat tanquam exemplum in quod omnes debeant intueri. Nec enim dubium eſt quin talem ſimus experturi Deum erga nos, qualem Dauid ipſe in mediis afflictionibus expertus eſt, quum ad illius miſericordiam & auxilium perfugit. Superiore verſu doctrinam generalem tradidit, quum diceret iis paratam eſſe ſalutem certiſſimam qui ad Dominum ſanctis precibus confugient. Nunc id cōfirmat ſuo exemplo: Acne, inquit, dubitetis ita futurum quemadmodum prædixi, en vobis exemplum illuſtriſſimū diuini auxilij, ſiquidem oculos in me conieciatis. Quum enim omnia me afflictionum genera, velut armati hoſtes inſequerentur: ego tanquam in latibulū, ita in Dei præſidium me recepi, vt me ille paterno ſinu regeret, ac mihi liceret tutò ſub eius alarum vmbra deliteſcere: ille me ſuo complexu fouit, à me pericula propulſauit & mihi ab hoſtibus fœliciter liberato maximum dedit gratiarum actionis argumentum. Hæc igitur eſt ſententia huius loci in quo primùm ordo ille quem Dauid ſecutus eſt videtur eſſe obſeruandus. Poſtquam enim egit de remiſſione peccatorum & huius beneficij à Deo accepti magnitudinem verbis ampliſſimis illuſtrauit, iam cætera beneficia commemorat, atque in primis præſidium, ſalutem, & à periculis omnibus liberationem. Qui ordo, quemadmodum dixi, nobis ſpectandus eſt. Ita enim ſtatuere debemus, ramiſſionem peccatorum eſſe inſtar fontis vberrimi ex quo cætera Dei beneficia & dona ceu varij riuuli deducuntur. Nam quum eos potiſſimum beneficiis exornet Dominus quos gratos habet, qui fieri poteſt vt nos puriſſimus ille Pater, amore complectatur, niſi priùs peccata condonarit? Hinc ergo cætera bona originem ducere neceſſe eſt. Quem etiam ordinem ſeruauit Paulus in Epiſtola ad Romanos:

Ex remiſſione peccatorum cætera Dei beneficia tanquam è fonte profluunt.

Pſal. 36.
Pſal. 57.
Rom. 8.
Deum eſt vnicum ſolúmque tutiſſimum perfugium.
Eſa. 4.
Pſal. 91.

olo, poſtquam multis verbis diſſeruit de gratuita fidei iuſtificatione & remiſſione peccatorum, tum ſubijcit certiſſimam illam piorum fiduciam qua pericula, qua gladios, qua mortem ipſam negligunt, qua denique tanquam victores inſultant etiam inferorum poteſtati. Quinetiam quum Dauid petit auxilium à Deo in rebus aduerſis, ſolet primum Dei miſericordiam deprecari, vt ita doceat fruſtra nos ad Deum recurrere, niſi nos pro ſumma ſua miſericordia gratos habeat. Vbi verò certò ſumus perſuaſi de peccatorum remiſſione, fieri non poteſt quin ſimul etiam credamus à Deo nos protegi, Deo nos eſſe curæ & aduerſus omnia pericula fore tutos ſub eius præſidio. Semper enim occurret quod ait Paulus, qui fieri poteſt vt qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, non etiam cum eo omnia nobis gratificetur? Quid? qui mihi peccata condonauit, num in poſterum mei curam abijciet? qui mihi ſalutem in Chriſto dedit, qui mihi cœlum aperuit, qui me iam in æternæ vitæ poſſeſſionem introduxit, nonne me ab huius vitæ incommodis, quatenus meæ ſalutis ratio poſtulabit, ſartum tectúmque tuebitur? qui peccatum, mortem, Satanam propter me vicit, euertit, conculcauit, non minas hoſtium meorum, non eorum conatus audaciámque profligabit? Itaque videmus nobis ſemper eſſe à peccatorum remiſſione incipiendum, vt hoc iacto fundamento, magnam deinde (vt ita loquar) ſpei, fiduciæ, & fortitudinis molem aduerſus hoſtium impetum extruamus, atque certis & intrepidis animis cum Dauide dicamus: *Tu es latibulum noſtrum*. Hæc etiam Dauidis verba nos docent Deum eſſe tutiſſimum piorum perfugium, quæ doctrina nobis in primis neceſſaria eſt. Quum enim hæc vita tot ærumnis & laboribus expoſita ſit, ſi ſemel hoc in animis noſtris impreſſum fuerit, Deum eſſe noſtrum perfugium, hæc certè vel ſola cogitatio facilè abſterget omnes præſentis vitæ moleſtias. Ecquis autem, cedò, non ſtatim hoc Dauidi aſſentiatur, in Deo certum perfugium nobis eſſe repoſitum, qui modò Dei naturam attentè conſiderauerit? Vbine ad eum confugere qui ſit potens, qui te amet, qui ſit ſemper ſui ſimilis? Ergo ad Deum confugito: ille eſt enim ſummè potens & ſummè bonus, ille te ſummo amore proſequitur, ille denique perpetuò ſibi conſtat, nec vlla vel illius potentiæ vel bonitati poteſt vnquam accidere mutatio: ille eſt afflictorum ſolatium, inopum theſaurus, pereuntium ſalus, morientium vita, miſerorum fœlicitas. Quis ergo aliud ſibi perfugium eligat? Nam (vt hanc Eſaiæ ſimilitudinem vſurpem) quemadmodum ſolemus, ſiquando tempeſtas venerit & imbres vel grandines vrgeant, nos ſub tectum recipere ad arcendam aeris iniuriam: ita cùm afflictionum nimbi tenebras vbique videntur offudiſſe, cùm hoſtes Eccleſiæ tonant, fulgurant, omnia permiſcent, quid, cedò, nobis eſt in hac tanta calamitate faciendum? nonne ad Dei præſidium tanquam ſub tectum tutiſſimum confugiendum eſt? Præclarè enim alibi Pſaltes: Qui habitat (inquit) in latibulo excelſi & in vmbra Omnipotentis commoratur, ille liberabitur ab omnibus periculis: quemadmodum late tractatur hoc argumentum toto illo Pſalmo qui magnam lucem affert huic loco quem nunc exponimus. Rurſus ſic alibi fideles canunt: Deus eſt nobis protectio & robur atque premente aduerſitate auxilium præſentiſſimum. Propterea nihil timebimus, etiamſi loco moueatur terra, & montes ipſi in medium mare deuoluantur. Infremant & turbentur vndæ eius, tumultuentur gentes, motus concitent regna, & tellus dato fragore diffluat. Dominus exercituum ſtat à nobis, arx ſublimis eſt nobis Deus Iacob. Magnifica verò vox & quæ debet magnam fidei lucem in animis noſtris accendere. Ecquid enim timoris aut dubitationis erit nobis reliquum, ſi ſemel conſtituerimus Deum eſſe ſalutis noſtræ præſidium firmiſſimum? Intueamur animo Dauidem in hoc Dei latibulum confugientem, quoties fuit ab hoſtibus appetitus: Abſcondit me, inquit, in tabernaculo ſuo in die aduerſitatis, occultabit me in abdito tentorij ſui. Videamus pium illum regem Aſam aduerſus Æthiopum copias ad Domini perfugium recurrentem. Contemplemur Ioſaphatum conſilij & auxilij humani prorſus inopem, oculos habentem in vno Dei præſidio defixos. Audiamus Ezechiam aduerſus Sennacheribi minas & impuri illius Rabſacis blaſphemias ad auxilium Dei ſancta precatione recurrentem. Quid pluribus opus eſt? abundat Scriptura præceptis & exemplis quæ nos rebus aduerſis variè iactatos, quaſi manu ad Dei latibulum deducunt, vbi ſecuram tranquillámque vitam agere poſſimus. Quamobrem hoc Dauidis dictum nobis ante oculos perpetuò verſetur, his præſertim temporibus, quibus hoſtes Euangelij maximum impetum in Eccleſiam faciunt. Eia ergo, confugiamus ad Dominum & cum Dauide, non tam corporis quàm animi voce exclamemus: Tu es latibulum noſtrum, ô Domine. In hac tanta temporum acerbitate quem præter te inuocemus, cuius auxilium imploremus, ad cuius præſidium confugiamus habemus neminem. Tu vita noſtra, tu ſalus, tu nobis vnicum es perfugium. Ad te confugimus tanquam ad latibulum, ô Æterne, vt ſalus noſtra aduerſus vim hoſtium in tua potentia, & aduerſus eorum crudelitatem in tua miſericordia deliteſcat. Hæc & pleraque ſimilia nobis in mentem veniant quoties verſabimur in huius loci meditatione. Nec eos imitemur qui vt res aduerſas effugiant, in rebus terrenis ſibi latibulum conſtituunt. Hic in humanis conſiliis ac viribus ſibi videtur egregiè latere. Ille ſe totum abdit in ingentes diuitiarum aceruos, vt illis vndique inuolutus tutò lateat. Alius aliud quoddam latibuli genus ſibi comparat, atque ita magna pars hominum ſe præclarè ſaluti conſuluiſſe exiſtimat. Qui ſimiliter faciunt vt ſiquis à nemine ſe videri credat, modò ſibi ipſe oculos obiectis manibus obtexerit. Atqui hoc non eſt non videri, ſed non videre. Quantò melius Dauid? Dauid, inquam, Regno potentiſſimo munitus, Dauid fretus humanis viribus, ſtipatus magno militum numero, peritus rei militaris, & iam multis ac nobiliſſimis victoriis exornatus, nihilominus tamen exclamat: Tu es latibulum meum ô Domine. Non in regno, licet potentiſſimo, non in multis hominum millibus, non in ſua virtute ac fortitudine, non in rerum geſtarum gloria ſibi latibulum perfugiumque conſtituit, ſed in Æterno. Nimirum longè aberat ab iis qui ad res humanas terrenáſque adhære-

Pſal.46.

Pſal.27.

2.Reg.18.
2.Chro.20.
2.Chron.14.

Aduerſus eos qui in rebus terrenis latibulum ac perfugium quærunt.

adhæreſcunt. Quamobrem tantus hic error eripiendus eſt, atque ita ſtatuendum, nuſquam alibi quàm in vno Deo tutum nobis latibulum ac perfugium eſſe poſſe. Sunt etiam reijciendi qui idolorum auxilium implorant, & ab iis expectant præſidium ſalutis, ac nihilominus ea ſunt impudentia, vt ad Deum recurrere videri velint. Sed hoc vno Dauidis verbo refelluntur, cùm in Æterno ſuum latibulum & ſpem ſalutis poſitam eſſe profitetur. Nec enim Deus eſt eorum latibulum qui idolorum latebris [illegible], & vt per tenebricoſas ſpecus, ita per varios multiplicéſque idololatriæ receſſus aberrantes, veritatis lucem refugiunt. Nam hoc latibulum de quo loquitur Dauid, repoſitum eſt in vero Dei cultu, & in vera ipſius Eccleſia, quemadmodum ille ipſe ſatis explicat Pſalmo 31. Quàm ampla ſunt, inquit, bona, quæ iis qui te metuunt repoſuiſti! Abſcondes illos in latibulo faciei tuæ. Et in eo quem iam citaui loco: Hoc vnum poſtulaui à Domino atque etiam poſtulabo, vt habitem in domo ipſius cunctis diebus vitæ meæ: quoniam abſcondet me in tabernaculo ſuo. Quibus verbis ſignificat, in Eccleſia Dei & in puro eius cultu nobis aduerſus improborum omnium conatus eſſe delitescendum. Nec enim dubium eſt quin hoc latibuli vocabulo ad ſanctum tabernaculum alluſerit in quod, ante extructum à Solomone templum, Iſraelitæ conueniebant ad religionem exercendam: Vt enim tentorio, ita ſummo Dei fauore vndique fideles obteguntur.

Aduerſus eos qui ad idola confugiunt.

Pſal. 27.

Quæ cùm ita ſint, quid mentis habent infœlices illi qui hoc tempore à vera religione metu hominum defecerunt? Me, inquis, præſens periculum exterruit, cùm mors identidem ante oculos verſaretur. Quid? num idcirco fuit à latibulo diſcedendum quòd maiora pericula imminerent? nonne potius eò magis te Deus ſuo verbo confirmaſſet? In te impetum homines faciebant: at promptũ erat Dei latibulum, in quod tuæ ſalutis curam conijceres. Eum deſeruiſti qui te deſertum eſſe non eſt paſſus: qui te ex errorũ tenebris, ex idololatria, ex ipſis inferorum faucibus eripuerat: qui te in ſua Eccleſia, tanquam ſub alarum vmbra tuebatur, qui te verbo ſuo nutriebat, te paterno ſinu fouebat, tibi quotidie regni cœleſtium æternæq; vitæ dulcedinem in os quodammodo infundebat, aſſidua Euangelij prædicatione. Eum, vt vitæ conſuleres, deſeruiſti, qui ſolus tuæ vitæ author, qui creator, qui conſeruator fuit. O fallaces mundi præſtigias! O præpoſteras hominum cupiditates qui vt viuant, à vita deficiunt, & ne moriantur, in mediam mortem præcipites ruunt. An ergo te putas ex hoſtibus euaſiſſe qui in truculentiſſimorum hoſtium poteſtatem veniſti? Diſtrictos hominum gladios, crudeléſque flammas horruiſti, ſed longè tibi peius accidit, cùm incenſæ peccati faces te intimum adurant: quum te Satan, caro, mũdus, atq; adeo horribilis inferorum impetus exterreant: deniq; tu tibi ipſi hoſtis es, cùm te aſſidui conſcientiæ ſtimuli confodiant, ac te miſerum exagitet perpetua admiſſi peccati recordatio. Quamobrem (vos enim appello quos ipſa conſcientiæ labes excruciat, quique admiſſum peccatum defletis: ego, inquam, vnà vobiſcum flens ac dolens vos appello) redite tandem ad vos, vel potius ad eum à quo defeciſtis. Ille vobis manum adhuc porrigit, vos ad ſe reuocat, vobis ſuum latibulũ proponit, vt vos

Aduerſus eos qui ab Euangelio deficientes ſe tutò delitescere falsò opinantur.

Ad lapſos cohortatio.

eò recipiatis. Deum reliquiſtis, ſed ille non patitur vos eſſe diutius relictos. Audite Patris clementiſſimi vocem, intuemini lucem exhibitam, recipite ampliſſimos Eccleſiæ theſauros, quos ille coram oculis veſtris explicat, vobis offert, vobis tradit. Veſtra fides & obedientia reſpondeat diuinæ liberalitati. exiſtimate vobis dictum quod Oſeas veterem Iſraëlis Eccleſiam compellans: Reuertere, inquit, O Iſraël, ad Dominum Deum tuum: quoniam in iniquitate tua corruiſti. Tollite vobiſcum verba, & conuerſi ad Deum illi dicite: Aufer omnem iniquitatem, ô Domine. Hanc ergo precationem vſurpate quam vobis Oſeas dictauit: Aufer noſtram iniquitatem, Domine, ablue ſordes peccatorum noſtrorum, ſana vulnus quod noſtra perfidia atq; ingratitudo nobis inflixit: ſis nobis latibulum ac perfugium aduerſus horrorem peccati & mortis, vt conſcientia noſtra in peccatorum remiſſione ac tuæ miſericordiæ fiducia conquieſcat. Hæc ſunt quæ debent perpetuò illis obuerſari qui derelicto Dei latibulo, à puro ipſius cultu & ab Eccleſia hoc tempore defecerunt, vt ſe illuc, vnde egreſſi ſunt, recipiant. Nos interim ſapiamus tot exemplis nobis hodie propoſitis: agnoſcamus infirmitatem noſtram, maneamus in Dei latibulo, petamus auxilium à Deo, nequa vis, nequa tempeſtas vnquam nos poſſit inde deuellere, & ipſos fratres qui lapſi ſunt, tum precibus ad Dominum, tum ſanctis cohortationibus, quoad eius fieri poterit adiuuemus.

Oſe. 14.

Ad eos qui Euãgelio ſine periculis ac metu [illegible], cohortatio.

Hoc autem loco iam attendant ij quos Deus tot tantiſq; beneficijs hodie proſequitur, qui ſine labore, ſine metu, ſine periculo puram diuini verbi prædicationem habent in medijs vrbibus ſummo cum otio ac tranquillitate reſonãtem: qui dum alij tanquam tempeſtate iactati hàc & illàc incerti vagantur, ipſi in Dei latibulo tanquam in tutiſſimo portu fœlices degunt, ſedémque ſtabilem ac domicilium certum habent. Æſtiment vt par eſt tantum Dei beneficium, colant eius liberalitatem, permaneant ſub eius latibulo, & diuinas voces, quibus ipſorum aures vndique circumſonant, reuerenter audiant, attentè percipiant, ſanctè & diligenter exequantur. Hæc igitur omnia conſideremus, vt meritò poſſimus vnà cum Dauide profiteri, Deum eſſe latibulum noſtrum atque perfugium. Quod proculdubio faciemus, ſi fructus qui inde conſequentur, ita vt decet, expenderimus. Addit enim noſter vates: *Seruabis me ab afflictione*: quæ ſi exprimas per tempus præſens, Seruas me (quod quidã faciunt) ſignificabunt aſſiduam ac perpetuam Dei cuſtodiam erga ſuos. Atque ita erit gratiarum actio, qua vates agnoſcit continuum erga ſe Dei præſidium, & ſui conſeruationem auxilio Dei ſolius acceptam refert. Sed omnino verba futuri temporis hîc vſurpata vim magnam habent.

Fideles certò perſuaſum habent ſe ſemper à Domino ſeruatum iri.

Hinc enim colligi poteſt quanta ſit eorum fiducia qui ſe in latibulum Dei receperunt, cùm affirmare non dubitent ſibi Deum perpetuò adfuturum, & ſe illius ope atque præſidio ab omni afflictione liberatum iri. Sed contra exoritur pontificiorum obiectio: vndènam tanta vobis arrogantia? Vnde tantus faſtus, vt vos à Deo ſeruandos eſſe tam fidenter affirmare audeatis? Quid? num obſecro arrogans eſt, qui Deo credit? qui fidem habet Dei promiſſis? Súmne arrogantiæ inſimulandus, ſi credo Deum ſeruare velle, quia promiſit: ſeruare poſſe, quia Deus, quia Æternus, quia omnipotens eſt? Illéne ſibi quippiam arrogat, qui ſuis atque adeò humanis omnibus terrenísque viribus diffiſus, in vno Deo ſalutis fiduciam collocat? Non dico, Seruabo me: ſed dico cum Dauide: Seruabis me, Domine. Sunt igitur arrogantes ij qui confidunt ſuis ſe meritis, operibus, ſatisfactionibus ſeruatum iri: longè verò abſunt à tam fœdo illo arrogantiæ crimine, qui ab Oſea didicerunt ſe perditos quidem in ſeipſis, ſed ſuam in Deo ſalutem eſſe. Iam ergo nobis hanc Dauidis doctrinam accommodemus, & hoc tempore, cùm Eccleſiæ in toto propemodum orbe terrarum affliguntur, dicamus; certa, inquam, fiducia dicamus: Seruabis nos Domine: nobis miſeris, perditis atque etiam indigniſſimis tantum hoc beneficium conferes: ſeruaturum enim promiſiſti: tibi Seruatoris nomen indidiſti: nos in Eccleſiam tuam collegiſti: ſumus vaſa miſericordiæ & ſalutis: nobis iam per Chriſtum parta ſalus eſt atque redemptio. Seruabis nos, quia ſemper Eccleſiam tuam ſeruaſti. Tu illam ex media Ægypti fornace exerto potentíque brachio extraxiſti. Tu Amalecitas, Chananæos, Moabitas, Ammonitas, tu ipſum Babylonicę ſeruitutis iugū à ceruicibus Eccleſię repuliſti. Eadem perpetuò manet tua voluntas, eadem eſt ſemper tua potentia. Ergo ſeruabis nos. Hæc & ſimilia debent nobis identidem occurrere, ne nos triſtis rerū aduerſarum facies deterreat, ac de fidei gradu deiiciat. Neque tantùm debemus eſſe certi de generali ſalute Eccleſiæ, ſed Dauidis exemplo debet vnuſquiſq; ſibi accommodare generales promiſſiones. Itaque ſi me vrgeat peccatorum conſcientia, ſi mihi lex Dei mortem & exitium minetur, ſi mihi admoueantur diuini iudicij faces, tum exclamabo, Seruabis me Domine. Rurſus ſi quid periculi, ſi quid aduerſi contigerit, idem perpetuò dicam, Hæc vna vox audietur: Seruabis me Domine. Quamobrem? nempe quia quæ generaliter Deus ſuis omnibus promiſit, hæc mihi debeo priuatim etiam accommodare. Sed fortè obiiciat aliquis; fideles non ſemper à Deo ſeruari, cum ſæpenumero in hoſtium manus incidant. Reſpondeo pios in media morte ſeruari, adeò vt cùm maximè victi ac proſtrati videntur eſſe, tunc maiorem de hoſtibus victoriam reportent. Nec enim fruſtrà docuit Iohannes, fidem eſſe piorum victoriam. Ergo quamdiu vera fide dices, Seruabis me Domine: tamdiu vinces, quæcunque tandem rerum tuarum exitus eſſe videantur. Cæterùm hîc admonemur quemadmodum ſit intelligenda Dei erga nos cuſtodia. Nec enim immunes ſumus à periculis, nec malorū & afflictionis expertes, ſed ſeruamur ab afflictione, id eſt quanquam innumerabiles ſunt nobis afflictiones ſubeundæ, ita tamen premimur, ne opprimamur Deo nobis perpetuum auxilium ſalutémque conferente. Quod enim de ſe profitebatur Apoſtolus, id poſſunt fideles omnes meritò dicere: In omnibus premimur, at non conſtringimur: hæſitamus, at non prorſus hæremus: perſecutionem patimur, ſed in ea non deſerimur: deiicimur, at non perimus. Et alio loco: vt morientes, inquit, & ecce viuimus. Præclara ſanè ſententia, vt quæ nobis ponat ante oculos eorum conditionem, qui mundo renunciantes ſe totos Dei cultui conſecrârunt. Si enim cum militibus cōparantur, qui ſunt, Apoſtolo teſte, variis armorum generibus inſtruendi: num obſecro

ideo

Qui non Deo ſed ſuis operibus confidunt arrogantes ſunt habendi.

Oſ. 13.

Vnuſquiſque debet ſibi generales promiſſiones accommodare.

1. Ioh. 5.

Ita ſeruantur fideles vt non ſint periculis & afflictionibus vacui.

2. Cor. 4.

2. Cor. 6.

Eph. 6.

ideò ſunt milites, vt in vmbra atq; otio perpetuò viuãt: non ideò armantur, vt ſępe ignaui inerteſq; ſedeant? nobis ſaltẽ pudorem incutiat illa Poëtæ veteris exprobratio de Salmacidis ſpoliis ſine ſudore & ſanguine. Si de morte, peccato atq; inferis triumphandũ eſt, vincendũ igitur: ſi vincendũ, ergo pugnandũ eſt: niſi præceſſerit pugna, non poteſt eſſe victoria (inquit Cyprianus.) Sed præclarè nobiſcũ agitur qui Deo duce, auxiliatore, ſeruatore freti ſumus. Enimuero ne, ſi id quidẽ liceat, nobis optãdum fuerit, vt rebus omnibus ad voluntatem noſtram fluentibus, perpetua quiete perfruamur. Nam tum Dei potentia, iuſtitia, bonitas & imperueſtigabilis ſapientia refulgent maximè, cùm maximè inſtant atq; vrgent res aduerſæ: ne quid dicam de piorũ ita domandis cupiditatibus, ita exercẽda fide, ita coronãda patientia. Quid quod præſentis doloris acerbitas dulciorem reddit futuram à Deo liberationem? Scitũ eſt enim, quod aliquãdo Proſper diſcipulus Auguſtini dicebat: Dulcior fit ſalus cùm dolor excruciat, & ſanitatis amiſſę dulcedinem languoris amaritudo commendat. Itaq; cum hîc à noſtro vate doceamur a Deo nos ſeruari, meminerimus hanc eſſe piorum conditionem vt eorum vita multis afflictionum telis propoſita ſit: quandoquidem non opus eſt ſalute, ſi nulla vrgeat periculi neceſſitas: neq; futurus eſt ſeruator, vbi non ſint qui ſeruari debeant. Hoc ergo ſeruandi vocabulum ſatis nos admonet quot quantiſq; malis atque periculis vita noſtra ſit obnoxia. Quod etiam confirmant ea quæ ſequuntur. *Me inquit, liberationis canticis circundabis.* Hîc liberandi verbum manifeſtè ſignificat res aduerſas periculorũmq; grauitatẽ, quemadmodũ alibi noſter Pſaltes: multa, inquit, mala iuſto accidunt, ſed illũ Dominus ex omnib. liberat. Nec leuiter prętereundũ eſt circundandi vocabulum, quod arguit nos ab omnibus partibus vrgeri, donec auxilij diuini lux vndiq; circumfuſa tenebras afflictionũ diſcutiat. Ac videte, obſecro, quàm egregiè creſcat oratio: nec enim tantùm Deus eſt nobis latibulũ ac perfugium ad quod recurramus aduerſus vim atq; impetum hoſtium, ſed nos etiam ab hoſtibus ſeruat atq; liberat: nec rurſus tantùm nos ſeruat, ſed etiam facit, vt de victis proſtratiſq; hoſtibus triumphemus. Nam eò ſpectare canticum ouationis nimis apertũ eſt. Ita Domini erga nos beneficia ſemper creſcũt & in dies magis magiſq; augẽtur, donec illis tandẽ cumulus accedat. Hæ ſũt igitur noſtræ partes, vt tot beneficiis exornati, Deo ſeruatori ac liberatori perpetuas gratias agamus, & aſſiduis canticis nomen eius gloriámq; celebremus: inuoca me, inquit, die afflictionis, te liberabo: tu verò meam gloriam celebrabis. Sunt autẽ obſeruandæ iſtæ phraſes quę ſæpe occurrunt in ſacris literis, circundabis me canticis liberationis: item, poſuiſti canticum in ore meo, & ſiquæ ſunt ſimiles: quæ declarant Dei beneficia grato eſſe ac memori animo excipienda: totiéſq; Deum nobis ſuppeditare decantandę ſuæ laudis argumentum, quoties nos beneficiis exornat. Quid igitur de iis cẽſendũ eſt, qui tot Dei dona, tot acceptas liberationes fœda ingratitudine ſepeliũt? Num ergo mirũ videri debet, ſi Deus toties à nobis offenſus, ſuam tandem liberalitatẽ quodãmodo reſtrictiorẽ eſſe patiatur? atq; vt vetera relinquamus, exẽplo ſint Eccleſiæ toties iã ab hoſtibus Euangelij proſtratæ atq; euerſæ,

De mortal.

Afflictionum fructus.

Pſal. 34.

Pſal. 40.

Agendæ Deo gratię pro acceptis beneficiis.

Pro liberatione & inſtauratione Eccleſiarum precatio.

Piorum lacrymæ tandem in gaudium deſinunt. Pro. 16.

Quo pacto Deo canere debeamus. Aduerſus Pontificiorum cantus.

Mat. 12.

toties à Deo, non ſine multis miraculis inſtauratæ: quæ quũ tanta beneficia vel omnino non ſentirent, vel ingratè negligerẽt, nec propterea cùm ad agendas Deo gratias, tùm ad eius verbum reuerenter audiendum & ad melioris vitæ ſtudium accenderentur, ecce nouam atque adeò longè omnium grauiſſimam calamitatem, qua proculdubio Dominus nobiſcum expoſtulat de præteritis offenſis atque in primis de illa, quam nunc exagito, beneficiorum acceptorum obliuione. Reſipiſcamus igitur, & cùm aſſiduis precibus à Domino petimus Eccleſias inſtaurari, diſcamus à Dauide nos ſimul petere gratiarum actionis & canticorum liberationis argumentum, vt erecto ac certo animo dicamus: Circundabis nos canticis liberationis, id eſt, peccauimus, Domine, cùm præteritarum liberationum memoria propè fuerit apud nos conſepulta: culpam agnoſcimus, veniam deprecamur: tuam paternam ac ſolitam miſericordiam, tuum auxilium toties nobis exhibitum imploramus, atq; tibi gratias acturos, tuam virtutem, potentiam, bonitatem altiſſima voce & toto animo celebraturos eſſe profitemur. Nobis igitur ita poteſt accommodari ſenſus verborum Dauidis. Præterea videmus ab impiorum ſorte quàm longè diſtet piorum conditio. Nam piorum aduerſæ res, & lacrymæ, tandem in lætitiam, & eorum fletus in cantica conuertuntur: contrà verò, profuſa improborum gaudia (vt aliquando docuit Solomo) deſinunt in ſummos dolores atque cruciatus. Quamobrẽ ea nos cogitatio conſoletur in mediis afflictionibus, tandem nos eſſe percepturos auxilium Dei, tandem nos eſſe laudes ipſius & gloriam celebraturos. Hoc ſignificat cãtici vocabulum vſurpatum à Dauide quod proprium eſt eorum qui præ ingenti lætitia, ouantium more exultant: atque ita magis exprimit quanto animi ardore Deo gratias agere, & eius gloriam prædicare debeamus. Plerique enim Dei laudes canunt, ſed id vix ore ſemiaperto faciunt, & tanquam aliud agentes. Non etiam probandi ſunt Pontificij qui non ſolùm hominibus, verumetiam ipſis propemodum idolis, templis aſſiduo cantu perſonãtibus, obtundunt. Non enim ſolùm canendum, ſed Deo, non idolis: Deo, inquã, non ſola voce, ſed in primis animo canendum eſt. Atque hic verus eſt & rectus vſus muſices, & eò ſunt omnes noſtri cantus referendi. Quò fit vt mirari ſatis nequeam, nec piorum magiſtratuum edictis, nec crebris Paſtorum obiurgationibus profanas impuraſq; cãtilenas nondum ab his locis exulare potuiſſe. Quid? num tua libido carniſque cupiditas iam per ſe plus ſatis incenſa, nouis adhuc iniectis illecebris inflammanda eſt? Tibi ne os & linguam Dominus idcirco dedit, vt vtrunque fœdis ac fœtidis cantionibus inquinares? Verùm quid de lingua queror? Animum ipſum, ipſum, inquam, animum contaminatum eſſe oportet, cùm tot ſordes ac tantam obſcœnitatis colluuiem euomat. Impuriſſimi illi riuuli non poſſunt, niſi ex impuriſſimo fonte promanare. Si de otioſo verbo rationem reddituri ſumus, quantò magis de ludicris, vanis, obſcœniſque cantionibus? Quare audiamus Baſilium affirmantem eos demum cantus eſſe recipiendos, qui nos poſſunt efficere meliores. Imitemur Dauidem qui toties ſe non turpes affectus carnis, non molles inaneſque cantiunculas, ſed Dei laudes & animo &

voce & ipſis fidibus decantaturum eſſe pollicetur. Cùm enim tanta hæc ſit vis muſices, vt res ipſæ quaſi cantus dulcedine per aures aduectæ in animos faciliùs influant, ad quid potius adhibenda fuerit quã ad res ſacras diuináſque, vt iis quotidie magis ac magis imbuamur? Ergo (vt ad Dauidem noſtrum redeamus) iam cantica comparemus quibus ſummam Dei potentiam ac gloriam celebremus in Eccleſiarum inſtauratione refulgentem. Nunc quidem circundant nos anguſtiæ doloreſque indies recrudeſcentes, nunc nouæ quotidie afflictiones quaſi certatim vndique concurrunt: ſed erit tempus (iam enim Dei miſericordia nobis ad bene ſperandum ſignum aliquod videtur extuliſſe) erit, inquam, tempus, cũ nos Dominus canticis liberationis circundabit; ille lacrymas abſterget, ille noſtros gemitus noſtraque ſuſpiria cum lętiſſimis ac ſuauiſſimis cantibus, querelas noſtras cũ ingenti gratiarum actione commutabit. Hæc ſunt quæ nobis proponere debemus vt Dauidis exemplum nobis accommodetur: cuius ea quæ ſequuntur verba iam nobis expendenda ſunt.

Ad bene ſperandam cohortatio.

Verſ. 8. *Erudiam te & docebo te viam quam ſis ingreſſurus: oculo meo tibi conſulam.* Poſtquam ſuperiori precatiuncula docuit vates quanta animi fortitudine ac patientia res aduerſas ſuperare & quanta fiducia liberationem à Deo expectare debeamus, nunc ad peccatores ſermonẽ conuertit, vt eos ad reſipiſcentiam cohortetur. Hoc autem rectè cohæret cum eo quod paulò antè dicebat, ſe futurum aliis pœnitentiæ exemplum, quemadmodum idem etiam profitetur Pſal. 51. Docebo, inquit, peccatores vias tuas vt ad te conuertãtur. Nimirum hoc eſt certiſſimũ veræ Dauidis pœnitentiæ argumentum, cum non tantùm ſuæ reſipiſcentiæ, non ſuæ tantùm ſalutis curam habet, ſed quantum in ipſo eſt, aliorum etiam reſipiſcentiam ſalutẽmque procurat: vera ſiquidem pœnitentia non eſt otioſa neque ſterilis, ſed vbi ſemel in animis noſtris eſt inſita, tum ſeſe explicat & ſuos edit fructus, ex quibus illa dignoſci poſſit. Fructus autẽ pœnitentiæ varij ſunt atq; multiplices: producit enim dolorem, ſuſpiria, lacrymas, fletus, preces & peccati coram Deo confeſſionem. Atque illa quidem præclara: ſed vbi ad homines ventum eſt, quandoquidem non tam perſpicaces habemus oculos, vt ad interiores poſſint cogitationes penetrare, nihil eſt certè quod coram hominibus magis pœnitentiam teſtetur, quàm morum conuerſio & priſtinæ vitæ in meliorem mutatio. Quare non ſine cauſa Iohannes magnus ille pręco pœnitentiæ in deſerto exclamabat: ferte igitur fructum dignum iis qui reſipuerint: quaſi diceret, non ſatis eſt vos huc accedere, vel ad audiendam doctrinam de pœnitentia, vel etiam ad Baptiſmum ipſum ſuſcipiendum: operæpretium eſt veros fructus pœnitentiæ proferre. Etenim (ne longius ab illa pręclara Iohannis concione diſcedamus) arborũ ſimiles ſumus. Omnis arbor non ferens fructum bonum exciditur, & in ignem abiicitur. Itaque non ſatis erit, ſi ſola folia producas, ſi vanam quandam reſipiſcentiæ ſpeciem oſtentes: fructus, fructus, inquam, requiruntur. Cuius rei non aliunde quàm à noſtro vate petendum eſt exemplum. Quantum enim dolorem ex admiſſis peccatis illum exiſtimas perſenſiſſe? quot ſuſpiria ex intimo pectore duxiſſe? quot lacry-

Qui ſint pœnitentiæ fructus.

Mat. 3.

mas, fletus, preces coram Deo profudiſſe? Veruntamen ne illis quidem contentus, voluit ſuam reſipiſcẽtiam omnibus etiam hominibus teſtatã eſſe, & in totius orbis terrarum oculis quodammodo verſari. Iam nos omnes compellat, nos admonet, nobis ſe ducẽ, præuium, doctoremq; eſſe velle profitetur. Vos appello, inquit, quotquot ſub onere grauiſſimo peccatorum ingemiſcitis, quotquot ad veram pœnitentiam aſpiratis: me, me pœnitentem conſpicite: vobis & doctrina & exemplo prælucebo: vobis rectam pœnitentiæ atque adeò veræ ſapientiæ viam commonſtrabo.

Qui peccatũ in ſe deuicit, ipſũ etiam in aliis profligare conatur.

O præclaram Dauidis mutationem! qui antea peccati vinculis illigatus erat, nunc prodit liberatus à peccato, nunc ipſius peccati victor euadit: & quem hoſtem, fretus Dei miſericordia, in ſe deuicit, eundem in aliis etiam profligare conatur. Quid nos autem, fratres? quàm obedientes, quàm attenti ad tam præclari ducis & doctoris vocẽ eſſe debemus? Ecce tibi rex ſummus atque potentiſſimus qui de throno illo regio deſcendit vt doctoris perſonã induat. Iã profectò cum Iuſtino Martyre cognoſcimus quàm non immeritò Ethnicus ille optauerit vt vel Philoſophi reges eſſent, vel reges ipſi philoſopharentur. Etenim ea demum eſt vera Philoſophia, quam noſter hic vates profitetur. Audiamus igitur præſtantiſſimum doctorem: & quemadmodum non verbo tantùm, ſed etiam exemplo docet, ita æquum eſt non ſolùm auribus doctrinam excipere, ſed eam etiam obſignare ipſis vitæ actionibus & morum integritate. Primùm igitur diſcamus hunc eſſe verum pœnitentiæ fructum, amare virtutem & peccatum odiſſe, neque id tantùm in nobis, ſed etiam in aliis, quod Dauidi noſtro videmus vſuueniſſe. Cùm enim alios docet & ad pœnitentiam cohortatur, ſatis oſtendit ſe non ſuæ tantùm, ſed etiam alienę virtutis eſſe ſtudioſum. Contrà verò qui vitiis ſunt & carnis voluptatibus dediti, nihil magis optant quàm habere multos ſibi ſimiles, vt peccatorum fœditas peccatorum multitudine tegatur. Quò fit vt non minus verè quàm eleganter aliquando in hæc verba exclamarit Auguſtinus: ô nimis inimicam amicitiam, cùm dicitur, eamus, faciamus & pudet non eſſe impudentem! Quod etiam Chryſ. ſentiebat cùm diceret, inter eos qui inſaniũt, inſanũ videri quiſquis non inſaniat. Ea nimirum eſt peccati lues, vt ab aliis ad alios quaſi cõtagione celeriter manet atq; diffundatur.

Prou. 1.

Eò ſpectat quod ait, Solomo, eum eſſe morem peccatoribus, vt alios ad peccandi ſocietatem alliciant. Quantò igitur æquius eſt eum qui virtutem colit, alios ſanctis monitis in eandem mentem pertrahere, &, quaſi primus ex cœno ſurrexerit, ſociis manum porrigere, vt illi etiam emergant?

Pœnitentia ſine fide & charitate eſſe non poteſt.

Addendum eodem eſt, nec pœnitentiam ſine fide, nec rurſus fidem ſine charitate vaquã eſſe poſſe. Ex quo efficitur vt cùm pœnitentia per fidem veros in animis radices egerit, tum charitas erga proximos eorùmque ſalutis cura ac deſideriũ efflorescat. Hoc ergo præſtemus neceſſe eſt, ſi Dauidis pœnitentiam volumus imitari. Iam propius attendamus ipſa Dauidis verba. *Erudiam te*, inquit.

Generales reprehenſiones ſibi ſinguli debent accommodare.

Non alienum erit fortaſſe quærere, cur non in hoc tantùm loco, ſed in aliis pleriſque is ſit Scripturæ vſus, vt omnib. verba faciens vnum ſæpiſſime compellare videatur. Nempe nos vult eſſe admonitos, ſi quidem in cohortationibus & reprehenſionibus audiendis proficere volumus, eas eſſe vnicuique noſtrûm priuatim accómodandas. Ea n. eſt naturæ noſtræ prauitas, vt quæ in genere dicuntur, ſi minus ea grata ſunt, reſpuamus, nec ea nobis dicta eſſe exiſtimemus. Damnétur vitia in Eccleſiaſtica cócione, exagitentur ambitio, auaritia reprehendatur: tû ambitioſus aut auarus apud ſe: Nihil hoc ad me: telû iſtud alium ferit. Ecce quo pacto ſáctas obiurgationes, quaſi oppoſito clypeo, aliò auertimus, ne in animos noſtros poſſint penetrare. Te, te, inquam, ambitioſe cópello: teipſum moneo, te obiurgo, tibi Dei iudicium propono, & ad ſummum eius tribunal te reum ago. Quamobrẽ in te ipſum deſcéde, mentẽ tuam introſpice, excute omnes cogitationũ latebras, explica vulnus illud tuũ corã Dei maieſtate, ora veniam, pete medicinã, & ad ſpiritualẽ cóſcientię valetudinẽ toto animo contende. Hic igitur eſt ſcopus ad quem ſpectat illud loquendi genus à Dauide & ab aliis ſacris authoribus paſſim vſurpatum. Cęterùm hæc omnia egregiè reſpondẽt inſcriptioni huius Pſalmi, quemadmodum initiò monuimus. Nec enim ſine cauſa præfert nomẽ eruditionis, quum in hoc præſertim verſu Dauid partes doctoris apertè ſuſcipiat. Eò ſpectat verbum quo vtitur vates, quod ſignificat intelligentem aliquem atque prudentem efficere, eique præbere veræ ſapientiæ cognitionẽ atq; intelligentiam: qua de re quia iam aliquid diximus, quum verſaremur in epigraphes expoſitione, erimus hoc loco breuiores. Tãtùm igitur hoc vnũ dicemus, vniuerſam mundi ſapientiam damnari ſtultitiæ, ne vana Philoſophorũ ſcripta nobis fucum faciant. Pręclarè ſanè Paulus eos affirmat cùm ſe ſapientes eſſe profiterentur, tum maximè ſtultos factos fuiſſe. Quid porrò de Scholaſticis ac Pontificiis doctoribus dicemus? eóſne etiã ſtultitiæ inſimulare audebimus, qui ſapientes, qui doctores ac ſoli Eccleſiæ magiſtri haberi volunt? Nẽpe nos homũciones magni illi viri cótracto ſupercilio, è ſũmis ſuis cathedris deſpicient. Quare prodeat in medium Dauid præſtantiſſimus ille Eccleſię doctor, vt eorũ faſtũ & arrogãtiam retundat, eorumq; coarguat ignorantiã; quę quidẽ eò maior eſt quòd eam non intelligant: adeóq; bis ſunt ignari qui neſciant ſe neſcire. Cùm enim doctrinam de gratuita peccatorum remiſſione ſapientiam atque intelligentiam vocet, cedò, quo nomine eos appellabis qui peccata non gratuitò remittenda, ſed humanis meritis & ſatisfactionibus expianda eſſe tradiderunt? Quare faceſſat vana illa Pontificiorum doctorum ignorantia, ac potius amplectamur ſummam hanc ſcientiam quam vates vel potiùs ſacer Dei ſpiritus nobis proponit: *Erudiam te*, inquit, *intelligentem te præſtabo, docebo te viam quam ſis ingreſſurus.* An etiam aliquid reſpondendũ eſt ad improborum hominum conuitia quibus piorum ſimplicitatem & patientiam exagitant? ô vos, inquiunt, omnium ſtultiſſimos, qui relicta patria, ſpretis facultatibus & commodis, obliti cognatorum atque affinium & ad exteros longè profugientes infinita vitæ incommoda perfertis! Imò potius, ô admirandam & mundo planè incognitam Dei ſapientiam quę noſtris mentibus lumen prętulit in tam craſſis tenebris & in tanta hominum cæcitate! Atenim, inquiunt, nónne ſummæ eſt ſtultitiæ ea tantùm videre quę ante pedes ſunt, neque conſulere in longitudinem? Cur ergo non ea

Rom. 1.

Scholaſtic. doctorum inſcitia.

Soli fideles ſapientes, refutatis mundi obiectionibus.

A Scriptura vera ſcientia petenda eſt.

Pſal. 25.
Pſal. 119.
Pſal. 143.

quę futura ſunt proſpicitis? cur ſi non de vobis, at ſaltē de veſtris liberis cogitatis? Ad quod ita paucis reſponſum eſſe volumus: Si ſapientes eos eſſe exiſtimant, qui longè in poſterum proſpiciunt, ad nos potius quam ad ipſos nomē ſapientiæ pertinere. Quid ita? nempe quia res illi præſentes, nos futuras intuemur. Nam qui mundum, qui terram, qui ſolam hanc præſentem vitam ante oculos habent, eóſne cenſeas ea proſpicere quæ futura ſunt? Quibus verò futura vita æternaque fœlicitas atque etiam ipſa æternitas ante oculos obuerſatur, illos, illos, in quam [illegible] rebus futuris intentos eſſe meritò dixeris. Scitè proculdubiò Ch[illegible]mus eos qui mundi cupiditatibus implicantur, dicebat puero[illegible]le ſimiles, qui nucibus adeo detinentur, vt eas vel ampliſſimæ hæreditati libenter anteponant. Similiter ij, quos Scriptura filios huius ſæculi appellat, terrenis addicti ſunt, vt præ illis futuram hæreditatem rerúmque cœleſtium æternam fœlicitatem deſpiciant. Porrò hic locus egregiè confirmat quod ait Paulus, Scripturam eſſe vtilē ad doctrinam, redargutionem, & correctionem. Nam & docet Dauid, & redarguit, & corrigit, atque cohortatur, quemadmodum paulo poſt videbimus. Ex quo efficitur attentum ac docilem animum à nobis præbendum eſſe. Cùm enim doctor & diſcipulus ſibi mutuo referantur, neceſſe eſt, vbi extant doctores, ibi quoque diſcipulos reperiri. Quare danda nobis eſt opera ne ad tanti doctoris vocē obdureſcamus. Enimuerò qui tot errores quibus abundat Eccleſia Romana ab ipſo capite velit arceſſere, reperiet profectò eos omnes manare ex hoc fonte, quòd homines non ſe Scripturæ diſcipulos, ſed magiſtros: non ſe Scripturæ ſubiectos, ſed ſibi Scripturam eſſe ſubiectam exiſtimarint. Capitalis opinio, quæ veram religionem commentis hominum atque horrenda idololatria videtur propemodum obruiſſe. Docebo te, inquit Dauid: ergo noſtræ partes ſunt audire, diſcere, obedire. Atque vt id magis diſcas, conſidera quoties hic noſter ſe diſcipulum attentum atque docilem præſtiterit, cùm ſæpe à Domino precatus eſt, vt ab ipſius Spiritu doceretur. Itaque ſi vel ipſe Dauid tam præclarè in rerum diuinarum cognitione verſatus, nihilominus optabat à Deo doceri, quid nobis, obſecro, faciendum eſſe cenſemus? nobis, inquam, rudibus, &, vt plurimùm, ignaris earum rerum, quibus ſalus noſtra continetur? Audiamus igitur dulciſſimam hanc Dauidis vocem: *Docebo te*. Quot olim Philoſophi, quot ſectatores humanarum diſciplinarum extitère, qui vt aliquid addiſcerent, traiecerunt maria, terráſque longinquas ac remotiſſimas ſummo labore peragrârunt? Nimirum illis diſcere non labor erat, ſed voluptas. Atqui omnes artes omnéſque rerum humanarum ſcientiæ, ſi cum hac ſpirituali ſcientia conferantur, ne minimi quidem momenti inſtar obtinebunt. Ergo nos pudeat tam præclaram atque in primis neceſſariam ſcientiam nobis quotidie propoſitam & oblatam atque in ædibus noſtris vrbibus aſſiduè reſonantem, negligere. Quin potius Dauidi, adeóque Dei Spiritui nos quotidie compellanti, reſpondeamus: Docebo te, inquit: Nos autem diſcemus à te ô Domine: tuam vocem reuerenter audiemus, excipiemus, amplectemur, tua nos doctrina attentos & dociles tenebit. Hęc igitur nobis præſtanda ſunt, ſi ita vt decet nobis hæc Dauidis verba ſumus accommodaturi.

Iam quod addit non leuiter prætereundum eſt. *Viam*, inquit, *tibi commonſtrabo & nutu meo te dirigam*. Quæ per ſimilitudinem dicta ſunt. Quemadmodum enim qui viam aliquam incognitam atque difficilem ingrediuntur, opus habent duce ac præmonſtratore, alioquin facilè à via aberraturi: ita nobis in hoc vitæ curriculo duce & moderatore opus eſt, vt rectà ad ſalutem nobis propoſitam tendere poſſimus. Quem autem, quæſo, potius quàm Dauidem nobis ad hanc rem eligamus? ille peritus eſt, ille longo rerum vſu atque experientia exactè didicit, quæ poſſit alios fideliter docere. Multi ſunt humanæ vitæ anfractus, multa diuerticula, quæ qui ignorabit, ille ſanè tanquam per flexuoſi cuiuſdam labyrinthi errores inextricabiles miſer miſereque vagabitur. Sed ne nos viæ difficultas deterreat, Dauid ſe ducem nobis fore profitetur. Quis autem vel fideliorem deſideret, vel peritiorem? Ille varias afflictiones multoſque aduerſariorum impetus, tanquam ſalebroſa loca, ſumma & admirabili Dei virtute ſuperauit: ille ſalutis ac liberationis vias, ſæpe ab hoſtibus interclusas, ſanctiſſimis precibus aperuit: ille obiecta à Satana, carne & mundo ſcandala perſpicaciſſima Dei prouidentia declinauit. Quod ſi in rebus lætis ac proſperis, tanquam in loco lubrico aliquando titubauit, ſtatim erectus à Dei manu in viam rediit atque etiam (dictu mirabile) ex peccatis præteritis fortior, & ex ipſa infirmitate firmior effectus, totum vitæ præſentis ſpacium fœliciter peregit. Itaque meritò poteſt & ſuo iure ita vnumquemque noſtrum alloqui, *Viam tibi commonſtrabo & nutu meo te dirigam*. Si te, inquit, vexant hominum calumniæ, ſi hoſtium furores, ſi gladij, ſi flammæ te inſectantur, ſi profugus ex patria per montes, per ſpecus, per inculta deſertaque loca longè vagaris: ſi ad Deum cum precibus ac lacrymis acceſſurus, ſi peccatorum veniam deprecaturus es, ipſe tibi viam commonſtrabo: illàc mihi fuit ſæpe tranſeundum: expertus te docebo. Sic igitur Dauid nobiſcum agere videtur, adeò vt ſaluti noſtræ peſſimè ſimus cōſulturi, niſi nobis hunc tam præclarum ac fidelem ducem ſumpſerimus. Multifariam enim hac in re peccari paſſim ab hominibus video. Alij enim vana ſui conſilij fiducia decepti, nec ſe à quopiam doceri, nec ſibi viam commonſtrari libenter ferunt. Alij verò ſibi duces aſſumunt quos ſequantur, ſed in illis eligēdis grauiter errant. Ità fit vt dum cæci (quemadmodū Chriſtus ait) à cæcis ducuntur, ambo non tantùm à recta via aberrent, ſed etiam in foueam ſimul cadant. Hinc idolorum cultus, hinc vanæ ceremoniæ, hinc deniq; profuſa ad peccandū licētia, quòd homines ſpreta ac relicta diuini verbi (vt ita dicā) Cynoſura, eò ſe temerè præcipitant, quò à ſua libidine, tanquā à ſæua tēpeſtate deferuntur. Quamobrem demus operā vt noſtræ ignorantiæ atq; infirmitatis conſcij, nos ad Dauidis & cæterorum tum Prophetarum tum Apoſtolorum ductum applicemus, ne à Chriſto (qui vnus eſt ad ſalutem via) vnquam, ne tantillum quidem, diſcedamus. Non enim fruſtrà vates meminit ſui oculi: *Te*, inquit, *oculo dirigam*: ſed vt meliùs intelligamus, opus hic eſſe ſummo labore ac diligentia. Nam cùm neceſſe ſit ei, qui alijs viam præmonſtraturus eſt, acerrimis oculis omnia luſtrare, omnia intueri, atq;

In hoc vitæ curriculo nobis duce opus eſt.

In eos qui vel omnino duces & prævios reſpuunt vel cæcos eligunt.
Mat. 15.

in nobis perpetuò defixos oculos tenere, vt nusquam incurrere atque offendere possimus: quàm, cedò, intentos ipsi oculos habere debemus? Quanta à nobis & pro nobis adhibenda est diligentia? Certè cùm ita Dauid locutus est, apertè docuit nos in ea esse via in qua facile sit & labi & errare, vt ita nos redderet cautiores.

In ea sumus via in qua facilè est errare & labi.

Quinetiam ipsa Dauidis persona consideranda est. Cùm enim esset Propheta & doctor Ecclesiæ, præclarè officio fungitur dum oculos in vnumquemq; coniicit, vt nos omnes dirigat ad ingrediendam virtutis viam.

1. Theſſ. 5.

Debemus quidē alij alios (id præcipiente Apoſtolo) admonere, reprehēdere, cohortari; ſed quos Dominus instituit in Eccleſia vt cæteris præſint & eos ex Dei verbo doceant, atq; moneant, illis profectò peculiaris hæc cura & officium incubit. Quocirca debent Eccleſiæ Paſtores ac Miniſtri ſæpe ante oculos habere hanc Pauli ad Epheſios Presbyteros adhortationē:

Act. 20.

Attendite, inquit, vos ipſos atque totum gregem in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit Epiſcopos. Quibus verbis ſignificat Paſtorum Eccleſiæ hoc eſſe proprium, vt non ſuæ tantùm, ſed aliorum etiam ſalutis curam habeant.

Paſtorum Eccleſiæ munus.

Ezec. 3.

Huc pertinet nomen Speculatoris inditum Præfectis Eccleſiaſticis, vt videre licet apud Prophetam cum hac graui comminatione: Te, inquit Dominus, ſpeculatorem conſtitui domui Iſraëlis: audies igitur verbum ex ore meo & diſertè monebis eos meo nomine. Cùm dixero impio, morieris, nec tu eum monueris, nec fueris dehortatus impium à via ſua, peribit is quidem in ſua iniquitate, ſed ſanguinem eius de manu tua requiram: hæc ille, quæ vtinam Eccleſiæ miniſtri attentè audiant & ſeriò apud ſe expendant: ne vel ignauia ſponte torpeant, vel eorum diligentia langueat ingratitudine populi aut etiam cæcitate: vtinam, inquam, audiant ex Iuſtino martyre negligentes non eſſe negligendos.

Negligentes non ſunt negligendi.

Nec verò vllo modo ferendi ſunt quibus moleſtum eſt à ſuis Paſtoribus admoneri. Prædicent, inquiunt, miniſtri, & pro concione, quantum videbitur, vitia inſectentur: me autē vt etiam moneant? me reprehendant? me iudicio Dei & eius minis propoſitis deterreant? conſtet vnicuique ſui facti ratio, nec de ſingulorū moribus Paſtores inquirant. Nolo meam vitam diſquirant, nolo me defixis aſſiduè oculis perpetuò intueantur? Itáne tandem? Ergóne habes ſpeculatorem otioſum & clauſis oculis ſtertere?

1. Tim. 3.

Act. 20.

Quid quòd Paſtores Eccleſiæ Epiſcopi ab inſpiciendo & obſeruando nominantur? Cur etiam Apoſtolus commemorat ſe non tantùm publicè, verumetiam per ſingulas domos Epheſios docuiſſe & per totum triennium nocte & die cum lacrymis vnumquemque monuiſſe? Num porrò extra officij ſui fines egreſſus eſt, cùm vnumquemque Theſſalonicenſium, tanquam pater liberos hortatus eſt atque conſolatus?

1. Theſſ. 2.

Tit. 2.

Eccleſiæ miniſtros cum medicis Paulus comparabat: quis autem adeò demens fuerit vt exiſtimet hoc demum eſſe medici fidelis officium, de variis morborum generibus publicè & è ſuggeſtu copioſè diſſerere, priuatorum autem morbos negligere nec domi vnicuique conueniens ac neceſſarium remedium adhibere?

1. Pet. 5.

Petrus Eccleſiæ Miniſtros, Paſtores non immeritò appellauit: Num verò bonum Paſtorem & eo dignum nomine illū cenſeas, qui gregis vniuerſi ita curam habeat vt de ſingulis ouibus & de vnaquaq; non ſit ſoli-

citus?

Luc.15. Ioan.10. Ezech.34. Heb.13. Eſai.18. Ieremi.11.

citus? quid ſi vna aut altera relicto grege aberrarit? nempe ſi tibi credat, eius obliuiſcetur, eam perire ſinet. Sed ſi Chriſtum audiat, ad illam perget, vſq; dum eam inueniat, & inuentam imponet in humeros ſuos gaudens. Quemadmodum etiam cùm de veri Paſtoris officio diſſerit, ait oues ab eo nominatim vocari. Ac ne longè à Paſtoris ſimilitudine recedamus: quis non commouetur hac Domini per Ezechielem facta increpatione? Væ, inquit, Paſtoribus Iſraelis. Quamobrem obſecro? Debilem ouem, inquit, non confirmaſtis: ægrotam non ſanaſtis: confractam non obligaſtis, propulſam non reduxiſtis, perditam non quæſiuiſtis. Quibus verbis res hæc tota quam tractamus aperiſſimè definitur. Quorſum enim & numero ſingulari & varia illa diſtributione vſus eſt, ſi Præfectorum Eccleſiæ munus ſola concione publica continetur? Faceſſat igitur vana illa ſubterfugia & pareamus Apoſtolo præcipienti vt ſermonem exhortationis ſufferamus. Ne ſimus illorum ſimiles qui Prophetis dicebant: Ne videatis, ne contemplemini. Nec nos ſocios adiungamus ciuibus Anathoth interdicentibus Ieremiæ ne in nomine Domini prophetaret. Sentiamus potius ſpirituales morbos animi & à Baſilio diſcamus obiurgationem eſſe animæ curationem. Agnoſcamus tot errores quibus in hoc vitæ curriculo ſumus obnoxij, & poſtulemus, nedum recuſemus, paſtorum noſtrorum oculis dirigi atque gubernari, vt verbo Dei duce ac præuio rectam ſalutis viam conſtanter perſequamur, donec tandem ad fœlicitatis metam nobis propoſitam peruenire valeamus. Sed iam redeundum eſt ad Dauidem.

Pars tertia Pſalm. Ab obſtinatione cauendum. Qui ſunt obſtinati. Pſalm.1.

Verſ. 9. *Ne ſitis ſicut equus & mulus.* Pſalmũ concludit excellentiſſima cohortatione ad pœnitentiam (quæ eſt huius Pſalmi poſtrema pars.) Quia verò nihil tam contrarium eſt veræ pœnitentiæ quàm obdureſcere in peccatis, idcirco nos reuocat ab omni peruicacia & obſtinatione. Atque vt id præſtet faciliùs, petit à brutis animantibus ſimilitudinem, à quibus quàm maximè nobis abhorrendum eſſe vel ab ipſa natura didicimus. Ergo, inquit, ſi vobis viam ad pœnitentiam munitam eſſe vultis, in primis cauete ne nimia peccandi conſuetudo iam callum animis veſtris obducat, alioquin brutorũ potius eritis quàm hominũ ſimiles futuri. Annon videtis equos & mulos nunc frenis ac loris coercendos, nunc calcaribus vrgendos eſſe? At illi qui præfracto atq; pertinaci animo & quaſi frenum mordentes in peccatis ſe obfirmarunt, videntur hominẽ quodammodo ex homine ſuſtuliſſe, & eſſe non tantùm brutis ſimiles, verumetiã multò ſtupidiores. Hæc eſt ſententia huius loci vnde nobis colligendũ eſt quàm ſit pernicioſa obſtinatio, quàmq; ſaluti noſtræ inimica. Peruicaces autem & obſtinatos eos appellamus, nõ qui ab infirmitate carnis ſuperati in peccatum aliquod prolapſi ſunt, ſed qui ſibi placent in peccatis in iiſq; toti voluuntur, quos non pudor, non metus, non obiurgatio, non ipſæ deniq; Dei comminationes, ipſa Dei iudicia poſſunt à peccando reuocare. Itaque cùm Dauid Pſalmo primo varios peccantium gradus nobis proponit, eos recenſet qui ſedent in irriſoribus: nec dubium eſt quin eo nomine illos ſignificet qui ludibrio habẽt quæuis admonitiones, & qui iam longa peccãdi cõſuetudine obdurarunt. Illis autẽ poſtremum gradũ tanquam deſperatis hominibus aſſignauit.

Peccatum cum lepra comparatur.

2. Chro. 36.

Ierem. 5.

Nihil ſincera admonitione melius.

Prouerb. 29.

Prouerb. 25.

Pſal. 141.

Pſal. 95.

Heb. 3.

[illegible] referenda eſt [illegible] ſimilitudo quam ſæpe veteres vſurparunt dum peccatum dicunt eſſe lepræ ſimillimum. Nec enim tantùm longè ſerpit peccati contagio (niſi maturè occurramus) ſed etiam vbi ſemel totum hominem infecerit atque corruperit, eum reddit adeò ſtupidum, adeò induratum, vt ſenſum propemodum ipſum amiſiſſe videatur. Cùm autem ſacra hiſtoria cauſas commemorat quibus Dominus adductus eſt vt Iudæos [illegible] ſub iugum Babylonicum [illegible] meminit nominatim illorum pertinaciæ & obſtinationis, dum quaſuis admonitiones obiurgationéſque, ipſos etiam Prophetas Dei nuntios præfractè deſpicerent. Quàm autem grauis eſt iſta Ieremiæ obiurgatio, qua in Iudæos obſtinatos inuehitur? Percuſſiſti, inquit, eos, ô Domine, neque tamen propterea doluerunt: conſumpſiſti eos, ſed noluerunt recipere diſciplinam: indurauerunt vultus ſuos magis quàm ſaxum, reuertíque noluerunt. Hæc ille: quæ ſi olim Iudæos ipſos propè truncis ſtupidiores non mouerunt, ſaltem nos hodie moueant, ne illorum obſtinationis ſocij in eaſdem etiam pœnas incurramus. Quid ergo? Nempe ita ſtatuendum eſt, nihil ſincera admonitione melius, nihil obiurgatione fideli vtilius eſſe poſſe [illegible] Salomon: Qui aduerſus increpationem, inquit, ceruicem indurauerit, ſubitò conteretur: quibus verbis eleganter ad bouis [illegible] ſimilitudinem videtur alluſiſſe. Quinetiam ille ipſe alio in loco, Increpatio, inquit, ſapientis, auri obtemperanti eſt veluti inauris ex auro facta. (Quibus in auribus vtinam delectentur tum viri tum fœminæ, quos omnes video tantopere nimio ac vano cultui eſſe adeò deditos, vt nullæ hactenus tùm publicæ tum priuatæ admonitiones hunc morbum in dies ingraueſcentem vel ſanare potuerint vel coercere.) Ne autem obiurgationes paruì faciamus, nobis proponendum eſt exemplum Dauidis, qui alicubi profitetur ſibi gratiſſimas [illegible] fore piorum obiurgationes, eáſque ſe perinde habiturum ac ſi ipſius caput vnguento ſuauiſſimo perfunderent. Quamobrem demus [illegible] admonitionibus, iis præſertim quæ toties ab Eccleſiaſticis Paſtoribus inculcantur: Pareamus Dei verbo nobis toties propoſito [illegible] & ſemper habeamus in [illegible] à veteribus dictum eſſe Peccare humanum eſſe, obſtinatè perſeuerare diabolicum. [illegible] excellentem illam vatis cohortationem ad Iudæos: Hodie, inquit, ſi vocem Domini audieritis, ne obdurate corda veſtra. Quam etiam & Apoſtolus ad ſua tempora accommodauit, eadem enim nos hodie noſtro iure facere poſſumus. Ergo fratres, ſi [illegible] Dei [illegible] in templis veſtris reſonantem audieritis, ne obdurate corda veſtra. [illegible] Dominus hoc tanto præ multis [illegible] dignatus eſt, vt apud Eccleſiam ſuam domicilium collocarit, vt paterno fauore ſemper complexus ſit, vt vos quaſi paſſus alis fouerit [illegible] à vobis pericula [illegible] vobis [illegible] pace ſua conceſſerit, vos [illegible] quæ omnis [illegible] cumularit: Ne, [illegible] obdurate corda veſtra: ne [illegible] hoſtium [illegible] veſtra [illegible] tudo ſpoliaſſe videatur. Sed vlterius etiam progrediendum eſt. Deus enim loquitur multis modis; loquitur verbi ſui prædicatione: loquitur interiori voce ſui Spiritus: loquitur ſuis etiam iudiciis, hac præſertim ætate, ſi vnquam aliàs. Et verò, quidni ita loquatur? quum enim dulcem ac paternam eius vocem audire neglexerimus, quid mirum ſi terribilem iudiciorum vocem & audire cogimur & ſentire? Hinc peſtis vrget, hinc fames & annonæ caritas, hinc hoſtiles improborum minæ ſollicitāt. Quid dicam de ipſis anni temporibus adeò intempeſtiuis, vt æſtas in hyemem propemodū videatur eſſe commutata? Ergo cœlum ipſum & terra, ipſæque res omnes creatæ vocem quodammodo mittere videntur, & Deum noſtris peccatis iratum denunciare. Itaque ſi eas voces audierimus, ne obduremus corda noſtra, ne ſimus ſicut equus & mulus (vt ait noſter vates) ne obſtinatè peccatis adhæreſcamus: ſed vera pœnitentia ad Dei miſericordiam recurramus, ab eáque peccatorum veniam deprecemur.

Hodierna Dei iudicia aduerſus ingratitudinē.

Cùm autem Dauid meminit brutorum animantium, id eò ſpectat vt improborum obſtinationem acriùs inſectetur. Sic in Scriptura ſæpiſſimè legimus ſceleratos homines cum variis brutorum generibus comparari. Nunc enim vocantur canes, nunc leones, nunc ſerpentes atque viperæ & id genus: nempe vt magis appareat quàm ſit deteſtandum peccatum, quámque horribilis obſtinatio peccandi. Nec eo quidem contenti ſacri authores, ſæpe improbos ablegant infra ipſas beſtias vt longè inferiori conditione eſſe videantur. Sic enim Ieremias: Ciconia, inquit, nouit ſua ſtata tempora, hirundo obſeruat tempus profectionis ſuæ: at populus meus non cognouit iudicium Domini. Quàm autem præclarè Eſaias! Agnoſcit bos Dominum ſuum, inquit, & aſinus præſepe dominorum ſuorum: at Iſrael nōn agnoſcit, populus meus non intelligit. Atque hæc increpandi ratio plurimum poteſt ad excutiendum illum ſtuporem qui nobis ingenitus eſt. Nam perinde eſt ac ſi Scriptura ita cum hominibus agat: Quænam eſt iſta pertinacia? quæ ſtupiditas? nónne vos Deus rationis participes creauit? Qui fit ergo vt peccatum vos ex ſublimi rationis humanæ ſolio infra ipſas beſtias deturbārit? Huc pertinet quod ait vates, *Ne ſitis, inquit, ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus*: quaſi dicat, Pudeat vos homines, vos ratione atque intelligentia præditos, eſſe beſtiis ſimiles & rectè quidem. Enimuerò ipſa nos oris vultuſque ſpecies, ipſa corporis compoſitio debet commouere. Nam cætera quidem animalia in terram prona humi perpetuò defixos habent oculos: ſed Deus, vt inquit ille, os homini ſublime dedit, cœlúmque tueri, iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus. Quæ ſi veriſſimè de omnibus hominibus dicta ſunt, quantò magis de iis qui cæteris præſtare debent? Atqui Prophetæ, quos citauimus, & ipſe noſter vates ad eos ſermonem conuertunt qui puram religionem profitebantur, quos beſtiarum eſſe ſimiles perquàm indignum eſt. Quid? num oblitus es te ad imaginem Dei creatum eſſe, eámque peccato deletam in te inſtaurari? qui ferè in Eccleſiam colligimur? Iam ergo omitto te rationis luce cum reliquis hominibus eſſe præditum: hoc vrgeo, quòd te Deus ad ſui cognitionem vocauit in

Cur improbi ſæpe cum brutis comparentur.
Pſalm.22.
Pſalm.17.
Pſalm.57. & 58.
Matth.3.
Ierem.8.
Eſai.1.

Fides eſt ipſius rationis ratio.

Eccleſiam introduxit, verbi ſui radiis illuſtrauit, & in mente tua diuinam fidei lucem accendit; quæ ipſius rationis ratio meritò cenſeri debet. Tene ergo ad beſtiarum ignauiam ſtuporemque proiicies? fidem extingues? hominem exues? abſit ab homine fideli tanta cæcitas, tantáque pertinacia. Itaque, fratres, hæc ſeriò cogitemus, ne in nos quadrare poſſit quod olim Ieremias Iſraëlitis exprobrauit. Quî fit, inquit, vt populus iſte Hieroſolymitanus auertatur auerſione tam pertinaci? attendi & auſcultaui, ſed nemo erat quem peccati pœniteret, vt diceret, quid feci? Sed potius quiſque illorum curſum ſuum perſequitur inſtar equi toto impetu in prælium ruentis. Hæc Prophetæ verba videmus egregiè conuenire cum hac Dauidis cohortatione. *Ne ſitis ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus: quorum maxillas freno iniecto coerces, ne in te impetum faciant.* Aut (vt alij exponunt) quos frenis ac lupatis conſtrictos cogis ad te accedere. In ſumma nos admonet vates, vt nos ad Dei verbum attentos dociléſque præbeamus, & prompto animo ipſius iuſſis obſequamur: non quòd in nobis ſitum ſit animos noſtros ad obedientiam Dei flectere (Semper enim manent hæ præclaræ ſententiæ: Conuerte me Domine & conuertar: flecte cor meum ad teſtimonia tua: Circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum: Auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum: & permulti alij loci eodem ſpectantes) ſed quia Deus vtitur eiuſmodi cohortationibus ceu inſtrumentis per quæ vim ſuam exerit & ſuum Spiritum in animos noſtros infundit.

Ierem. 8.

Deus requirit à nobis obediendi promptitudinem.

Ierem. 31.
Pſalm. 119.
Deut. 30.
Ezek. 36.

Reliquum eſt vt hanc Dauidis cohortationem nobis ipſis applicemus. Sunt enim hodie plurimi qui aure & lingua tenus Chriſtiani ſunt, cùm interim animos gerant religione ac pietate prorſus vacuos. Quos ſi admoneas, ſi reprehendas, ſi obiurges & propoſitis Dei iudiciis vrgeas, perinde facias ac ſi abſentibus loquâre: nam (quod miſere) & præſentes abſunt & audientes non audiunt. Multis quidem frenis debet effuſus libidinum noſtrarum impetus coerceri. Nam & ipſa religio, & iudicia Dei, & humanæ leges, ipſe denique pudor debet frenare noſtras cupiditates. Sed multi ſunt adeò peruicaces, vt excuſſis quibuſcunque frenis in omnia ſcelera præcipites ferantur. Quòd ſi cum hominibus eiuſmodi res Dauidi eſſet, vereor profectò, ne longè etiam vehementiori increpatione vteretur. Non enim fortaſſe diceret: Ne ſitis ſicut equus: ſed ita potius: Saltem eſtote equo ſimiles, qui etiam ferociſſimus, frenis tamen ac lupatis domari ſolet, vos autem eſtis prorſus indomiti. Miror equidem inter eos qui Euangelicam doctrinam profitentur tam duros & obſtinatos homines poſſe reperiri. Verbum enim Domini aquæ ſæpiſſime comparatur: videmus autem vel duriſſima ſaxa ab aquis continuis cauata & exeſa quodammodo molleſcere. Quales igitur eſſe debemus qui quotidianis aſſiduiſque verbi Dei concionibus irrigamur? num erimus ipſis ſaxis duriores? nonne tot cohortationibus, tot monitis, tot obteſtationibus molliemur? Quamobrem hoc à Deo totis ardentibus precemur, vt animos noſtros flectat vi & efficacia ſui Spiritus, vt cordis lapides in carnea conuertat, & denique duritiem illam à na-

Multis frenis cupiditates noſtræ ſunt coercendæ.

Aduerſus hodiernam peruicaciam.

tura corrupta nobis inſitam excutiat, & animum promptum & obſequentem nobis ingeneret, vt ſponte ac libenter piis iuſſis pareamus. Alioquin verendum eſt ne qui à dulciſſima Patris miſericordia flecti recuſarint, tandem grauiſſima ſummi iudicis ſententia fracti, dent pœnas iuſtiſſimas ſuæ obſtinationis. Audiendum eſt enim quod ſequitur apud Dauidem.

Verſ.10. *Multi dolores impium manent*, id eſt, eum qui reiecta pœnitentia in ſceleribus obduruit. Eſt autem redditio præcedentis ſimilitudinis quæ paulò fuſiùs ab Solomone explicatur: vt, inquit, flagellum equo, & frenum aſino: ita virga & plagæ dorſo ſtultorum adhibendæ ſunt. Quæ comminatio eò ſpectat ne nobis in vitiis blandiamur. Quemadmodum etiam Moſes, vt Iſraëlitas à pertinacia & obſtinatione deterreret, Circuncidite, inquit, præputium cordis veſtri, & ceruices veſtras ne ampliùs induretis: Quia Deus veſter eſt Deus deorum & Dominus dominorum, Deus magnus, fortis & metuendus, qui perſonam non recipit, neque accipit munus. Nulla igitur ratio accommodatior eſt ad eos qui peccatis indormiunt excitandos, quàm ſi ſibi proponant ſummam Dei potentiam & grauiſſima ſupplicia quæ tandem obſtinatos manent. Si enim equi quantumuis reſtitantes admotis calcaribus vrgentur, ſi quantumuis feroces, impoſitis frenis coërcentur: quantò magis præfracti & pertinaces Dei flagellis iudiciiſq; domabuntur? Quid ergo? nempe debemus prompto animo & alacri Deo tanquam ſeſſori ſubiecti, nos ſponte ad eius ductum applicare, ne audiamus quod Saulo aliquando dictum eſt: Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare: rurſus cùm primùm habenas adducet, ſtatim parere atque obſequi, ne eius iram in nos & iudicia prouocemus. Nam (vt aliquando à nobis diſcedamus) quid cenſemus hoſtibus Euangelii futurum eſſe? Certè non minus verè quàm eleganter Auguſtinus dicebat, de iis qui Dei voluntatem facere nolunt, fieri voluntatem Dei. Nimirum tanta eſt ejus virtus, tanta ſapientia, vt improbos cogat inuitos & imprudentes contrà quàm velint facere. Idem enim illis quod equis ferocibus accidit, qui modò reſtitant, modò tranſuerſos agunt, modò ceſſim redeunt, & tamen cùm frenis tum calcaribus tandem coguntur viam conficere: ita fit ſummo & imperueſtigabili Dei conſilio, vt cùm maximè ſibi videntur improbi aduerſari Deo, tùm maximè ſeruiant Dei gloriæ illuſtrandæ, & (vt quidam ex prophanis dixit) fata fugiendo in fata ruant. Quid enim aliud dicemus de Pharaone? Quid de Sennacheribo? de Nabuchadnezare, Balzazare & aliis innumerabilibus hoſtibus Eccleſiæ, quos Dominus tanquã belluas immaniſſimas frenis impoſitis potentiſſimè repreſſit? Sic enim Dominus per Eſaiam de feroci & exultante Aſſyrio: quandoquidem, inquit, tuos impetus furoreſq; in me conuertiſti, iniiciã frenũ labiis tuis & retroagã te in viã quâ veniſti. Ac propè eiſdẽ verbis aduerſus Gog vaticinatus eſt Ezechiel. Chryſ. autẽ dicebat ſceleratos homines eò beſtiis deteriores eſſe, quòd beſtiarum vnaquæq; ſibi peculiare vitiũ habeat (ſi tamẽ vitiũ appellandum eſt) Sic enim leoni crudelitatẽ, porco ingluuiem tribuimus, ſimiliterq; de reliquis dicendũ eſt: at homo omniũ propè beſtiarum habeat vitia.

Pro.26.

Deu.10.

Qui vitiis indormiunt propoſitis Dei iudiciis ſunt excitandi.

Act.9.

Dominus improbos quantumuis reluctantes & præfractos domabit.

Improbus eò deterior eſt quòd omniũ propè belluarum vitia in ſe habeat.

adeò vt & leone crudelior, & lupo voracior, & porco sordidior, & vulpe fallacior esse videatur. Scitè Chrysostomus: quid si autem inter ipsos improbos aliqui reperiantur, qui omnium improborum vitia in se habeant? sicce infœlix hæc ætas atq; miserrima quæ multos eiusmodi homines in lucem produxit, vel potius eorum tenebris ipsam pietatis, veritatis, humanitatísque lucem propemodum extinxit; quibus noster vates non iam profectò diceret: Ne sitis vt equus & mulus: sed potius, ne sitis vt lupi, vt leones, vt tigrides. Quanquam, cur illis hominibus potius quàm nobis irascimur? Nos ipsi fratres, ea vincula quibus constrictæ illæ belluæ à Domino tenebantur, ipsi, inquam, rupimus: peccata nostra habenas laxârunt earum crudelitati.

Precatio ad frenandos hostes Ecclesiæ.

Quare ad Dominum conuersi, summam ipsius auxilium imploremus: hostium nostrorum atq; adeò tuorum, ô Domine, immanitatem coërce, furorésque reprime. Hanc tantam rabiem adamantinis tuorum iudiciorum vinculis constringe; intentos in Ecclesiam gladios retunde: denique tot tantísque nostris vulneribus summa tua misericordia medeatur. Hæc & pleraq; similia meditemur, hæc precemur in hac tanta tẽporum acerbitate; & certò statuamus, hostibus imperium non perpetuò duraturos.

Impiorum voluptas in dolorem tandem conuertitur.

Credamus enim Dauidi ita nostram infirmitatem fulcienti: *Multi dolores impiorum manent.* Si ad aliquod tempus, inquit, improbi omni terrenarum voluptatum genere perfusi, exultant ac triumphos agunt, interim dum vos multis ærumnis doloribúsque pressi assiduè gemitis: ne propterea animum abijcite. Illucescet aliquando dies cum improborum voluptas in dolorem, deliciæ in cruciatus, & gaudia in lacrymas gemitúsq; conuertentur: atque ita experientia tandem confirmabit hanc sententiam esse verissimam: multos dolores impios manere. Quæ cogitatio debet fidem nostram & patientiam sustentare, ne vel impiorum prosperitas vano fulgore nobis perstringat oculos, vel eorum furor atque crudelitas animos deijciat. Quare (vt ad equi similitudinem redeamus) imponamus frenum nostræ impatientiæ, ne nos extra rationis & officij septa illa abripiat. Intueamur animo futurum improborum exitium & iam ipsum nobis spe certissima repræsentemus; Sciamus Deum esse summum & æquissimum iudicem, cuius quò maior est patientia, eò futura iudicia grauiora. Ex altera parte nobis fœlicissimam piorum conditionem proponamus, vt ita magis magísque ad pietatis virtutísque studium incendamur. Sic enim vates: *Sed, inquit, eum qui fidit Domino misericordia circundabit.* Hoc autem opponitur superiori sententiæ. Nam impij illi quidem postquam per aliquod tempus inebriati fuerint mundi terrenis voluptatibus, sed tandem eas summis doloribus euomunt: fideles autem posteaquam multos dolores perpessi fuerint, tandem cumulatissima Dei misericordia perfruuntur.

Misericordia Dei nunquã pios deficit.

Non quòd illa pios vnquam deficiat, sed quia tum clarissimè elucescit, cum ex maioribus periculis liberantur. Nec verò negligendus est ordo, qui à Dauide hîc obseruatur; dum ait impios quidem multos tandem dolores sensuros esse, pios verò circundatum iri summa Dei misericordia.

Piorum liberatio cum improborum exitio coniungitur.

Nam hæc [illegible], nos docet, piorum liberationem coniunctam esse cum exitio improborum: quod etiam multis veteribus exemplis confirmari potest.

Cedò enim, ecquando ab Ægyptiorum iugo Israëlitæ liberati sunt? cùm Pharao & ingens Ægyptiorum exercitus mirando Dei iudicio aquis summersus est. Ecquando Iudæi ex Babylonica seruitute vindicati? cùm profanus ille ac blasphemus Balthasar iugulatus, cùm Babylonij trucidati, cùm ipsa Babylon fuit ab hostibus expugnata. Itaque tunc simul Dei iustitia & misericordia reluxerunt. Extant permulta alia exempla quorũ nos attenta consideratio ad patientiam erudiet. Deus enim suo tempore sua iudicia edit, & Ecclesiæ liberationẽ cũ obstinatorũ hostium interitu coniunget. Cæterùm cùm David nominat Dei misericordiam, excludit omnem de meritis humanis opinionem, vt Pontificiorum hac in parte errores semel damnemus. Nam siquid boni habemus, siqua quies nobis conceditur, ipsa denique liberatio, ipsa salus non aliò debet quàm ad solam Dei vnici seruatoris misericordiam referri. Verbum autem, circundabit, quo vates vtitur, expletam plenam significat & cumulatissimam fœlicitatem: eiq; respondet, quod iam ante audiuimus, cùm diceret, se liberationis canticis fuisse à Deo vndique circundatum. Hinc autem nascitur egregia consolatio, cùm scimus nos, qui tot hostibus sumus expositi, non ex parte tantùm protegi, neque nobis dimidium tantùm & mancum auxilium à Domino porrigi, sed ex omnibus partibus nos esse ab illius misericordia & auxilio circundatos. Ex quo fit vt Psalmum hunc vates concludat hac præclara ad lætitiam cohortatione.

Misericordiæ nomen refellit Pontificiorum errores de meritis.

Vers. 11. *Gaudete in Domino, & exultate iusti: iubilate omnes qui recti estis corde.* Quæ conclusio aptissimè cohæret cum iis quæ in hoc Psalmo tractata sunt. Egit enim de gratuita peccatorum remissione, de veræ pœnitentiæ fructibus, de auxilio Dei paternáque eius erga fideles misericordia, quibus omnibus rectè conuenit hæc postrema cohortatio: *Gaudete*, inquit: quasi diceret: si ex animo doctrinam à me traditam percepistis: si peccatorum remissionem vera fide amplexi, vos totos Dei cultui vitæque sanctimoniæ consecrastis: si de præsidio Dei certi in eius benignitate & clementia acquiescitis: Gaudete, exultate, iubilate: sint animi vestri spirituali lætitia perfusi. Hoc igitur sibi vult David in hoc loco. Et certè doctrinã de gratuita iustificatione apposite sequitur cohortatio ad gaudium: quod vel patet ex Apostolo, qui postquã disseruit de iustificatione fidei, in epistola ad Romanos, tum subiungit nos fide iustificatos pacem habere erga Deum, quæ proculdubio omnem lætitiam & cumulatissimum gaudium comprehendit. Idem etiam Apostolus Galatas docebat gaudium esse fructum Spiritus. Et Ioannes affirmat se doctrinam Euangelicam nobis proponere vt gaudium nostrum sit plenum. Quinetiam cum Angeli natum Christum annunciant Pastoribus, profitentur se gaudium magnum annunciare. Nempe quia in Christo remissionem peccatorum & iustitiam atque adeo perfectam fœlicitatem habemus. Rectè igitur noster vates *Gaudete*, inquit, *iusti*: nã eos compellat, qui suam iustitiam in peccatorũ remissione collocârunt, & toti ad pietatis studium & ad producendos veræ pœnitentiæ fructus aspirant. Nec verò superflua est repetitio qua vtitur, Gaudete, exultate, iubilate. Sic enim docet quàm tardi simus ad percipiendum

Rom. 5.

Gal. 5.

1. Ioann. 1.

Luc. 2.

cipiendum istud cœleste gaudium quod nobis proponit. Nam similiter facit vt si quem arctiori somno sopitum oppressumque & cui vanæ somniorum imagines illudunt, semel atque iterum, & sæpius etiam, si sic opus excitare coneris, vt experrectus lucem aspiciat & à somniis ad res veras animum traducat: sic etiam nos terrenis mundi delitiis indormientes & fallacibus huius vitæ gaudiis, tanquam somniis (vt Nazianzenus ait) delusos, vates noster semel, iterum, & tertiò videtur ex hoc tam diuturno somno excitare, vt oculos ad spiritualem lucem aperiamus, & renunciantes vanis gaudiorum ludibriis, quæ mundus & caro seu per somnium offerunt, veram firmamque lætitiam amplectamur, atque, vt ille dicebat, solidum gaudium gaudeamus. Hæc eadem est ratio cur in Psal. 33. pios sæpius ad gaudia cantusque cohortetur. Et Paulus ad Philipp. Gaudete, inquit, in Domino semper: iterum dico, gaudete. Nimirum ita sumus vrgendi, cùm ad percipienda vera gaudia simus tardiores. Sed & aliud in Dauidis verbis obseruãdum est. Videtur enim oratio crescere, siquidem eam propius inspicias. Gaudete, inquit, exultate, ouate. Atque ita videmus hanc esse spiritualis gaudij naturam, vt semper in nobis quasi certis gradibus augeatur, donec tandem perfectissimum & cumulatissimum euadat. Iam, ouandi verbum quàm sit ad rem præsentem accommodatũ, quis non videt? Nobis enim initio proposuit quàm graue sit ac difficile certamen, dum nobis aduersus terrores legis, aduersus Satanæ & inferorum impetum pugnandum est: nunc apprehensa Dei misericordia ac peccatorum accepta remissione, tanquam victores exultamus. Atque id si Dauid videre potuit cùm adhuc esset vmbris & ceremoniis legalibus inuolutus, quantò nos æquius est illud ipsum agnoscere, postquam Christus in se nunc exhibitus magnificum de mundo, carne, Satana deq; ipsa inferorum potestate triumphum egit? Gaudeamus, igitur, fratres, exultemus, iubilemus: Annon enim animo intuemur prostratum Satanã, mortem euersam, peccatum deletum, ipsos rectores tenebrarum, ipsas spirituales malitias potentissima Christi virtute profligatas, & à Christo (vt ait Apostolus) in sublime ascendente in triumphum ductas? Sed fortassis huic ad gaudium exhortationi intercedere atque obstare videbuntur illi propemodum continui dolores, illæ quotidianæ molestiæ quæ solent piorum vitam comitari. Cur enim (dicat aliquis) eos gaudere & exultare iubeas, qui in perpetuis lacrymis & squalore vitam agunt? Eósne gaudere, qui exilio, qui egestate, qui malis omnibus oppressi assiduis laboribus ac miseriis iactantur? eos exultare, quos vincula detinent, gladij trucidant, flammæ absumunt: quos adeò mundus exosos habet, vt viuis victus alimenta, mortuis, mortis honorem & sepulturam solent denegare: in quorum perniciem ipsa propemodum elementa videntur conspirasse, cum nec aër spirantibus, nec mortuis terra ipsa concedatur? Huic obiectioni respondet piorum constantia qui se in mediis doloribus gaudere profitentur, quique (teste Apostolo) direptionem facultatum suarum cum gaudio acceperunt. Respondent ipsi Martyres in mediis flammis non gaudentes modò, sed etiam canentes & (vt ad Dauidis verbum redeamus) tanquam parta de hostibus victoria fœliciter

Qui fallacibus mundi gaudiis indormiunt, crebris sunt admonitionibus excitandi.

Phil. 4.

Gaudium spirituale semper augetur in fidelibus donec cumulatissimum euadat. Pœnitentes verè dicuntur triumphare, victo & prostrato Satana.

Ephes. 4.

Heb. 10.

fœliciter ouantes. Etenim quidni gaudeant fideles? num quia mundus ceu perpetuus hoſtis eos inſequitur? At potius hæc fuerit maxima gaudij ratio cùm ita appareat eos haudquaquam ad mundum pertinere. Sic enim Chriſtus: ſi ex mundo, inquit, fuiſſetis, mundus quod ſuum eſt amaret: quia verò ex mundo non eſtis, ſed elegi vos ex mundo, propterea odit vos mundus. O fœlix & votis omnibus exoptandum odium! ô dulces labores qui nos electos à Deo, nos Deo charos, nos Dei filios eſſe teſtantur! Ergo iam mundus nos odio proſequatur, quandoquidem nos amat Deus: nos mundus reiiciat, quandoquidem à Deo recipimur: ſæuiat mundus, pugnet, inſectetur, excruciet, morte denique afficiat, cùm in Deo noſtro pacem, tranquillitatem, vitam, ſalutémque certiſſimam habeamus. Num obſecrò, poteſt ille non gaudere, non exultare, non triumphum agere, cui ſacer Dei ſpiritus in animo certitudinem electionis obſignauit? Credo ac perſuaſum habeo mihi Deum eſſe patrem: me à Deo electum: Chriſtum pro mea ſalute ſanguinem illum pretioſiſſimũ fudiſſe: Chriſtum mea peccata deleuiſſe: Chriſtum pro me mortis imperium aboleuiſſe: me futurum tantæ victoriæ participem: mihi cœlum patêre, mihi ſalutem à Chriſto comparatam, mihi fœlicitatem æternam in cœlis eſſe repoſitam. me iam fide ac ſpe certiſſima in cœlis cum ipſo Chriſto, cum Angelis, cum Patriarchis, Apoſtolis, martyribus, denique cum infinito fidelium numero conſedere. Non igitur gaudeam? non exultem? non triumphem? imò iam vitæ futuræ dulcedine, præſentis vitæ acerbitas doloréſque ſuperentur: & ij mœrores quos hic momento temporis patimur, infinitis æterníſque gaudiis ac rerum futurarum certiſſima expectatione obruantur. Non ſunt (inquit Paulus) ea quæ præſenti tempore perpetimur, paria futuræ gloriæ in nobis reuelandæ. Quæ cùm ita ſint, affirmamus Dauidem rectè nos ad gaudendum cohortari, quamuis multæ nobis moleſtiæ identidem ſuſcipiendæ ſint. Etenim longè cedunt dolores corporis ſpirituali conſolationi: quæ vt in animis noſtris alatur, opus eſt aſſidua precatione. Præclarè enim Paulus ad Theſſalonicenſes: Semper, inquit, gaudete: indeſinenter orate: precationem perpetui gaudij nutricem & alumnam eſſe ſignificans. Enimuerò non agit vates de vanis illis gaudiis quæ paſſim homines ſolent ex rebus terrenis & caducis percipere: *Gaudete*, inquit, *in Domino*. Non vobis propono carnis delicias & voluptates: ſed ita vos gaudere velim vt in Deo, in rebus ſanctis, in rerum ſacrarum ſuauiſſima cogitatione gaudeatis: non enim ambitioſos aut voluptarios, ſed iuſtos ac ſanctos homines alloquor, qui ſunt recto corde: id eſt, quorum animus eſt integer, & quorum pura eſt conſcientia. Ex his igitur apparet quinam homines propriè gaudere dicantur, nempe iuſti & *qui ſunt recto corde*. quemadmodum etiam alibi, lætamini, inquit, iuſti in Domino. Quamquam igitur ſibi lætari videntur filij huius ſeculi & in mediis voluptatibus exultare, tamen, ſi rem propius ſpectes, nunquam illi gaudent. Extat apud Chryſoſtomũ egregia diſputatio, qua confirmat ſolos ſanctos gaudere poſſe: improbis verò gaudium non eſſe tribuendũ. Semper enim auari, ſẽper ambitioſi, ſemper voluptarij deſiderant: & quò magis vel diuitiæ

Ioan. 15.

Rom. 8.

1.Theſſ.5.

Pſalm. 33.97.

creſcunt vel honores augentur, eò fit maior diuitiarum honorumque cupiditas. Nunquam autem expletur cupiditatis ſitis: ne quid dicam de perpetuo metu, in quo verſantur & auari, & ambitioſi, & quotquot rebus terrenis addicti ſunt. Creſcentibus enim diuitiis, ſimul creſcit metus ne quis eas caſus auferat: ita vt quò maiores ſunt diuitiæ, eò maiorem eſſe metum neceſſe ſit. Quamobrem veriſſimè dixit Solomo, Prou. 14. Eſai. 57. Cor impij in riſu dolere: vt etiam Propheta affirmauit nullam eſſe pacem impiis, ſed eos inſtar maris aſſiduis perturbationum fluctibus agitari. Scita profectò ſimilitudo: nunc enim impij leuiſſima mundi & carnis aura inflati, vanis gaudiis ita efferuntur, vt ſibi videantur ad cœlum vſque pertingere: nunc aduerſo rerum ſucceſſu ita depreſſi ſunt deiectique eorum animi, vt à deſperatione, tanquam à profunda quadam voragine abſorbeantur. An etiam multis confirmandum eſt quàm leuia ſint, quàm inconſtantia gaudia improborum? Cuius rei non alij teſtes quàm ipſi improbi citandi ſunt. Hoc enim agnoſcebat ille apud Comicum, qui cùm præ gaudio apud ſe non eſſet, mori optabat, ne gaudium illud vita contaminaret aliqua ægritudine. Quocirca non abs re Solomo: Prou. 14. Finis, inquit, gaudij improborum eſt luctus. Statuamus igitur verum gaudium non alibi quàm in piorum animis poſſe reperiri: improborum verò gaudia indigna eſſe quæ gaudia nominentur: quod facilè poterit intelligi ſi proborum & improborum gaudia mutuò inter ſe comparentur. Piorum gaudia cum improborum gaudiis comparantur. Nam illi in Deo, hi verò in rebus terrenis gaudent: illorum animus vera & ſolida lætitia perfunditur, horum caro lætitia exterius tantùm aſpergitur. Illi in mediis doloribus exultant, hi in mediis gaudiis dolent atque cruciantur. Illorum perpetua, horum fluxa & caduca eſt lætitia. Denique illorum gaudia ſemper augentur, donec tandem illis æterna fœlicitas tanquam cumulus accedat: horum verò ſpes in deſperationem, vita in mortem æternam, gaudia momentanea in perpetuos dolores conuertuntur. Faceſſant igitur vanæ mundi carniſque blanditiæ: neque nobis improborum gaudia fucum faciant. Sed audiamus potius Dauidem affirmantem, eorum demum eſſe lætari, qui in Domino lætantur, qui iuſtitiæ & pietati ſtudent, & quorum animus integer eſt & vacuus omni hypocriſi atque ſimulatione. Itaque, fratres, interiorem animi integritatem colamus & rectam ſanamque conſcientiam retineamus; quæ veri gaudij ſedes eſt atque domicilium. Nec eos imitemur qui hoc tempore Euangelio renunciarunt & mundi inſana gaudia cruci Chriſti prætulerunt. Qui, ſi verum fatebuntur, dicent ſe intus in animo cruciari infinitis doloribus. Danda igitur eſt opera vt cor noſtrum ſit rectum, vt Dauid loquitur, atque ita veræ ac ſpiritualis lætitiæ participes eſſe poſſimus. Cùm autem Propheta doceat, Ierem. 17. cor hominis natura peruerſum eſſe, petamus à Deo vt peruerſitatem nobis inſitam à natura, corrigat ſuo Spiritu, vt ita gratia & beneficio, ex animis rectis, recta opera proficiſcantur. Hæc ſunt quæ ex poſtrema Dauidis cohortatione colligere debemus. Cùm autem multæ ac variæ doctrinæ nobis in hoc Pſalmo propoſitæ fuerint, curemus ne illarum memoria nobis effluat, ſed eas potius aſſidua cogitatione recolamus. Itaque (eſt enim illarum ſumma aliqua facienda)

Ἀνακεφαλαίωσις totius Pſalm.

cùm illi demum ſint fœlices qui vera fide peccatorum remiſſionem amplexi ſunt: agnoſcamus peccata noſtra, & eorum vero ſenſu perculſi, ad Dei miſericordiam in Chriſto plenè nobis exhibitam recurramus, vt illius perfectiſſima iuſtitia induti, coram Dei oculis iuſti reputemur. Hæc autem noſtra per Chriſtum iuſtificatio iuſtar arboris feracis producat ſuos fructus, atque in primis animi puritatem atque integritatem, excuſſa illa hypocriſi quæ ſolet in animis noſtris deliteſcere. Cùm verò ea ſit naturæ noſtræ ſtupiditas, vt ægrè ad peccatorum confeſſionem adducamur, nunc ſaltem cùm ſentimus Domini ferientis manum grauiter in nos depreſſam, cùm his temporibus tot tantáque vulnera nobis inflicta ſint, redeant in memoriam peccata præterita, eorúmque veniam à Domini miſericordia petamus: veráſque lacrymas & gemitus ex intimo pectore proficiſcentes coram paternis Dei oculis effundamus. Ne vanas excuſationes peccatis noſtris prætexamus, ſed seriò & ex animo fateamur innumerabiles offenſas quibus iram Dei in nos prouocauimus. Tum vera fide remiſſionem peccatorum nobis ob!atam in Chriſto recipiamus, atque ſentiamus Deum nos paſſis manibus in dilectiſſimo filio complectentem. Illi igitur preces aſſiduas offeramus, illi ſalutem tum animi tum corporis commendemus, ab illo, his præſertim difficillimis temporibus, opem expectemus, ad illum vnum tot malis paſſim inundantibus, tanquam ad portum tutiſſimum, velis remiſque contendamus. Iſte ſit nobis perfugium, latibulum & ſalus. Ac iam fidei certiſſimis oculis diem illum intueamur, cùm Dominus non tantum noſtri priuatim, ſed tot ſuarum Eccleſiarum miſertus, nos omnes mirabili fauore proſequetur, cùm Turcas & omnes hoſtes Eccleſiæ, diuina virtute ſuperatos fractóſq; cernemus, cùm denique ſolenni gratiarum actione templa, domus, vici, plateæ, loca denique omnia vndique perſonabunt. Quamobrem hunc noſtrum vatem, ceu doctorem præſtantiſſimum, audiamus, eum ceu fideliſſimum ducem ac præuium ſequamur, ei docenti, monenti, hortantíque pareamus. Excutiamus omnem contumaciam, nec ſimus earum beſtiarum ſimiles, quæ ſunt ad obſequium frænis & calcaribus adigendæ. Iam ſponte & alacriter viam illam conficiamus, quam ipſo Dei ſpiritu duce ſumus ingreſſi. Horreamus ea iudicia quæ improbos & obſtinatos manent. Aſpiremus ad eam ſummi Patris miſericordiam, quę pios ac fideles circundat atque obtegit. Confidamus Deo, Deo, inquam, non hominibus, confidamus in mediis afflictionum procellis, vt fidem noſtram nulla mundi, nulla Satanæ tempeſtas vnquam euertat. Quod ſi nos ad aliquod tempus multis doloribus ac moleſtiis exercet Dominus, hanc triſtitiam interioribus gaudiis, tanquam fomentis adhibitis, leniamus. Neque nos detineat vana mundi & carnis lætitia, ſed iuſtitiam ſectantes gaudeamus in Æterno, qui vt noſtræ iuſtitiæ, ita ſolidi gaudij æternæque fœlicitatis firmiſſimum eſt fundamentum. Atque vt ſuauiſſima conſolatione aſſiduè perfruamur, eam animi & conſcientiæ puritate foueamus.

Concluſio.

Faxit autem Dominus cuius miſericordiam imploramus, cuius certiſſimis promiſſionibus nitimur: cuius ſolius potentiam noſtrorum hoſtium viribus, ſapientiam dolis, clementiam crudelitati opponimus, denique cuius ob nomen glorioſiſſimum & veritatem ſanctiſſimam tot mala, tot exilia, tot cædes, multos iam annos perpetimur: faxit, inquam, ſummus ille Deus ad cuius pedes prouoluti peccatorum veniam & collapſarum Eccleſiarum inſtaurationem ſupplices petimus, vt votorum compotes iamiam in ipſo gaudeamus, exultemus, triumphemus; & cùm ore, tùm ſynceris animis, ſumma illius beneficia perpetua gratiarum actione celebremus. Amen per Chriſtum.

LAVS DEO.

* * *

LOCVS DE VERBO DEI SCRIPTO, ADVERSVS HVMANAS Traditiones, Theologicè & Scholaſticè tractatus.

Vbi agitur de vera methodo Theologicè ſimul & Scholaſticè diſputandi.

PRAEFATIO.

2. Tim. 3.

Eccleſiaſtes debet docere & redarguere.

SCRIPTVRAM ſacram eſſe ad doctrinam & ad redargutionem vtilem Apoſtolus affirmauit: nimirum declarans homines eſſe non docendos tantùm, ſed ſæpe etiam redarguendos. Certè conſtat adeò corruptos eſſe homines, vt non modò in ignoratione veritatis, tanquam in craſſa quadam caligine verſentur, ſed etiam plerique veritatis ipſius lucem oderint atque refugiant. Quanquam autem vtrunque dolendum eſt, melius tamen cum iis agitur, qui ita ignorant, vt ſcire velint, quàm cum aliis quos ſua delectat cæcitas atque ignorantia: quandoquidem longè tolerabilius eſt neſcire, quàm nolle ſcire. Ex quo factum eſt vt, quia Paſtoribus ac Doctoribus Eccleſiæ res eſſe ſolet cum illis duobus hominum generibus; Apoſtolus eos iubeat eſſe tenaces fidelis ſermonis, vt poſſint tum exhortari per doctrinam ſanam, tum contradicentes conuincere. Ac de

Tit. 1.

de his duabus veri Eccleſiaſtæ partibus quum Auguſtinus diſſereret, eáſque inter ſe compararet, *Facilè eſt*, inquit, *vt dicatur quid credendum, quid ſperandum, quid amandum ſit. Sed quemadmodum aduerſus eorum, qui diuerſa ſentiunt, calumnias defendatur, operoſioris vberiorisque doctrinæ eſt.* Hæc Auguſtinus: quę quàm vera ſint, iam pridem experientia comprobauit. Quantas enim moleſtias piis maioribus veteres hæretici exhibuerint, illi præſertim qui in Scholaſtica & contentioſa palæſtra erant exercitati, facilè licet ex doctiſſimis Orthodoxorum ſcriptis colligere: in quam diſputationis aciem quotquot ex noſtris veniebant paratiores, vtpote armis τῆς ἔξω παιδείας inſtructi, illi patefacto veritatis lumine, fumos illos Sophiſticos nullo negotio diſſipabant. Inter quos Nazianzenus videtur palmam dare Baſilio, quòd præter cæteros excelleret in ratiocinandi & rectè diſſerendi ſcientia. quod etiam de Gregoreo Nyſſeno affirmare poſſumus. Auguſtinus autem (qui, vt eius verbis vtar, *Ratiocinationi tanquam vnicæ ſuæ blandiri ſolebat, & ea ſeſe oblectare*) ingenuè profitetur ad diſſoluenda hæreticorum ſophiſmata, artem hanc magnum ſibi adiumentum attuliſſe. Et longè ante Auguſtinum Tertullianus in iis ſcriptis quibus fœliciter cum hæreticis dimicauit, non diffitetur ſe ab aduerſariis ad philoſophandum fuiſſe prouocatum. Quæ quidem à nobis eò dicta ſunt, quòd pleróſque videamus ſeſe huic diſciplinæ, alioquin vtiliſſimæ, præbere iniquiores, quaſi eam Paulus ex Theologiæ finibus extermináßit, cùm vetat nequis nos per Philoſophiam deprædetur: atque huc multa congerunt ex veterum Doctorum ſcriptis, quæ in τὴν ἔξω παιδείαν, ipſamque rectè diſputandi ſcientiam, quadrare exiſtimant. Itaque nunc libenter audiunt Nazianzenum Dialecticos cum Moabitis & Ammonitis comparantem: nunc, poſt Baſilium Dialecticam bellatricem appellitant: nunc denique cum Tertulliano exclamant miſerum eſſe Ariſtotelem, qui hæreticis Dialecticam inſtituerit, ſtruendi & deſtruendi artificem verſipellem: quibus quidem hominibus ego paucis ita ſatisfactum velim: Apoſtolum non ipſam rectè ac verè diſſerendi ſcientiam improbare, quæ à certis, propriis & neceſſariis principiis acceſſit ipſius veritatis cognitionem: ſed potius vanum fallendi artificium, & laqueos illos ſophiſticos & fallaces quos nectere ſolebant hæretici, vt ita pios atque Orthodoxos deciperent: quod ita eſſe, non ſolùm ipſa contextus Apoſtolici ſeries, ſed etiam vocabulum ἀπάτης, à Paulo vſurpatum manifeſtè declarat. Iam cùm imprimis eò ſpectet ἡ ἔξω παιδεία vt Sophiſtarum præſtigias fallaciáſque diſcutiat, errores redarguat, mendacia expellat, atque veritatis lucem animorum oculis intuendam proponat: ecquis vnquam meritò exiſtimauerit, præclaram hanc diſciplinam fuiſſe ab Apoſtolo reiectam? Qui enim fieri poteſt, vt qui ſe Sophiſticis fallaciis inimicum eſſe profitetur, non idem amet ſcientiam rectè diſſerendi, nugis illis Sophiſticis omnino contrariam, & ad id comparatam vt eius ope atque ductu captionum inſidias faciliùs declinemus? Vt enim qui tenebras oderit, eum lucis ſplendore delectari neceſſe eſt: ita

Ench. ad Laur.

Ad redarguendum non parum iuuat τῆς ἔξω παιδείας.

In laud. Baſil.

Epiſt. 151.

Contr. Acad. l. 3. cap. 13.

De reſur. carn.

Refelluntur qui rectè diſſerendi ſcientiam & τὴν ἔξω παιδείαν à Theologiæ finibus arcere volunt.

Col. 2. Aduerſ. 150. Epiſcop. In cap. 2. Eſa.

De præſcri. hær.

qui inanes argumentorum deceptiones excludit ab Eccleſia, is profectò videri debet veris ac ſolidis argumentis locum in Eccleſia reliquiſſe, quibus vanæ illæ vanorum hominum deceptiones & redargui facilè, & vitari poſſint. Niſi fortè cenſemus medendi ſcientiam eſſe reiiciendam, quòd homines doceat ea dignoſcere quæ ſunt exitioſa, vt ab his abſtineant, & ea tantummodo ſectentur, quæ videbunt ad vitam ac valetudinem tuendam pertinere. Quamobrem dixerit ſanè, & præclarè dixerit Nazianzenus (eſt enim aliquid ad ſuperiores obiectiones reſpondendum) Sophiſtas eſſe Moabitarum & Ammonitarum ſimiles qui à Dei templo arcebantur: modo ſimul agnoſcamus, rectè ratiocinandi præcepta non cum Moabitis & Ammonitis, ſed potius cum Tyriis illis & Sidoniis, eſſe comparanda, quorum opera ab templum domini exædificandum Solomonem vſum fuiſſe memoriæ proditum eſt. Laudetur etiam Baſilius, quòd Sophiſticen dixerit eſſe bellatricem: dummodo eò magis amemus vera illa arma quibus nos ὅπλοις τοῦ θεοῦ inſtruit ad veritatem propugnandam. Denique libenter, ſi placet, audiatur exclamans Tertullianus aduerſus eum quam vocat ſtruendi & deſtruendi verſipellem artificem: nimirum illam artem, [illegible], quæ probabilia tantùm conſectans, nuſquam pedem ſiſtit. At nos interea diſciplinam [illegible] honorificè appellemus quæ neceſſaria à probabilib. diſcernens, ita vera ſtruit, vt falſa deſtruit, vt ſemper maneat ſui ſimilis, quippe ſubnixa conſtantiſſimo veritatis firmamento. Atque hanc quoque fuiſſe veterum ſententiam de Doctrina rectè diſſerendi, facilè nobis aſſentietur, quiſquis veteres ipſos diligenter attenderit. Quid enim ille ipſe Nazianzenus quem iſti nobis obiiciunt? *Veritas*, inquit, *logicis diſputationibus trita in lucem profertur*. Quid porrò Baſilius? *vera Dialectica virtus eſt naturas rerum diſtinctè diuidere, quæ ſunt affinia dignoſcere, & diſcernere contraria*. Auguſtinus autem verum vſum [illegible] à Sophiſtarum abuſu diſcernens, *Si Dialectica*, inquit, *eſt ſcientia veritatis, ſic illam nouit ſapiens, vt Sophiſtarum calumnias contemnendo caueat*. Sed nihil eſt præclarius hoc eiuſdem Auguſtini teſtimonio: *Dialectica*, inquit, *eſt diſciplina diſciplinarum, quæ docet docere ac diſcere, quæ ſcit ſcire, & alios ſcientes facere.* Hæc ille. Quæ quum ita ſint, maneat ſua laus huic præſtantiſſimæ diſciplinæ, & affirmemus eos non ſatis rectè ratiocinare, qui hodie aduerſus rectè ratiocinandi ſcientiam inſurgunt. Hîc autem fortaſſe à nobis quærat aliquis, num hac noſtra commendatione ſcripta quoque Scholaſticorum Doctorum comprehẽdamus, eorum præſertim, qui iampridẽ ex Lombardi fontibus fluxerunt: & num ea exiſtimemus ad veram illam diſciplinam [illegible] eſſe referenda. Equidem vt nolim de tot viris ferre ſententiam (quorum laboribus & induſtriæ per me licet ſuus honos tribuatur) ita non verebor quid de hac re ſentiam liberè & ingenuè profiteri: ſemper tamen intra meæ tenuitatis cancellos me ipſum continens. Ioannes Duns, Scotus ille quem ſubtilem Doctorem vulgò appellant, ait alicubi Theologicos doctores tandem Pholoſophiam cum Theologia maximo cum fructu miſcuiſſe. Ego certè fateor miſcuiſſe; atq; etiam addo, confudiſſe: ſed quum id magno cum fructu factum eſſe exiſtimat, veniam dabit

ſubtilis

Veteres theologi rectè diſſerendi ſcientiam laudarant.

Ad 150. Epiſcop.

In 5 cap. Eſai.

Contra Acad. lib. 3.

De ord. lib. 2. c. 12.

De doctorum ſcholaſticorum ſcriptis ac diſputationibus.

In 3 ſent. diſt. 24. quæſt. 1.

ſubtilis Doctor, ſi non poſſum illi hac in re aſſentiri. Quum enim Scholaſtici Doctores non veram illam et analyticam rationem diſſerendi ſecuti ſint (vt paulò pòſt dicemus) ſed propemodum tantùm luſerint probabilibus, atque vtplurimum, vanis et contentioſis argumentis, non illi verum vſum, ſed abuſum potius Philoſophiæ, mihi videntur in Eccleſiam inuexiſſe. Mihi, inquam videntur Scholaſtici Doctores Sophiſticam illam meretriculam, vt honeſtæ matronæ, ſic Philoſophiæ nomine et pigmentis exornatam in mediam Eccleſiam, cum maximo ipſius Eccleſiæ damno, produxiſſe. At enim, inquies, non ſine magnis laboribus multiſque vigiliis acutam illam diſputandi ſcientiam ſibi comparârunt. Sit ita ſanè: veruménimuerò cùm Scholaſticos doctores in ſuis illis acutis diſputationibus laborantes, ſudantes, anhelantes video, mihi Troianorum in mentem venit, qui magno labore equum illum à Græcis fabricatum in ſuam vrbem introduxerunt, vnde conſequuta eſt ipſius vrbis euerſio. Sic enim Scholaſtici falſam Philoſophiam magno conatu et ſtudio in Eccleſiam attraxerunt, vt inde, tanquam ex equo Troiano, innumerabiles errores prodierint: qui quidem, cuſtodibus Eccleſiæ ſomno, deſidia, et inſcitia iampridem ſepultis, Eccleſiam ipſam inuaſerunt, corruperunt, vaſtarunt: ita vt (liceat enim locum Eſaiæ vſurpare) niſi tum Dominus nobis aliquot reliquias feciſſet reliquas, profectò nullam iam Eccleſiam haberemus. Teſtis eſt Romana Eccleſia adeò deprauata, corruptáque, vt dum Eccleſiam in Eccleſia quærimus, cogamur ſolos Eccleſiæ cineres non ſine luctu & lacrymis intueri. Sed ne lugere hîc potius quàm diſputare velle videamur, ecce quod proponimus: Scholaſticos & Quæſtionarios Doctores, nec veram Theologicé diſſerendi rationem, nec verum ac legitimum ὀργάνου παιδείας vſum ſequutos fuiſſe. Quod vt ſit magis perſpicuum, age, ex multis erroribus quoſdam tantùm colligamus, ex quibus intelligi poſſit, eos in Theologicis diſputationibus non parum à vera ac Theologica diſſerendi ratione aberraſſe.

Scolaſticorum magni quidem, ſed vt plurimùm inutiles labores.

Iſa. 1.

Primus error quem videntur Scholaſtici in ſuis diſputationibus admittere, is eſt, quòd ſolent ex principiis logicis diſputare, atque inde arceſſere ſuas concluſiones. Itaque propoſitis quæſtionibus, non Scripturæ locos, ſed vt plurimùm Axiomata logica & Maximas topicas, aut eo etiam aliquid minus ſubſternunt: in eorúmque diſputationibus Scriptura muta eſt. Sæpe enim Philoſophos, at perrarò Apoſtolos appellant: & ſiquando veteres etiam Doctores adhibent, tum illorum autoritatem cum Scripturæ autoritate confundunt, neque dubitant eorum ſcripta nomine Scripturæ ſignificare. At nos de Theologia ex principiis Theologicis diſputandum eſſe, ex ipſa Theologia id dicimus, & ità faciendũ eſſe, vel ex ipſo ὀργάνου παιδείας affirmamus, qui vetat μεταβαίνειν εἰς ἄλλο γένος & vagari extra orbem illius ſcientiæ de qua diſſerendum ſuſceperis. Porrò quum Theologia ſit ſupra omnes ſcientias, eam ſubiici principiis philoſophicis non ineptum modò, verumetiam iniquiſſimum eſt, atque indigniſſimum. Doctores autem Eccleſiaſticos exæquare cum Prophetis & Apoſtolis, hoc verò planè intolerandum. Quamobrem nemini, niſi ſit [illegible]

Aliquot errores præcipui qui deprehenduntur in doctorum ſcholaſt. diſputationibus.

1. Error. Vide Scotum & alios qui ſcripſerunt in libr. ſentent. & in quæſtionibus quodlibetariis.

Lomb. 1. Sent. diſt. 34. & li. 2. ſent. diſt. 9. & paſſim.

dubium eſſe exiſtimo, quin primus hic Scholaſticorum error iure à nobis recenſeatur.

2. Error. Secundus error hic eſt, quòd de rebus Theologicis in vtramque partem, ac topicè diſputant ex probabilibus argumentis, quod tamen contrà factum oportuit: primùm ἐκ [illegible], deinde ex ipſa Theologiæ natura. Nam Topicæ in vtranque partem diſputationes relinquuntur colloquiis & exercitationibus. Tractationes autem neceſſariæ (cuiuſmodi ſunt inprimis Theologicæ) requirunt analyticas diſputationes, quæ veris, certis, neceſſariis & apodicticis argumentis niti debent. Solent quidem philoſophi de ſcientiarum principiis in vtramque partem aliquando diſputare, vt magis eluceat veritas: ſed Theologi non diſputant de ſuis principiis, quippe quæ ſunt per ſe certa & extra omnem dubitationis aleam conſtituta. Deinde nihil eſt magis contrarium fidei, quàm dubitatio, & illa ἐποχὴ Academica: quam doctiſſimis Auguſtini & aliorum veterum diſputationibus iugulatam pridem & conſepultam, neſcio quomodo Scholaſtici, certè non ſatis fauſtè, ab inferis excitarunt. Scitè enim Hieronymus Iouiniano exprobrabat, quòd de quæſtione Theolgoica, γυμναστικῶς inquit, non δογματικῶς diſputarit: ſcilicet longè grauiora dicturus in iſtos, qui non aliter de rebus grauiſſimis diſputare conſueuerunt. Quinetiam ſæpe illis accidit, vt multis ac variis argumentorum fluctibus, modò in hanc, modò in illam partem iactati, neſciant quem ſe tandem in portum recipiant: adeo vt Scotus ille ſubtilis, & plerique alij, rem dubiam ac minimè definitam in medio relinquentes, permittant lectoribus in vtram velint ſententiam diſcedere: ſi in hanc, inquiunt, ita reſpondeto contrariis argumentis: Sin mauis in illam, ecce tibi quod rurſus ad contraria argumenta reſpondeas. Quid quòd multis obiectionibus propoſitis, ſæpe ſubſiſtunt, & *Quære*, inquiunt, *ſolutionem*? Item, *Qui poteſt reſpondeat*. Obſecro, hoccine eſt Theologicè diſputare? vbi inprimis fidei certitudo requiritur: an verò analyticè? vbi iubent Philoſophi res ipſas (vtendum eſt enim eorum verbis) ἐν [illegible], & eas in veritatis firmiſſimo gradu collocare.

Apolog. aduerſ. Iouinia.

3. Error. Tertius error hic eſt, quòd veritatem obſcurent ſuis argutiis, nedum illuſtrent. Nam quæ ſunt difficilia, reddunt ipſi ſpinoſis & contortis quæſtionibus difficiliora: quæ verò per ſe facilia ſunt & perſpicua, illi obſcuris quæſtionum inuolucris obducunt, nodum, vt vulgò dicitur, in ſcirpo quærentes. Ecquis eſt etiam (niſi qui planè ad eiuſmodi obduruit) quin, vel audito tantum horrifico illo nouorum vocabulorum ſtrepitu, ſtatim refugiat, & ea ſe deſperet poſſe vnquam animo percipere, quæ ne patienti quidem aure capere poteſt? Quare quod aliquando dixit Auguſtinus, *Artem Sophiſticam eſſe cauernæ Caci perſimilem*, mihi videtur egregiè in Scholaſticos quadrare, qui dum peregrinis dogmatibus tanquam alienis diuitiis gloriantur, adeò obſcuritatem affectant & latebras quærunt, vt quotiès diſputant, non res ipſas aperire, ſed operire potius; & non tam ho-

minis vocem, quàm obſcuros quoſdam mugitus, ex tenebricoſis illis quæſtionum ſpeluncis edere videantur.

4 Error.

2.Tim.2.

Pontificij doctores huius ætatis ſyllogiſticas diſputationes in ſuis ſcriptis non proponunt vt ſolebant Scholaſtici. Methodus Theologicè & Scolaſticè diſputandi hodiè inprimis neceſſaria.

Quartus denique hic eſt error, quòd Scholaſtici, vel potius Quæſtionarij Doctores, terunt tempus in vanis & curioſis quæſtionibus, iiſque non tam explicandis, quàm implicandis, quas Vaniloquentias Apoſtolus vult ab Eccleſiaſtico doctore cohiberi. Et paulò poſt, *Stultas*, inquit, *& ineruditas quæſtiones reiice, ſciens eas gignere pugnas*. Quod quàm verum ſit, manifeſtè patet ex ipſis Quæſtionariis, quorum vix duos reperias, qui in vnam eandémque ſententiam conueniant. Sic plerunque videas à Thoma Scotum, à Scoto Occamum, ab Occamo reliquos diſſentire, ita vt vix poſſis in eorum ſcripta ingredi, quin ſtatim in eiuſmodi altercationes veſtigium ponas. Verumenimuerò illæ demum ſunt tractationes Theologicæ, quæ fidem inſtruunt atque confirmant, ſíntque ad totius Eccleſiæ ædificationem & ſalutem accommodatæ. Rectè enim monuit Auguſtinus *nihil opus eſſe vt ea cum diſcrimine definiantur, quæ ſine diſcrimine neſciuntur*. Ex quibus omnibus ſatis intelligi poteſt, eam diſſerendi rationem, quam ſcholaſtici Pontificij ſecuti ſunt, nihil, aut certè parum habere commune cum Theologicis ac verè Scholaſticis tractationibus. Quamobrem, vt gratiam aliquam ineamus ab iis qui ſe *ὀρθῆς παιδείας* aduerſarios profitentur, huc ſanè conuertant licet ſuperiores illas reprehenſiones, ac dicant, vanam Scholaſticorum Philoſophiam eſſe *inanem deceptionem, bellatricem, ſtruendi ac deſtruendi artificem verſipellem, cum Ammonitis & Moabitis ab Eccleſia repellendam*. Hæc, inquam, dicant, ac tum fatebor me nihil habere quamobrem meritò repugnem. Cæterùm huius ætatis doctores Pontificij paulò aliam ſibi rationem ſcribendi propoſuerunt. Nec enim nudos Syllogiſmos contexunt, vt ſolebant illi, ſed vtuntur continuis & prolixis declamationibus, præſertim aduerſus eos, qui puram Euangelii doctrinam profitentur: qua in re libenter à Syllogiſmis abſtinent. Quum enim conuitia, vtplurimum, euomant, & flammas anhelent, non exiſtimarunt ſatis commode Syllogiſmis cum modo & figura facere ſe id poſſe: itaque in latiorem orationis campum ingredi maluerunt. Quum igitur ex iis quæ antè dicta ſunt, ſatis manifeſtum eſſe arbitremur Scholaſticorum Pontificiorum diſputationes, nec verè Theologicas, nec eſſe ritè ex *ὀρθῆς παιδείας* regulis conſtitutas: operæpretium fuerit methodum aliquam proponere, qua & Theologicè & Scholaſticè diſſerere, &, vt Auguſtini verba repetamus, *Sophiſtarum calumnias vincere poſſimus*: quod vtinam præſtantiſſimi Theologi, ſimúlque in hac præclara ſcientia exercitatiſſimi (quales hac ætate multos eſſe minimè dubitamus) in animum inducant facere, & nobis atque etiam poſteris viam commonſtrare Theologicè ſimul & Scholaſticè diſputandi.

Nam ſi Auguſtinus humanarum diſciplinarum cognitionem præclarè comparauit cum Ægyptiorum diuitiis, quas ſecum Iſraëlitæ abſtulerunt: certè dum hodie pleróſq; videmus diuitiis illis peregriníſque ornamentis, ad conflandum erroris idolum abuti, æquiſsimum fuerit pios ac doctos homines illas ipſas diuitias liberaliter impendere ad conſtituendum Dei tabernaculum, & ad veritatem ipſius aduerſus humanos errores propugnandam.

Tractationum Theologicarum duo genera.

Ac tantiſper dum illi qui & Theologiæ ſtudio & τρίτου παιδείας ſcientia excellunt, id præſtandum ſuſcipiant, ego in eorum adoleſcentum gratiam, qui ſunt Theologiæ candidati, non dubitabo aliquid ea de re leuiter adumbrare, vt huic noſtræ σκιαγραφίᾳ & craſsioribus lineamentis viuos illi poſtea colores addant. Duplicem eſſe ſtatuo Theologicam tractationem: vnam, plenam & vberiori ſtylo compoſitam, quæ & rudes doceat, & tardos excitet ad veritatis doctrinam amplectendam: Alteram autem, accuratam quidem, ſed contractam, & quæ ſepoſitis iis, quæ ad commouendos animos adhibentur, detractáque orationis veſte, res ipſas ſimpliciter & enucleatè nobis explicet, atque argumenta nuda proponat: ita vt ipſa rerum veritas oculis propemodum conſpici & digitis attrectari poſsit. Hæc fortaſſe minùs erit iis grata, qui orationis ſplendore delectantur: ſed certè non minus vtilis iis omnibus, qui vt ſimplicitatis amantes, ita ſunt veritatis ſtudioſi. Quemadmodum enim iucundior quidem eſt aſpectus humani corporis, dum & carne veſtitum, & ſanguine ſuffuſum, & colore ipſo venuſtum eſt: ſiquando tamen ad anatomen deueniendum eſt, tum partium ſingularum integritas & totius corporis conſtitutio longè melius dignoſcitur: ita ſi quis ſeriò & accuratè velit diffuſiores illas et venuſtiores tractationes expendere, earúmque analyſin, et tanquam anatomen conficere, proculdubiò facilè animaduertet, ſintne omnibus numeris abſolutæ, an verò aliquid adhuc deſideretur; &, vt morborum, ita errorum, ſi qui ſint, fontes & cauſas, quaſi digito commonſtrabit. Itaque ſuperior illa quidem tam doctorum quám indoctorum animos afficit: ac hæc poſterior, cùm in ſolo Didactico genere verſetur, magis conuenit iis, qui ſunt exercitatiores, quique non conturbantur flumine inanium verborum, ſi ſit rerum ipſarum ſiccitas: quandoquidem oratio ſine ratione, ne oratio quidem exiſtimanda eſt. Illam differendi rationem Auguſtinus, Cyprianus, Hilarius, Hieronymus & pleríque alij veteres doctiſsimi vt plurimùm ſecuti ſunt: hanc Scholaſtici doctores videntur quidem ſibi propoſuiſſe, ſed quo ſucceſſu, paulò antè à nobis fuit expoſitum. In vtraque autem tractatione videtur in primis eſſe obſeruandum, vt, quum agitur de doctrina aſſerenda, omnia argumenta ſint neceſſaria, & apodictica: quippe quæ nitantur veris Theologiæ principiis & fundamentis. Atque in primis cauendum eſt, ne probabilia pro neceſſariis, aliena pro conſentaneis, falſa pro veris vſurpemus. Quod quidem ſæpè accidit nimia diffuſæ orationis licentia, qua veritatis aduerſarij ſæpe abutuntur, vt ſub orationis veſte commodius latitent, & cum multa dixerint, vera quoque dixiſſe videantur. Huic malo remedium erit accommodatiſſimum, ſi poſteaquam plena tractatio anteceſſit, ſtatim ſubiiciatur Scholaſtica tractatio, tanquam ſuperioris [illegible] quæ ſit ſophiſmatum ac fallaciarum omnium euerriculum:

Contracta & Scholaſtica tractatio eſt velut anatome fuſioris & vberioris tractationis.

quum abſterſo orationis fuco, ea quæ ſunt falſa deteget, vera falſis opponet, vtraque excutiet, faciet denique vt, quemadmodum aliquando dixit Auguſtinus, *res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione concertet.* Hic vero quis non videt, ſublatis erroribus, facilè ſuperaturam, & quam rapidum orationis flumen obruat, ſua ſponte emerſuram eſſe veritatem? Quamobrem quum eiuſmodi tractatio ſcholaſtica fructum quàm maximum allatura ſit (dummodo ſacræ Theologiæ regulis ipſe τρόπος παιδείας dirigatur) oro, obteſtórque doctiſſimos huius ætatis Theologos, veritatis Euangelicæ propugnatores, vt in hanc curam incumbant, nobíſque proponant huius Scholaſticæ tractationis methodum certam ac facilem quam ſequamur, & quæ nobis ſit atque poſteris pro lapide lydio, ad varia hominum ſcripta exploranda, quæ de rebus Theologicis eduntur: quod ſi præſtiterint, bonam operam nauabunt Eccleſiæ, his præſertim temporibus, quibus homines certatim de dogmatibus Theologicis libros conſcribunt. Nam quum ſoli Iuriſconſulti de iuris & legum ſcientia, ſoli Medici de arte Medendi ſcribant, atque in reliquis diſciplinis de ea quiſque tractet quam profitetur, & in qua verſatus eſt: ſit tamen neſcio quomodo, vt de Theologia tam Theologi quàm ἀθεόλογοι & cuiuſuis ordinis homines ſoleant paſſim libris editis diſputare: quo ſum æquior Nazianzeno, qui aliquando grauiſſimè de hac re conqueſtus eſt. Hunc autem tantulum noſtrum laborem in medium proponere viſum eſt, non quòd hanc ipſam methodum, quam requirimus, nos aſſequutos fuiſſe confidamus, ſed vt vel hac ratione teſtemur, nos accuratiorem à doctiſſimis Theologis non expectare tantùm, verumetiam flagitare. Ecce igitur, proponimus tractationem Scholaſticam loci Theologici deſumpti ex primo cap. Epiſt. ad Hebræos: nempe, de Verbo Dei ſcripto aduerſus humanas traditiones: qua de re magna eſt inter nos & Pontificios controuerſia. Tractationem autem huius dogmatis copioſam, & latiore ſtylo compoſitam, idcirco prætermitto, quòd ea facilè videri poteſt in ſcriptis ex vtraque parte iampridem editis, quorum ego veluti quandam ἀνάλυσιν conficiam hac Scholaſtica diſputatione.

De modo in diſp. ſeruando.

Tractatio loci Theologici de verbo Dei ſcripto.

Sed antequam rem ipſam aggrediar, lectores admonitos velim, diſputationes de rebus ſacris inſtitutas, à quibuſuis aliis diſputationibus longiſſimè differre. Nam in Philoſophicis, Medicis, Politicis & aliis eiuſmodi diſputationibus viget eloquentia, regnat ambitio, feruet contentionis ſtudium, & ſæpe nihil aliud homines ſibi proponunt, quàm oſtentationem ingenij, & gloriolæ cupiditatem. At in Theologicis diſputationibus, vbi non ornamenta, inquit Auguſtinus, ſed documenta quæruntur, magna cum reuerentia, & ſanctè de rebus ſanctis agendum eſt, non quaſi in hominum theatro, ſed vt coram Deo, & ſanctis Angelis, adeòque in medio totius Eccleſiæ conſeſſu: idque non contendendi ſtudio, ſed veritatis retinendæ gratia: quandoquidem Eccleſiæ Paſtores vetat Paulus λογομαχεῖν, vt quod fieri ſine veritatis iactura vix poſſit. Quamobrem Deum precati, vt noſtros conatus ſui Spiritus ductu dirigat & auxilio confirmet, deſcendamus

Theologicæ diſputationes quomodo ab aliis differant, & quàm ſint religioſè tractandæ.

mus in hoc ſanctiſſimum certamen, in quo verbum Dei eſt ſtadium, Deus certaminis arbiter, Veritas præmium, ſalus corona. Atq; eò meliore animo certamen iſtud nobiliſſimum ſubeamus, quòd hic non idem accidit quod in aliis certaminibus, in quibus ſolus ille coronatur qui vincit. Nam huius certaminis hic exitus, vt is etiam qui vincitur, modò ſe victum agnoſcat, & veritatem amplectatur, ſimul etiam cum victore coronetur. *Præſtat autem,* inquit Auguſtinus, *vinci à vero, quàm velle verum ipſum per falſa vincere*. Quicquid enim homines aduerſus veritatem moliantur, certè ita ſtatuendum eſt vinci veritatem non poſſe, quam idem Auguſtinus æternam victoriam appellauit.

Vſus præſentis diſputationis.
Pſal. 119.

Hoc autem dogma de quo nobis inſtituenda eſt diſputatio, tanti eſt momenti, vt meritò cenſeri debeat totius religionis fundamentum. Nec enim ſine cauſa Pſaltes agnoſcit *verbum Dei eſſe inſtar lucernæ,* quæ niſi noſtris pedibus præluceat, nobis, in craſſiſſimis tenebris verſari, & identidem impingere ac labi neceſſe ſit. At Romanæ Eccleſiæ doctores acerrima ſummáque animi contentione pro humanis traditionibus digladiantur, eáſque ſibi retinendas exiſtimant, tanquam aliquod Palladium, quo ſublato non poſſint amplius arcem illam Pontificiam defendere, multos iam annos obſeſſam, & proculdubiò, vincente veritate, tandem aliquando euertendam atque in cineres abituram.

Huius diſputationis diſtributio.

Vt igitur ad rem accedamus, huius diſputationis ſex erunt partes. In prima proponemus noſtram, & è regione opponemus aduerſariorum ſententiam, ambáſque exponemus, vt ex illa collatione meliùs perſpici poſſit quiſnam ſit totius controuerſiæ ſtatus. In ſecunda, ſententiam noſtram confirmabimus expreſſis Scripturæ locis, & certiſſima demonſtratione ex illis locis ſimul aggregatis confecta. In tertia, ſententiam Pontificiorum refellemus ἀνασκευαστικῇ diſputatione. In quarta diluemus Pontificiorum obiectiones ex ſacris literis detortas. In quinta, ſubducemus ea fundamenta quæ Pontificij ex veterum Doctorum ſcriptis ſuæ ſententiæ ſubſternunt. In ſexta, ipſos quoque veteres hac de re cum verbo Dei & nobiſcum conſentientes audiemus.

CAPVT I.

Deus multis vicibus multiſque modis olim loquutus Patribus per Prophetas, vltimis diebus hiſce loquutus eſt nobis per Filium.

QVum Tertullianus in aciem diſputationis prodiret, ſolebat ſummam quæſtionis (ſic enim ipſe loquitur) certis lineis determinare & gradum conferre, ne extra rem ipſam vagari liceret. Quod ut etiam ipſi faciamus primum omnium proponemus noſtrum, hoc eſt Eccleſiæ ex verbo Dei reformatæ de ipſo Dei verbo ſententiam. Hæc autem eſt eiuſmodi. *Omnia dogmata fidei Chriſtianæ neceſſaria in Scriptura ſacra contineri.* Hanc noſtram ſententiam ſic exponimus ex illo loco Epiſtolæ ad Hebræos, qui nobis huiuſce diſputationis fontes aperuit. Veteris Teſtamenti temporibus Deus locutus eſt Patribus noſtris multifariam

Noſtra ſententia de verbo Dei ſcripto.
Noſtræ ſententiæ expoſitio.

tifariam multiſque modis, Nempe per oracula, viſa, ſomnia, per Vrim & Thummim: denique per ipſos Prophetas afflatu Spiritus Dei loquentes. Ipſum autem Dei verbum eodem Spiritu dictante cùm à Moſe, tùm ab aliis Prophetis viriſque ſanctiſſimis fuit literis conſignatum. Tandem nouiſſimis temporibus Ieſus Chriſtus ſummus & perfectiſſimus Eccleſiæ doctor mundo exhibitus, Apoſtolos viua voce docuit & Eccleſiæ Chriſtianæ doctores conſtituit, qui doctrinam Euangelij à Chriſto receptam, & à ſeipſis viua voce traditam literis mandarunt. Quum igitur verbum Dei ſit menſura fidei noſtræ, ipſúmque verbum extet in ſanctiſſimis Sripturæ monumentis; efficitur omnia dogmata quæ ſunt ad fidem ſalutemque Eccleſiæ neceſſaria in Scriptura ſacra contineri: & quæcunque Apoſtoli tradiderunt, illa hodie nobis in ſola Scriptura quęrenda, nullaſque alias traditiones eſſe in cauſa fidei recipiendas. Et quia ſimilitudine res faciliùs explicari ſolent, propono ſimile ductum à Rege, qui edictum viua voce promulgandum, ac deinde præſcribendum iuſſit, quod vbi factum eſt, non ſolent homines anxiè & curioſè quærere ex iis qui ipſi promulgationi interfuerunt, aut ex aliis audiuerunt, quidnam edicto illo regio comprehendatur, quippe quum extet pręſcriptum edictum, cui iam ſtare & fidem habere oporteat: Ita affirmo quandoquidem verbum traditum & promulgatum ab Apoſtolis & Euangeliſtis, ab iiſdem fuit literis mandatum, fruſtrà & temerè hodie alibi quæri, quàm in Scriptura, quidnam Apoſtoli & Euangeliſtæ viua voce tradiderint.

At Pontificiorum ſententia hæc eſt.

Pontificiorum ſententia.

Non dogmata omnia fidei Chriſtianæ neceſſaria in Scriptura ſacra contineri.

Pontificiorum ſententiæ expoſitio.

Quam ſententiam ita exponunt. Licet verbum Dei ſit menſura fidei noſtræ, non tamen omne Dei verbum extare in Scriptura. Multa enim ab Apoſtolis & Euangeliſtis fuiſſe viua voce tradita, quæ tamen illi non ſcripſerint. Præterea Eccleſiam Catholicam (Romanam autem intelligunt) eſſe fretam Spiritu Dei duce, ita vt ipſa quoque poſſit ea tradere quæ ſunt ad fidem ſalutémque neceſſaria. Quare vt habeamus plenum Dei verbum, Traditiones Apoſtolicas & Eccleſiaſticas eſſe ad Scripturam ſacram adiiciendas. Hæc illi.

Quis eſt controuerſiæ ſtatus.

Ex quibus ſatis eſt perſpicuum, quiſnam ſit controuerſiæ ſtatus. Hoc eſt enim id quod quæritur: An omne Dei verbum per Prophetas & Apoſtolos traditum, nobíſque ad ſalutem neceſſarium, in ſacra Scriptura contineatur, necne. Nos affirmamus: Illi verò negant contradictoriè. Ita vt alteram tantùm ſententiam eſſe veram oporteat, ex prima illa luce ratiocinationis, de re quaque veram eſſe affirmationem aut negationem. Antequam autem aggrediamur confirmare noſtram ſententiam, ipſi termini quæſtionis nobis breuiter exponendi ſunt.

Termini quæſtionis exponuntur. Verbum Dei quid.

Verbum Dei intelligimus non verbum æternum Filium æterni Patris nempe λόγον ὑφιστάμενον (ſic enim veteres plerique loquuti ſunt) ſed verbum externum, quo Deus voluntatem ſuam hominibus patefecit: itaque addimus *per Prophetas & Apoſtolos traditum*: vt quid intelligamus per verbum Dei, magis perſpicuum eſſe poſſit. Vocabu-

Tradere

Necesſarium ad ſalutem.

Scriptura ſacra.

lum autem *Tradendi,* referri quidem poteſt tam ad verbum viua voce traditum, quàm ad verbum ſcriptum, vt patet epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes. ca. 2. *Tenete,* inquit, *traditam doctrinam, quam edocti eſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.* Atque ita ſæpe veteres ipſi loquuti ſunt, vt ſuo loco videbimus. In hac tamen quæſtione ex vulgato loquendi genere reſtringitur ad verbum illud quod viua voce traditum eſt. Cæterùm per *Verbum Dei nobis ad ſalutem neceſſarium,* intelligimus ea omnia quibus Deus nos iubet certa fidei πληροφορίᾳ aſſentiri, vt ita fidem ab opinione, & Chriſtianæ religionis dogmata á probabilibus hominũ diſputationibus ac placitis diſtinguamus. Poſtremò nomine *Scripturæ ſacræ,* intelligimus omnes libros Canonicos veteris & noui Teſtamenti. Atque hæc quidem de noſtræ quæſtionis expoſitione nobis breuiter dicta ſint.

CAPVT II.

Diſputatio κατασκευαστική.

NOſtra de verbo Dei hactenus propoſita & explicata ſententia nũc certiſſimis argumentis ex ipſo Dei verbo petitis confirmanda eſt, & tandem conficienda demonſtratio, quæ rem totam ab omnibus tenebris vindicatam in media veritatis luce conſtituat. Huius autem rei faciendæ hanc rationem inibimus, vt primùm ſubſternamus aliquot Scripturæ locos, ex quibus ſingulis argumenta firmiſſimá depromamus: Deinde omnibus illis ſimul collectis conficiamus veram definitionem Scripturæ ſacræ: quæ quidem diſinitio erit Medium [illegible] noſtræ ἀποδείξεως omni exceptione atque dubitatione maius. Quanquam autem in recenſẽdis Scripturæ locis non curioſe laboro de ordine (nullus eſt enim locus qui non conficiat concluſionem primariam, & ipſi loci habent vim ſummi Axiomatis) tamen curaui vt, quoad eius fieri poſſet, ordo locorum ſingulis definitionis partibus reſponderet. Quare faciamus initium ab hoc Apoſtoli loco, qui nobis cauſam præbuit huiuſce diſputationis.

LOCVS. I.

Heb. 1.

Deus multis vicibus multiſque modis olim loquutus Patribus *per Prophetas, vltimis diebus hiſce nobis loquutus eſt per Filium.*

Ex his Apoſtoli verbis nos ita concludimus.

Syllogiſmus.

Si verbum Dei ad ſalutem Eccleſiæ neceſſarium nobis primùm per Prophetas, deinde per Chriſtum & Apoſtolos traditum eſt, & verbum Dei per Prophetas traditum hodie quærendum eſt tantùm in ſcriptis Propheticis: Certe verbum Dei nobis per Chriſtum & Apoſtolos traditum, hodie quærendum eſt tantùm in ſcriptis Apoſtolicis, niſi certa ratio diſſimilitudinis reddi poſſit.

At verbum Dei ad ſalutem Eccleſiæ neceſſariũ nobis primùm per Prophetas, deinde per Chriſtum & Apoſtolos traditum eſt: & verbum Dei per Prophetas traditum hodie quærendum eſt tantùm in ſcriptis Propheticis, nec vlla certa ratio diſſimilitudinis reddi poteſt quo minùs idem de verbo Dei per Chriſtum & Apoſtolos tradito ſtatuendum ſit.

Quare verbum Dei ad ſalutem Eccleſiæ neceſſarium hodie quærendum eſt tantùm in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis.

Explicatio ſyllogiſmi.

Excutio ſuperius argumentum. Syllogiſmus eſt hypotheticus [illegible] cuius vſus eſt maximus quoties de rebus comparandis agitur. Syllogiſmos autem hypotheticos eſſe diſputationibus Theologicis valde accõmodatos patet cùm ex veteribus tum ex Scholaſticis, qui illis frequentiſſimè vſi ſunt. Itaque non dubitaui æquè illis vti ac ἀμέσοις, quandoquidem hypotheſes non ſunt Topicæ, ſed nituntur expreſſis Scripturæ locis, ac propterea huiuſmodi ſyllogiſmi non ſunt directis inferiores. Huius ergo ſyllogiſmi hypotheſis ſiue connexum hypotheticum patet à luce naturæ quæ dictat de iiſdem idem eſſe ſtatuendum. Hæc autem principia quæ ex natura ipſa hauſimus atque expreſſimus, non eſſe repudianda docuit Apoſtolus, quum Corinthios ad naturam ipſam reuocaret. Facilius enim, inquit Tertullianus, credes Prophetiæ, diſcipulus naturæ. Iam ſi ὕλην ipſam ſpectes, reperies idem eſſe verbum Dei cùm in vetere, tum in nouo Teſtamento: ſiquidem audimus Apoſtolum profitentem ſe nihil dixiſſe extra ea quæ Prophetæ & Moſes futura eſſe prædixerunt. Fateor in nouo Teſtamento exhibitionem fuiſſe vberiorem & auguſtiorem: ſed id adiuuat noſtram cauſam, tantùm abeſt vt ei noceat, quemadmodum in ſequentibus argumentis nobis erit fuſiùs explicandum. Expendamus igitur comparationem veteris & noui Teſtamenti, quantum attinet ad verbum Dei vtrobique exhibitum, atque ita dicamus. Si Deus loquutus eſt per Prophetas ſub veteri Teſtamento, per Apoſtolos quoque ſub nouo Teſtamento loquutus eſt. Si Prophetæ verbum Dei viua voce tradiderunt, id fecerunt & Apoſtoli. Si Prophetæ verbum Dei literis mandarunt, id etiam Apoſtoli fecerunt. Quare, ſi Prophetæ doctrinam veteris Teſtamenti totam ſcriptis comprehenderunt, cur non dicemus Apoſtolos quoque totam Euangelij doctrinam ſcriptis ſuis fuiſſe complexos? Proferant Pontificij rationem diſſimilitudinis, rationem, inquam, non ex humanis ſomniis, non ex probabilibus ac Topicis argumentis, ſed ex certo Dei verbo petitam. At non poterunt. Quinetiam vrgebo locum hunc Apoſtoli quem in manibus habemus, atque ita ratiocinabor: Si verbum Dei multifariam olim multiſque modis traditum, totum hodie in ſcriptis Propheticis reperitur, cur non idem dicemus de verbo Dei Euangelico quod non multifariam neque multis modis fuiſſe traditum Apoſtolus teſtatur? Alioqui quis non videt iacere vim comparationis ab Apoſtolo propoſitæ? Nam ita diceret Apoſtolus, ſi quidem vera eſſet Pontificiorum ſententia: Quemadmodum olim Deus multifariam multiſque modis loquutus eſt ſub vetere Teſtamento; ita nunc noui Teſtamenti temporibus multifariam nobis multiſque modis loquutus eſt, nempe per ſcripta Apoſtolica, per traditiones Apoſtolicas ab ipſis Apoſtolis non ſcriptas: atque etiamnum loquitur per traditiones Eccleſiaſticas: quod quàm repugnet Apoſtoli ſententiæ, ne ipſi quidem Pontificij negauerint. Atque hæc de connexo hypothetico.

Connexi hypothetici confirmatio.

De reſurr. carnis.

Aſſumptum, quod ſecundo loco poſuimus habet tria membra. Primum eſt: verbum Dei ad ſalutem Eccleſiæ neceſſarium nobis primùm per Prophetas: deinde per Chriſtum & Apoſtolos traditum fuiſſe. Atque hoc perſpicuum eſt ex hoc loco Apoſtoli. Olim, inquit, per Prophetas:

Aſſumpti confirmatio.

phetas: Vltimis diebus per filium: quod poſterius eſſe ad Apoſtolos quoque porrigendum, patet ex hoc ipſo Apoſtolo, ca. 2. huius epiſtolæ, vbi dicit ſalutem Euangelicam nobis primùm annunciatam à Chriſto fuiſſe, deinde ab iis confirmatam qui ipſum audiuerant. Et apud Ioannem: Quemadmodum, inquit, miſit me pater, ita & ego mitto vos. Atque omnino negari non poteſt Euangelii doctrinam fuiſſe ab Apoſtolis conſcriptam. Secundum membrum Aſſumpti eſt: Verbum Dei per Prophetas traditum hodie tantum eſſe quærendum in ſcriptis Propheticis. Atque hoc patet ex vſu loquendi Scripturæ, vbi per Prophetas intelliguntur ſcripta Prophetarum. Vt, Euangelium promiſſum per Prophetas in Scripturis ſanctis. Habent Moſen & Prophetas. Scriptum eſt in prophetis. Credis Prophetis. Exorſus à Moſe & omnibus Prophetis interpretabatur quæ de ipſo ſcripta erant. Denique Petrus per ſermonem Propheticum ſcripta Prophetarum intelligit: & paulò poſt: Non libidine hominis allata eſt olim Prophetia, ſed acti à Spiritu ſancto loquuti ſunt ſancti Dei homines: ne mihi multi alii loci conſimiles recenſendi ſint. Præterea ſi Pontificij nobis non aſſentiantur, ferant igitur *inſtantiam*. At non poterunt. Tertium membrum eſt, nullam certam diſſimilitudinis rationem poſſe reddi à Pontificiis, quò minus idem ſtatuendum ſit de verbo Dei tradito per Chriſtum & Apoſtolos, quod ſtatuitur de verbo Dei tradito per Prophetas: nempe totum fuiſſe literis mandatum, quatenus fides & ſalus Eccleſiæ poſtulat. Quum igitur Pontificij affirment eſſe diſſimilitudinem hac in parte, debent cauſam diſſimilitudinis proferre quæ ſit vera ac Theologica. Quibus omnibus ſuperioribus confirmatis, tenet argumenti noſtri concluſio.

Ioan. 20. & 17.

Rom. 1. Luc. 16. Ioan. 6. Act. 26. Luc. 24. 2. Pet. 1.

LOCVS. II.

Luc. 1. Iud. Philip. 3. 1. Ioan. 1. 2. Pet. 3. 2. Pet. 1.

Viſum eſt mihi omnia ſcribere vt agnoſcas earum rerum veritatem quas auditione accepiſti. Huc etiam referri poſſunt ſequentes loci. *Omne ſtudium adhibens vt ſcriberem ad vos de communi ſalute. Eadem ſcribere vobis me quidem haud piget: vobis autem tutum eſt. Quod vidimus annunciamus vobis. Haſce literas ſcribo vobis, quibus vos commonefacio vt memores ſitis doctrinæ Prophetarum & noſtræ. Non negligam vos de iſtis ſemper commonefacere licet quantumuis eruditos.* Ex quibus & conſimilibus locis ita concludimus.

Syllogiſmus. *Si in vniuerſum Apoſtoli & Euangeliſtæ doctrinam Euangelicam literis mandarunt, vt veritas earum rerum quæ viua voce traditæ fuerant magis magiſque agnoſceretur & confirmaretur, atque etiam hominum memoriæ melius conſultum eſſet: certè Apoſtoli & Euangeliſtæ ea omnia ſcripta reliquerunt quæ viua voce tradiderunt ad fidem ſalutémque neceſſaria.*

Antecedens autem verum eſt.

Ergo & conſequens.

Syllogiſmi explicatio. Connexum hypotheticum primo loco poſitum negari non poteſt, alioqui media pugnarent cum ipſo fine, quod abſit vt vel cogitemus in iis [illegible] qui eodem Spiritu duce Euangelium & viua voce tradiderunt & conſcripſerunt. Aſſumptum expreſſis verbis confirmant loci

LOCVS III.

Nihil addatis verbo quod ego vobis præcipio. Item, Ne addas verbis eius, ne te redarguat, & mendacij conuincaris.

Syllogiſmus.

Si non licuit hominibus quicquam addere ſcriptis Moſis: certè poſtquam ad ſcripta Moſis & Prophetarum ſcripta quoque Apoſtolica acceſſerunt, dicendum eſt Scripturam ſacram ea omnia continere quorum cognitio & fides ad ſalutem neceſſaria eſt.

Verum eſt antecedens.

Quare non eſt de conſequentis veritate dubitandum.

Syllogiſmi explicatio.

Connexum hypotheticum perſpicuum eſt, non ſolùm ex ſumma ſimilitudine, verum etiam ex identitate verbi Dei tam à Moſe quàm ab Apoſtolis propoſiti, vt probatum eſt in primo loco. Aſſumptum probatur ex locis citatis qui negant addendum eſſe verbo Dei. Ac ne forte dicant Pontificij, Moſis locum non eſſe reſtringendum ad verbum Dei ab ipſo Moſe conſcriptum: proferimus locos ſequentes qui vias omnes effugiendi Pontificiis intercludent. Moſes ſcripſit omnia verba Domini, Item: Moſes ſcripſit hanc Legem. Omnia verba huius legis quæ ſcripta ſunt in hoc libro. Et Paulus apud Lucam; credo, inquit, omnibus quæ in Lege & in Prophetis ſcripta ſunt. Et quod ait Moſes, Execrabilis quiſquis non permanſerit in omnibus verbis huius Legis, Paulus ita exponit; in omnibus, inquit, quæ ſcripta ſunt in libro Legis. Ex quibus omnibus intelligi poteſt verba Dei, de quibus loquitur Moſes, eſſe exponenda de ſcriptis Moſis, nec trahenda ad quaſdam traditiones non ſcriptas ac viua tantum voce à Moſe propoſitas, quemadmodum Iudæi Cabaliſtæ mentiuntur, quorum errores iampridem in Eccleſia Chriſtiana exploſi ſunt.

Exod.2.
Deut.31.
Deut.28.
Act.24.
Deut.27.
Gal.3.

LOCVS IIII.

Ad legem & ad teſtimonium. Si non dixerint iuxta hoc verbum, nihil habent lucis. Hinc conficio ſequentem concluſionem. Eſa.8.

Syllogiſmus.

Si ſub lege recurrendum fuit ad Scripturam, nihilque in cauſa fidei recipiendum quod non contineretur in Scriptura: certè, maiori ratione, poſtquam ad ſcripta veteris Teſtamenti acceſſit Euangelii doctrina conſcripta ab Apoſtolis, qui veritatem legis explicarunt atque exhibuerunt, ea ſola ſunt in cauſa fidei recipienda quæ continentur in ſcriptis veteris & noui Teſtamenti.

Antecedens autem verum eſt. Quare conſequens quoque verum ſit neceſſe eſt.

Syllogiſmi explicatio. Act.26.

Connexum hypotheticum lucet ſua luce propter vim comparationis. Quanquam enim ſi materiam & ſubſtantiam ipſam ſpectes, nihil aliud dixerunt Apoſtoli quàm quæ prædicta fuerant à Moſe & Prophetis (inquiebat Paulus) tamen nemo Chriſtianus dubitat quin exhibitio verbi Dei longè fuerit plenior & auguſtior poſteàquam Chriſtus patefactus eſt in carne: quemadmodum etiam Apoſtoli ſæpe docuerunt. Quare, ſi tunc fuit ſtandum verbo ſcripto, quantò nunc magis? Aſſumptum perſpicuum eſt ex loco citato. Nec verò ſum neſcius locum illum Propheticum non vno modo etiam à doctiſſimis exponi ſolitum: ſed omnino quocunque tandem modo exponantur Eſaiæ verba, hæc 2.Cor.3.

redibunt denique, in craſſiſſimis tenebris eos verſari qui ſpreta lege Dei ad pyrrhonicorum errores & humana commenta deſciſcunt.

LOCVS V.

2.Tim.3. *A puero ſacras literas noſti quæ te poſſunt ſapientem reddere ad ſalutem per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis Scriptura eſt diuinitus inſpirata & vtilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem quæ eſt in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè inſtructus.*

Syllogiſmus. *Si ea vis eſt Scripturæ vt hominem ſapientem ad ſalutem perfectè inſtructum conſtituat: certè in cauſa fidei debemus eſſe contenti Scriptura.*

At verum eſt Antecedens. Verum igitur & conſequens.

Syllogiſmi explicatio. Connexum hypotheticum manifeſtum eſt propter naturam perfectionis. Nam ſi Scriptura nos reddit perfectos, quorſum traditio non ſcripta? huc ſpectat enumeratio à Paulo propoſita. Aſſumptum ſibi fidem facit ex Apoſtoli loco. Dicent fortaſſe Pontificij Paulum loqui de ſcriptis veteris Teſtamenti, quippe quæ Timotheus à puero didicerat. Verumenimuerò quum addit Paulus, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu, ſatis declarat ad cognitionem veteris Teſtamenti doctrinam Euangelicam acceſſiſſe. At enim, inquis, tunc Euangelij doctrina non erat conſcripta, ſed tradita tantùm viua voce. Primùm vndè id tandem colligis? Conſtat enim ex cap.4. illius Epiſtolæ, Paulum eam ſcripſiſſe ſub ipſum tempus mortis. Iam ſi rationem temporum accuratè ſubducas, facilè cognoſces, tunc cùm Epiſtola hæc data fuit, ſcripta Apoſtolica aut omnia aut certè propemodum omnia extitiſſe. Deinde quid refert ſi tunc Euangelij doctrina ſcripta nondum fuiſſet, quandoquidem conſtat poſtea fuiſſe ſcriptam? Denique ſi vis Paulum illìc loqui de ſcriptis veteris Teſtamenti, ego fortius aſtringam argumentum hoc modo: *Si Scripta veteris Teſtamenti poterant reddere homines ſapientes ad ſalutem, quãto illa magis præſtabit vniuerſa Scriptura veteris ac noui Teſtamenti?* Sed omnino qui negauerit hanc auream Pauli ſententiam de Scriptura ſacra (nempe *quòd ſit diuinitus inſpirata & vtilis ad doctrinam, &c.*) ad Scripturam noui Teſtamenti pertinere, is non modò ex Theologorum choro tollendus fuerit, verùm etiam è Chriſtianorum numero expungendus. Neque nobis negotium faciant ex eo, quòd vetus interpres *paratum* dixerit, non, *perfectè inſtructum*. Nam, vt omittam nihil propterea argumento noſtro decedere, certè vocabulum *ἐξηρτισμένος* perfectionem ſignificat. vt & Act.21 *vers.*5. explere dies, *ἐξαρτίσαι*. ſic compoſitum aliud. Matth.21. *Ex ore infantium perfeciſti laudem, κατηρτίσω*. 1.Theſſ.3.verſ.10. *quæ deſunt fidei veſtræ complere, καταρτίσαι*. & Heb.13.verſ.21.

LOCVS VI.

Ioan.5. *Scrutamini Scripturas, nam exiſtimatis vitam æternam in ipſis habere.*

Syllogiſmus. *Si veteres ſub lege conſtituti exiſtimabant, & quidem rectè, ſe vitam æternam habere in Scripturis: hoc eſt, ea contineri Scripturis quarum cognitione & fide vitam æternã adipiſcerentur: certè maiori ratione nos hodie idem credere debemus ſub Euangelio conſtituti, poſtquam ad ſcripta veteris Teſtamenti, ſcripta Apoſtolica veritatem veteris Teſtamenti explicantia & exhibentia acceſſerint.*

Verum eſt autem antecedens. Quare ne de conſequentis quidem veritate dubitandum eſt.

Connexum hypotheticum confirmat vis comparationis: quo quidem ratiocinandi genere, & Chriſtus ipſe & Apoſtoli ſæpe vſi ſunt. Nec ipſi Pontificij negant ſcripta noui Teſtamenti eſſe veteris Teſtamenti ſcriptis auguſtiora. Aſſumptum probatur expreſſis Chriſti verbis. Tantùm enim abeſt vt Chriſtus Iudæos propterea reprehendat, vt potius inde ratiocinetur. Syllogiſmi explicatio. Luc. 11. verſ. 31. 1. Pet. 4. v. 17 &c.

LOCVS VII.

Vt diſcatis ſupra id quod ſcriptum eſt non ſapere. 1. Cor. 4.

Si non debemus ſapere ſupra id quod ſcriptum eſt, & dogmata fidei ad veram ſapientiam pertinent: certè debemus in cauſa fidei eſſe contenti Scriptura. Syllogiſmus.

Antecedens verum eſt. Verum igitur & conſequens.

Connexum hypotheticum per ſe patet. Aſſumptum probat Apoſtoli locus. Fateor locum hunc aliter exponi à quibuſdam recentioribus: nempe de iis quæ Paulus ipſe antè ſcripſerat: quem ſenſum ſi quis malit ſequi, tum hæc erit vis argumenti noſtri. Si Paulus ad ſua ſcripta Corinthios reuocat, quantò magis ad vniuerſam Scripturam ſumus reuocandi? Sed quia veteres (quos Pontificij ſequi ſolent) generaliter locum Pauli intelligunt, malui ex hac veterum interpretatione argumentari. Poteſt etiam confici ſyllogiſmus *Cameſtres* in media figura, quia negat ὅτι ἐστί; in hunc modum. Syllogiſmi explicatio.

Quiſquis dogmata fidei ſtatuit ex traditionibus non ſcriptis, ſapit ſupra id quod ſcriptum eſt. Syllogiſmus [illegible]

Nullus verè Chriſtianæ & Apoſtolicæ doctrinæ obediens, ſapit ſupra id quod ſcriptum eſt.

Quare nullus verè Chriſtianæ & Apoſtolicæ doctrinæ obediens dogmata fidei ſtatuit ex traditionibus non ſcriptis.

LOCVS VIII.

Multa alia ſigna edidit Ieſus quæ non ſunt ſcripta in hoc libro: hæc autem ſcripta ſunt vt credatis Ieſum eſſe Chriſtum Filium Dei, & credentes vitam æternam habeatis, per nomen ipſius. Ioan. 20.

Si Apoſtoli & Euangeliſtæ ea ſcripſerunt quæ viſa ſunt neceſſaria, vt ſic credentes vitam habeamus: certè dogmata fidei ſtatuenda ſunt ex Scriptura, non autem ex traditionibus non ſcriptis, quas Pontificij Apoſtolicas appellant. Syllogiſmus.

Antecedens verum eſt. Verum igitur & Conſequens.

Connexi hypothetici veritas in promptu eſt, niſi fortè quis ſe Apoſtolis & Euangeliſtis ſapientiorem exiſtimet, quod abſit. Aſſumptum probatur verbis Ioannis. Syllogiſmi explicatio.

LOCVS IX.

Lex Dei perfecta eſt, obuertens animam, verax, ſapientiam ſuppeditans hominibus, recta, iuſta, auro pretioſior, melle dulcior, Eccleſiæ ſapientia & intelligentia, & qui in ea meditatur beatus eſt. Pſal. 19. Pſal. 119. Deut. 4. Pſal. 1.

Si Scriptura veteris Teſtamenti fuit in ſuo genere perfecta, vtpote quæ omnem ſapientiam contineret; & homines pij illam quotidie [illegible] conſiderabant, meditabantur: certè poſtquam ad vetus Teſtamentum Apoſtolica ſcripta acceſſerunt, ipſius veteris Teſtamenti doctrinam planè explicantia & exhibentia, [illegible] & noui Teſtamenti dicenda perfecta, vt quæ doctrinam Eccleſiæ neceſſariam perfectè contineant. Syllogiſmus.

Verum est autem Antecedens. Quare verum est etiam Consequens.

Syllogismi explicatio.
Gal.4.21.

Connexum hypotheticum patet. Assumptum probatur ex locis citatis. Nam nomen Legis sæpe intelligendum esse de tota Scriptura veteris Testamenti perspicuum est ex Apostolo ad Galatas, & locorum superiorum circumstantiæ id manifestè postulant.

Definitio Scripturæ sacræ.
a Heb.1.1.
b 2.Tim.3.16.
c Heb.1.1.
2.Pet.1.21.
Luc.1.3.
1.Ioh.1.1.
Ioan.20.31.
& c.
Explicatio definitionis.
d 2.Pet.3.1.2.
Col.3.1.
Prou.30.6.
Esa.8.20.& c.
e Psal.1.& 19
& 119.&c.
2.Tim.3.16.
17.
2.Pet.1.12.
Ioan.20.31.
2.Tim.3.15.
Ioan.5.39.
Superioris demonstrationis explicatio.

Ex his omnibus locis & consimilibus colligemus veram definitionem Scripturæ in hunc modum. *Scriptura sacra est verbum* a *Dei diuinitus* b *inspiratum, & à Prophetis* c*, Apostolis & Euangelistis Spiritus Dei afflatu perscriptum in libris Canonicis veteris & noui Testamenti, ut* d *Dei veritas ab hominum obliuione & corruptelis vindicaretur, &* e *Ecclesia perfectè institueretur ac confirmaretur in iis omnibus quorum cognitio & fides ad salutem æternam necessaria est.* Hæc definitio est vera & verè ἀντιστρέφει, constat genere & differentia: & præterea continet omnes caussas tam Subiecti quàm Attributi, præsertim efficientem (cui subiicitur etiam instrumentalis) & finalem; quæ duæ caussæ in eiusmodi rebus sunt in primis considerandæ. Spiritus Dei est caussa efficiens, isque vsus est Prophetis & Apostolis tanquam instrumentis. Conseruatio veritatis & institutio confirmatioque Ecclesiæ est finis propter quem verbum Dei literis fuit consignatum. Itaque hæc definitio constat suis partibus, & definitum ac definitio mutuò conuertuntur. Iam ex hac definitione tanquam medio perfectè & [illegible] constituamus nostram ἀπόδειξιν hoc modo.

Quicquid est verbum Dei diuinitus inspiratum & à Prophetis, Apostolis & Euangelistis Spiritus Dei afflatu perscriptum, &c. Id continet omnia dogmata fidei Christianæ necessaria.

At Scriptura sacra est verbum Dei diuinitus inspiratum, &c.

Quare Scriptura sacra continet omnia dogmata fidei Christianæ necessaria.

Hæc ἀπόδειξις est euidens & necessaria, vt quæ nitatur superiorum locorum firmamentis contineatq; verum διότι Attributi primarij nostræ quæstionis. Cur enim Scriptura continet ea omnia quorum cognitio & fides ad salutem est necessaria? nempe quia est verbum Dei ab Apostolis & Prophetis in eum finem conscriptum, vt Ecclesia perfectè institueretur &c. Itemq; omnia sunt reciproca. Siquis enim quærat quænam sint ea, quorum cognitio & fides est necessaria ad salutem, proferam Scripturam. Et vicissim quum propono Scripturam, ea omnia propono quorum cognitio & fides est ad salutem necessaria. Idem dicendum est de Medio quod est ipsius Scripturæ definitio, vt dictum est. Quare hæc nostra demonstratio in media veritatis luce versatur & nostræ sententiæ veritatem extra omnem dubitationem constituit: nempe *Scripturam sacram continere omnia dogmata fidei Christianæ necessaria*. Quod erat demonstrandum.

CAPVT. III.

Disputatio ἀνασκευαστικὴ qua refellitur Pontificiorum sententia.

POsteaquam nostræ sententiæ veritas patuit ex superiori demonstratione & disputatione ἀποδεικτικῇ, nunc ex ordine nobis ab initio proposito, accedendum est ad disputationem ἀνασκευαστικὴν, qua Pontificiorum sententiam refellamus. [illegible] euersa veritate, necesse [illegible] corruere; [illegible] hac affirmata demonstratione, Scripturam sacram ea omnia [illegible] quorum cognitio & fides ad salutem neceſſaria eſt, ſequatur & ἀντίθεσις hæc negata, *Nihil cuius cognitio & fides ad ſalutem neceſſaria eſt extra Scripturam ſacram quærendum eſſe, & ex conſequentis traditiones ab Apoſtolis non ſcriptas, non eſſe [illegible] fidei recipiendas:* tamen fit neſcio quomodo vt nos magis commoueat erroris refutatio, quàm aſſertio veritatis. Quamobrem hoc diſputationis genus nobis negligendum non fuit, vt magis magiſq; lectores in veritatis cognitione confirmentur.

Hæc igitur eſt Pontificiorum ſententia cum noſtra pugnans ἀντιφατικῶς. *Scripturam ſacram non ea omnia continere quorum cognitio & fides ad ſalutem noſtram eſt neceſſaria*, quem errorem nos ita diruimus.

Arg. 1. aduerſus traditiones Pontificias.

Si Moſes, Prophetæ, Chriſtus & Apoſtoli fidei dogmata ſemper ex Scriptura, nunquam autem ex traditionibus non ſcriptis confirmarunt; & Pontificij fidei dogmata rarò ex Scriptura, identidem autem ex traditionibus non ſcriptis confirmare volunt: certè Pontificij aliter docent Eccleſiam quàm Moſes, Prophetæ, Chriſtus & Apoſtoli docuerint.

Verum eſt autem Antecedens, Verum igitur & conſequens: & vi conſequentis Pontificij ad docendam Eccleſiam non ſunt recipiendi.

Connexum hypotheticum perſpicuum eſt, Aſſumptum patet ex ſequenti inductione collecta ex ſacræ Scripturæ locis.

Explicatio argumenti ſuperioris.
Deut. 27.
Gal. 3.
Deut. 31.
Ioſ. 23.
2. Reg. 23.
Eſ. 8.
Nehem. 8.
Ioan. 5.
Matth. 22.
Luc. 16.
Luc. 24.
Act. 16. 28. &c.
Act. 18.
Act. 17.

Moſes reuocat ad Legem ſcriptam, Paulo interprete. Idem Moſes iubet Legem ſcriptam recitari coram populo. Ioſue hortatur Iſraelitas vt faciant ea quæ ſcripta ſunt in libro Legis. Temporibus Ioſiæ regis populus promittit [illegible] ſe ſeruaturum quæ ſcripta ſunt. Prophetæ paſſim Iſraelitas ad Moſis ſcripta reuocarunt. Poſt reditum ex captiuitate recitatur Lex Moſis, & ex ea cultus Dei reſtituitur. Scrutamini Scripturas, inquit Chriſtus. Erratis neſcientes Scripturas. Habent Moſen & Prophetas, illos audiant. Aperuit mentem Apoſtolorum vt intelligerent Scripturas. Paulus annunciat Chriſtum ex Lege & Prophetis. Apollos redarguit Iudæos, & probat Ieſum eſſe Chriſtum ex Scripturis. Laudantur Theſſalonicenſibus Berœenſes, quod ſcrutarentur Scripturas an hæc ita ſe haberent. Nequid dicam de Scripturæ locis quos Chriſtus & Apoſtoli identidem citarunt. Hæc inductio eſt certiſſima & nulla [illegible] labefactari poteſt. Vis autem conſequentis quam ad finem propoſuimus ſatis eſt perſpicua. Nam Prophetæ & Apoſtoli ſunt inſtituti à Deo doctores Eccleſiæ, & fuerunt θεόπνευστοι. Chriſtus autem eſt perfectiſſimus Eccleſiæ Doctor. Ex quo efficitur, qui aliter Eccleſiam docent quàm Chriſtus, Apoſtoli & Prophetæ docuerint, hoc eſt non eadem, ſed aliena proponunt fundamenta, eos Eccleſiam perperam docere. Pontificij verò aliter docent, quandoquidem non reuocant Eccleſiam ad ſolam Scripturam, ſed ad Traditiones non ſcriptas, vt antè dictum eſt. Ex hoc autem ſuperiori argumento emergit ſequens hæc concluſio.

Arg. 2. aduerſus Traditiones.

Si Apoſtoli verbum quod viua voce tradiderunt, quemadmodum licet Sueruellio, tamen ad ſcripta Prophetica exigebant; multò magis Pontificij debent ſua doctrinæ capita ad Scripturam ſacram exigere. Ac verò id non faciunt, audiendi non ſunt.

Verum eſt Antecedens, Verum igitur & Conſequens.

Explicatio argumenti.

Connexum hypotheticum patet ipſa hac comparatione. Aſſumpti veritas confecta eſt in ſuperiori argumento.

Argum. 3. aduerſus Tradit.

Si non omnia, quorum fides & cognitio ad ſalutem neceſſaria eſt, in Scripturis continentur, ſequeretur Spiritum Dei, cùm Scripturam Eccleſiæ propoſuit, finem ſuum non fuiſſe aſſequutum.

At conſequens eſt falſiſſimum & blaſphemum. Quare falſiſſimum quoque eſt Antecedens ac blaſphemum.

Explicatio argumenti.

Connexi hypothetici conſequentia ita probatur. Quum Scripturæ cauſas in ſecundo capite huius diſputationis inueſtigaremus, diximus verbum Dei in eum finem fuiſſe literis conſignatum, vt ab hominum corruptelis vindicaretur, vt piorum memoriæ conſuleretur, denique vt Eccleſia magis magiſque inſtitueretur ac confirmaretur in iis quorum cognitio & fides ad ſalutē eſt neceſſaria. Iam ſi non illa omnia in Scriptura continentur, ſequitur profectò Spiritum Dei non perfectè, ſed ex parte tantùm finem ſuum aſſequutum fuiſſe: quod abſit. Certè ſi concedis, quod negare non potes, Scripturam non temere nec fruſtra, ſed ſumma Dei prouidentia fuiſſe Eccleſiæ propoſitam, ſic vrgeo: Si, vt vindicaretur verbum Dei ab hominum corruptelis, num, obſecro, voluit Spiritus Dei quædam ad ſalutem neceſſaria vindicari ab humanis corruptelis, quædam verò minimè? Si, vt piorum memoriæ conſultum eſſet: num ex parte tantùm? Dicemúſne, eorum quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt alia magis eſſe memoriæ mandanda, alia minus? Si eorum memoria vigere & conſeruari ſine Scriptura potuit, cur acceſſit Scriptura? Nihil enim fruſtra fit à Spiritu Dei. Si acceſſit Scriptura vt noſtram memoriam adiuuaret, quis neget in omnibus ad ſalutem neceſſariis noſtram eſſe iuuandam memoriam? Denique, ſi propoſita eſt Scriptura à Spiritu Dei vt melius inſtitueretur Eccleſia, cur id non habebit locum in omnibus iis quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem? Quamobrem quæcunque tandem effugia capiant Pontificij, manet ſuperioris connexi hypothetici veritas, eos nimirum velle fruſtrari Spiritum ſanctum ſuo fine in proponenda Scriptura, niſi in ea contineantur quæcunque ſunt ad ſalutem noſtram neceſſaria. Aſſumptum nemo Chriſtianus negabit.

Argu. 4. aduerſus Tradit.

Si Apoſtoli omnem veritatem à Spiritu ſancto didicerunt, Ioan. 16. quæ tamen ad ſalutem neceſſaria non ſcripſerunt, id factum eſt aut quòd illa ſcribere non debuerint, aut noluerint, aut non potuerint.

At non debuiſſe, falſum eſt: noluiſſe, abſurdum: non potuiſſe, ἀσεβές.

Quare Antecedens eſt falſum, abſurdum & ἀσεβές.

Explicatio argumenti.

Connexi hypothetici conſequentia patet, niſi Pontificij ferant ſecum. Non enim agimus nunc de quibuſuis hominibus, ſed de Apoſtolis, quos Spiritus Dei in conſcribenda Euangelij doctrina gubernauit. Aſſumptum patet, niſi doceant Pontificij quænam ſit ratio tantæ diſſimilitudinis in rebus non tantùm ſimillimis, ſed etiam iiſdem. Hoc profectò certum eſt & ὁμολογούμενον inter omnes Chriſtianos, ſi Apoſtoli non omnia ſcripſerunt quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria, id eò factum, quòd non debuerint omnia ſcribere. Horum igitur alterum Pontificij doceant neceſſe eſt: aut quidnam ſit cauſæ quamobrem Apoſtoli quædam ſcribere, quædam verò ad ſalutem neceſſaria debuerint omittere: aut certè, Apoſtolos planis & perſpicuis verbis teſtatos ſe non omnia quæ ad Chriſtianorum fidem pertinent literis mandaſſe, exceptis de[illegible] lis quas Deus noluerit hominibus eſſe cognitas. At proculdubio [illegible] trum vnquam docebunt Pontificij. Ex quo fit vt firma maneat argumenti noſtri concluſio.

Arg. 5. aduerſus Tradit.

Si libri Canonici veteris Teſtamenti continent ea omnia quæ ad vetus Teſtamentum pertinebant, & libri Canonici noui Teſtamenti [illegible] omnia quæ ad nouum Teſtamentum pertinent: ſequitur Scripturam veteris Teſtamenti eſſe perfectiorem Scriptura noui Teſtamenti.

Conſequens eſt falſum.

Falſum igitur & Antecedens.

Explicatio argumenti. 2. Cor. 3. 14. Deut. 29. 21. 2. Reg. 23.

Connexi hypothetici conſequentia ſic probatur. Libri veteris Teſtamenti vocantur vetus Teſtamentum à Paulo, cum agit de lectione veteris Teſtamenti. Adde quod ait Moſes, [illegible] quod ſcriptum eſt in libro legis [illegible] in locum hiſtoria [illegible] libri fœderis. Quare non dubium eſt quin vetus Teſtamentum (hoc eſt, Scriptura veteris Teſtamenti) rectè reſpondeat ſuo inſtrumento. Nihil enim proferri poteſt extra illam Scripturam, quod verè dici poſſit ad vetus Teſtamentum pertinere: [illegible] cuius [illegible] fuerit [illegible] vetere Teſtamento conſtitutis ad ſalutem neceſſaria [illegible] ſi non idem dicas de nouo Teſtamento, quis non videt nouum eſſe vetere Teſtamento imperfectius? Nam perinde eſt ac ſi ita [illegible] vetus Teſtamentum, hoc eſt, quæ ad vetus Teſtamentum pertinent [illegible] ſit abſolutum [illegible] pluribus [illegible] Scripturam autem noui Teſtamenti [illegible] ti [illegible] Chriſtianus [illegible] dixit. [illegible] eſſe [illegible] ad Aſſumpti noſtri [illegible].

Arg. 6. aduer. Traditiones.

Si Scriptura noui Teſtamenti [illegible] Teſtamentum, [illegible] non licet addere: certè nihil licet addere Scripturæ noui Teſtamenti.

Antecedens eſt verum: Verum igitur & conſequens, [illegible] non ſunt recipiendæ traditiones ab ipſis Apoſtolis non ſcriptæ.

Explicatio argumenti. Gal. 3.

Connexum ſatis patet. Aſſumptum habet duas partes. Prior perſpicua eſt ex ipſa inſcriptione, nec vlla alia probatione opus habet. Poſterior probatur ex Paulo, qui ait ne hominis quidem [illegible] ſiue Teſtamento addere licere: atque inde efficit multo minus addere licere diuino fœderi ſiue Teſtamento. Quòd ſi [illegible] Teſtamentum interpretemur, tum fortior etiam erit [illegible] conſecutio. [illegible] enim hominis teſtamento quippiam [illegible] adiiceret. Quòd ſi non licet hominis teſtamento, quanto minus diuini Teſtamenti tabulis?

Arg. 7. aduer. Trad.

Si ad finem [illegible] Scripturæ [illegible] per eos quos habemus in Scriptura veteris & noui Teſtamenti [illegible] Scripturam [illegible].

Antecedens eſt verum. Verum eſt igitur & conſequens. [illegible] Scriptura non habet opus vllis traditionibus non ſcriptis.

Explicatio argumenti.

Connexum hypotheticum ſatis eſt perſpicuum, præſertim quum Deus finem huius Scripturæ, quidem ad finem vſque mundi [illegible] perfectiſſimum [illegible] quippe [illegible].

Aſſumptum non negant Pontificij. [illegible] enim [illegible] poſt Christum [illegible] eſſe tempora plenitudinis, vt loquitur Apoſtolus [illegible]

[illegible] Traditiones non ſcriptæ non ſunt minus recipiendæ quàm Scriptura (vt Pontificij volunt) ergo eſt credendum eadem fidei [illegible] ſcriptis veterum Doctorum, quæ ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis tribuitur.

Arg. 8 aduer. Traditiones.

Conſequens eſt falſum.

Falſum igitur & antecedens, & vis conſequentiæ. Traditiones non ſcriptæ in cauſa fidei non ſunt recipiendæ.

Explicatio Argumenti.

Connexi hypothetici conſequentia ſic probatur. Quoties Pontificij nobis proponunt humanas traditiones, quas illi vocant Apoſtolicas, [illegible] Tertullianum, Irenæum, & [illegible] Clementem [illegible] Monachorum [illegible] Doctores (inquiunt Pontificij) affirmant huiuſmodi traditiones eſſe Apoſtolicas [illegible] huiuſmodi traditiones non ſunt minus [illegible] quam Scripturæ, ſequitur eadem fidei conſtantia [illegible] traditiones illas eſſe Apoſtolicas, qua credimus Scripturam [illegible] Spiritu ſancto conſcriptam. Quod [illegible] Tertullianus, Irenæus, Clemens [illegible] Apoſtolicis. Hoc enim [illegible] Apoſtolos viua voce tradidiſſe, [illegible] Reſpondebimus id credere, [illegible] Euangeliſtæ ſcripſerunt. Quod ſi [illegible] credant Apoſtolos viua voce [illegible] Miſſam [illegible] reſpondebimus, ſi [illegible] quærunt. Itaque [illegible] Pontificum eadem fidei conſtantia credere [illegible] credendum eſt Propheticis & Apoſtolicis: [illegible] de ipſorum veterum ſententia (de qua [illegible]) conſequentiam ſuperioris connexi reddere dilucidiorem.

[illegible] Quia etiam [illegible] plus ſcripta veterum cum [illegible] Pontificij [illegible] vis autem [illegible] eſt, [illegible] meli- [illegible]

[illegible] fides adhiberi poteſt. [illegible] Pontificij, ſunt incerta [illegible] in cauſa [illegible]

Arg. 9 Aduer. Traditiones.

Explicatio Argumenti.

Maioris propoſitionis veritas [illegible] propoſitum probatur [illegible]

Clemens Alexandrinus [illegible] traditione Apoſtolica, [illegible] & [illegible] Pauli, 2. Cor. 12. [illegible] Contra Tertullianus [illegible] fuiſſe [illegible] ſenten- [illegible] Pauli [illegible] Canonem Miſſæ

Lib. 1. Stromat. lib. 7.

Lib. de præſcri. hæret.

lib. 13. Ep. 2.

plerique ad Apoſtolos referunt. Contrà, Hieronymus & aliquot alij veterem dicunt [illegible] Dominica. Epiphanius [illegible] *pſophagia* [illegible] Contrà, Augustinus: *Quarta* [illegible] *ab Apoſtolis definitum eſt.* & Item [illegible] *variè fuiſſe olim vſurpatum, quum alij diem* [illegible] traditionem Apoſtolicam, ſed *conſuetudinem* [illegible] *quodam inſtitutæ.* Item Tertullianus [illegible] ad Montanū [illegible] lens Catholicorū obiectionem [illegible] Quadrageſimæ [illegible] ſia de die Paſchatis, quæ diu veterū Eccleſias exercuit: *Occidentales eccleſiæ*, inquit Socrates, [illegible] *ad Petrum & Paulum. O*[illegible] Tertullianus [illegible] autem [illegible] Contrà, [illegible] Pontificij [illegible] illos obſeruant, ſcilicet obſeruatum ſiquidem Apoſtolicas eſſe traditiones [illegible]

Tertullianus [illegible] *ait ab Apoſtolis fluxiſſe.* Contrà, poſt [illegible] Eccleſia morem illum repudiauit, quòd Paganiſmum [illegible] Contrà, *Ne ipſi quidem* [illegible] Cyprianum [illegible]

Clericos [illegible] ad Apoſtolos [illegible] Contrà, [illegible] Zephyrinus [illegible]

Si veteres [illegible] *eſt verum. Verum igitur & conſequens.* Conſequentia [illegible] patet. Aſſumptum ita probatur: Qui legales cæremonias vrgebant, prætexebant traditionem Apoſtolicam, vt veteres teſtantur. Atque id videtur ſignificare Lucas in Actis Apoſtolicis. Adde quod dicit Paulus *veteres hæreticos* [illegible] Ille alio in loco hortatur Theſſalonicenſes *ne ſe à fide abduci patiantur, neque per ſermonem, neque per epiſtolā, tanquā ex nobis*. Quæ quidē poſtrema verba non reſtringo ad

epiſtolam

Aduerſ. hæreſ. [illegible]

Epiſt. 86. [illegible]

cap. 26.

Lib. de ieiunio.

Lib. 5. [illegible]

Aduerſ. Marc. l. 1. & de cor. milit.

In 55. cap. Eſ. & contr. Lucifer. Vbi ſup.

Tert. Vbi ſup.

Ser. de lapſ.

In Can. Apoſt. C. Canones. diſt. 16. ibid. C. placuit. ibi.

Arg. 10. aduerſus Traditiones.

Explicatio argumenti.

Act. 15. 24.

2. Cor. 11. 13

2. Theſſ. 2. 2.

[illegible], ſed etiam ad ſermonem. Nec enim dubium eſt quin illi [illegible], vt ſibi fidem conciliarent, iactârent ſæpenumerò ſe id [illegible] ab Apoſtolis [illegible]. Idem teſtatur Irenæus & Eu[illegible] *[illegible]*, inquit. [illegible] quod dicunt de Iudæis Cabaliſtis, qui traditi[illegible] *ſcriptam* cum [illegible] ſuffulciunt ſua ſomnia, teſte Elia in Thisbith. in rad. [illegible]

Lib. 3. c. 2. [illegible]

Argu. 11. aduerſus tradit.

Si [illegible] quæ pugnant cum ſcriptis Apoſtolicis non ſunt Apoſtolicæ, & [illegible] non ſunt Apoſtolicæ.

[illegible] & conſequentia.

Connexum [illegible] eſt perſpicuum, alioqui ſequeretur Apoſtolos [illegible] ſcripſiſſe, quod abſit vt vel cogitemus.

Explicatio [illegible] argum.

Aſſumptum patebit [illegible], quam lectores facilè videbunt in Doctorum noſtrorum ſcriptis, ex quibus conſtiſtat ea Pontificiorum dogmata quæ [illegible], & quæ illi referunt ad traditiones [illegible] Apoſtolorum [illegible] apertè pugnare. Atque [illegible] ſi [illegible] conferre ſua dogmata ad ſcripta Apoſtolorum. [illegible] hypotheſin, dogmata illa ſi cum ſcriptis Apoſtolorum pugnant, [illegible] Apoſtolica. [illegible] neget [illegible] ſcripta Apoſtolorum; [illegible] illa dogmata de quibus quæritur an pugnent cum ſcriptis Apoſtolicis, necne. Ex quo efficitur eandem Ponti[illegible] Scripturæ [illegible] ſuperiores [illegible]

Argu. 12. [illegible]

[illegible] non ſcripſit [illegible] quia Prophetæ & [illegible] non fuiſſe [illegible] ſuam aſſeruerunt, & [illegible] omnia ad ſalutem neceſſaria, aut non debuiſſe ſcribere, aut noluiſſe, [illegible] Scripturam perfecti[illegible] [illegible] non ſcripta [illegible] non ſcripſerint. Si [illegible], [illegible] non ſcripta [illegible] non ſcripta eſt [illegible] Catholicè [illegible].

[illegible] eſt verum. Quare [illegible] ſit conſequentia neceſſaria eſt.

Connexum hypotheticum negari non poteſt. Aſſumptum patuit in ſuperiori diſputatione [illegible], quod [illegible] ſententiam [illegible]. Quare ſit iam finis huius tertij capitis vt ad diluendas Pontificiorum obiectiones progrediamur.

CAP.

CAPVT IIII.

SVperior noſtra diſputatio ſententiam Pontificiorum reſtituit, & quaſi digito commonſtrauit errores varios, in quibus illos verſari neceſſe eſt, dum pro ſuis traditionibus obſtinatè decertant, quas illi non ſcriptas vocant: nos autem nec ſcriptas ab Apoſtolis, nec ſcribendas vnquam ab illis aliis fuiſſe conſtanter affirmamus. Sed quia variis & diuerſis argumentis ſuam illi ſententiam veſtiunt, vt eius falſitatem obtegant, atque ita rudioribus imponant, operæpretium facturi videmur, ſi ad omnia eorum argumenta, quæ nobis videre licuit, reſpondeamus. Primùm igitur diſcutiemus eorum obiectiones ex Sacris literis detortas. Deinde ad veterum quoque Doctorum teſtimonia, quæ illi nobis obiiciunt, accedemus. Prima Pontificiorum obiectio eſt huiuſmodi.

Euangelij doctrina fuit non atramento, ſed Spiritu Dei, non in tabulis lapideis, ſed in cordis inſcribenda. Ergo ad doctrinam quæ verò ab Apoſtolis [illegible] [illegible] eſt, [illegible] [illegible] in quæ ab ipſis Apoſtolis conſcripta fuerunt. Obiect. 1.

Antecedens patet ex Ieremia. *Hoc eſt fœdus quod paciſcar cum domo Iſrael; Iudah legem meam menti eorum & cordi eorum inſcribam, & ero eis Deus & erunt mihi populus.* Item ex Paulo: *palam eſt,* inquit, *vos eſſe epiſtolam Chriſti ſubminiſtratam à nobis, inſcriptam, non atramento, ſed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in carnalibus tabulis cordis.* Iere. 31. 2. Cor. 3. 3

Vt ordine reſpondeamus, primùm nobis excutiendum eſt Antecedens, tum ad Conſequentis deueniendum: atque hunc ordinem deinceps ſeruabimus, ad iuuandam lectorum memoriam. Expono igitur Antecedens, de quo video non ſatis conuenire, ne inter ipſos quidem Scholaſticos Pontificios. Cum enim Apoſtolus ad Hebr. 8. conſtituta diſcrimen inter vetus & nouum Teſtamentum, profert locum ſuperiorem Ieremiæ, quæſitum eſt inter Scholaſticos, quænam ſit cauſa quamobrem Euangelium dicatur menti inſcribendum. Quidam afferunt hanc rationem, quòd gratia Dei non ſit ſcriptibilis (vt loquuntur) qua in ſententia eſt Thomas ille, quem Scholaſticorum & Quæſtionariorum Regem vulgò ſalutant. Alij malunt id eſſe factum, quòd doctrina Legis cœpit à Scriptura (ſiquidem cum propoſitæ fuerunt Legis tabulæ) at Euangelij doctrina cœpit à prædicatione tum Chriſti, tum Apoſtolorum, quam controuerſiam (ne vagemur extra cancellos noſtri inſtituti) videat lector apud Lyranum in 8. cap. Ep. ad Hebr. 10. Quantum igitur attinet ad ſuperiorem obiectionem, dicimus neque Ieremiam, neque Paulum negare ſcripturam noui Teſtamenti, ſed agere de ſancti Spiritus efficacia & ſpiritualibus donis (quæ longè maiora extiterunt noui Teſtamenti temporibus) quàm antea, iuxta Prophetiam Ioelis, Petro interprete apud Lucam. Quare loci illi ſunt intelligendi per comparationem, alioqui ſequeretur Legem Dei non fuiſſe inſcriptam piorum animis ſub veteri Teſtamento, quod tamen ſecus eſſe docent ſequentes loci: *Audite me qui noſtis iuſtitiam popule in cuius corde Lex mea eſt.* Item, *Lex Dei in corde eius.*

Resp. Heb. 8. Ioel. 2. Act. 2. Esa. 51. Psal. 37.

Itémque:

Psal. 51. Itemq; *Cor mundum crea in me Deus, & rectum Spiritum innoua in visceribus*
Deut. 30 *meis.* Adde: *Dominus circũcidet cor tuum*, inquit Moses. Et apud Dauidem:
Psal. 1. *In lege Domini voluntas eius, & in ea noctes diesque meditatur.* Et sibi
Psal. 119. Psaltes saepe affirmat habere se legem Dei in animo penitus insitam.
Denique (vt multos consimiles locos praetermittamus) quum Solomo
Prov. 3. praecepta ex lege Dei proponeret, iubebat ea in tabulis cordis inscribenda. Atq; haec de Antecedente, vbi Pontificij committunt errorem *à dicto simpliciter ad dictum secundum quid.* Itaque nunc ego Consequentis, cuius varios errores singillatim recenseho.

Errores superioris obiectionis.

Primus error est à consequente. Non enim sequitur: doctrina Legis fuit scripta in tabulis, ergo doctrina Euangelij non est scripta. Item: Euangelium est scriptum in corde, ergo non est scriptum in tabulis. ista non sunt cõsequentia. Rursus [illegible] modo posito vniuersali assumunt & inferunt negatã particularẽ. sic enim illi: *Deus scribit in animis piorum omnem Euangelij doctrinam. Ergo quaedam ad Euangelij doctrinam pertinentia non sunt scripta ab Apostolis.* quod quidem concludendi genus vel ipsi pueri exsibilarent. sic enim procedere eorũ argumẽtatio necesse est. *Nihil quod scriptũ est in corde, scriptũ est in tabulis. Omnis Euangelij doctrina scripta est in corde. Nulla igitur Euangelij doctrina scripta est in tabulis.* Maior propositio falsa est.

Secundus error est *à figura dictionis*, confundunt enim homonymiam cum synonymia. *Scribere in tabulis*, propriè dicitur: at *scribere in corde*, dicitur impropriè & homonymicè, nempe metaphoricè atque per similitudinem. Ex quo fit vt Paulus alio etiam loquendi genere vsus sit, quum ait *ipsos Corinthios esse Epistolam.* Seruit enim argumento, quod in manibus habebat. Cùm enim pseudoapostoli [illegible] in Corinthiorum animos per epistolas [illegible]: *Ego*, inquit, *Nihil neque habeo commendatitias epistolas: Vos ipsi estis mea epistola*, quam equidem in vobis [illegible] est [illegible] opera in communem [illegible] est positam. Nam quemque videant, & vt ita dicam, legunt in vobis doctrinam Christi, quam vobis administraui. Sensus est; Corinthios fuisse accuratè institutos, ac veram Euangelij doctrinam percepisse, modò vt perseuerarent. Ex his igitur Apostoli verbis, qui colligunt Apostolos non omnia ad salutem necessaria scripsisse, laborant profectò imbecillitate mentis.

Tertius error [illegible] pugnare, [illegible] causam efficientem cum instrumentali. Deus enim is est qui scribit Euangelium in cordibus. Matthaeus, Paulus & alij scripsere in tabulis Euangelij doctrinam, cuius effectus [illegible] Spiritus Sancti. Itaque Paulus in illo loco [illegible] *ipsa Epistola* [illegible]. Ex quo distinguunt [illegible] ab efficacia Spiritus sancti. Quamobrem Pontificij ita concludunt, vt si quis dicat: Deus restituit aegrum illum in pristinam valetudinem:
Joel. 2. ergo nihil praescriptis medicis, nihil propinantur, nulla externa re-
Act. 2. media adhibuit. Sic valet haec conclusio, quam isti faciunt: Deus scribit Euangelium in mentibus, ergo Apostoli non scripserunt in tabulis totam Euangelij doctrinam.

Esa. 51.
Psal. 37. Quartus error, quod illorum Consequens non satis conuenit cum

Antecedente. Nam si in Antecedente, opponitur Scripturam inuisibilem Scripturæ visibili, [illegible], vt vna posita [illegible] altera. (ad quod enim aliud oppositionis [illegible] neque referant, vt aliquid efficiatur in conclusione?) Atqui in consequente, pedem referunt & tantum dicunt quædam ad salutem necessaria non fuisse scripta: quum dicendum esset (siquidem [illegible] argumentarentur vt paulò antè dictum est) nulla ad salutem necessaria fuisse scripta: sed illius manifesta est veritas [illegible]. Atque vt videant quàm sint infelices in hac sua oppositione, quæro an non habeant fideles ea omnia scripta in corde, quæ sunt scripta in tabulis, ad fidem salutemque necessaria (Certè). Sic enim Ioannes: *Hæc scripta sunt vt credatis & vitam æternam habeatis.* Tantum igitur abest vt posita vna, tollatur altera, nempe Scriptura visibilis Apostolorum, ad Scripturam inuisibilem Spiritus sancti.

Correctio superioris obiectionis.

Ioann. 20.

Quintus error, ex ignoratione Elenchi: quia [illegible] alia vocabula, quàm quæ à Paulo vsurpata sunt. Sic enim Paulus: *Scripta* [illegible] *non atramento, sed Spiritu Dei.* Loquitur enim de Scriptura inuisibili, nec propterea tollit visibilem Scripturam, teste illa ipsa epistola, quam tum scribebat. At Pontificij longè aliter: *non scripta in Tabulis,* inquiunt, *sed per manus tradita,* quod quidem est longè à Pauli [illegible] mente resilire.

Nunc istud Consequens Pontificiorum [illegible] absurdis & incommodis.

[illegible] *Apostolica, quia Deus* [illegible] *in animis piorum,* [illegible] *scripta Apostolica non esse* [illegible] *necessaria. Cùm enim (vt illi aiunt)* [illegible] *sint, quæ sunt Scripturæ* [illegible] *ad salutem necessaria Deus in animis piorum scribit.* [illegible] *verum est,* [illegible] *falsum.* [illegible] *sacra Scriptura* [illegible] *Deus scribit* [illegible] *in animis piorum* [illegible] *visibili & externo Apostolorum ministerio,* [illegible] *esse Scripturam Dei inuisibilem,* [illegible] *quod falsissimum est.* [illegible] *quæ ad Euangelium pertinent esse scripta,* [illegible] *Testamentum* [illegible] *in tabulis* [illegible] *Testamento Deum* [illegible] *falsum.*

Absurda quæ sequuntur ex superiori obiectione.

Denique retorqueamus hoc argumentum Pontificiorum in ipsorum caput, atque ita dicamus.

Omnes leges Dei scriptæ sunt in tabulis piorum [illegible] *non atramento, inquit Paulus, sed Spiritu Dei.*

Ergo, Pontificiorum traditiones scriptæ sunt in animis piorum. [illegible]

Retorquetur obiectio.

atramento

[illegible] quidem scripti [illegible] Dei. Quare nulla Pontificiorum [illegible] Regno Dei. Ex quibus, omnibus manifestum esse arbitror, quàm [illegible], vel nullum [illegible] illud Pontificiorum: quod vt corrigamus, dicendum est cum verbo Dei, Scripta Apostolorum & Euangelistarum continere illam ipsam doctrinam Euangelij, quam Apostoli & Euangelistæ viua voce docuerunt, & postea literis mandarunt: & quam Deus suo Spiritu in mentibus piorum inscribit. Et de hac quidem obiectione hactenus. Pergunt illi hoc modo,

Correctio superioris obiectionis.

Obiect. 2.

Ecclesia [illegible] aliquot annis caruit scriptis Apostolorum, [illegible]. Ergo scripta Apostolica non fuisse [illegible] necessaria ad [illegible] Euangelij doctrinam [illegible] in scriptis Apostolicis continetur. [illegible]

Resp.

Etsi nolo multùm immorari in Antecedente, neque de numero annorum hîc disputare, tamen velim lectores meminisse Christianam Ecclesiam ante scripta Apostolorum non caruisse Scripturâ: Imò Christum ipsum & Apostolos docuisse Euangelium ex scriptis Propheticis, vt antè suo loco dictum est. Quare illud Antecedens Pontificiorum, nihil aliud est quàm [illegible] in aliqua parte [illegible], adeò vt stare non possit illa conclusio quam afferunt.

Error obiect.

Nego igitur Consequentiam. Error est ex ignoratione Elenchi. Mutatur [illegible] Pontificiorum, & fit transitus à præterito tempore ad præsens & futurum. Ecclesia, inquis, caruit scriptis Euangelicis. Fateor esse (quanquam in scriptis Propheticis continentur promissiones Euangelicæ, ita vt Apostoli illis nitebantur.) Addo etiam si velis scripta Apostolica tunc non fuisse penitus necessaria. Verùm quid inde efficis? Num igitur nunc sunt necessaria, aut in posterum non erunt? Quis hoc concedat? Ratio differentiæ hæc est: quòd Apostolis fuit prius viua vox prædicantium quàm scriberent. Dum autem Apostoli prædicabant Euangelium, [illegible] proponebant, quæ deinde literis mandarunt. At postquam è vita discesserunt, necesse [illegible] Ecclesiam [illegible], quòd eorum scripta sunt nobis hodie æquè necessaria ac [illegible] viuæ vocis prædicatio, cuius locum supplent.

Absurd.

Abducemus ad impossibile: Si valet illud Pontificiorum consequens, valebit & illud: Ecclesia [illegible] non [illegible], sed bis mille annos [illegible] scripta: ergo non fuit necessaria Ecclesiæ [illegible] Lex [illegible] Lex scripta non continebat omnia [illegible] Testamenti [illegible] Absurdum [illegible] in Pontificiorum [illegible]

Retorquetur obiectio.

Si Deus [illegible] scripta Apostolica [illegible] scriptis Apostolicis, [illegible] Euangelij [illegible] ipsius Ecclesiæ [illegible]: ergo illi homines sunt blasphemi in prouidentiam Dei, qui negant ea omnia in scriptis Apostolicis contineri quæ ad salutem Euangelij necessaria sunt. Quorsum enim Deus summa sua prouidentia voluit Apostolos Euangelium viua voce [illegible] (scriptis consignare?) Num vt semiplenam & imperfectam doctrinam traderent? Præterea si aliquando Ecclesia fuit contenta prædicatione Apostolorum, nempe

primis

[illegible]

primi illis temporibus, obſecro, cur non erit his temporibus contenta ſcriptis Apoſtolicis, quæ (vti diximus) ſubierunt locum ipſius Apoſtolicæ prædicationis, potius quàm recurras ad commentitias illas traditiones ab Apoſtolis non ſcriptas?

Correctio ſuperioris obiect.

Quamobrem argumentum Pontificiorum eſt ἀσυνάρτητον: quod nos ita corrigamus.

Primis Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus Apoſtoli freti ſcriptis Propheticis, primùm omnium viua voce docuerunt Euangelij doctrinam ex ipſis Prophetarum ſcriptis. Deinde ne illa viuæ vocis prædicatio, vel ab hominibus corrumpi, vel (quæ eſt humana infirmitas) eius memoria paulatim ex hominum animis effluere poſſet, vt ſacram illam veritatem quam annuntiarant nobis ſartam tectamque relinquerent, eam literarum monimentis, dictante Spiritu ſancto, conſignatam poſteris tradiderunt.

Obiect. 3.

Chriſtus poſt reſurrectionem per dies 40. cum Apoſtolis verſatus, ea docuit quæ ad regnum Dei pertinent: nec conſtat vllis ſcriptis quænam illa ſint quæ docuit. Ergo non omnia ad regnum Dei pertinentia ab Apoſtolis conſcripta ſunt: & quæ non extant, petenda ſunt ex traditionibus non ſcriptis ab Apoſtolis.

Antecedens patet ex 1. cap. Actorum, verſ. 3.

Reſp. Error obiect.

Admitto Antecedentis priorem partem, nego poſteriorem. Nego itaque Conſequens. Error eſt, petitio principij. Vnde enim didicerunt, vel ſomniarunt potius, ea quæ tum Chriſtus docuit, non fuiſſe ſcripta ab Apoſtolis? Quinetiam manifeſtè refellitur iſtud Pontificiorum ſomnium ex Matth. 28. cap. Marc. 16. Luc. 24. Ioan. 20. & 21. qui omnes narrant ea quæ Chriſtus tum docuit. Ac nominatim teſtatur Lucas, Chriſtum ea expoſuiſſe quæ de ſe ſcripta erant: tantum abeſt vt ad traditiones non ſcriptas nos voluerit reuocare.

Abſurd. Act. 1. 3.

Abducamus ad incommodum. *Si Chriſtus poſt reſurrectionem docuit ea omnia quæ pertinent ad regnum Dei, & illa quæ tum docuit, ſcripta non ſunt ab Apoſtolis: ergo quæ ſcripta ſunt ab Apoſtolis ad regnum Dei non pertinent. Abſurdum ac blaſphemum.*

Retorq. obiect.

Retorqueamus hoc modo. *Si Apoſtoli plenè à Chriſto inſtituti & edocti in iis quæ ad regnum Dei pertinent, de ipſo Dei regno, dictante Spiritu ſancto ſcripſerunt: ergo plenè ſcripſerunt, nec aliquid omiſerunt quod ſit petendum ex traditionibus non ſcriptis.*

Correctio ſuperior. obiect.

Vt igitur corrigamus illum errorem, dicamus Chriſtum vt Apoſtolos conſtitueret perfectos Eccleſiæ Doctores, etiam poſt Reſurrectionem per quadraginta dies illis ea omnia inculcaſſe quæ ad Euangelicam doctrinam pertinebant. Nempe vt Apoſtoli ita inſtituti ipſam doctrinam non tantùm viua voce annuntiarent, ſed etiam mandarent literis ea omnia quæ ad regnum Dei & ad ſalutem Eccleſiæ pertinent.

Obiect. 4.

Paulus fatetur ſe ſcripſiſſe ex parte. Ergo Paulus non omnia ſcripſit quæ ſunt ad ſalutem Eccleſiæ neceſſaria.

Antecedens patet Rom. 15. Audacius, inquit *vobis ſcripſi ex parte.*

Reſp.

Expono Antecedens, Paulus ait ſe audacius quadantenus Romanis ſcripſiſſe. Et illud *quadantenus* (quod vetus interpres ad verbum conuertit, *Ex parte*) non eſt coniungendum cum verbo *ſcripſi*, ſed cum particula, tienda, *ἀπὸ μέρους*, quod ſcripſi contextus ſeries, & phraſis Græca ſatis indicat. Alioqui dicendum fuerat, *τῷ μέρει*. ſimilis phraſis extat, 2. Cor. 2. 5. Triſtitiam attulit quadantenus vobis omnibus.

Error obiectionis. Nego igitur Conſequens. Eſt error tum ex figura dictionis (Vt ante dictum eſt) tum à conſequente. Paulus non omnia ſcripſit Romanis: ergo Paulus non omnia ſcripſit. Atenim multis aliis ſcripſit. Item iſtud Conſequens non pertinet ad id quod eſt in quęſtione. Paulus non omnia ſcripſit, ergo non omnia ad ſalutem neceſſaria in ſcriptis Apoſtolicis continentur. abſurdum & indignum longiore reſponſione.

Obiect. 5. *Chriſtus dixit Apoſtolis ſe multa habere dicenda quæ non poterant portare. Ergo Apoſtoli non omnia ad ſalutem neceſſaria ſcripſerunt.*

Antecedens continetur in Euangelio ſecundum Ioannem, cap. 16.

Reſp. Expono Antecedens. Ac primum omnium demiror Pontificios ad eos ſcopulos nauem alliſiſſe, ad quos veteres hæretici naufragium fecerunt. Teſtis eſt enim Auguſtinus hæreticos, locum illum Ioannis ſuis erroribus prætexere ſolitos. Ipſe autem tanta cum reuerentia verba illa Chriſti tractauit, vt facilè Pontificios à ſua curioſitate arceret: ſiquidem eum audirent. *Quis inquit, noſtrûm dicat ea quæ Chriſtus tacuit & dicere noluit? Quis noſtrûm hoc faciat in quo nec Prophetica nec Apoſtolica exſtat authoritas?* Hæc ille. Verùm enimuerò iam hęc quęrere deſinat Auguſtinus. Tandem enim exorti ſunt Pontificij, qui ea quę tum Chriſtus reticuit fidenter nobis recẽſeant, quando miſſales ritus & ſuas eiuſmodi nugas hominibus commendant. Atq; vtinam exiſtimarent nunquam à puriſſimo illo fonte ſuas traditiones, hoc eſt, errorum ac ſuperſtitionum colluuiem manare potuiſſe. Sed redeo ad illius loci expoſitionem, quam ex illo ipſo loco haurıemus. Sic enim Chriſtus: *Multa habeo quæ vobis dicam: ſed nunc non poteſtis portare. At quum venerit Spiritus ille veritatis deducet vos in omnem veritatem.* Quare vt Tertulliani verba potiùs quàm noſtra vſurpemus: *dixerat planè aliquando Chriſtus, multa habeo vobis dicenda; & c. tamen adiiciens, quum venerit Spiritus veritatis deducet vos in omnem veritatem: oſtendit illos nihil ignoraſſe*, &c. Ex quo efficitur Apoſtolos omnia ad ſalutem neceſſaria docuiſſe: & (vt ait Tertull.) *omnem ordinem regulæ omnibus edidiſſe*. Itaque hic ſibi vult Chriſtus Apoſtolos tum demum fore planè inſtructos, quum eſſent viſibilibus & extraordinariis Spiritus ſancti donis illuſtrati. Quod etiam facilè colligitur. Ioan. 2. 26.

In Ioan. Tract. 97.

In Ioan. Tract. 96.

Ioan. 16.

De præſcript.

Venio ad Conſequens, in quo ne vllam quidem veri ſpeciem reperio, nedum vinculum Theologicæ veritatis. Eſt error ex ignoratione elenchi. Non enim ſeruatur eadem temporis ratio. Apoſtoli ante Chriſti reſurrectionem, & antequam accepiſſent dona illa Spiritus ſancti miraculoſa, non poterant ſatis aſſequi illa omnia, quæ ad myſteria Chriſtianæ religionis pertinent: ergo Apoſtoli illa ipſa myſteria ignorarunt etiam poſt Chriſti reſurrectionem, & poſt accepta dona illa ſpiritualia. Ineptum ratiocinandi genus. Multa Chriſtus dicenda habuit: ergo ſunt illa quæ Pontificij ſomniarunt. ſcilicet. Error à conſequente. Vrgeamus iſtud conſequens per impoſſibile. *Si Apoſtoli non omnia ad ſalutem neceſſaria ſcripſerunt, eò quòd, ante reſurrectionem Chriſti & Spiritum ſanctum miſſum, non poterant portare multa quæ Chriſtus*

Error obiectionis.

Abſurd.

non dicenda habuit; ſequeretur Apoſtolos non fuiſſe deductos in omnem veritatem à Sancto Spiritu poſtquam miſſus eſt. Falſum, ex ipſo loco Ioannis: deducet vos, inquit, *in omnem veritatem.* Item, *ſequeretur Paulum nunquam annunciaſſe omne conſilium Dei. Quod item falſum eſſe docet ipſe Paulus, Act. 20. 27. &c.*

Retorq. obiect.

Retorqueamus argumentum. *Si Apoſtoli non omnia ſcripſerunt, eò quòd non poterant omnia portare: certè nec omnia quidem viua voce tradiderunt. & vi conſequentiæ ille locus Ioannis ad traditiones Apoſtolorum non ſcriptas fauere non poteſt.* Dicent fortaſſe, illa ſalutis noſtræ myſteria de quibus Chriſtus Apoſtolos celatos voluit, fuiſſe cum Epiſcopis Romanis communicata: quod ſi ita eſt, certè Epiſcopi Romani non amplius dicendi ſunt Apoſtolorum tantùm ſucceſſores, ſed ipſis Apoſtolis omnibus longè ſuperiores: Quod abſit vt credamus.

Correctio ſuperioris obiectionis.

Corrigamus illum errorem hoc modo. Licet Apoſtoli ante miſſum Paracletum non eſſent ſatis capaces myſteriorum Dei quæ ad Euangelij doctrinam pertinent: tamen miſſo Paracleto, poſtquam in omnem veritatem deducti ſunt, certiſſimum eſt omnem veritatem quæ ad ſalutem noſtram pertinet fuiſſe ab illis & viua voce traditam, & literarum monimentis conſignatam.

Obiect. 6.

Paulus laudat Corinthios quòd ipſius traditiones retinerent. Ergo multa tradidit viua voce, quæ non ſcripſit.

Antecedens patet. 1. Cor. 11. *Laudo vos,* inquit, *quòd omnia mea meminiſtis & ſicut tradidi vobis, traditiones retinetis.*

Reſp.

Excutio Antecedens. Locum illum Pauli Chryſoſtomus & Ambroſius, nec non aliquot ex doctiſſimis recentioribus, intelligunt non de doctrina, ſed de ritibus Eccleſiaſticis. Alij fatentur quidem Paulum illic agere de quibuſdam ritibus ad ordinem ac decorum pertinentibus: ſed tamen nolunt hæc verba quæ nobis obiiciuntur reſtringere ad illos ritus: eáq; potius generaliter intelligunt, quia generaliter Paulus locutus eſt. *Omnia,* inquit, *mea meminiſtis.* itemque addunt, nomen *traditionis* indefinitè vſurpatum vix reperiri in ſcriptis Apoſtolicis reſtrictum ad ſolas traditiones de ordine Eccleſiæ ac de ritibus. Exponunt igitur Pauli ſententiam hoc modo: Ea omnia quæ vos docui memoria tenetis: atque equidem eo nomine non parùm vos laudo. Quia verò inter alia vobis quædam etiam tradidi de ordine & ritibus in veſtris cœtibus Eccleſiaſticis obſeruandis: & ſunt quidam inter vos contentioſi quibus ea minus probantur, idcircò proferam rationes, quibus adductus vobis illa tradiderim. Hæc illi. Verùm vtrouis modo locum intelligant Pontificij, certè nullum exitum habebit eorum concluſio. Nam ſi de ſolis ritibus illic agitur, eſt ergo locus ille extra orbem noſtræ diſputationis. Diſputamus enim de iis quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria, non autem de ritibus, qui mutantur pro variis circumſtantiis. Si de doctrina velint etiam illic agi, nihilo plus efficient, vt nunc dicam.

Error obiect.

Nego igitur conſequens, Paulus multa tradidit Corinthiis, ergo eorum quædam non ſunt ſcripta. Error à conſequente. Fateor hoc impoſuiſſe Theophylacto & aliquot aliis, ſed profectò (quod piorum omnium pace dixerim) offenderunt in via plana & æquabili. Primum

Vide [illegible]

quam

enim Paulus tum ſcripſit illam ipſam traditionem de ritibus de qua illic agit. Deinde licet non ſcripſiſſet Corinthijs, potuit ſcribere alijs: denique ſi non extarent illa in ſcriptis Pauli, reperirentur in aliorum Apoſtolorum ſcriptis. Cæterùm, *Imitatores mei eſtote*, inquit, *ſicut & ego Chriſti*. Nihil igitur tradidit quod à Chriſto vel tantillum abhorreret: quod tamen faciunt Pontificij. Profero ſimiles locos, quibus etiam Pontificij abutuntur. *Qui non incedit ſecundum traditionem quam accepit à nobis*. tum ſequitur illa ipſa traditio quam Paulus adſcribit. Item apud Lucam in Actis: *Tradebant cuſtodire dogmata ab Apoſtolis conſtituta*. at illa dogmata iam tum ſcripta erant, vt conſtat Act. 15. v. 23. 24. &c. Item in hoc ipſo cap. 11. prior. ad Cor. *Accepi à Domino quod tradidi vobis*, & in ead. Epiſt. cap. 15. ver. 3 idem dicit. At illa omnia ſcripta ſunt. Quamobrem qui ita concludit: tradidit viua voce, ergo non ſcripſit, is profectò neſcit quid ſit rectè ratiocinari.

2. Theſ. 3.
Act. 16.

Abſurd.

Abducamus ad Impoſſibile. *Si ex eo, quod Paulus viua voce traditiones propoſuit Corinthiis, ſequitur illas ipſas traditiones ſcriptas non eſſe, ergo traditiones de velandis mulieribus in cœtu Eccleſiaſtico, de prophetando aperto capite, & conſimiles pleræque, ſcriptæ non ſunt. quod falſum eſt, ex illo cap. 11. &c.*

Retor. obiect.

Retorqueamus argumentum. *Si traditiones de quibus illic Paulus diſputat, nempe de prophetando aperto capite, itemq́; de velandis mulieribus ipſi Pontificij negligunt (quippe quorum Monachi concionantur capite non modò ſed cucullo obvelato) quantò magis nobis licebit eas negligere traditiones quas Pontificij ſomniarunt abſque verbo Dei, & illis nomen tantùm Apoſtolorum prætexuerunt?*

Correctio ſuperioris obiectionis.

Vt igitur corrigamus illum errorem, dicendum eſt Paulum in illa Ep. ad Cor. earum rerum memoriam refricare, quas viua voce tradiderat: quùm nimirum perſpectum haberet quanta ſit humani ingenij inconſtantia ac leuitas. Ex quo efficitur nobis omnino hærendum eſſe ſcriptis Apoſtolicis, ne nos hominum commenta ab Euangelica veritate abducant.

Obiect. 7.

Iubet Paulus Theſſalonicenſes tenere traditiones quas edocti fuerant, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam. Ergo Paulus non omnes traditiones ad ſalutem neceſſarias literis mandauit.

Antecedens patet 2. Theſſ. 2. ver. 15.

Reſp.

Expono Antecedens. In his Pauli verbis: ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam, particulam *ſiue* præciſè volunt eſſe disiunctiuam: quod quidem non illis aſſentior. Nam animaduerto in ſcriptis Apoſtolicis (de aliis nunc taceo) particulam illam repetitam copulare potius quàm disiungere. profero locos: *ſiue Prophetiæ abolebuntur, ſiue linguæ ceſſabunt*, &c. id eſt & Prophetiæ abolebuntur, & linguæ ceſſabunt, &c. Item ad Corinth. *ſiue ego, ſiue illi, ſic prædicamus*. hoc eſt & ego & illi. Item ad Coloſſ. *Pacificans ſiue quæ in cœlis ſunt, ſiue quæ in terra*. Sic vſurpatur ſuprà in hac epiſtola, eodem cap. ver. 2. Quare perinde eſt ac ſi dixerit, perſtate in doctrina quam didiciſtis, & noſtro ſermone quum coram eſſemus, & poſtea noſtris ſcriptis.

1. Cor. 13. 8.
1. Cor. 15. 11.
Col. 1. 20.

Error obiect.

Inficior deinde Conſequens. Errorem enim admittit, à figura dictionis [illegible] dicitur. Item ex inconſequentia [illegible]

mum

[illegible] non eſt conſectarium, ſi Theſſalonicenſes edocti ſunt & per ſermonem, & per epiſtolam, alia fuiſſe per ſermonem illis, alia per epiſtolam tradita. Deinde, fac alia fuiſſe tradita, nihil vetat illa ipſa, ſi non in epiſtolis ad Theſſalonicenſes, certè in aliis epiſtolis eſſe ſcripta. Denique, fac Paulum nuſquam illa ſcripſiſſe, non propterea ſequitur illa non fuiſſe ſcripta ab aliis, vt de Baptiſmo, Cœna Domini, &c.

Obruamus impoſſibili. *Si verum eſt, ex hoc loquendi genere, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam, conſequi Paulum non omnia ad ſalutem neceſſaria ſcripſiſſe: ergo viciſſim ſequitur Paulum non omnia ad ſalutem neceſſaria viua voce tradidiſſe. Abſurdum & falſum*, vt patet ex his locis: *Elegit vos ad ſalutem per Sanctificationem Spiritus, & fidem veritatis, ad quod vocauit vos per Euangelium noſtrum, &c.* Item, *Nonne meministis quod cum adhuc apud vos eſſem, hæc vobis dixiſſe?* Item, *Scitis quæ mandata vobis dederimus, vt abſtineatis à fornicatione, &c.* Item, *Cupiebamus vobis impartiri, non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam noſtras ipſorum animas.* Et tribuit illis plerophoriam fidei ex prædicatione viuæ vocis. Ex quo ſequeretur Paulum omnia ad ſalutem neceſſaria Theſſalonicenſibus tradidiſſe, quod tamen contra eſſet, ſi quidem argumentum Pontificiorum valeret.

Abſurd.
2. Theſſ. 2.13.
14.
Ibid. 5.
1. Theſſ. 4.
1. Theſſ. 2.8.
1 Theſſ. 1.

Retorqueamus argumentum. *Si Theſſalonicenſes plenè inſtituti fuere in religione Christiana, ſolaque viua voce Apoſtoli, [illegible] ipſius Apoſtoli ſcriptis: quanto magis [illegible] conſequentur [illegible] ſunt?*

Retor. obiect.

Corrigendus eſt igitur Pontificiorum error, vt diſcamus Paulum Theſſalonicenſes inſtituiſſe, non ſolùm per ſermonem, ſed etiam per epiſtolam, cùm ſatis perſpiceret quantum momenti eſſent illæ ſcripturæ ad plenam fidem confirmandam. Adeò vt Scriptura ſacra nobis ſemper magnique commendata eſſe debeat.

Correctio ſuper. obiectionis 1.

Paulus procurauit vt videret faciem Theſſalonicenſium, & vt quæ deerant fidei eorum, compleret: ergo traditionem viuæ vocis eſſe neceſſariam ad fidem ſalutemque neceſſariam.

Obiect. 2.

Antecedens patet ex 1. Theſſ. 3.

Expono Antecedens. Plerique ex veteribus locum illum intelligunt de doctrina. Chryſoſtomus refert ad doctrinam de Reſurrectione mortuorum. Ambroſius ad doctrinam de Trinitate. Quanquam parum ſibi videtur conſtare Chryſoſtomus. Sic enim ſcribit: *Non omnia* (inquit) *quæ ſcire ipſi, ſed [illegible] diſcere debebant.* Et video hanc veterum ſententiam aliquot doctiſſimis recentioribus non diſplicere. Alij verò exponunt nomen fidei de ipſa fidei conſtantia. Vt quod ait: *Niſi vt cognoſceremus fidem veſtram, &c.* Nituntur autem his rationibus 1. quod tribuatur Theſſalonicenſibus fidei plerophoria, vt ante dictum eſt. 2. Non dubiũ eſt quin Theſſalonicenſes illi fuerint baptizati, & ſic certo planè inſtituti in religione Chriſtiana. Multa afferunt argumenta eodem ſpectantia, ac præſertim proferunt totum cap. 2. prior. ad Theſſ. &c. Verùm eligant Pontificij vtram velint interpretationem, nihil propterea efficient.

Reſp.
In hunc loc.
Ibid.
In 1. ad Theſſ. hom. 3.
1. Theſſ. 3.
1. Theſſ.

Nego igitur Conſequens. Nam ſi fidei nomen intelligatur de fidei

Retor. obiect.

conſtantia, error eſt in homonymia vocabuli. Si malint exponere de doctrina ipſa, error eſt à conſequente. Non enim ita rectè concluditur: Aliquid deerat fidei Theſſalonicenſium, ergo Paulus non omnia illis viua voce tradiderat: vel, ergo non omnia ad fidem neceſſaria ſcripta ſunt ab Apoſtolis. Nam aliud eſt docere, aliud diſcere: & poterit eſſe defectus in diſcipulo, qui non erit in doctore. Itaque dicebat Paulus, eadem repetere vobis tutum eſt, ac mihi quidem non moleſtum. Atque, vt videamus ad Theſſalonicenſes: Noſtis, inquit, quæ præcepta vobis dederimus, vt abſtineatis à ſcortatione, &c. Sed, vt illud demus, certè non ſequitur: Aliquid deerat fidei Theſſalonicenſium, ergo Paulus & reliqui Apoſtoli non omnia ſcripſerunt ad doctrinam Euangelij pertinentia. Illa, inquam, omnia nullo rationis vinculo cohærent.

Abſurd. Adducamus ad incommodum. *Si valet hoc argumentum Pontificiorum: Apoſtolus multa alia viua voce tradidiſſe ad ſalutem Eccleſiæ neceſſaria, quia Paulus optauit videre faciem Theſſalonicenſium, vt ea compleret quæ ipſorum fidei deerant: ſequetur Paulum, & omnes Apoſtolos, & Theſſalonicenſes omnes, ac Eccleſiam* [illegible]*.*

Retorqueamus argumentum. Si Pontifices inde probare ſuas traditiones ſtudent, quia Paulus optauit videre faciem Theſſalonicenſium, vt illos coram, & viua voce doceret: ſequetur illud, ea quæ [illegible] *quæ Paulus facie tenus docuit, ſcripta non poſſideri.* At quum, dices, Veteres ſcripſerunt quænam ſint illa quæ Paulus coram docuit. Ego verò (vt taceam falſum id eſſe) ita reſpondeo: Si ſcribenda illa fuerunt, cur Paulus ipſe non ſcripſit? Si non ſcribenda, cur veteres ſcripſerunt?

Reſponſ. 8. Correctio ſuperioris obiectionis. [illegible] errorem illum corrigimus: Paulum optaſſe venire in conſpectum Theſſalonicenſium, vt eorum fidem magis magiſque confirmaret: cum haberet perſpectum quàm ſit efficax ipſius Doctoris præſentia. Iam quum hoc beneficio frui non poſſimus, nobis eſſe ſcriptis Apoſtolicis planè adhærendum, eáque tanti nobis eſſe facienda, vt ſi Apoſtolos ipſos coram loquentes, vel potius vocem ipſius Chriſti in illius ſcriptis ſonantem audiremus.

Obiect. 9. *Paulus ſcribit* [illegible] *ſe, cum ad eos veniret, aliqua eſſe diſpoſiturum* [illegible] *Cætera cum venero diſponam.*

Reſp. Reſpond. Antecedens. Paulus enim non loquitur de fidei capitibus, ſed tantum de ordine Eccleſiaſtico. Nam *διατάξομαι* (quo verbo vtitur) ſignificat, rem ſecundum ordinem traditum conſtituere, vt Tit. 1. Conſtituas preſbyteros, vt tibi mandaui. Et actiua voce 1. Co. 16. de eleemoſynis conferendis, quemadmodum mandaui. Loquitur autem de ordine in ea re obſeruando. Sic Galli dicunt *ordonner.*

Nego igitur Conſequens. Error eſt ex figura dictionis. Nam propria verbi ſignificatio aliud ſignificat, quàm illi volunt. Item, Error eſt ex conſequente. Paulus voluit quædam inter Corinthios corràm diſponere: ergo noua dogmata fidei proponere. Item, Paulus diſtulit quædam in aduentum ſuum, quæ proponeret Corinthiis: ergo

Error obiect.

illa nusquam scripta sunt [illegible], ergo illa [illegible] [illegible] [illegible] obtrudunt tanquam traditiones Apostolicas. Illa [illegible] [illegible] [illegible], [illegible]; asyllogistica, non invenitur aliquid [illegible].

Absurd. Deducamus ad absurda. *Si verum est quod volunt Pontificij, [illegible] non [illegible] scriberet illam epistolam, non omnia tradidisse Corinthiis, quæ [illegible] ad fidem necessaria: sequeretur (quod absit) hoc quo [illegible] [illegible] Corinthios fuisse ditatos omni cognitione.* Item, *Docuisse [illegible] [illegible] [illegible] quod Euangelizaui vobis, quod & accepistis, in quo etiam statis, per quod etiam servamini.* Item, *in [illegible] [illegible] fide, [illegible] [illegible] statis.* Item, *Quid est, in quo fuerim inferiores cæteris Ecclesiis?* [illegible] eiusmodi. Denique retorqueri potest [illegible] hoc argumentum Pontificiorum, vt in superiori argumento fecimus.

1.Cor.1.
1.Cor.15.
2.Cor.1.
2.Cor.12.

Obiect. 10. *Ioannes voluit multa scribere, sed noluit [illegible] ad [illegible] esse [illegible] [illegible].*

Antecedens patet ex secunda & tertia Epist. Ioan. *Cum multa haberem vobis scribenda, nolui per chartam & atramentum.*

Resp. Error obiectionis. Admitto Antecedens. Nego Consequens. Error à consequenti: hæc enim non sunt [illegible] [illegible] habuit scribenda: ergo de fidei capitibus. Item: ergo illa nusquam [illegible] scripta extant. Absurdum hoc alioqui sequeretur: *Si [illegible] [illegible] [illegible] in Christi [illegible]: ergo non [illegible] [illegible] [illegible] illos [illegible] fidem, & [illegible] [illegible] in [illegible].*

Absurd. 1.Ioan.

Retorquentur, & [illegible] argumentum [illegible].

Obiect. 11. *Præter illa quæ scripta sunt, alia [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] ad fidem necessaria scripta sunt ab Apostolis.*

Antecedens patet Ioan. cap. 21.

Resp. Error obiect. Admitto Antecedens. Nego consequens. Error [illegible] ignorationem elenchi. Vagantur enim extra cancellos quæstionis. Ioannes loquitur de miraculis à Christo editis, non autem de fidei doctrinis ad salutem necessariis. Sic enim Ioannes [illegible] [illegible] [illegible]. Hinc igitur nullam habent consequentiam; Omnia miracula quæ Christus fecit non sunt scripta: ergo omnes doctrinæ [illegible] scriptæ non sunt. Audiamus quomodo Pontificij scriptos [illegible] gladio [illegible] [illegible] suas traditiones [illegible] [illegible] [illegible] *infinita, & vi consequentis sub scientiam non cadunt.* Et certè fateor [illegible] modi traditiones [illegible] [illegible], [illegible] [illegible].

Pontificij destruunt suas traditiones.

Retorquetur. [illegible] argumentum [illegible]: *[illegible] scripta [illegible].* *Ergo ea quæ scripta sunt, [illegible] sufficiunt.*

Correctio superioris obiect. Castigatur error Pontificiorum hoc modo. Ex iis quæ fecit Christus, alioquin infinitis, Ioannes & reliqui Euangelistæ ea delegerunt quæ visa sunt [illegible]: Et quæ [illegible] [illegible] [illegible]. *[illegible] Scripturis.*

Obiect. 12. *Antecedens patet. 2. Timoth. 3. Iannes & Iambres reſtiterunt Moſi.* Item *verſ. 9. Michael Archangelus diſceptans de corpore Moſis, &c. Paulò poſt vſurpat Iud. Prophetiam Enoch: Ecce venit Dominus cum Sanctis millibus ſuis &c.*

Reſp. Expono Antecedens. Fateor Apoſtolos aliquando vſurpaſſe quaſdam ſententias ex libris Apocryphis depromptas. Et quod ad Pauli locũ attinet, non dubito illius temporis extitiſſe librum aliquem de Magis illis Ianne, & Iambre. Nam Plinius lib. 30. nat. hiſtor. cap. 1. recenſet Iannem inter Magos vetuſtiſſimos: quod non faceret, niſi id ex aliquo libro didiciſſet. Amplius dico: ne ipſos quidem authores Ethnicos fuiſſe plenè ab Apoſtolis repudiatos. Sic enim Paulus quædam citauit

Act. 17. 1. Cor. Tit. 1. ex Arato & Epimenide. Sed affirmo Apoſtolos non propterea eiuſmodi teſtimoniis vſos fuiſſe, vt inde caput aliquod fidei confirmarent. Nam ad eam rem ſemper adhibuerunt expreſſos locos petitos ex ſcriptis Propheticis, eóſque afflatu Spiritus ſancti expoſuerunt. Sed, quum proponerent doctrinam de moribus, aut aliquid proferrent, de quo vel nulli vel pauci dubitabant, tum ſi fortè quidpiam occurreret ex Apocryphis, atque etiam ex ipſorum Ethnicorum libris, eos ab eiuſmodi ſententiis non ita abhorruiſſe, quin ad ſuum propoſitum accommodarent. Itaque noluerunt Apoſtoli tribuere tantam authoritatẽ illis ſententiis, vt eſſent indubitatæ fidei: abſit vt id cogitemus: ſed voluerunt ea ratione magis commouere animos hominum, vt facilius reciperent doctrinam, ſatis alioqui vt ipſo Dei verbo confirmatam. Exempli gratia: Conſtat ex hiſtoria Moſis Magos Ægyptios Moſi reſtitiſſe: ecquid refert quo nomine Magi illi fuerint appellati? aut, poſſunt ne illa nomina ad caput aliquod fidei referri? Minimè gentium. Item: *Michael noluit impingere maledictum Diabolo, in-*

Iud. 9. 2. Pet. 2. *quit Iudas:* quare, multò minus debemus magiſtratibus à Deo inſtitutis maledicere. Hæc Iudæ cohortatio ad obſeruandos magiſtratus centies extat in ſacris literis: nec diſſimile eſt quod ait Petrus, *Angelos non*

Iud. 14. 15. *maledicere dignitatibus.* Et itaque, *veniet Dominus vt rependat mercedem impiis* (inquit idem Iudas) quæ quidem comminatio paſſim occurrit in Scriptura. Quamobrem ſatis perſpicuum eſt, quorſum Apoſtoli quaſdam ſententias ſint aliquando ex libris Apocryphis mutuati.

Itaque nego Conſequens. Apoſtoli quædam vſurparunt ex libris Apocryphis, ergo illa vſurparunt ad confirmanda fidei dogmata: Itemque ergo licet nobis ad traditiones recurrere quoties agitur de fide, vbi ipſa Scripturæ teſtimonia deficiunt. Falſum, inquam, eſt conſequens. Nam neque Apoſtoli vſi ſunt eiuſmodi teſtimoniis ad dogmata confirmanda, & illa ipſa teſtimonia (ſi modò rem ſpectes) multis expreſſiſque Scripturæ locis confirmantur. Quare videntur Pontificii ab hac quæſtione propoſita, illam hanc abducere. Hoc enim quæritur in controuerſia, Vtrùm in iis quæ de fide agitur, ſtandum ſit ſolis Scripturæ teſtimoniis: an præter Scripturam addendæ ſint etiam traditiones, quibus eadem fides quæ Scripturæ adhibeatur. Nihil autem tale reperias in illis teſtimoniis quæ Apoſtoli vſurparunt, vt antè diximus.

Ne dicam, non ſatis rectè ab Apoſtolis ad nos, in hac cauſa, argumentum duci.

Deducamus Pontificios ad impoſſibile.

Abſurd.

Si, quia Apoſtoli quædam citarunt ex libris non canonicis, ideò ſequitur Apoſtolos libris illis & ſimilibus authoritatem in cauſa fidei tribuiſſe: Ergo quia Apoſtoli quædam citarunt ex libris Ethnicorum, ſequetur Apoſtolos in cauſa fidei, authoritatem libris Ethnicorum tribuiſſe. Impoſſibile & abſurdum.

Retorqueamus obiectionem hoc modo.

Retorq. obiect.

Si Apoſtoli nunquam citarunt [illegible], niſi ad illuſtranda ea quæ firmiſſimis Scripturæ teſtimoniis nituntur: quantò minus debemus citare veterum traditiones ad ea probanda quæ Scripturæ teſtimoniis deſtituuntur?

Correctio ſuperioris obiect.

Sic igitur corrigendus eſt error huius obiectionis, vt dicamus, Apoſtolos, cùm ſe ad captum hominum accommodarent, vt eos melius vel commouerent vel conuincerent, vſos aliquando fuiſſe libris Apocryphis, atque etiam Ethnicorum ſententiis: nimirum cùm de iis rebus diſſererent, quarum veritas manifeſtè iacebat in Scriptura.

Obiect. 13.

Hæretici ſcripta Pauli deprauabant etiam Apoſtolorum temporibus, & notum eſt, hæreticos atque adeò Satanam Scripturas ſuis erroribus prætexuiſſe. Ergo ſolis Scripturis hærendum non eſt.

Antecedens patet 2. Pet. 3. & ex hiſtoria Eccleſiaſtica, adde Matt. 4. Si Filius Dei es, da te præcipitem, Scriptum eſt enim, &c.

Admitto Antecedens.

Reſp.

Nego Conſequens, nec enim ita concludit Petrus, ſed potius ad Pauli ſcripta remittit, nedum abdicat. Error eſt à non cauſa ad cauſam. Hæretici abutuntur Scriptura, & Scripturam detorquent in alienos ſenſus: Ergo, inquis, debemus aliò recurrere ad fidem ſtabiliendam. At Scriptura non eſt in culpa, ſoli homines in vitio ſunt, qui etiam illam præſtantiſſimam detorquent ad ſuos errores. Quare tantum abeſt vt Scripturæ præſidium deſerendum ſit propter hæreticos, vt potius hæretici ex ipſa Scriptura conuincendi ſint, quemadmodum ſuo loco ex Paulo diximus. Cùm autem Satan abuteretur Scriptura, vt fidem Chriſti labefactaret, certè Chriſtus non confugit ad traditiones, ſed illo ipſo Scripturæ telo, hoſtem iugulauit. Nam Satanæ obiicienti, *Scriptum eſt*: Chriſtus viciſſim reſpondit: *Scriptum eſt*: non autem, *traditum eſt*.

Error obiect.

2 Tim. 3.
Tit. 1.

Matt. 4.

Abſurd.

Abducamus ad incommodum. *Si quia hæretici prætexunt Scripturam, ſolis Scripturis hærendum non eſt: certè quia hæretici prætexunt etiam traditiones Apoſtolicas (vt ſuprà docuimus tum ex ſcriptis Apoſtolicis, tum ex Irenæo & Euſebio) ſolis traditionibus ſtandum non erit.* Atque ita: *Quandoquidem hæretici abutuntur & Scripturis & traditionibus, nec Scripturis, nec traditionibus hærendum erit. Abſurdum, etiam ipſis Pontificiis aſſentientibus.*

Retorq. obiect.

Retorqueamus argumentum. *Si quemadmodum Satan aduerſus Chriſtum Scriptura abuſus eſt, ita hęretici aduerſus Orthodoxos Scriptura abutuntur, Certè quemadmodum Criſtus ſola Scriptura vſus eſt ad Satanam repellendum, ita Orthodoxi ſola Scriptura vti debent, ad hęreticos repellendos.*

Correctio superioris obiect.

Sic ergo errorem istum corrigamus. Quandoquidem ea est hæreticorum prauitas, ut Scripturis ſanctis abutantur: danda est opera vt Scripturis ſua ſeruetur & authoritas, & puritas. quod fiet, ſi ex ſolis Scripturis hæretici conuincantur, & ſi loci qui paulò obſcuriores videbuntur, ab aliis facilioribus lumen accipiant. Atque ſi nos minus audiant pontificij, ſaltem ſe ipſi attendant: in quorum Decretis extat hæc ſententia: *Ex ipſis Scripturis capiendum eſſe ſenſum veritatis.*

Can. relatum. Dist. 37.

Obiect. 14.

Pædobaptiſmus non reperitur in ſacris literis: neque vocabula Trinitatis, conſubſtantialis, perſonæ, & aliquot alia, quæ tamen omnia ad fidei dogmata pertinent. Ergo non omnia quæ ad fidem pertinent, in ſacris literis reperiuntur. Antecedens patet ex ipſa Scripturæ lectione.

Reſp.

Expono Antecedens. Pædobaptiſmum, hoc eſt, doctrinam de baptizandis infantibus in ſacris literis non reperiri, falſum eſt: quemadmodum recentiores noſtri doctores Scripturæ locis luculentiſſimis docuerunt aduerſus Catabaptiſtarum errores. Qua de re nolo hic longiorem diſputationem inſtituere, ne vagari videar extra metas propoſitæ quæſtionis. Trinitatis autem, conſubſtantialis, & perſonæ vocabula fateor non extare in Scriptura: ſed affirmo doctrinam eam, quæ illis vocabulis ſignificatur, eſſe depromptam ex Scripturis. Quum autem exorti eſſent hæretici, qui negabant veritatem illius doctrinæ, tum pij maiores noſtri habita circunſtantiarum ratione, propoſuerunt illa vocabula, quibus faciliùs & apertiùs explicarent doctrinam de Trinitate, quam expreſſis Scripturæ teſtimoniis confirmarent.

Error obiect.

Nego igitur conſequens. Error eſt ex figura dictionis. Trinitatem, pædobaptiſmum, non reperiri in ſacris literis, dicitur homonymos: ipſa enim vocabula non reperiuntur, ſed res ſignificatæ illis vocabulis reperiuntur. Fides autem Chriſtiana non ſita eſt in vocabulis, ſed in rebus: neque in verborum foliis (dicebat Hieronymus) ſed in radice rationis. Itaque fatetur Baſilius, ſe aduerſus hæreticos quædam vocabula etiam non ſcripta vſurpaſſe: ſed tamen, inquit, quæ à ſenſu ſanctis literis conſentaneo, neutiquam abhorrerent.

Tract. de ver. ac pia fid.

Absurd.

Vrgeamus abſurdo. *Si quia Trinitatis, perſonæ, & conſubſtantialis vocabula non extant in Sacris literis, inde ſequitur, non omnia, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, in Sacris literis reperiri: ergo ipſa vocabula ſunt ad fidem neceſſaria: Et vt conſequentis, cùm Trinitatis, & aliquot eiuſmodi vocabula, fuerint à ſanctis maioribus noſtris excogitata, & propoſita poſt exortum Arium, ſequetur Eccleſiam quæ Arium tempore præceſſit, imò etiam ipſos Apoſtolos, non ea omnia, quæ ad fidem ſunt neceſſaria tenuiſſe: Abſurdiſſimum & [illegible].*

Retorqueamus argumentum Pontificiorum hoc modo:

Retorq. obiect.

Si tanta fuit piorum maiorum religio, vt ne vllum quidem vocabulum excogitarint in tractandis fidei dogmatibus, quod non expreſſis Scripturæ locis niteretur (vt conſtat ex Trinitatis, conſubſtantialis, & perſonæ vocabulis) quo loco habendi ſunt Pontificij, qui non vocabula modò, verùm etiam res ipſas, à Sacris literis penitus abhorrentes, excogitarunt?

Correctio ſuperioris obiect.

Itaque corrigamus errorem iſtius obiectionis: & dicamus, licere piis Eccleſiæ Doctoribus quædam vocabula proponere, quibus res in ſacris literis contentæ meliùs ac faciliùs exprimantur.

Si non poſſumus ex parte Eccleſiæ credere, & ex parte non credere: ſi credimus Eccleſiæ aſſirmanti, Scripturam ſacram fluxiſſe à Spiritu Dei, ipſi [illegible] credendum quoque Eccleſiæ erit, aſſirmanti, illam vel illam traditionem eſſe Apoſtolicam. Obiect. 15.

Antecedens verum eſt. Verum igitur & Conſequens.

Aſſumptum habet duo membra nobis ſigillatim excutienda. In priori membro diſtinguo nomen Eccleſiæ. Nam, Eccleſia illa, quam Paulus vocat domum Dei, columnam, & firmamentum veritatis, quæ audit vocem ſponſi, & ab eius ore pendet, ac ſemper regitur à ſancto Spiritu, videri non poteſt, quia nullis locorum, temporum, & perſonarum circunſtantiis aſtringitur: credimus autem eam Eccleſiam ſtare verbo Dei ſcripto, & humanas traditiones reiicere. At Eccleſia viſibilis hæc, & illa, vel multarum Eccleſiarum viſibilium Synodus, poteſt deſciſcere à veritate: vt patet de Orientalibus Eccleſiis, quarum pars maxima ad Mahumetű defecit: ne nobis proferendæ ſint veteres Synodi, quæ maximos errores comprobarunt, & in Eccleſiam inuexerunt. De hac Eccleſia ita ſtatuendum eſt: quandoquidem multis erroribus eſt obnoxia, non aliter audiendam eam eſſe, niſi cùm ea dicit quæ ſunt conſentanea Scripturis: qua de re alibi à nobis copioſiùs diſputatum eſt. Hic igitur non habet locum quod dicitur, non poſſe nos ex parte credere, & ex parte non credere, quia tum credere debemus Eccleſiis viſibilibus, cùm nihil aliud proponunt quàm verbum Dei: Contrà, non debemus credere Eccleſiis viſibilibus, cùm à verbo dei recedant: Propono exemplum Synagogæ, quæ religioſè ſeruauit canonem Scripturæ, & nihilominus innumerabiles errores habuit. Itaque illi credendum fuit, quum diceret libros canonicos fuiſſe à Spiritu Dei profectos. Rurſus illi credendum non fuit, quum Chriſtus dicebat *Scribas & Phariſæos ſedentes in cathedra Moſis eſſe audiendos*, quorum tamen traditiones alibi reprehendit. Ex quo efficitur, illis fuiſſe & ex parte credendum, & ex parte non credendum. Aſſumptum igitur verum non eſt: ac propterea non tenet Conſequentia. Error ex figura dictionis. Reſp. 1.Tim.3. Matt.23. Ib.ver.16. Matt.16. Error obiect.

Abducamus ad incommodum. *Tertulliani temporibus Eccleſia dicebat oblationem pro natalitiis eſſe traditionem Apoſtolicam: at temporibus [illegible] Synodi, Eccleſia dixit oblationem pro natalitiis non eſſe traditionem Apoſtolicam (vt ſuo loco probauimus.) Ergo ſi non poſſumus ex parte credere Eccleſiæ, & ex parte non credere, nobis ſimul credenda erunt ea quæ ſunt contradictoriè oppoſita. Impoſſibile.* Abſurd.

Retorquemus obiectionem hoc modo. Retorq. obiect.

Quæ dicit Scripturam eſſe verbum Dei, cui nos credere oportet, & ſimul recipiendas eſſe traditiones non ſcriptas, pugnantia dicit.

Pontificiorum Eccleſia dicit Scripturam eſſe verbum Dei cui credere oporteat, & ſimul recipiendas eſſe traditiones non ſcriptas.

Quare Eccleſia Pontificiorum pugnantia dicit, & vt conſequens neceſſe eſt illi ex parte credere, & ex parte non credere. Et ſi valet quod proponunt, nullam poſſe Eccleſiam ex parte credere, & ex parte non credere, certè efficitur ex eorum argumento: Pontificiorum Eccleſiam non eſſe veram Eccleſiam. Maioris

Explicatio ſuperioris Syllogiſmi.

Deut.4.

Prou.30.

De Præſcript.

Correctio ſuperioris obiectionis.

propoſitionis veritas ita patet. Si me iubes credere Scripturæ, certè credam nihil addendum eſſe Scripturæ, quia id nominatim cauetur in Scriptura, vt fuſius ſuprà docuimus. Itaque laudatur hæc ſententia Tertulliani: *Quum credimus*, inquit, *hoc primum credimus, non eſſe quod vltra credere debeamus*. Iam ſi ſumas in manus traditiones iſtas Pontificiorum, facilè videbis eas non tantùm eſſe addititias, ſed etiam planè contrarias expreſſis Scripturæ locis. Ita fit vt non poſſim credere Scripturæ, & traditionibus Pontificiis. Corrigendus eſt igitur error ſuperioris obiectionis in hunc modum. Cùm ſolus ſit Deus cui in ſolidum credere debeamus, (ſi verè & propriè loquimur) diligenter nobis cauendum eſt, ne pietatis ſpecie in errorem abducamur. Quia verò nomen Eccleſiæ ſpecioſum eſt, ſi quid nobis proponitur Eccleſiæ nomine, debemus attentè conſiderare an ſit vox veræ Eccleſiæ, necne. Vt id poſſimus dignoſcere, conſulendum eſt verbum Dei nobis in Scriptura propoſitum, à quo vera Eccleſia non deficit. Cùm autem Eccleſia nobis dicit Scripturam ſacram eſſe verbum Dei, agnoſcimus id eſſe verbum, non tam quia Eccleſia affirmat, quàm interiori Spiritus ſancti efficacitate, qua Scripturæ veritas in animis noſtris obſignatur: & quemadmodum Eccleſia, ductu Spiritus ſancti, nobis dicit Scripturam eſſe verbum Dei: ita nos eiuſdem Spiritus ductu, credimus id eſſe verbum quod Eccleſia nobis dicit: vt fides noſtra nunquam hominibus, ſemper autem ſolo Deo nitatur.

Obiect.16.

Apoſtoli legi addiderunt, nempe Euangelij doctrinam, ergo licet addere verbo Dei.

Reſp.

Act.26.

Rom.1.

Expono antecedens. Quamuis Euangelij doctrina ſit plenior, & vberior ſcriptis veteris Teſtamenti, tamen ſi rem ipſam ſpectes, vtrobique eadem ſalutis doctrina continetur. Siquidem verum eſt quod ait Paulus, *ſe nihil annuntiaſſe extra ea quæ Prophetæ & Moſes prædixerunt*. Et aliàs, *Euangelium fuiſſe promiſſum per Prophetas*. Falſum eſt igitur, Apoſtolos Legi addidiſſe. Aliud eſt enim Legi addere, aliud, Legem exponere, & ad ſuum ſcopum referre. Proferat enim aliquis ſyngraphum (vt hoc ſimile vſurpemus) & ſolutione facta adſcribat, huic ſyngrapho fuiſſe ſatisfactum: obſecrò, iſne dicendus fuerit ſyngrapho addidiſſe? Ita cùm Apoſtoli teſtati ſunt ſuis ſcriptis, Chriſtum aduentu ſuo Legis Prophetarúmque promiſſiones impleuiſſe, nec Legi nec ſcriptis Propheticis addiderunt.

Error obiect.

Corr.ſuper. obiect.

Porrò nego Conſequens. Error eſt ex figura dictionis, vt patet ex iis quæ dicta ſunt. Adde, quòd non rectè procedit argumentum ab Apoſtolis ad alios homines. Fac enim Deum Legi ſuæ addere voluiſſe, & id factum fuiſſe Apoſtolorum miniſterio, qui Spiritus Dei inſtinctu, afflatúque ſcripſerunt: certè nihil propterea decederet huic interdicto, Nequid homines addant verbo Dei. Quare cùm ex hac Pontificiorum ratiocinatione ſequeretur euerſio præſtantiſſimæ doctrinæ de ſimilitudine veteris & noui Teſtamenti, Corrigamus hunc errorem ex hac præclara ſententia, quæ extat apud Iuſtinum Martyrem, in Interp. & Reſp. *Quid eſt Lex? Euangelium prænunciatum. Quid eſt Euangelium? Lex impleta.* Ex quibus verbis ſatis conſtat, Euangelium non eſſe nouam doctrinam Legi additam: ſed veteris promiſſionis nouam impletionem. Atque de obiectionibus Pontificiorum ex verbo Dei detortis ſit iam ſatis á nobis diſputatum.

CAPVT V.

QVandoquidem Pontificii ſatis agnoſcunt quám infirma ſint ea argumenta quæ aduerſus Scripturam, ex ipſa Scriptura ſibi videntur deprompſiſſe, tandem confugiunt ad veterum Doctorum teſtimonia, quæ longa ac diffuſa oratione nobis inculcare non deſiſtunt, vt ſcilicet eorum aceruo nos obruant. Quare ſequenti diſputationi quædam videntur eſſe præmunienda, vt facilius & Pontificiorum obiectiones, & noſtræ reſponſiones intelligi poſſint. Vt igitur bene prouiſa & explorata principia ponantur, ſubſternemus huic diſputationi aliquot regulas, quarum ope veterum ſententias exponere, & vt Theſei filo, ita earum ductu in multis ac variis veterum Doctorum ſcriptis, tanquam in labyrintho, commodé & tutó verſari poſſimus.

Vt veterum ſcriptis bene vtamur, proponuntur aliquot regulæ.

HAEC SIT IGITVR PRIMA REGVLA.

1. Regula.

Ad fidem noſtram confirmandam, veterum Doctorum ſcripta eatenus ſunt recipienda, quatenus cum Sacris literis conueniunt.

Quamuis hæc regula ſatis per ſe luceat, eorum præſertim oculis qui veritatem intuentur, quædam tamen ſubiiciemus ad illius confirmationem. *Siquis aliter vobis euangelizat, quám euangelizauimus, anathema ſit*, inquit Paulus. Item, *Denuntia ne diuerſam doctrinam doceant*. Item, *Obſeruate diſſidiorum authores, præter doctrinam quam vos didiciſtis, & declinate ab eis.* Item, *Siquis aliter docet, is turget, nihil ſciens, &c.* Item, *Doctrinis variis ac peregrinis ne circumferamini*: & pleraque alia in hanc ſententiam. Ac ne forté dicant Pontificii ſuperiores locos eſſe de verbo tradito, & non ſcripto intelligendos, vt taceam quæ copioſiús hac de re á nobis antea diſputata ſunt, hoc vnum ex illis quæram: num exiſtiment Apoſtolos aliquid viua voce tradidiſſe, quod non fuerit iis conſentaneum quæ ſcripſerunt? negabunt certé. Quare velint nolint huc ſemper redeant neceſſe eſt, hanc noſtram regulam eſſe certiſſimam: veterum Doctorum ſcripta hactenus eſſe recipienda, quatenus cum Sacris literis conueniunt. Sed ſi veteres ipſos nobis aſſentientes audiant, in ſpem venio nihil dubitationis reliquum fore, quin nobiſcum ſuperiorem regulam recipiant.

Confirmatio.

Gal. 1.
1. Tim. 6.
1. Tim. 6.
Heb. 13.

Sic igitur Origines: *Nobis neceſſe eſt Scripturas ſanctas in teſtimonium vocare: ſenſus quippe noſtri & enarrationes ſine his teſtibus non habent fidem.* Item, *Sicut omne aurum extra templum non eſt ſanctificatum: ſic omnis ſenſus, qui fuerit extra Scripturam, non eſt ſanctus.* Tertullianus: *Quid aduerſarius nobis in noſtris?* (loquitur autem de Sacris literis) Item, *Quod ſumus, hoc ſunt.* Chryſoſtomus: *Siquid dicitur abſque Scriptura, auditorum cogitatio claudicat.* Hieronimus. *Exceptis Apoſtolis, quodcunque poſtea dicitur, abſcindatur.*

1. Ierem.
In Matth. hom. 25.
De præſcript. hæret.
Ibidem in Pſal. 95.
In Pſal. 86.

ſcholaſtes, non habeat authoritatem. Auguſtinus: *Noli contra diuina teſtimonia colligere calumnias ex Epiſcoporum ſcriptis, vt Hilarij, Cypriani, &c. quia hoc genus literarum ab authoritate canonis diſtinguendum eſt. Non enim ſic leguntur, vt contrà ſentire non liceat, ſicubi fortè aliter ſenſerint quàm veritas poſtulat.* Item, *Nec Catholicis Epiſcopis conſentiendum eſt, ſicubi falluntur, vt contra canonicas Scripturas aliquid ſentiant.* Item, *Ego ſolis iis Scripturarum libris qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, vt nullum eorum authorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſimè credam. Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate doctrinaque præpolleant, non ideò verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi vel per illos authores Canonicos vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt.* Hæc ille, quæ Pontificij poſtea in ſua Decreta retulerunt: adeò vt iam negare ſuperiorem regulam non poſſint, niſi ſua ipſi Decreta prodere videantur.

Ep.48.ad Vincent.

De vnit. Eccleſ. C.10.

Ep.19.ad Hieron. Vide Auguſt.cont. [illegible] lib.11.

Can.ego ſolis.Diſt.9.

REGVLA SECVNDA.

Veteres Doctores ſæpe nomine Traditionis ſignificant ea dogmata, quæ ſcriptis Apoſtolicis continentur.

Confirmatio.

Hanc regulam eſſe veram ex ſequentibus patebit.

Irenæus, referente Euſebio: *Polycarpus docuit, quæ ab Apoſtolis didicerat, quæ & Eccleſia tradit, & ſola ſunt vera.* Hæc ille. *Tradit*, hoc eſt docet, nimirum ex ſcriptis Apoſtolicis. Alioqui quomodo ſtaret quod ait? *Et ſola vera ſunt.* Quod etiam facilè intelligitur ex eodem Irenæo, cuius verba refert Euſebius: *Polycarpus commemorabat, inquit, quæ audiuerat ab Apoſtolis, omnia Sacris literis conſentanea.* Idem Irenæus: *Eccleſia Romana ſcripſit Corinthijs, annuntians illis eam traditionem quam ab Apoſtolis receperat: nempe vnum eſſe Deum omnipotentem, & cætera quæ continentur in libris Moſis.* Et pauló poſt: *Multi barbari ſine Scriptura veterem traditionem diligenter cuſtodiunt, credentes in vnum Deum & in Chriſtum qui natus eſt ex Virgine, &c.* Tertullianus: *Apoſtolica traditio nihil paſſa eſt circa Dei regulam*; hoc eſt, illa omnia quæ Apoſtoli docuerunt & literis mandarunt.

Hiſt.Eccleſ. lib.4.

Libro 5. C.20.

Cap.4.

Contr. Marc.lib.1.

REGVLA TERTIA.

Veteres ſæpe vocant Traditionem non ſcriptam id, quod totidem verbis in Sacris literis non reperitur, ſed tamen, ſi rem ipſam ſpectes, extat in Scriptura.

Confirmatio.

Sic Baſilius ait ſe aduerſus hæreticos vſurpaſſe quædam vocabula etiam non ſcripta, ſed tamen (inquit) quæ à ſenſu Sacris literis conſentaneo neutiquam abhorrerent. Et Nazianzenus refellit Macedonianos, qui negabant deitatem Spiritus ſancti, quod totidem verbis non traderetur in Scripturis: & ait *quædam eſſe in Scriptura, & non dici.* [illegible] Sic etiam Auguſtinus [illegible] Pædobaptiſmum eſſe in Scriptura, & Baptiſmum non eſſe iterandum. Idem dicendum eſt de vocabulis Conſubſtantialis, Trinitatis, Perſonæ, & cæteris quæ de [illegible] in ſuperiori capite diximus. Hieronymus: *[illegible]*

Tract.de vera ac pia fid.

De Theol or.5.

De Bapt.contr.Donat.l.4. c.23.

Ib.lib.2.c.[illegible]

[illegible]

REGVLA

REGVLA QVARTA.

Veteres ſæpiſſimè nomine Traditionis non ſignificant Dogmata, ſed ritus Eccleſiaſticos, & vt magis commendent ordinem Eccleſiaſticum, ritus ipſos ad Apoſtolos authores vulgò referunt.

Confirmatio.

Quàm varii fuerint ritus Eccleſiaſtici, quantoque ſtudio veteres eiuſmodi ritus commendarint, vt vias omnes Schiſmaticis obſtruerent, nihil attinet hic ſpeciatim commemorare, quandoquidem his rebus libri veterum abundant. Quare videant lectores quid ſcripſerit hac de re Auguſtinus in duobus epiſtolis ad Ianuarium. Certè Hieronymus ordinem & ritus Eccleſiæ ita commendabat: *Vnaquæque, inquit, prouincia inſtituta maiorum, leges Apoſtolicas arbitretur:* quæ quidem verba Hieronymi commodè intelligenda ſunt. Multa enim veterum inſtituta propter varias circunſtantias mutanda eſſe ne ipſi quidem Pontificii negauerint: nec æquum fuerit ritus Eccleſiaſticos hac in parte cū dogmatibus ipſis exæquare. Itaq; dicebat Tertullianus ſolam legem fidei immutabilem permanere: & Hieronymus ipſe monet, *ſeruandas eſſe conſuetudines Eccleſiæ, quæ, inquit, fidei non officiunt.*

Epiſt. 118 & 119.

Ad Lucium.

Ad Lucium.

REGVLA QVINTA.

Quidam ex veteribus cum næuos quoq; ſuos haberent, nimis indulſerunt eiuſmodi traditionibus non ſcriptis, ac proptereà ſe aliquando ad hæreticos inclinarunt.

Confirmatio.

Libro. 3. Hiſt. Eccleſ. cap. vlt.

Supra ex Irenæo audiuimus veteres hæreticos ſuis erroribus traditiones non ſcriptas prætexuiſſe. Et narrat Euſebius de Papia qui paradoxa quædam in Eccleſiam inuehebat, quaſi illa eſſent ab Apoſtolis per manus tradita: eiuſmodi fuit error Chiliaſtarum, in quem Tertullianus, Iuſtinus Martyr, & aliquot alij lapſi ſunt. Quare non ſine iudicio legendi ſunt veterum Doctorum libri.

REGVLA SEXTA.

Multi libri nomina veterum ementiuntur, qui tamen ſunt ſuppoſiti.

Confirmatio.

Factum eſt librariorum culpa, vt plerique libri falſò præferant eorum Doctorum nomina, quos inprimis vetuſtas commendauit. Vt illæ rapſodiæ Clementi Pauli diſcipulo attributæ: vt liber de reuelatione capitis Ioan. Bapt. Cypriani nomine honoratus, cùm tamen illic fiat mentio Pipini Gallorum Regis. Vt denique multa volumina in quibus Auguſtini nomen inſcriptum, eſt vbi ipſius Auguſtini ſententia refellitur: ne ſexcenta eiuſmodi mihi commemoranda ſint. Quapropter, quod aliquando Hieronymus dixit de libris Apocryphis, multò magis de veterum Doctorum libris dicendum eſt, *Caueat, inquit, omnia Apocrypha, & ſi quando ea non ad dogmatum veritatem ſed ad ſignorum reuerentiam legere voluerit, ſciat non eorum eſſe quorum titulis prænotantur, multaque his admixta vitioſa, & magnæ eſſe prudentiæ aurum in luto quærere.* Hæc ille.

Ad Lætam.

His igitur regulis ſubnixi iam nobis occurrendæ ſunt Pontificiorum obiectiones ex veterum Doctorum ſcriptis petitæ.

Obiect. I.

[illegible]. *[illegible] qui in meſſem Domini [illegible]*

Libro 1. ſtro. Ibid. lib. 5. 1. Cor. 2.

cum habet agriculturam, non ſcriptam & ſcriptam. Item, *ut Philoſophi quædam arcana de ſuis dogmatibus tradiderunt, ita etiam Apoſtoli: ut ait Paulus, Sapientiam loquimur inter perfectos.*

Reſp.

Reſpondeo, Authorem iſtum non ſatis puré hanc quæſtionem tractaſſe, & hunc næuum in eo facilé deprehendo ex ipſa Scriptura. Sic enim Chriſtus: *Quod uobis dico in tenebris, palám annunciate, & quod auditis in aurem, prædicate ſuper tecta, &c.* Quare fallitur Alexandrinus ille, dum myſteria Chriſtianæ religionis cum arcanis Philoſophicis commiſcet. Et Irenæus ac Tertullianus teſtes ſunt, veteres hæreticos in ea fuiſſe ſententia, quam Alexandrinus proponit, adeóque abuſos fuiſſe illis verbis Pauli; *Sapientiam loquimur inter perfectos,* Irenæus affirmat. Idem Clemens non dubitauit dicere Græcos fuiſſe per philoſophiam ſeruatos. Velim igitur lectores meminiſſe regulæ quintæ, quam paulò anté propoſuimus, ne veterum Doctorum næui nobis imponant. cæterúm cúm duplicem conſtituit agriculturam, certé per *agriculturam non ſcriptam* non videtur eas traditiones intelligere voluiſſe quæ pugnant cum Sacris literis. Bonus enim agricola, quod vna manu plantauit, altera euellat? Itaque ne ſic quidem Pontificiorum cauſa poterit ſubleuari.

Matth. 10.

Lib. 3. cap. 2. de præſcript. Ibidem. Libro 6. ſtrom.

Obiect. 2. Lib. 3. cap. 2.

Irenæus. *Cùm ad eam traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, prouocantur hæretici, quæ per ſucceſſiones Presbyterorum cuſtoditur in Eccleſiis, dicunt ſe Apoſtolis ſapientiores. Itaque neque Scripturis, neque traditioni conſentiunt.*

Reſp.

Agebatur de vero Deo & Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem hæretici illi negabant: qui cúm vrgerentur ſacræ Scripturæ teſtimonijs, confugiebant ad dogmata quædam per manus tradita. Rurſus quum illis obijceretur, doctrinam de vero Deo fuiſſe per manus quoque traditam, ita vt dubitari non poſſet, quin illa doctrina, quæ in Scriptis Apoſtolicis continetur, ab ipſis Apoſtolis manaſſet ad Eccleſiam Chriſtianam: hic in blaſphemiam impudentiſſimé prorumpebant. Quare nomine traditionis Irenæus ſignificat illa ipſa dogmata, quæ continentur in ſacris literis, & in Eccleſia traduntur, hoc eſt, annunciantur. Qua de re ſuprá in ſecunda regula.

Obiect. 3. De cor. milit.

Tertullianus. *Si nulla Scriptura determinauit, certè conſuetudo corroborauit, quæ de traditione manauit.* Et Pauló poſt: *harum diſciplinarum ſi legem expoſtules, Scripturam nullam inuenies, traditio prætenditur auctrix, conſuetudo confirmatrix, fides obſeruatrix.*

Reſponſ.

Quærebatur an liceret Chriſtianis caput ſertis coronare, quod veteri quodam inſtituto fuerat interdictum, nimirum propter Gentiles qui coronati ſuis idolis ſacrificabant. Non deerant autem qui dicerent hoc ornamenti genus eſſe adiaphorum, quod vehementer negat Tertullianus, quia videbatur Chriſtianam religionem prodere, qui hac in re cum idololatris communicabat. Profert igitur veterum conſuetudinem ac traditionem, licet nominatim hoc interdictum in Scriptura non extaret. Sed ſi conſideret morem illum vetuſtiſſimum habuiſſe fundamentum in Scriptura, vbi per ſeſe ſcandala omnia interdicuntur, & præſertim quod hic Paulus aduerſus eos qui cum ſcandalo idolothyta veſcebantur, & multa alia in hanc ſententiam. Quare non

1. Cor. 10.

hîc agitur de dogmatibus, ſed ſolis ritibus, quos pro varia temporum ratione mutari poſſe, ne longè abeam, docet hic locus nobis obiectus. Iampridem enim & illud interdictum de coronis & ſeruis, & multa alia, quæ ibidem recenſet Tertullianus, inter Chriſtianos obſoleuerunt. Vide igitur Reg. 3. & 4. ſuprà. At noſtra diſputatio de fidei dogmatibus inſtituta eſt.

Obiect. 4.

Baſil. *Dogmata quædam ſunt ſcripta, quædam ex Apoſtolorum traditione in myſterio & occulto tradita & recepta: quorum vtraque parem vim habent ad pietatem.*

Reſponſ.

Quum in Eccleſia cantari ſolitus eſſet hic verſus, *Gloria Patri, & Filio, cum Spiritu Sancto*: plerique ex Græcis (qui vt plurimum fuere in Spiritum Sanctum iniquiores) hoc loquendi genus repudiabant, *cum Spiritu Sancto*, vt ita Spiritus Sancti Deitatem negarent. Hac de re longum ſermonem inſtituit Baſilius, & productis Scripturæ teſtimoniis, aſſerit Deitatem Spiritus Sancti: tum agnoſcit quidem ſuperius loquendi genus non reperiri in Scriptura totidem verbis, ſed affirmat ſatis eſſe, quòd res ipſa, de qua agebatur, dilucidè extaret in Scriptura. Inde oblata occaſione, diſſerit de traditionibus non ſcriptis, & tranſit ad ipſos ritus Eccleſiaſticos, inter quos recenſet vetuſtiſſimum illum morem, quo Chriſtiani à Paſchate ad Pentecoſten ſtantes adorabant. In hac igitur diſputatione, Baſilius non dubitauit proponere, quod vulgò iactabatur de arcanis Apoſtolicis: ex quo fit, vt Pontificij ex Baſilij verbis non inſultent. Verumenimuero, vt agnoſco eum animo bonitatem cauſæ, qua tum fretus erat Baſilius, cùm affirmabat Spiritum ſanctum eſſe Deum: ita (quod tanti viri pace dixerim) mihi videtur pauló curioſius aliena argumenta conquirere voluiſſe, quum veris ac propriis argumentis abundaret. Paſſim lucet in Scriptura Spiritus ſancti Deitas. Quorſum igitur Apoſtoli arcanas quaſdam formulas ea de re in occulto (vt loquitur Baſilius) & quaſi in aurem certis hominibus tradidiſſent? Obſecrò, ecquid erat in eo dogmate reticendũ, quod oportet inprimis Chriſtianos omnes profiteri? Porrò vocare arcanum & occultum, quod tunc temporis in vniuerſo propè terrarum orbe cantabatur, neſcio an Baſilio licuerit. Atque omnino quia commentum illud de arcanis Apoſtolicis fuit olim hæreticorum fundamentum (vt antè dictum eſt) neque iuuabat cauſam Baſilij, alioqui firmiſſimis rationibus ſubnixam; optauerim ego Baſilium ab illo argumento (ſi argumentum dicendum eſt) abſtinuiſſe, cùm non inepte veteres monuerint, [illegible] præter rem, quàm ad rem. Verùm, vt vt eſt, nihil habent Pontificij quod glorientur. Nam cùm Baſilius affirmat hoc loquendi genus, *cum Spiritu Sancto*, *fluxiſſe ex traditione Apoſtolica*, nihil aliud intelligit, id quod, quamuis non totidem verbis extet in Scripturis, re ipſa tamen Scripturæ ineſt: de quo vide regulam 3. Quid quod ne ipſi quidem Pontificij in ſuis Eccleſiis hoc loquendi genus tam ſedulò obſeruant, imo [illegible] quòd ille mos quo veteres [illegible] ſtantes adorabant, in obliuionem abiit. Quare videant Pontificij qua dextre nobis exponant hæc Baſilij verba, *vtraque parẽ vim habent ad pietatem*, vt ipſis cum Baſilio conueniat.

De Sp. ſancto cap. 27.

Chryſoſtomus

Obiect. 5. In 2. Theſſ. hom. 4. Chryſoſtomus. *Hinc patet, quòd non omnia per Epiſtolam tradiderint, ſed multa etiam ſine literis. Eadem verò fide digna ſunt tam illa, quàm iſta. Itaque traditionem quoque Eccleſiæ fide dignam putamus. Traditio eſt, nihil quæras amplius.*

Reſponſ. 2. Theſſ. 2. Hæc verba Pauli enarrans Chryſoſtomus, *Tenete traditiones quas edocti eſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam:* hinc colligit, non Paulum tantùm, ſed etiam reliquos Apoſtolos non omnia per epiſtolas tradidiſſe: quod quàm ſit conſectarium in ſuperiori capite expoſuimus. Verùm, vt illud omittamus (ne actum agere videamur) dico Chryſoſtomum loqui de illis traditionibus, quæ licet non ſint ſcriptæ totidem verbis, tamen reipſa inſunt Scripturæ. Alioquin hæc verba Chryſoſtomi ſtare non poſſunt: *traditio eſt, nihil quæras amplius.* Sequeretur enim nihil amplius quærendum in ſacris literis: quod abſit vt tanto viro vnquam in mentem venerit, qui lectionem Scripturæ identidem inculcabat. Itaque traditionem Eccleſiæ apud Chryſoſtomum intelligo doctrinam illam, quam Eccleſia ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis edocta tradit: hoc eſt, docet & fundit quæcunque hauſit ex puriſſimis Scripturæ fontibus, qua de re vide regulam 2.

Obiect. 6. In Iulian. Nazianz. *Nam Legis doctrina inſignior eſt propter Eccleſiæ figuras, quas traditione acceptas in hunc vſque diem ſeruamus.*

Reſp. Locum hunc expono, vt ſuperiorem proximum, nempe de iis traditionibus, quæ inſunt Scripturæ: ex regula 2. & 3. Nam ſi dicant Pontificij, nouum teſtamentum eſſe præſtantius, propter ſuam illam aquam benedictam, aut eiuſmodi miſſales nugas, riſum profectò mouebunt, vel lachrymas potius piis hominibus, qui erga Dei cultum ex animo ſunt affecti.

Obiect. 7. Hær. 61 & 75. aduerſ. Arria. Epiphanius. *Oportet etiam traditione vti. Non enim omnia à diuina Scriptura accipi poſſunt. Quapropter, quædam in Scripturis, quædam in traditione, ſancti Apoſtoli tradiderunt.*

Reſp. Illic agit Epiphanius de quibuſdam ritibus, quos olim Chriſtiani obſeruabant (vt in regula 4. dictum eſt) & multos recenſet, qui propemodum omnes etiam inter ipſos Pontificios iampridem eſſe deſierunt: vt hic igitur non iam nobiſcum, ſed cum Epiphanio, & aliis quos nobis obiiciunt, litigent Pontificii. Nam ſi illi vetuſtiſſimi ritus ſunt traditiones Apoſtolicæ, ſi parem cum Scriptura vim habent, ſi eâdem fide digni ſunt, qua Scriptura, ſi, cum eſſent traditiones, nihil quærendū fuit amplius, ſi fidelis debuit eſſe earum traditionum obſeruatrix (vt loquuntur illi Veteres, quos Pontificij accerſunt in ſuam cauſam) ecquænam hæc fuit audacia, traditiones illas non negligere modò, verumetiam, multos iam annos ſitu & ſqualore obductas, procul ab Eccleſia, & ab hominum memoria relegaſſe? Quid igitur facient traditionum aduerſarii, ſi talia audent qui traditiones defendunt?

Obiect. 8. Aduerſ. Luciferan. Hieronymus. *Quæ etiamſi ſcriptum non ſit in Actis Apoſtolorum, atque etiam ſi Scripturæ auctoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus inſtar præcepti obtineret. Nam & multa alia quæ per traditionem in Eccleſiis obſeruantur, auctoritatem ſibi ſcriptæ Legis vſurpauerunt, velut in Baptiſmo ter caput mergitare, lactis & mellis prægustare concordiam.*

Agebatur

Reſp. Agebatur de manuum impoſitione poſt Baptiſmum, ac propterea de Eccleſiaſticis ritibus: qua de re ſuprà, in Reg. 4. Nos autem diſſerimus de iis, quæ ſunt ad fidem ſalutemque neceſſaria: in quibus ſi veteres illos ritus numeres, quidnam ſunt reſponſuri Pontificij, qui præguſtationem lactis & mellis (cuius meminit Hieronymus) non admittunt? Atqui teſtatur Hieronymus, tum illam fuiſſe totius orbis conſenſu confirmatam, quæ nunc totius orbis conſenſu reiecta eſt.

Obiect. 9. Auguſtinus. *De quibus nihil certi ſtatuit Scriptura, mos populorum, vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt.* Item, *Illa, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruantur, dantur intelligi, vel de ipſis Apoſtolis, vel plenariis Concilijs (quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas) commendata & ſtatuta retineri: vt Domini paſſio, Reſurrectio, &c.* Ad Caſulan. epiſt. 86. Ad Ianuar. epiſt. 118.

Auguſtinus illic agit, non de dogmatibus fidei, ſed de ritibus Eccleſiaſticis, de quibus admonuimus in Reg. 4. Et certè quum ſola coniectura ducatur Auguſtinus: ex eo ſatis patet non ibi tractari de rebus ad fidem neceſſariis. Cæterùm idem Auguſtinus in ſequenti epiſtola conqueritur quòd Scriptura neglecta, omnia eſſent plena præſumptionibus: atque monet leui nos iugo fuiſſe à Chriſto ſubiectos: obſecrò, quid dicturus, ſi ingentem illam cæremoniarum molem vidiſſet, & traditionum onus Ætna grauius, quo Pontificii iampridem Eccleſiam oppreſſerunt? Poſſint fortaſſis alia eiuſmodi nonnulla ex veteribus deprompta, in medium proferri: ſed quorum ſolutio facilè ex iis, quæ à nobis dicta ſunt intelligatur. Ac ne putent traditionum aduocati, veteres Doctores ita commendaſſe traditiones, vt aliquid propterea detractum voluerint Scripturæ authoritati; ecce huc ſe ſiſtant illi ipſi veteres, &, nobis tacentibus, iam illi ſuis verbis exponant, quid de Scriptura & de traditionibus non ſcriptis ſenſerint: atque, ſi quod vulnus fecerint in ſuperioribus obiectionibus, apponant ipſi ſua manu medicamentum: vt nobis certò ſtatuere liceat, præſtare ſequi veteres Doctores cum Scriptura, quàm cum illis ipſis Doctoribus, à Scriptura aberrantibus (ſicubi contingat) abduci à vero: quod profectò venia potius dignum fuerit, quàm imitatione. Iam igitur veteres Doctores audiamus.

CAPVT VI.

IRenæus. *Apoſtoli Euangelium prædicauerunt, poſteà verò per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei noſtræ futurum.* Item, *Oportet confugere ad Eccleſiam, & eius ſinu educari, & Dominicis Scripturis enutriri. Plantata eſt Eccleſia Paradiſus in hoc mundo. De omni ligno Paradiſi eſcam manducabitis, inquit Spiritus Dei: hoc eſt, de omni Scriptura Dominica manducate.* Aduerſ. hæreſ. lib. 3. cap. 1. lib. 5.

Tertullianus. *Aufer hæreticis quæ cum Ethnicis ſapiunt, vt de Scripturis ſolis quæſtiones ſuas ſiſtant, & ſtare non poterunt.* Sic olim Tertullianus hæreticos refellebat: at nunc hæretici habentur à Pontificiis, qui volunt de Scripturis ſolis ſuas quæſtiones ſiſtere. Item, *Nobis* De Reſur. carn.

curiositate opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post Euangelium. Cum credimus nihil desideramus vltra credere, hoc enim primùm credimus, non esse quod vltra credere debeamus. Item, *Doceat Hermogenes scriptum esse: si non est scriptum, timeat Vae illud adijcientibus, aut detrahentibus destinatum.* Origenes. *Necesse nobis est Scripturas sanctas in testimonium vocare: Sensus quippe nostri & enarrationes sine his testibus non habent fidem.* Iustinus Martyr. *Iustinus confugiebat ad Scripturas, vt in omnibus tutus esset.* Athanasius. *Sufficiunt sanctae & diuinitus inspiratae Scripturae, ad veritatis indicationem.* Hilarius. *Bene habet, vt ijs quae scripta sunt contenti simus.* Cyrillus. *Non omnia quae fecit Dominus scripta sunt, sed quae scribentes putauerunt sufficere, tam ad mores, quàm ad dogmata.* Chrysostomus. *Si quid vel discere vel ignorare opus sit, ex Scripturis discemus.* Item, *Si quis eorum, qui dicuntur habere Spiritum sanctum, dicat aliquid ex seipso, & non ex Euangelijs, ne credite. Manes dicit quòd Sol & Luna opifices sunt. Vbi legisti haec? Ex quo non legis haec scripta, sed à seipso loquitur, manifestum est quod non habet Spiritum sanctum.* Item, *Qui sunt in Christianitate, conferant se ad Scripturas, quia nulla alia probatio potest esse verae Christianitatis, quam Scripturae diuinae.* Basilius. *Manifestum imbecillitatis argumentum, signumque superbiae certissimum, si quis eorum quae scripta sunt, aliquid velit reijcere, aut eorum, quae non scripta sunt, introducere, cum Dominus noster dicat: Oues meae vocem meam audiunt, alienum autem non sequuntur.* Item, *Quicquid vel dicimus, vel facimus, id testimonio diuinarum literarum confirmari debet.* Item, *Apostolus sumpto ab hominibus exemplo* (Gal. 3.) *Vehementissimè interdicit, ne quid eorum, quae in Diuinis literis habentur, deleatur, aut, quod absit, addatur.* Item, *Si omne quod ex fide non est, peccatum est, fides autem ex auditu, auditus vero per verbum Dei: sine dubio, etiam quicquid extra diuinam Scripturam fit, ex fide non sit, id peccatum est.* Item, *Stemus arbitratui inspiratae à Deo Scripturae, & apud quos inueniuntur dogmata diuinis oraculis consona, illis omnino veritatis adiudicetur sententia.* Item, *Rerum quae apud nos in vsu sunt, tam verborum quàm rerum, alia distinctè tradita sunt in Scripturis, alia praetermissa: scripta, nullo modo tradenda sunt: de ijs autem quae praetermissa sunt, regulam habemus à Paulo traditam: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* Hieronymus. *Ecclesia Christi in toto orbe Ecclesias possidens, Spiritus vnitate coniuncta est, & habet vrbes Legis, Prophetarum, Euangelij & Apostolorum: Non est egressa de finibus suis, id est, de Scripturis sanctis.* Item, *Quae absque authoritate & testimonio Scripturarum, quasi traditione Apostolica sponte confingunt, percutit gladius Dei.* Item, *Quod de Scripturis authoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Augustinus. *Nec ego Nicaenum, nec tu debes Ariminense, tanquam praeiudicaturus proferre Concilium: nec ego huius authoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum authoritatibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet.* Item, *Canon Ecclesiasticus constitutus est, ad quem Prophetarum & Apostolorum libri pertinent, secundum quos de caeteris literis vel fidelium, vel infidelium iudicamus.* Item, *Dominus nihil credi voluit aduersus confirmatam Scripturarum authoritatem.* Item, *Afferimus diuinam stateram de Scripturis sanctis, & in illa quid sit grauius appendamus.* Damascenus. *Vt arbor plantata secus decursus aquarum, sic anima irrigata diuina Scriptura maturum affert fructum, fidem*

ortho

Aduers. Hermog.
In Ierem.
In Trypho.
Cont. Idol.
De Trinit. l. 3.
In Io. lib. 12. cap. 68.
In 2. Timoth. hom 9.
De sanct. & orando Spir.
In Matth. hom. 49.
Tract de ve. ac pia fide.
In mor. lib. Reg. 26.
Tract. de ve. ac pia fide.
In moral. Reg. 80.
Epist. 80.
In Reg. breuior. Interr. 1.
In Mich. l. 1. c. 1.
In Agg. c. 1.
In Matt. c. 23.
Cont. Maximin. l. 3. c. 14.
Cont. Cresc. gram. lib. 2.
Cont. Faust. Manich. l. 13. c. 5
De bap. cont. Donat. lib. 2.
De orth. fid. lib. 4. c. 18.

orthodoxam. Item, *Cuncta quæ tradita ſunt per legem, per Prophetas, per Apoſtolos, & Euangeliſtas ſuſcipimus, cognoſcimus, veneramur, nihil vltra illa perquirentes.* Ac ne ipſos Scholaſticos negligere videamur: Scotus, *Patet quod Scriptura ſufficienter continet doctrinam neceſſariam viatori.* Petrus de Stilliaco. *Recurrendum eſt ad ſolas Scripturas, vt vitam æternam adipiſcamur. Sic Gratianus in ſua decreta retulit ſententiam Auguſtini, quam in ſuperiori capite recenſuimus, & ſexcenta eiuſmodi, ne longius in illam ſyluam progrediamur.*

De orth. fid. lib. 1. cap. 1.
In Prol. Lombard.
Quæſt. 1. in prin. in 4.
Can. ego ſolis. diſtinct. 9.

Conclu. obiection. ex Veterib. Doctorib.

Vt igitur hunc locum de obiectionibus Pontificiorum, quas illi depromunt ex veterum ſcriptis, tandem aliquando concludamus, eas omnes vno enthymemate comprehendemus.

Veteres Eccleſiæ Doctores cenſuerunt, præter Scripturam traditiones quoque non ſcriptas eſſe recipiendas. Ergo non omnia quæ ſunt ad fidem ſalutemque neceſſaria in Scriptura continentur.

Reſponſio.

Expono Antecedens. Nam ex iis veterum teſtimoniis, quæ nunc audiuimus ſatis eſt perſpicuum, veteres non vno tantùm modo de Traditionibus ſcripſiſſe: ita vt veterum prius intelligenda fuerit, quàm nobis obiicienda ſententia. Sit igitur hæc ſumma eorum omnium, quæ veteres Doctores, qui præſtantiores habentur, de Traditionibus ſcripſerunt: Ea omnia quæ tradita ſunt Eccleſiæ, vel ad dogmata & mores, vel ad ritus, atque ordinem Eccleſiaſticum, pertinere. Quæ ad dogmata, & mores pertinent, in Scriptura contineri: nec obſtare, ſi quædam loquendi genera ad faciliorem dogmatum explicationem vſurpata non totidem verbis in Scriptura reperiantur, modò res ipſa & ſenſus illis verbis ſignificatus extet in Scriptura. Quæ verò ad ritus & ordinem Eccleſiæ pertinent, ſi ſint cum Scripturis conſentanea, ſi ædificationi Eccleſiæ ſeruiant, denique ſi communi Eccleſiæ conſenſu recepta ſint, eſſe magna cum reuerentia obſeruanda. Hanc eſſe veterum ſententiam ex ſuperioribus ſatis arbitror eſſe manifeſtum. Ex quo apparet Pontificios falſam hypotheſin ſumpſiſſe.

Error ſuperioris obiect.

Itaque nego Conſequens. Error eſt ex figura dictionis, ſiquidem ratiocinantur ex dictis veterum perperam intellectis. Alius error, quòd petunt principium, dum pro confeſſo aſſumunt id, quod eſt in diſquiſitione poſitum. Quæritur enim inter nos, an in dogmatibus fidei conſtituendis, ſola Scriptura audienda ſit, necne. At iſti nobis proponunt ſententiam veterum Doctorum, & ex illa ſtatuunt non ſolam Scripturam eſſe audiendam: videlicet obliti hoc ipſum inter nos eſſe controuerſum. Nam ſi hoc dogma de quo diſputamus ſtatui poteſt ex veterum ſcriptis, ſequitur non ſolam Scripturam in ſtatuendis fidei dogmatibus, eſſe audiendam. Quare non ſatis rectè Pontificii diſputant, ex petitione principii.

Correct. ſup. obiectionis.

Quare ita corrigendus eſt error ſuperioris concluſionis. Quandoquidem omnium veterum Doctorum ſcripta ad ſacræ Scripturæ normam exigenda ſunt (ita iubente verbo Dei, & ipſis Veteribus facilè aſſentientib.) & veteres Eccleſiæ Doctores tradiderunt, dogmata quidem fidei ex ſolis Scripturis eſſe ſtatuenda: at ritus Eccleſiaſticos, ſi ſint cum Scriptura conſentanei, ſi ædificationi Eccleſiæ ſeruiant, denique ſi communi Eccleſiæ conſenſu recepti ſint, eſſe magna cum reuerentia obſeruandos: quærendum eſt, vtrùm hæc veterum ſententia cum Sacris literis conueniat, vt eatenus recipiatur, quatenus firmamentum habebit in Scriptura. Quia vero de ſolis dogmatibus ad fidem ſalutemque neceſſariis, noſtra hæc inſtituta eſt diſputatio, ne videamur vagari extra terminos propoſitæ quæſtionis, hic ſubſiſtemus: nec aggrediemur diſputationem de ritibus Eccleſiaſticis: quam, ſi res poſtularit, & Dominus conceſſerit, in aliud tempus differemus.

Conclusio totius Disputationis.

Hæc habui quæ diſputarem de Verbo Dei ſcripto aduerſus humanas traditiones ex doctiſſimorum hominum ſcriptis collecta: atque ex noſtra methodo, theologicé ſimul, & ſcholaſticé tractata. Ex quibus omnibus eluceſcit noſtræ ſententiæ veritas, ſuperatis errorum & fallaciarum tenebris, ſummo illuſtrique loco ante omnium oculos conſtituta: ſic enim ſententiam noſtram propoſuimus, explicauimus, confirmauimus: aduerſariorum autem errorem refutauimus; & eorum argumenta, cùm ex Sacris literis, tùm ex ſcriptis veterum petita diſſoluimus: vt omnibus pateat veriſſimum eſſe hoc dogma, quod noſtra, hoc eſt, ex verbo Dei reformata, ac propterea orthodoxa, veróque Catholica Eccleſia profitetur: *Omnia dogmata fidei Chriſtianæ neceſſaria in Scriptura ſacra contineri.*

LOCVS DE VNICO CHRISTI SACERDOTIO ET SACRIFICIO, ADVERSVS commentitium Miſſæ Sacrificium.

PRÆFATIO.

In laudem Baſilij. Pindar.

NON immerito Græcum illum Poetam laudauit Nazianzenus, qui recta, commodáque rerum initia columnas aureas appellabat. Vt enim niſi firma fundamenta iaciantur, ſuperuacanea eſt, & inutilis ædificatio: ita vix vllus laborum noſtrorum fructus ſperari poteſt, niſi conuenientibus & aptis initiis nitantur: nec fœlix progreſſus expectandus eſt, niſi fauſta initia præceſſerint. Cùm igitur ea fidei dogmata, quæ ſunt inter nos & pontificios controuerſa, Theologicè ſimul, & Scholaſticè tractanda exiſtimarem: vt ita Monachorum effrænatæ declamationes tanquam in gyrum accuratæ & Theologicæ diſputationis ducerentur (ſi modo ab illis id obtineri queat) initium fecimus à loco de Verbo Dei ſcripto aduerſus humanas traditiones: eamque nos diſputationem anno ſuperiore propoſuimus, vt eſſet firmiſſimum reliquarum omnium diſputationum fundamentum. Nam hoc pacto nobis viſi ſumus ſequentibus tractationibus columnas aureas ſuffulcire, ſi quum de fidei capitibus agitur, primum omnium, ipſi Dei verbo, quo vno fides noſtra fundanda & conſtituenda eſt, ſua conſtaret authoritas. Nunc autem vt ſuper hoc præſtantiſſimum fundamentum (liceat enim nobis hæc Apoſtolica verba vſurpare) aurum, argentum, & lapides pretioſos ædificemus: hoc eſt, dogmata cum verbo Dei conſentanea proferamus, ecce, proponimus locum de vnico Chriſti ſacerdotio & ſacrificio, inter alios Theologiæ locos celeberrimum, & quo præcipuum ſalutis noſtræ caput continetur. Huc enim redit ſumma totius huiuſce diſputationis, vt intelligamus, quænam & quanta ſit efficacitas, qui fructus, & quæ merita mortis ac paſſionis Ieſu Chriſti Eccleſiæ Redemptoris, & æterni, ac ſolius Sacerdotis noui Teſtamenti: qui ſemetipſum in cruce ſemel tradidit, & obtulit Deo pro peccatis noſtris: & qui (vt aliquando ſcitè ac verè dixit Auguſtinus) *orat pro nobis, vt ſacerdos noſter: orat in nobis, vt caput noſtrum: oratur à nobis, vt Deus noſter.* Quæ omnia ſi, vt par eſt, ex verbo Dei definiantur: facilè cognoſcemus, quid ſit, tum ſacerdotium Chriſti, tum ipſius ſacrificium, ne nobis Pontificii ſuorum ſophiſmatum captionibus fucum faciant. Enimuerò, vt mirum maximè, ita quoque dolendum eſt, tantóſque dolos & fallacias Satanæ procedere potuiſſe, vt omnes propè veterum Ethnicorum ritus ab Apoſtolis damnatos, exploſoſque, mutatis tantùm nominibus in vſum reuocauerit: & retento Chriſti nomine, veram Chriſti cognitionem, adeóque Chriſtum ipſum, quoad eius fieri potuit, ex animis hominum delêrit. Sic enim Romanus Pontifex, dum Chriſti vicarius ſalutatur, reipſa ille eſt Aduerſarius, de quo locutus eſt Apoſtolus: ſic Epiſcopi nomine tenus Apoſtolorum ſucceſſores, reipſa doctrinam Apoſtolorum totis viribus oppugnant: ſic illi ipſi Pontificii ſplendido & auguſto nomine Eccleſiæ Catholicæ gloriantes, veram & verè Catholicam Eccleſiam, & pios quoſlibet diuini verbi puritatem amplexos, totos iam annos 70. crudeliter inſectantur. Longum eſſet iter ad omnia: quæ, & aliud tempus, & longiorem orationem deſiderant. Sed, vt in rem præſentem veniamus: nonne ipſum Miſſæ ſacrificium (aduerſus quod inſtituta eſt hæc noſtra diſputatio) ipſius Chriſti ſacrificio tantas offudit tenebras, vt præcipuum hoc fidei caput in obliuionem abierit? Nonne iſtud hominum commentum (quæ eſt humanæ ſuperſtitionis fœcunditas) in tot & tam multiplices cæremonias, tot geſtus, tot ſigna, tot deniq; tantaq;, ſcilicet, myſteria penitus abſtruſa, ac ne ipſis quidem Pontificiis ſacerdotibus cognita, tandem excreuit: vt tibi videaris in Numæ ſchola, & in veterum Pontificum Romanorum collegio, potius quàm in Apoſtolorum doctrina, & in Eccleſia verſari? Nam quid commemorem variam Miſſalis ſacerdotis actionem, varioſq; geſtus ac motus corporis in ſub illo ſacrificio peragendo? Nunc enim rectum, nunc incuruum, nunc ſe in orbem verſantem,

Fundamentum huiuſce diſputationis

1.Cor.3.

Vſus præſentis diſputationis.

In Pſal.85.

Pontificiorum errores.

2.Theſſ.2.

Miſſæ ſacrificium Chriſti ſacrificio contrarium.

Variæ ac multiplices cæremoniæ Miſſæ eædemq; cùm ineptæ, tum perabſurdæ.

quandoq; in medio orbe ſubſiſtentem, ſæpe ſtantem, nonnunquam tardè inambulantem videas: brachiis modó paſſis, modó contractis, nunc ſublatis, nunc depreſſis: digitis veró in diſignandis crucibus perpetuó occupatis: ſæpe apud ſe tacité loquentem, nunc alios (quos tamen ne conſpectu quidem dignatur) alta voce cópellantem: aliquoties pani & calici inſuſurrantem, aliquando etiam dormitantem, tum autem excitatum, alta deinde ſuſpiria ducentem, & continuó in cantum clariſſimum erumpentem. Hæc & ſexcenta eiuſmodi (quæ libens prætermiſi, ac ne hæc quidem dicturus, niſi me res ipſa coegiſſet) quid, obſecro, cómmune habent, vel cum ſanctiſſimo ſacrificio, quod Chriſtus ſemel fecit pro nobis moriens, vel cum ſacro Cœnæ Dominicæ myſterio? Atqui hoc eſſe Chriſti ſacrificium, & hanc eſſe Cœnam Domini, Pontificij nobis, ſcilicet, affirmant: ſimiliterq; faciunt, vt ſiquis tabulam exeſam & vetuſtate conſumptam ſituq; ſqualidam, pro re ad viuum ſuis coloribus expreſſa nobis obtruderet. Nec veró in hanc errorum voraginé maiores noſtri ſtatim præcipites ruerunt: ſed ea fuit aſtutia Satanæ, vt pedetentim homines in errorem pellexerit, donec tandem eos in iſtud cæremoniarum ac ſuperſtitionum pelagus demerſerit. Quinetiam, quod magis mirum videri debeat, ipſorum quoq; proborum hominũ ſtudio & diligentia abuſus eſt, & ſanctum eorum propoſitum, pióſque conatus in contrariam partem omnino conuertit. Etenim cúm ſacrificij nomen priſcis illis temporibus ſanctiſſimum, tam apud Gentiles, quám apud Iudæos haberetur, nec crederetur vlla ſine ſacrificio religio eſſe poſſe: atq; etiam pleriſq; inuiſi eſſent Chriſtiani, quód externa ſacrificia ſuſtuliſſent: huic rei vt remedium adhiberent, operæpretium ſibi viſi ſunt facturi Maiores noſtri, ſi teſtarentur, Chriſtianam Eccleſiã non eſſe ſine ſacrificio: quippe quæ vnico, eodémq; perfectiſſimo Chriſti ſacrificio in cruce facto, cuius ſacrificij virtus eſt perpetua, frueretur. Iam quia ſanctiſſimi illius ſacrificij memoria in ſacræ Cœnæ Dominicæ myſterio celebratur: vulgó obtinuit, ut Cœna Domini, ſacrificium vocaretur: vt ita Veteres ſignificarent, nullam eſſe cauſam quamobrem Iudæi & Gentiles abhorrerent ab Eccleſia Chriſtiana, tanquam omnibus ſacrificiis deſtituta: cum potius illa longé præſtantiſſimo ſacrificij genere freta eſſet. Cúm enim vnici ſacrificij ſemel pro nobis in cruce facti memoriam identidem celebraret, & ſpirituale ſacrificium laudis & gratiarum actionis, adeóq; ſe totam Deo per Chriſtum offerret: iniquiſſimum erat obiicere: nulla eſſe ſacrificia in Eccleſia Chriſtiana; quæ ſolet per Chriſtum offerre Deo ſacrificia, vt ſpritualia, ita maximé noui Teſtamenti temporibus accommodata. Atq; hoc quidé fuiſſe Maiorum noſtrorum conſilium ſi velimus replicare memoriam temporum, cúm ex aliis Veterum ſcriptis, tum ex apologiis nomine Chriſtianorum editis, perſpicuum eſſe poteſt. Verúmenimueró, vt ingenium eſt hominum, ab rebus ſpiritualibus procliue ad res externas & craſſiores: gliſcéte indies ſuperſtitione, coaceruatis erroribus, & puriore doctrina ſenſim obſoleſcente: res tandem eó deuenit, vt poſt multa annorum ſecula, ſacra Domini Cœna fuerit in craſſum externúmq; ſacrificium commutata: Paſtores qui Eccleſiam docebant in ſacrificulos

Paulatim ad tantum cæremoniarum cumulum peruentum eſt. Satan abuſus eſt pio Maiorum noſtrorum ſtudio.

Qui factum ſit vt cœna Domini, ſacrificium vocaretur.

Cœna Domini in Miſſam conuerſa.

los conuerſi: prædicatio Verbi Dei, in ſacerdotum muſſitantium ſuſurrationes: menſæ, in altaria: communio, in vnius ſacerdotis actionem, qui, cæteris omnibus á tergo reiectis, ad ſe vnum paſcendum maximopere intentus eſt. Ac nequid fortè ad transformationem deeſſe videretur, ipſa etiam elementa, ipſas rerum ſubſtantias in hoc Miſſæ ſacrificio commutari, & vt illi quidem loqui ſolent, tranſubſtantiari, poſterioribus ſeculis Pontificij tradiderunt. Itaq; quum Eccleſiæ Apoſtolicæ facies eſſet adeó immutata, deformatáq;, & ſanctiſſima Apoſtolorum inſtituta, (quoad eius fieri potuit) verſa, euerſaq; omnia: quid mirum, ſi in craſſiſſimis errorum & ignorantiæ tenebris homines iampridem verſati ſint? Poſtquam enim animæ ſalus huic vni commentitio ſacrificio fuit alligata: & infeſta illa dogmata, De fide implicita, & De opere operato ſimul recepta ſunt, adeó creuit hominum tum ſtupiditas, tum inſcitia, vt iam etiam neſcirent, ſe neſcire, quum res ſacras ignorare, magnæ virtutis, & imprimis Catholicæ fidei eſſe ducerent. Placuit igitur, & nimis placuit hominibus, hæc religionis exercendæ facilima ratio, vt huic tam affabre fabricato ſacrificio, hoc eſt, pompæ deliciis refertiſſimæ frequentes intereſſent: videntes quidem mirificas cæremonias, & peregrinorum verborum ſtrepitum audientes, ſed nihil eorum quæ fiebant & quæ dicebantur, intelligentes. Scilicet, hoc ſatis ſuperq; fuit, præſentes adeſſe, mirari, audire, & murmurantibus ſacerdotibus, alio viciſſim ſtrepitu admurmurare: quum perſuaſum haberent, ſe illo opere operato (vt loquuntur) ſeruari, & otioſos, ac propemodum nihil tale cogitantes, in cœleſtem hæreditatem, quaſi huius ſacrificii quadrigis ſuauiſſimè vectos, commigrare. Tanta fuit Satanæ, patris mendacii, hominibus illudentis, efficacitas: nimirum, Deo contemptum ſui verbi, & hominum ingratitudinem pœnis, vt iuſtiſſimis, ita grauiſſimis, vlciſcente. Nunc autem, quum tam craſſi ac fœdi errores, illucente Dei veritate, redarguuntur, exclamant Pontificij: indignum facinus! omnia miſceri, Eccleſiam ruere, pietatem extingui: maximam porró fieri rebus diuinis, ipſiq; religioni Chriſtianæ iniuriam, quum aliquid Miſſæ detrahitur: ſolem deniq; é mundo tolli, ſi Miſſæ ſacrificium tollatur. Sed cúm agnoſcamus vnicum Chriſti ſacrificium factum in cruce pro peccatis noſtris, & in illo ſpem ſalutis noſtræ collocemus: cúm illius ſacrificij memoriã ex ipſius Chriſti inſtituto in ſacra Domini cœna, ſumma cum reuerentia, celebremus: deniq; cúm corpus & ſanguinem Chriſti vera fide nos recipere profiteamur, in remiſſionem peccatorum & vitam æternam; obſecro vos Pontificij, cur nos tanquam hæreticos, & ſacrificij Chriſti inimicos damnatis? eam ſcilicet ob cauſam, quód veſtræ Miſſæ additamenta, veſtráſq; cæremonias, tum ridiculas, tum abſurdas, tum etiam verbo Dei contrarias repudiemus? Vos autem: cur apertæ veritati reſiſtitis, nec veremini planos expreſſoſq; Scripturæ locos de vnico Chriſti ſacerdotio & ſacrificio, toties á noſtris inculcatos, frigidis & inſulſis cauillationibus eludere? Nimirum egregiè confirmatis quod Auguſtinus de errore differens, his pene verbis: *Duo ſunt (ait) quæ errore hominum difficillimè tolerantur: præſumptio, priuſquam veritas pateat: & , quum iam patuerit, præſumptæ defenſio fal-*

Transſubſtantiatio.

Dogmata De fide implicita, & De opere operato, cum multis Miſſæ cæremoniis apprimè conuenientia.

Homines in ſua ignorantia aquieuerunt.

Pontificiorum iniuſtiſſimæ querelæ.

Pontificij apertæ veritati reſiſtunt, & planos Scripturę locos cauillationib. eludunt.

De Trinit. lib. 2. in Procem.

ſtatis. Quò minus ferenda eſt Monachorum pſeudonymorum audacia, qui Romanæ Eccleſiæ corruptelas omnes, quanquam abſurdiſſimas, præfractè tamen defendere ſtatuerint: quumque ex ipſis Pontificiis doctoribus plerique Sacrificii vocabulum, in hac quæſtione, de applicatione vnici illius ſacrificii, quod ſemel in cruce factum eſt, intelligãt: iſti nihilominus contendunt, in ſua Miſſa fieri verum, externum & propriè dictum ſacrificium: atq; ad eam rem efficiendam adhibent ſua ſophiſmata, quorum ſcilicet præſtigiis nobis imponunt. Nec verò ſum neſcius hoc Põtificiorũ commentum, & quaſlibet eiuſmodi Monachales ineptias à viris doctiſſimis fuiſſe grauiſſimè refutatas: nec ipſe in medium prodeo, quaſi nouum, & hactenus inauditũ aliquid dicturus: ſed ſperaui non omnino futurum inutile, ſi Sophiſtæ, veris *ipſius Dialecticæ* armis, & ab illa ipſa arte, quã immeritò quidem, ſed tamen fidenter, ſibi propè ſolis vẽdicant, profligentur. Quamobrem, vt nos copioſam aliorum, fuſamq; latius oratiõe & vberrima ſcripta laudamus, & ex iis legendis maximum nos fructũ percipere fatemur: ita nobis concedi petimus, vt hoc etiam contracto & ſcholaſtico ſcribendi genere vti nobis liceat: & quæ huius ætatis doctores, cùm doctrina, tum etiam ſumma dicendi facultate præſtantiſſimi fuſè, & latiore ſtylo conſcripſerunt: ea ex præceptis *ipſius Dialecticæ* ita proponere, vt ipſa tela, quæ nobis alij explicant & porrigunt: nos, quaſi ipſius artis diſſerendi lacertis, in cõmunes hoſtes vibrare videamur. Atq; vt id ſperẽ me facilè impetraturum, facit Auguſtinus: qui cenſuit *vtile eſſe de iiſdem quæſtionibus plures à pluribus fieri libros, diuerſo ſtylo, non diuerſa fide:* quandoquidem (inquit idem aliquantò poſt) *quanto fortius conuincuntur hæretici, quanto plures exitus patent ad eorum laqueos euitandos.* Hæc ille. Vt enim qui ad vnum, eundemq; portum contendunt, nõ poſſunt omnes in vno eodemq; nauigio contineri: ita in iis quibus propoſitum eſt, eandem doctrinæ veritatẽ, aduerſus hominum mendacia propugnare, ipſarum tractationũ varietas non debet, nec ſtyli diſſimilitudo reprehendi. Sed quia in præfatione primæ noſtræ diſputationis de Verbo Dei ſcripto, plura de hac re diximus: nõ erimus hoc loco longiores. Tantum peto à fratribus ac Symmyſtis meis plurimum obſeruandis, quibus haſce tractationes dicaui, atq; adeo à piis omnibus Theologiæ candidatis, quorũ ſtudia pro noſtro modulo cupimus adiuuare, vt tantulum hunc laborem boni conſulant, noſtriſq; argumẽtis noua etiamnum adiungant argumẽta, & ea quæ à nobis propoſita ſũt, ipſi, pro ingenij ſui doctrinæq; facultate locupletent. Pontificios autẽ hortor, atq; etiam obteſtor per Ieſum Chriſtũ, *qui dilexit nos,* inquit Apoſtolus, *& ſemetipſũ tradidit pro nobis, oblationem & victimã Deo in odorem bonæ fragrãtiæ:* vt humanis cõmentis, quæ Deus auerſatur, procul abiectis: relicto contendendi ſtudio: diſcuſſaq; errorũ caligine, ſe ad verã nobiſcũ de vnico Chriſti ſacrificio doctrinam recipiant: atq; ita iiſdẽ animis, ſumma cũ reuerentia, Chriſtum pro nobis crucifixum adoremus: vt eo ſolo ſacerdote freti, illiuſq; ſacroſancti ſacrificij, quod ſemel in cruce factum eſt, memoriam, non ex hominũ inſtitutis, ſed puro Dei verbo purè celebrãtes, virtutẽ eius perpetuã ſentiamus: atq; inde æternæ fœlicitatis hæreditatẽ, ſumma & gratuita Dei liberalitate & miſericordia, conſequamur.

Audacia Ieſuitarum.

Sophiſtæ veris armis profligandi ſunt.

De Trinit. lib. 1. c. 3.

Eod. lib. cap. 13.

Ad Pontificios cohortatio.

Ephes. 5.

CAPVT I.

VT Theologicæ & Scholaſticæ diſputationis methodum à nobis propoſitam ſequamur: primum omnium proponenda eſt & explicanda noſtra de vnico Chriſti ſacerdotio & ſacrificio ſententia. Hæc autem eſt huiuſmodi:

Nostra ſententia de vnico Chriſti ſacerdotio & ſacrificio.

Chriſtus eſt ſolus Pontifex, ac verè ſacerdos noui Teſtamenti, & eius ſacrificium ſemel in cruce peractum, eſt vnicum, reale, & externum in Eccleſia Chriſtiana, idemque vnicum propitiatorium pro peccatis noſtris.

Noſtræ ſententiæ expoſitio.

Cur ſacrificium introductum.

Quæ quidem noſtra, hoc eſt, Eccleſiæ Dei ex ipſius verbo reformatæ ſententia, vt facilius intelligi poſſit, pauca quædam nobis de ipſius ſacrificiis & eorum vſu dicenda ſunt. Quum Dominus (quæ fuit ipſius erga genus humanum miſericordia) Adamum in peccatum prolapſum ſpe certiſſima ſalutis confirmaſſet, eiuſque animum in expectationem Meſſiæ venturi erexiſſet, qui ſua morte tum Adamum, tum eius poſteros (prout imperueſtigabili Dei conſilio viſum eſt) cum Deo reconciliaret, eoſq; redderet æternæ vitæ participes: non dubium eſt quin præclaram hanc promiſſionẽ, non tantùm impreſſam in animo, ſed etiam externo aliquo ſigno, ceu pignore dato, confirmatam & obſignatam eſſe voluerit. Ex quo factum eſt, vt Adamus liberos inſtituerit in pietate & cultu Dei, atque inprimis in ſacrificiis offerendis: vt cuiuis perſpicuum eſſe poteſt, qui modò in Caini & Abelis hiſtoria verſetur. Atq; hoc diuinum inſtitutum in piis aliquot familiis multos annos ſanctè & religioſè conſeruatum fuiſſe, teſtatus eſt Noachus: cùm poſt diluuium offerret holocauſta ſuper altare, in quorum odore ſuauiſſimo (ita commemorante Moſe) Dominus acquieuit, ne multa alia eòdem ſpectantia mihi ſint, tum ex libris Moſis, tum ex hiſtoria Iobi proferenda. Porro cùm Deus voluit Eccleſiam illuſtriori quodam modo colligere, Moſen excitauit, cuius miniſterio traditi ſunt Iſraelitis varii ſacrificiorum ac cæremoniarum ritus, ſacris literarum monimentis: in quibus, ac præſertim in cæſis immolatiſq; victimis, ceu in tabula, nõ ſolùm pœna peccatis noſtris debita proponebatur: verumetiam Meſſias venturus, ita depictus, eiuſq; ſacrificium in cruce peragendum ita ad viuum expreſſum eſt, vt res ipſa propemodum oculis ſubiecta videretur. Tandé nouiſſimis temporibus Chriſtus in Lege & Prophetis promiſſus, exhibitus eſt: qui Legem impleuit, & aduentu ſuo, atq; inprimis ſua morte & oblatione corporis ſui, hoc eſt, vnico illo ac præſtantiſſimo ſacrificio in cruce facto (cuius legalia ſacrificia typi fuerunt & figuræ) externa ſacrificia abrogauit. Itaq; primis illis ac vetuſtiſſimis temporibus quæ Legem ſcriptam anteceſſerunt, ritus ſacrificiorum diuinis oraculis traditi, inſtar cuiuſdã adumbrationis, & craſſioris delineationis fuere: cui poſtea per Moſen viui colores additi ſunt, donec tandem Chriſtus ipſe veteribus ſacrificiis, non adumbratus tantùm, ſed etiam ad viuum expreſſus, mundo patefactus eſt: ac propterea corporis exhibiti præſentia & ſacrificium Chriſti reipſa peractum, finem legalibus cæremoniis ceu picturis, impoſuit. Cùm autem vnici illius ſacrificij virtus ſit perpetua (vt etiam Chriſtus eſt æternus ſacerdos, ſemper viuens, & interpellans

Geneſ. 4.

Geneſ. 8.

Iob. 1. & 42.

pellans pro nobis:) rationem Chriſtus ipſe in Eccleſia Chriſtiana inſtituit, qua tanti beneficii fructum percipere poſſimus: nempe Euangelii prædicationem & Sacramenta noui Teſtamenti: quibus mediis atque inſtrumentis ſacer Dei Spiritus, prout ipſi viſum eſt, vti ſolet: vt nobis applicet illius ſacrificii efficaciam & virtutem. Quamobrem, poſt mortem & reſurrectionem Chriſti (nec enim illa duo ſeparamus, cùm mortis Chriſti beneficium ideo ſit efficax, quia Chriſtus á mortuis reſurrexit) externorum & realium ſacrificiorum vſum nullum in Eccleſia locum habere credimus: ne Chriſti exhibitionem & aduentum adeóque ſacrificium ipſius ſemel oblatum negare velle videamur: quod profectò faciunt ii qui Miſſæ ſacrificium reale & externum obſtinatè defendunt. vt enim ſiquis debitam à multis pecuniam ſemel creditori perſoluerit, ea conditione, vt illi demum ab obligatione liberentur, qui hoc beneficio vti ſe velle profeſſi fuerint: ſtultum eſſet dicere, pecuniam toties numerandam, quoties hic vel ille profitebitur: (quandoquidem ſufficit ſemel creditori fuiſſe ſatiſfactum: ac tantùm ſupereſt, vt fructus ſolutionis ſemel factæ profitentibus applicetur) Ita, cùm Dominus mortis ſuæ ſacrificio ſemel pro nobis Deo ſatisfecerit, modò vera fide ſummus hoc beneficium percipiamus: certè ineptum, atque etiam impium eſt dicere, vt nobis ſacrificium Chriſti applicetur, Chriſtum eſſe denuo ſacrificandum. Atque hæc de explicatione noſtræ ſententiæ: quæ tamen vt etiamnum ſit dilucidior, excutiamus tam Subiectum quàm Attributum ſuperioris propoſitionis. Subiectum eſt, Chriſtus benedictus: de cuius nominis expoſitione, nulla hoc in loco nobis eſt cum pontificiis controuerſia. Sed in attributo, & in ſingulis eius partibus tota hæc diſputatio ſita eſt. Quare operæpretium fuerit Attributum ipſum paulò accuratius expendere, vt cùm in aciem diſputationis ventum fuerit, noſtræ tum obiectiones, tum reſponſiones faciliùs intelligantur.

Simile.

Termini propoſitionis exponuntur.

Quædam ſunt in hoc attributo quæ fortaſſe lucem aliquam deſiderent. Cùm enim Chriſtum appellamus Pontificem ac Sacerdotem: licet ea nomina vſurpemus quæ temporibus veteris Teſtamenti tam Aaroni quàm eius poſteris tributa fuerunt: hunc tamen noſtrum Pontificem & Sacerdotem longiſſimo interuallo à Leuiticis omnibus ſacerdotibus diſtinguimus: quippe ſacerdotem æternum, cuius legales ſacerdotes typi fuerunt. Atque id, ex iis quæ ſequuntur in Attributo, perſpicuum eſſe poteſt: præſertim cùm eum noui Teſtamenti ſacerdotem eſſe dicimus. Nec tamen ſum neſcius, Miniſtros Euangelii ſæpe à veteribus vocatos fuiſſe Sacerdotes, quum illi ad vetus Teſtamentum alluderent: ſed nos vocabulum propriè vſurpamus, ac propterea dicimus Chriſtum eſſe verè ſacerdotem, vt alluſiones & ſimilitudines remoueamus. Deinde ne quid inſidiarum lateat in vocabulo ſacrificii (quantùm enim hinc fallere conentur Pontificii, fiet ex ſequenti diſputatione manifeſtum) diligenter nobis vocabulum illud excutiendum eſt, & quatuor proponenda: ex quibus ſententiæ noſtræ veritas manifeſtior eſſe poſſit.

Attributum explicatur. Christus Pontifex & Sacerdos.

Sacrificij vocabulum exponitur.

Prima obſeruatio.

Primum: etſi manifeſtum eſt de vocabulis ipſis [illegible], quoties tamen iis vtimur vocabulis, quæ extant in Scriptura, ſimul retinenda eſt ea ſignificatio, in qua ab ipſa Scriptura vſurpantur. Nam ſiquis arbitratu ſuo, nouas illis ſignificationes affingeret: ille certe ab ipſis Theologicæ diſputationis finibus arceretur. Quamobrem diligenter animaduertendum eſt, quid Scriptura intelligat ſacrificij nomine. Vocabula Hebraica, Courban, Mincha, Hola, Zeuach, & ſiqua forte ſimilia occurrunt, Græci his vocabulis expreſſerunt: προσφορὰ, δῶρον, ὁλοκαύτωμα, ὁλοκάρπωσις, θυσία, θυσίασμα, & aliquot aliis conſimilibus. Latini veró interpretes modò vocabula Græca retinuerunt, vt holocauſtum, &, holocautoma: modó, Sacrificij & Oblationis nominibus vſi ſunt, quibus ſuperiora vocabula nobis explicarent. Ex quo perſpicuum eſt, Sacrificij vocabulum ita late patere apud Latinos Bibliorum interpretes, vt non ſolum ſignificet ſacras illas cæremonias, quibus olim victimæ ex præſcripto Legis immolabantur, ſed etiam oblationes ex rebus inanimatis confectas. Quinetiam vocabulum Zeuach apud Hebræos latius aliquando accipitur. Quanquam autem multæ olim ac variæ fuerunt ſacrificiorum ſpecies (vt patet ex libris Moſis, ac præſertim ex Leuitico) tamen mihi recte videntur Theologi omnia illa ſacrificia ita diſtribuiſſe, vt alia propitiatoria: alia gratiarum actiones dici poſſint. Quæ diſtributio facile colligi poteſt ex ipſis præceptis legalibus.

Exod. 30.
Leuit. 23.
Deut. 27. &c.

Sacrificiorum ſpecies.

Secundum: licet Hebraica nomina, & ipſum ſacrificij vocabulum, non actionem tantum, qua res offertur, ſed etiam rem ipſam oblatam ſignificet: tamen vſus obtinuit, vt Sacrificium magis propriè ad actionem referatur: res autem oblata, vel hoſtia, vel victima appelletur. Hæc igitur eſt propria & primaria acceptio vocabuli Sacrificij, vt ſignificet ſacram actionem qua res aliqua externa offertur & conſecratur Deo in eum finem & iis ritibus, qui ſunt ab ipſo instituti. Ex hac primaria ſignificatione, altera (vt fere fit) per ſimilitudinem deriuata eſt, qua ſpiritualis & interior Dei cultus, atque ipſa pietatis & charitatis officia, ſacrificia dici ſolent. Itaque, ne nobis imponat homonymia vocabuli, hæc diſtinctio neceſſariò proponenda eſt. Sacrificium aut propriè dici; atque ita ſignificare prius illud reale (ita enim dicamus) & externum ſacrificium: aut figuratè: & tunc, poſterius hoc ſacrificium denotare, quod diximus ad ſpiritualem Dei cultum & ad vitæ ſanctimoniam pertinere. Atque id loquendi genus tum in veteri, tum in nouo Teſtamento ſæpe occurrit. De hoc poſteriori nulla eſt in hæc quæſtione inter nos diſſenſio: omnes enim agnoſcimus, ſacrificia eiuſmodi interiora & ſpiritualia, etiam in noui Teſtamenti temporibus locum habere: de externis & realibus ſacrificiis tota hæc noſtra inſtituta eſt diſputatio. Nos enim affirmamus, poſt Chriſtum exhibitum, peractumque ipſius ſacrificium, quo ſeipſum pro nobis obtulit Deo, nullum amplius externum & reale ſacrificium ſupereſſe: quandoquidem, externum omne, & reale ſacrificium, aut fuit typus & figura ſacrificij Chriſti, aut fuit ipſum Chriſti ſacrificium ſemel oblatum in cruce: nec iam vllum in Eccleſia Chriſtiana, externum & reale ſacrificium, à Chriſto inſtitutum eſt.

Secunda obſeruatio.

Quæ ſit propria ſignificatio vocabuli Sacrificij.

Sacrificij vocabulum figuratè ſumptum.

Diſtinctio homonymiæ.

Pſal. 50. 51.
Oſ. 14.
Rom. 12.
Heb. 13.
1. Pet. 2. &c.

Cúm igitur non humanæ ſed diuinæ inſtitutionis Sacrificium eſſe debeat: nobiſq; non temeré, ſed ex vſu Scripturæ loquendú ſit: Scriptura veró poſt aduentum Chriſti nihil tradiderit de reali ſacrificio á nobis peragendo: ſed potius ſacrificiú Chriſti, vnicum ſacrificium appellet: nos vnico illo ſalutari & perfectiſſimo Chriſti ſacrificio contenti ſumus.

Tertia obſeruatio.

Tertium: cú legalia ſacrificia fuerint vel propitiatoria, vel gratiarum actionis (vt anté dictum eſt) affirmamus: ſacrificium Chriſti quod in cruce ſemel oblatum eſt, proprié & veré fuiſſe & eſſe propitiatorium.

1. Ioan. 4.
1. Ioan. 2.

Nam *Deus miſit Chriſtum* (inquit Iohannes) *vt eſſet propitiatio pro peccatis noſtris*; & alibi, *Ipſe eſt* (inquit) *propitiatio pro peccatis noſtris*, adeó vt qui nouum aliud propitiatoriú ſacrificii genus introduxerint, ii morti Chriſti, quantúm in ipſis eſt, renuntiare videantur.

Quarta obſeruatio. Applicatio ſacrificij.

Quartum: diligenter obſeruandum eſt, ſacrificium Chriſti diſtinguendum eſſe ab applicatione ipſius ſacrificii: adeó vt applicatio ſacrificii Chriſti, dici non poſſit ipſum Chriſti ſacrificium: quod vel ipſo naturæ ſenſu facilé intelligi poteſt: neq; res hæc deſiderat probationem longiorem. Cúm ergo Chriſtus ſemel ſacrificatus, nec debeat, nec etiam poſſit ampliús ſacrificari: ſupereſt tantúm vt virtus ipſius ſacrificii nobis applicetur. In ipſa veró applicatione duo conſideramus: videlicet, efficacitatem S. Sancti in nobis operantis, & rationes externas quibus, tanquam inſtrumentis, ipſe Dei ſpiritus vtitur vt opus ſuum in nobis peragat: quæ quidem externa media publica & in vſum totius Eccleſiæ introducta ſunt ipſa prædicatio verbi Dei, & Sacramenta á Chriſto inſtituta, quemadmodum ex ſcriptis Apoſtolicis didicimus.

Concluſio expoſitionis noſtræ ſententiæ.

Quæ cúm ita ſint, cúm ſacrificii vocabulum in ea tantúm ſignificatione in qua extat in Scriptura á Theologis vſurpari debeat: et Scriptura vnicum tantúm reale & externum noui Teſtamenti ſacrificium proponat, nempe Ieſu Chriſti Sacerdotis ſimul & Victimæ, mortem & ſacrificium: quod quidem ſemel pro nobis in cruce factum, veré eſt ac proprié propitiatorium pro peccatis noſtris: cúm ipſius vnici ſacrificii virtus ſit infinita, ac perpetua, eaque nobis applicetur operatione S. Sancti, adhibitis (prout ipſi videtur) inſtrumentis ac mediis, videlicet prædicatione verbi Dei, & ſacramentis á Chriſto in Eccleſia Chriſtiana inſtitutis: cúm denique applicatio ſacrificii cum ipſo ſacrificio non ſit confundenda: efficitur, planam eſſe ac dilucidam ſuperiorem noſtram ſententiam, qua dicebamus: Chriſtum eſſe ſolum Pontificem, & veré Sacerdotem noui Teſtamenti, & eius ſacrificium ſemel in cruce peractum, eſſe vnicum noui Teſtamenti ſacrificium externum & reale, atq; etiam propitiatorium pro peccatis noſtris.

Pontificiorum ſententia.

Iam proponamus Pontificiorum ſententiam, eamque cum noſtra comparemus: vt faciliús cognoſcamus quiſnam ſit huiuſce diſputationis ſtatus: ſic igitur illi opinantur: *In Miſſa fieri verum, reale, & externum ſacrificium, quo ſacerdotes offerunt Deo corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini; quod quidem ſacrificium eſt propitiatorium pro viuis & mortuis.*

Pontificiorum ſententiæ expoſitio. Sacrificium cruentum.

Hanc ſuam ſententiam ita exponunt: Sacrificium Chriſti duobus modis conſiderari, aut, vt cruentum: aut, vt incruentum. Cruentum Chriſti ſacrificium ſemel tantúm in cruce factum eſſe: Incruentum autem ſæpe á ſacerdotibus factitari,idque ex inſtitutione Chriſti, qui ſuæ mortis memoriam voluit non ſolúm verbis & Euangelica prædicatione renouari; ſed etiam externa Miſſæ actione repreſentari á ſacerdotibus Eccleſiæ Chriſtianæ. Chriſtum quidem eſſe primarium Eccleſiæ Chriſtianæ ſacerdotem, ſed Epiſcopos & Preſbyteros eſſe ſecundarios ſacerdotes,Chriſtum ipſum ſecundarié offerentes. Cúm autem(vt illi quidem tradunt)cruenti & incruenti ſacrificii Chriſti differentia ſit, non in re ipſa, ſed in modo tantúm: idcirco Miſſæ ſacrificium incruentum, aiunt eſſe propitiatorium pro peccatis, quandoquidem illud ipſum tribuitur cruento Chriſti ſacrificio. Iam quia cenſent hominum peccata,non hîc tantúm remitti,ſed etiam poſt mortem pœnis purgatoriis expiari,eò fit vt ſacrificium Miſſæ affirment eſſe propitiatorium tam pro viuis, quám pro mortuis. Atque hæc eſt ſumma huius dogmatis Pontificii, pro quo tantopere decertant, non modó variis diſputationibus, ſed quod longé grauius eſt, flammis ac gladiis, &, quantúm eis licuit, totos ab hinc ſeptuaginta annos,aſſidua crudelitate: adeò vt dum ſuum nobis ſacrificium incruentum toties inculcant, vniuerſam propemodum Europam piorum hominum cruore repleuerint. Ex his igitur perſpicuum eſt, noſtram & Pontificiorum ſententiam contradictorié opponi. Nos enim ſolum Chriſtum noui Teſtamenti veré ſacerdotem eſſe affirmamus: illi non ſolum Chriſtum agnoſcunt noui Teſtamenti ſacerdotem. Nos Chriſti ſacrificium oblatum in cruce pro nobis, vnicum, reale, & externum in Eccleſia Chriſtiana ſacrificium eſſe dicimus: Illi,non vnicum eſſe contendunt. Nos vnicum illud Chriſti reale ſacrificium eſſe pro peccatis propitiatorium ex verbo Dei ſtatuimus: Illi, non vnicum eſſe autumant, quippe illud ipſum Miſſæ ſacrificio tribuentes. Porrò quod illi vim ac pondus ſuæ Miſſæ ad inferos vſque ita demergunt,vt inde extinguant atq; opprimant flammas purgatorias, quas ipſi alio etiamnũ errore confinxerunt, non pluribus hoc loco perſequemur:quandoquidem ea de re, Deo volente,peculiarem diſputationem inſtituemus. En ergo quiſnam ſit totius controuerſiæ ſtatus: An ſolus Chriſtus ſit veré Sacerdos noui Teſtamenti, & mors eius ſit vnicum noui Teſtamenti ſacrificium reale & proprié dictum. Quæ ſi ſemel definita fuerint, reliquæ quæſtiones ex ſuperioribus dependentes & à Pontificiis propoſitæ, ſua ſponte diſſoluentur. Nam quod illi quærunt, *quatenus Miſſa ſit vtilis, ipſis etiam ſacerdotibus*: &, quaſi de rationibus referendis agerent, diſputant, *de proportionibus*(vt illi quidem loquuntur)*intenſiue & extenſiue taxatis*: hoc, inquam, ludicrum & puerile ſomnium ex ſuperioris quæſtionis tractatione ſatis euaneſcet, nec erit opus longiore diſputatione. Niſi forté expectant, vt ſibi hac in re gratificemur, fateamurque, Miſſam ſacrificulis Pontificiis vtilem quidem atque inprimis quæſtuoſam fuiſſe: qui ſubtili hoc reticulo ampliſſima vectigalia & innumerabiles diuitias vndiq; corraſerunt. At nos eam demum vtilitatem probantes, quæ cum Dei verbo & Eccleſiæ ſalute congruit, iſtam non inutilem modó, ſed etiam exitioſam vtilitatem damnamus, quæ homines auertit à Chriſtianæ Religionis puritate, & beneficio mortis ac paſſionis Chriſti craſſiſſimas te-

Sacrificium incruentum.

Primarius ſacerdos. Secundarij ſacerdotes.

Sacrificium Miſſæ non poteſt dici incruentum: quippe innumerabilium piorum hominum ſanguine cruentatũ.

Comparatio vtriuſque ſententiæ.

Controuerſiæ ſtatus.

Quæſtiones Viſſales.

nebras offundit. Sed iam noſtræ ſententiæ confirmatio proponenda eſt.

CAPVT II.

POſteaquam ſententiam noſtram propoſuimus, & quoad eius fieri potuit, explicauimus, eámque cum aduerſariorum ſententiis comparauimus, vt ita magis eluceret huiuſce diſputationis ſtatus: iam nobis ad noſtræ ſententiæ confirmationem accedendum eſt. Quia verò Lib.3.c1. rectè aliquando dixit Irenæus, Euangelium, hoc eſt, ſcripta Apoſtolica, eſſe fidei noſtræ fundamentum; operæpretium erit locos Scripturæ primùm ſubſternere, ex quibus deinde demonſtrationem conficiamus, quæ noſtræ ſententiæ veritatem ante omnium oculos conſtituat. Ac ne Syllogiſmorum multitudo lectoribus moleſtiam pareret, non ſingulis Scripturæ locis ſingulos Sillogiſmos ſubiiciemus: ſed ſatis fuit vno verbo ſignificare, quodnam argumentum ex vnoquoque loco depromi poſſit.

Partes Demonſtrationis collignntur ſubſtratis Scripturæ teſtimonis.

Hebr.10. *Lex vmbram habens futurorum bonorum, non expreſſam formam rerum, iis hoſtiis, quas ſingulis annis eaſdem aſſiduè offerunt, nunquam poteſt accedentes ſanctificare, &c. Quapropter ingrediens mundum: Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi: Holocautomata & hoſtiam pro peccato non approbaſti: Tunc dixi, Ecce adſum, vt faciam, Deus, voluntatem tuam, &c. Tollit prius, vt poſterius ſtatuat.* Coloſſ.2. *Quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem, Chriſti.* Heb.9. *Habebat quidem prius Teſtamentum conſtitutos religionis ritus & Sanctuarium mundanum, &c. His ita ordinatis, in prius quidem Tabernaculum quouis tempore ingrediuntur ſacerdotes, qui ritus obeunt: In ſecundum autem ſemel quotannis ſolus Pontifex, non ſine ſanguine, quem offert pro ſeipſo & pro populi erratis. Hoc declarante Spiritu Sancto, nondum patefactam fuiſſe viam ad Sacrarium priore Tabernaculo adhuc conſiſtente: quod erat exemplar pro tempore illo præſenti quo dona ſacrificiaque offeruntur, quæ non poſſunt conſcientiam ſanctificare cultorum: In cibis duntaxat & potionibus & diuerſis ablutionibus ac ritibus carnalibus, vſque ad tempus correctionis impoſita.* Heb.8. *Sacerdotes qui ſecundum legem offerunt dona, exemplari & vmbræ deſeruiunt rerum cœleſtium, ſicut diuino dictum eſt Moſi: Vide vt facias omnia ad exemplar quod tibi oſtenſum eſt in monte, &c.*

Ex his & conſimilibus locis efficitur: Chriſtum fuiſſe veteris Teſtamenti ſacerdotibus & ſacrificiis adumbratum.

Heb.8. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, cùm pangam cum domo Iſrael & cum domo* Heb.10. *Iuda fœdus nouum, &c. dum dicit nouum, antiquauit prius, &c. Tollit prius,* Heb.7. *vt poſterius ſtatuat, &c. Nihil ſanctificauit Lex, ſed aſcita ſpes melior, per* Heb.9. *quam appropinquamus Deo. Potioris fœderis ſponſor factus eſt Ieſus. Itaque ob id noui Teſtamenti Mediator eſt, vt morte intercedente ad redemptionem earum præuaricationum, quæ fuerant ſub veteri Teſtamento, vocati, promiſſionem accipiant æternæ hæreditatis, &c. In conſummatione ſeculorum ad abolendum* 1.Timot.2. *peccatum patefactus eſt, &c. Vnus Deus, vnus & Mediator Dei & hominum* Heb.12. *homo Chriſtus Ieſus, qui ſemetipſum dedit redemptionem, &c. Acceſſiſtis ad noui Teſtamenti Mediatorem Ieſum & ſanguinem aſperſionis &c.*

Heb. 9. *Adueniens autem Chriſtus Pontifex futurorum bonorum, & c. ingreſſus eſt ſemel in ſacrarium æternam redemptionem nactus.* Heb. 5. *Vt miſericors eſſet & fidelis Pontifex in iis quæ apud Deum, ad expiandum peccata populi.* Heb. 3. *Conſiderate Apoſtolum & Pontificem profeſſionis noſtræ Ieſum fidelem ei qui ipſum conſtituit.* Heb. 4. *Habentes Pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Ieſum Filium Dei, teneamus profeſſionem.* Heb. 5. *Chriſtus non ſibi hunc honorem tribuit, vt fieret Pontifex, ſed is qui dixerat ei, Filius meus es tu: ego hodie genui te, & c.* Heb. 7. *Talis nos decebat Pontifex, pius, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & ſublimior cælis factus, & c.*

Ex quibus neceſſariò conſequitur, Chriſtum nouiſſimis temporibus exhibitum eſſe ſolum noui Teſtamenti Mediatorem ac Pontificem, veteris Teſtamenti Sacerdotio ſublato & cæremoniis abrogatis. Hæc autem, Mediatorem, &, Pontificem eſſe noui Teſtamenti, ita coniuncta ſunt, vt nullo modo diuelli poſſint. Nam Chriſtus Mediatoris munere tunc inprimis defunctus eſt, quum Sacerdos pro nobis factus, ſeipſum obtulit pro peccatis noſtris: vt patet ex locis ſuperioribus, ac præſertim 1. Tim. 2. & Heb 6.

Ephes. 5. *Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem ac victimam Deo in odorem bonæ fragrantiæ.* Heb. 2. *Vt gratia Dei pro omnibus mortem guſtaret, & c. per mortem aboleret eum qui mortis habet imperium, hoc eſt, Diabolum: & liberos redderet, quicunque metu mortis per omnem vitam obnoxij erant ſeruituti.* Heb. 9. *Nunc ſemel in conſummatione ſeculorum, ad abolendum peccatum per immolationem ſuiipſius patefactus eſt, & c. Chriſtus ſemel oblatus vt multorum peccata tolleret, & c.* Heb. 10. *Qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel factam.* Ioan. 1. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* Galat. 1. *Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris.* Rom. 8. *Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum & c.* Tit. 2. *Qui dedit ſemetipſum pro nobis vt redimeret nos ab omni iniquitate & purificaret ſibi ipſi populum peculiarem ſtudioſum bonorum operum, & c* Ioan. 17. *Pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati per veritatem, & c.* Heb. 10. *Vnica oblatione conſecrauit in perpetuum eos qui ſanctificantur.*

Ex quibus conſequitur Chriſtum ſeipſum ſemel obtuliſſe & ſe tradidiſſe pro nobis oblationem & victimam Deo, factum ſacerdotem ſimul & victimam, vt peccata noſtra tolleret, & vnica illa oblatione eos qui ſanctificantur in perpetuum conſecraret.

Heb. 10. *Vnica pro peccatis oblata hoſtia, in perpetuum ſedet ad dextram Dei.* Heb. 9. *Non in manufactum ſacrarium ingreſſus eſt Chriſtus, exemplar veri ſacrarij reſpondens: ſed in ipſum cælum, vt appareat nunc in conſpectu Dei pro nobis. Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, & c. alioquin oportuiſſet eum ſæpe paſſum fuiſſe à condito mundo.* Heb. 7. *Illi quidem plures facti ſunt ſacerdotes, quòd morte prohiberentur permanere. At hic, propterea quòd in æternum manet, perpetuum habet Sacerdotium. vnde & ſeruare prorſus poteſt eos, qui per ipſum accedunt ad Deum, ſemper viuens, vt interpellet pro eis, & c. Cui non ſit quotidie neceſſe, quemadmodum illis Pontificibus, priùs pro peccatis propriis victimas offerre, deinde pro peccatis populi. Id enim fecit ſemel, quum ſemetipſum obtulit, & c.* Heb. 4. *Habentes Pontificem magnũ, qui penetrauit cælos, Ieſum Filium Dei, teneamus profeſſionem. Non enim habemus Pontificem qui non poſſit affici ſenſu infirmitatum noſtrarum, ſed tentatum in omnibus ſimiliter, abſque peccato. Accedamus*

igitur

deamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt conſequamur miſericordiam & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.

Heb. 6. Heb. 8. *Quò præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Ieſus, ſecundum ordinem Melchiſedec, Pontifex factus in æternum. Talem habemus Pontificem qui conſedit ad dextram throni maieſtatis illius, cæleſtis ſanctuarij miniſter ac veri illius tabernaculi quod fixit Deus & non homo.* Heb. 9. *Quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum æternum ſeipſum obtulit immaculatum Deo, purgabit conſcientiam veſtram à mortuis operibus ad ſeruiendum Deo viuo?* Heb. 5. *Qui in diebus carnis ſuæ quum deprecationes & ſupplicationes apud eum qui poterat ipſum ſeruare à morte, cum clamore valido, & lacrymis obtuliſſet, & exauditus eſſet, &c.* Ioan. 17. *Non pro eis rogo tantùm, ſed & pro iis qui per ſermonem eorum credituri ſunt in me, &c.* Hebr. 10. *Cùm habeamus ſacerdotem magnum præfectum domui Dei, accedamus cum vero corde & certa perſuaſione fidei, puris cordibus à conſcientia mala.* Rom. 5. *Si quum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius, multò magis reconciliati ſeruabimur per vitam ipſius.* 1. Ioan. 2. *Si quis peccauerit, Aduocatum apud Patrem habemus Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Item,* 1. Ioan. 4. *Miſit filium ſuum vt eſſet propitiatio pro peccatis noſtris, &c.* Rom. 8. *Quis eſt qui condemnet? Chriſtus is eſt, qui mortuus eſt, imò qui etiam excitatus eſt, qui etiam eſt ad dextram Dei, qui etiam poſtulat pro nobis.* Ex ſuperioribus locis colligitur, Chriſtum poſteaquam ſeſe pro nobis hoſtiam obtulit Deo, ſedere ad dextram Patris: non vt ſeipſum rurſus offerat, ſed vt prorſus eos ſeruet, qui per ipſum accedunt ad Deum, perpetuum habens ſacerdotium & ſemper viuens, vt interpellet pro eis, & vnici ſacrificij ſemel in cruce peracti, nunquam iterandi, perpetua perfectáque virtute & efficacia, eos pleniſſimè Deo reconciliet qui vera fide ſummum hoc beneficium recipiunt. His igitur omnibus aggregatis, noſtram demonſtrationem conficiamus in hunc modum.

Maior propoſitio. *Quem Scriptura dicit fuiſſe veteris Teſtamenti ſacerdotibus ſacrificiiſque adumbratum, & nouiſſimis temporibus (veteris Teſtamenti ſacerdotio ſublato & ceremoniis abrogatis) noui Teſtamenti Mediatorem & Pontificem exhibitum, ſeipſum ſemel in cruce obtuliſſe, & tradidiſſe pro nobis oblationem & victimam Deo, & factum eſſe ſacerdotem ſimul & victimam, vt peccata noſtra tolleret, & vnica illa oblatione eos qui ſanctificantur in perpetuum conſecraret, eâque hoſtia oblata, in perpetuum ſedere ad dextram Dei Patris, non vt ſeipſum rurſus offerat, ſed vt prorſus eos ſeruet, qui per ipſum accedunt ad Deum, perpetuum habens ſacerdotium & ſemper viuens, vt interpellet pro eis, & vnici ſacrificij ſemel in cruce peracti ac nunquam iterandi perpetua perfectáque efficacia eos pleniſſimè Deo reconciliet, qui vera fide ſummum hoc beneficium recipiunt: Is eſt ſolus Pontifex ac verus Sacerdos noui Teſtamenti: & eius ſacrificium ſemel in cruce peractum, eſt vnicum, verum, & æternum ſacrificium in Eccleſia Chriſtiana, idemque vnicum propitiatorium pro peccatis noſtris.*

Minor propoſ. *Chriſtum Scriptura dicit fuiſſe veteris Teſtamenti ſacerdotibus ſacrificiiſque adumbratum, & nouiſſimis temporibus (veteris Teſtamenti ſacerdotio ſublato, & ceremoniis abrogatis) noui Teſtamenti Mediatorem & Pontificem exhibitum,* Complexio. *ſeipſum ſemel in cruce obtuliſſe, & tradidiſſe pro nobis, &c. Quare Chriſtus eſt ſolus Pontifex ac verus Sacerdos noui Teſtamenti, & eius ſacrificium ſemel in cruce peractum, eſt vnicum, verum, & æternum ſacrificium in Eccleſia*

Chriſti

Chriſtianæ: idemque vnicum propitiatorium pro peccatis noſtris.

Explicatio demonſtrationis

Expendamus ſuperiorem demonſtrationem, vt facilius intelligi poſſit, quám ſit euidens & neceſſaria, quæ ſunt affectiones veræ demonſtrationis. Medium non tantúm deſcribit ac deſignat ſubiectum, nempe Chriſtum, ex veris eius notis in Scriptura propoſitis (quatenus huius loci ratio poſtulare viſa eſt) ſed etiam continet definitionem illius attributi, quod de Chriſto dicitur. Perſpicuum eſt enim ex iis locis, quibus noſtra demonſtratio firmiſſimè nititur, quid ſit eſſe Pontificem ac ſacerdotem noui Teſtamenti; itémque, quid ſit ſacrificium reale & externum noui Teſtamenti. Quæ quidem ita dicuntur per ſe de Chriſto, vt ſine Chriſto, nec intelligi poſſint, nec definiri. Si quis enim quærat, quis ſit ſacerdos ac Pontifex noui Teſtamenti: reſpondebo eum eſſe, quem veteris Teſtamenti legales ſacerdotes adumbrarunt: &c. qui perpetuum habet ſacerdotium, &c. atque vno verbo, eum qui factus eſt ſacerdos ſimul & victima pro peccatis noſtris. Itémque dicam, ſacrificium reale & externum noui Teſtamenti eſſe ſacram illam actionem, qua Chriſtus ſeipſum in cruce pro nobis obtulit Deo, vt nos ab æterna morte redimeret, & cum Deo reconciliaret. Atque ita vides eò ſemper eſſe redeundum: illud demum eſſe ſacrificium externum & reale noui Teſtamenti (ſi cum Scriptura loqui volumus) in quo realiter & verè idem eſt ſacerdos & victima. Ex quo fit vt neceſſarió nobis ſit ſubſiſtendum in eo ſacrificio, quod ſemel in cruce factum eſt. Omnia ſunt igitur reciproca in noſtra demonſtratione ex legibus ac præceptis demonſtrandi. Nam Chriſtus eſt is, quẽ Scriptura dicit fuiſſe adumbratum legalibus ſacerdotibus, & factum ſacerdotem ſimul & victimam, & c. Et viciſſim, Quem Scriptura dicit adumbratum legalibus ſacerdotibus, & factum ſacerdotem ſimul & victimam, is eſt Chriſtus ſolus: Itémque pontifex ac verè ſacerdos noui Teſtamenti Chriſtus ſolus eſt: Quod & retro commeat: quandoquidem, ſi Scripturam audimus, Chriſtus ſolus eſt Pontifex & ſacerdos noui Teſtamenti. Quod idem de ipſius Chriſti ſacrificio dicendum eſt: vt nobis redeat ſuperior noſtra ſententia: nempe Chriſtum eſſe ſolum ſacerdotem noui Teſtamenti & ipſius Chriſti ſacrificium in cruce peractum, eſſe vnicum, reale & externum ſacrificium noui Teſtamenti: quod erat demonſtrandum.

CAPVT III.

COgnitio veritatis (inquit Auguſtinus) mendacium euertit: ac propterea ex ſuperiori capite, vbi ſententiæ noſtræ veritatem ex ipſius veritatis firmamento, hoc eſt, ex certiſſimis Scripturæ locis aſſeruimus, ſatis refellitur aduerſariorum ſententia. Veruntamen vt ſequamur eum ordinem quem ipſi nobis propoſuimus, Pontificiorum errores de Miſſæ ſacrificio iam nobis redarguendi ſunt. Epiſt. 56.

Pontificiorum ſententia refellitur 20. argumentis.

Pontificiorum ſententia eſt huiuſmodi: *In Miſſa fieri verum, reale & externum ſeu viſibile ſacrificium, quo ſacerdotes offerunt Deo corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini: quod quidem ſacrificium eſt propitiatorium pro peccatis noſtris.*

Hanc ſententiam nos ita ſequentibus argumentis euertimus.

Miſſam non eſſe ſacrificium legitimum.

[illegible] legitimum ſacrificium [illegible] expreſſis Scripturæ verbis, ex quibus manifeſtum eſſe poſſit eiuſmodi ſacrificium fuiſſe à Deo inſtitutum. Sacrificium Miſſæ non habetur expreſſis Scripturæ verbis, ex quibus manifeſtum eſſe poſſit eiuſmodi ſacrificium fuiſſe à Deo inſtitutum. Quare ſacrificium Miſſæ non eſt legitimum ſacrificium & vi conſequentiæ reijciendum eſt.

Structus eſt Syllogiſmus in 2. fig. quia negat Quod ſit, cuius partes iam explicandæ ſunt.

Explicatio ſuperioris argumenti.

Maior propoſitio, ſi quidem opus habeat probatione, ſatis probatur ex iis quæ alibi diſputauimus in loco De verbo Dei ſcripto aduerſus hum. traditiones: atque etiamnum confirmari poteſt ex locis ſequentibus.

Matth. 15.
Ierem. 7.

Fruſtra me colunt docentes doctrinas quæ ſunt mandata hominum.

Hoc verbum præcepi eis, dicendo: Audite vocem meam & ero veſter Deus: vos autem eritis populus meus: & ambulate in omni via quam præcepi vobis vt bene ſit vobis. Illi autem non paruerunt ſed ambulauerunt iuxta voluntates ſuas, et iuxta libidinem cordis ſui mali, &c. ædificarunt excelſa Tophet, quod nunquam præceperam, neque in cor meum aſcenderat.

Adde frequentes reprehenſiones Prophetarum quód populus adoraret in excelſis. Item, quód Ieroboam nouum & alienum cultum inſtituiſſet præter verbum Dei. huc etiam ſpectat quod Paulus damnat voluntarios cultus. Et eiuſmodi permulta, quibus recitandis non ero longior: quippe cúm Pontificij id negare non ſoleant. Eſſet enim perabſurdum, licere hominibus arbitratu ſuo rem diuinam facere cultúmque Dei atque inprimis ſacrificium inſtituere. Itaque quamuis Ethnici veri Dei cognitionis expertes, paſſim & in vniuerſo terrarum orbe ſacrificarint: eorum tamen ſacrificia Deus reiecit, eaque tantúm accepta habuit, quæ ab ipſius Spiritu profecta ſunt: quemadmodum diximus in 1. cap. huiuſce diſputationis.

Coloſſ. 2.

Refutatio reſponſionis Pontificiorum

Minorem propoſitionem eſſe veriſſimam, perſpicuum eſſe poteſt ex Scriptis Apoſtolicis. Perlegãtur enim omnia quæ Apoſtoli ſcripſerunt: nuſquam iſtud Miſſæ ſacrificium, imó ne Miſſæ quidem vocabulum reperies. Nam quod Pontificij proferre ſolent, hæc Chriſti verba: HOC FACITE, & contendunt verbum *facere* idem eſſe ac ſacrificare, eó quòd Poeta aliquando dixerit, *facere vitula*, pro, immolare vitulam (de quo vitulino argumento plura dicemus ſequenti capite, cúm Pontificiorum argumenta diſcutiemus) id non probat Miſſæ ſacrificium. Vt enim omittam, apud Euangeliſtam non agi de Miſſa, ſed de Cœnæ Dominicæ Sacramento: ecquis vnquam iure exiſtimauerit illis Chriſti verbis contineri præceptum ſacrificandi? nec enim hîc quæro, an verbum *facere* apud Latinos: vel verbum *Aſa* apud Hebræos ſignificet aliquando ſacrificare: ſed affirmo, iſtud complexum orationis, *hoc facite*, nunquam, nec in ſacris libris, nec in Ethnicorum ſcriptis idem ſignificare: ac ſi dicatur, *ſacrificate*. Voluant, euoluant omnia Pontificij & ferant inſtantiam, ſi poſſint. Iam eos velim mecum attendere, quám planis, expreſſis & dilucidis verbis ſacrificia veteris Teſtamenti á Deo inſtituta, ſacrificiorum ritus expoſiti, omnis denique ſacrificiorum ratio certis legibus tam apertè ſancita, vt nec de ſacrificiis, nec de ſacrificiorum modo dubitari vnquam poſſet. Cur igitur, obſecrò, ſi Deus ſacrificium aliquod reale & externum temporibus noui Teſtamenti, in Eccleſia Chriſtiana ſupereſſe voluit: de eo legem certam, verbis manifeſtis, non tulit? Quid? ſacrificia legalia tam expreſſè & apertè fuiſſe inſtituta: hoc verò longè præſtantiſſimum (vt iſti quidem volunt) Miſſæ ſacrificium, non modò non claris & diſertis verbis inſtitutum, ſed ne nominatum quidem vnquam à Chriſto & ab Apoſtolis fuiſſe? Sequeretur, nouum Teſtamentum obſcurius eſſe veteri Teſtamento: quod eſt alienum à Theologia. Omnes enim veri Theologi fatentur veteris Teſtamenti vmbras exorta luce Euangelica fuiſſe diſcuſſas. Quum igitur Miſſæ ſacrificium nullis vel Chriſti vel Apoſtolorum verbis fuerit inſtitutum (tantùm abeſt vt expreſſis Scripturæ verbis nitatur, quod in legitimo ſacrificio eſſe neceſſarium diximus) tenet noſtra concluſio: commentitium eſſe illud ſacrificium, & idcirco reiiciendum. Ab hoc autem Syllogiſmo manat ſequens ratiocinatio:

Miſſam non eſſe ſacrificium externum & reale.

Si quoties Apoſtoli loquuntur de Chriſtianorum ſacrificiis, hoc eſt, à Chriſtianis faciendis, proponunt ſpiritualia tantùm ſacrificia, nec vnquam mentionem faciunt alicuius realis & externi ſacrificii: Et nobis cum Apoſtolis loquendum & ſentiendum eſt: Certè nullum externum & reale Chriſtianorum ſacrificium agnoſcere debemus.

Verum eſt Antecedens: Verum igitur eſt Conſequens: & vi conſequentiæ Miſſæ ſacrificium reiiciendum eſt.

Explicatio ſuperioris argumenti.

Huius Connexi Hypothetici conſequentia, cùm ex ſuperiori Syllogiſmo, tum etiam per ſe ſatis lucet. Aſſumptum patet eorum locorum inductione, in quibus Apoſtoli de ſacrificiis Chriſtianorum loquuti ſunt: *Vt ſiſtatis corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam, acceptam Deo, rationalem cultum veſtrum, &c. Per ipſum Chriſtum aſſiduè offeramus ſacrificium laudis, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ & communicationis nolite obliuiſci: talibus enim victimis delectatur Deus. Expletus ſum, acceptis ab Epaphrodito quæ à vobis miſſa fuerant, odore bonæ fragrantiæ, hoſtia Deo accepta & grata. Vt ſim miniſter Ieſu Chriſti apud gentes operans Euangelio Dei, vt oblatio Gentium fiat accepta ſanctificata per Sp. ſanctum. Si prælibamento offerar ſuper hoſtia ſacrificioque fidei veſtræ, gaudeo & gratulor omnibus vobis. Ipſi quoq; viui lapides ædificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, ad offerendum ſpirituales hoſtias acceptas Deo per Ieſum Chriſtum, &c. Fecit nos Reges & Sacerdotes Deo & Patri ſuo.* Et ſi qui ſunt loci conſimiles: In quibus omnibus perſpicuum eſt agi de ſpiritualibus ſacrificiis. Iam autem admonuimus in primo cap. huius diſputationis de homonymia vocabuli, cùm diceremus vocabulum Sacrificii non tantùm vſurpari propriè ad ſignificandum verum, reale, viſibile, & externum ſacrificium: ſed etiam metaphoricè, vt videre licet in locis proximè citatis. Quamuis autem in ſanctis Chriſtianorum operibus, quæ per ſimilitudinem dicuntur ſacrificia, vt in eleemoſyna, & reliquis eiuſmodi, eſt aliquid externum: tamen dicuntur ſacrificia, non propter id quod externum eſt, ſed propter interiorem affectum animi: ac proinde non externa dicuntur, ſed ſpiritualia ſacrificia.

Rom. 12.
Heb. 13.
Heb. 13.
Philipp. 4.
Rom. 15.
Philipp. 2.
1. Pet. 2.
Apoc. 1.

Refutatio reſponſionis Pontificiorū

Nec me mouet quod affirmant Pontificii: nempe, nihil referre, licet Apoſtoli vocabulum ipſum ſacrificii non vſurparint in hac quæſtione: quandoquidem, inquiunt, nec Baptiſmus, nec Cœna Domini ab Apoſtolis Sacramentum appellatur. Non enim diſputamus de nominibus, aut de apicibus literarum, ſed de re quæ ſubeſt & ſignificatur ipſis vocabulis. Iam quod pii maiores noſtri intellexerunt Sacramenti nomine, idipſum Apoſtoli de Baptiſmo & de Cœna Domini tradiderunt. At quod iſti intelligunt nomine ſacrificii, cum Miſſam ſuam nobis explicant: pernego vnquam ab Apoſtolis traditum fuiſſe. Quare perperam faciunt, qui perinde loquuntur de ſuo dogmate, ac ſi eſſet ſimplex aliquod vocabulum: quod longè ſecus eſt. Nam corpus Chriſti offerri Deo ab Eccleſiæ Miniſtris, externo & reali ſacrificio, eodemque propitiatorio pro peccatis (quod iſti dicunt) non eſt vanum vocabulum, ſed eſt dogma, quod nuſquam extare in Apoſtolorum ſcriptis affirmamus. Sæpe quidem Apoſtoli ſacrificia nobis commendant, ſed ſpiritualia: ſæpe victimas, hoſtias, oblationes proponunt, ſed ſpirituales: nec vnquam realis & externi alicuius ſacrificii à nobis faciendi meminerunt. Sunt ne ergo Pontificii Apoſtolis vel perſpicaciores, vel diligentiores? Quin etiam quum in Epiſt. ad Hebr. Apoſtolus de ſacrificiis externis, deque ipſo Chriſti ſacrificio ſemel in cruce facto ita copioſe diſſerat, et nihil ſupra: num, obſecrò, de Miſſæ ſacrificio, & de Chriſto quotidie ab Eccleſiæ Miniſtris offerendo, tacuiſſet? atqui hoc eſſet rem maximi momenti & quæ ad ipſius propoſitum maximè pertineret, omittere: quod abſit ab Apoſtolo, accuratiſſimè in illa epiſtolà de ſacrificiis diſputante. *Per Chriſtum* (inquit) *offeramus aſſiduè Deo ſacrificium laudis.* Non dixit, *Chriſtum offeramus*, ſed, *per Chriſtum*. Quia verò hæc repugnant: manifeſtum eſt, Pontificios cum Apoſtolis pugnare: & dum externum illud ſuum ſacrificium, Apoſtolis incognitum, obtrudunt, nec cum Apoſtolis loqui, nec ſentire.

Argum. 3. Dogma de ſacrificio Miſſæ ſibi non conſtare.

Omne dogma quod ſecum pugnat, neque poteſt ſine contradictione explicari, ineptum eſt & abſurdum.

Dogma de Miſſæ ſacrificio ſecum pugnat, neque poteſt ſine contradictione explicari.

Quare dogma de Miſſæ ſacrificio ineptum eſt & abſurdum: ac proinde eſt reiiciendum.

Explicatio ſuperioris argumenti.

Maiorem citra controuerſiam vel ipſi Philoſophi veram agnoſcunt: quantò magis Theologi, qui norunt rerum ſacrarum veritatem perpetuò conſtantem, ſibique continere quod repugnet? Minorem ſic probamus: Quum Pontificii Miſſæ ſuæ ſacrificium nobis exponunt, dicunt illud ſacrificium eſſe externum: & ſimul affirmant, verum Chriſti corpus illic offerri Deo, ſub ſpeciebus panis & vini. At enim, ſi ſacrificium eſt externum, eſt igitur viſibile: Nullum autem ſacrificium externum & viſibile eſſe poteſt, quin id quod offertur ſit viſibile. Sacrificium enim ſine victima intelligi non poteſt. Quare, ſi corpus Chriſti eſt inuiſibile in Miſſa (vt volunt, quippe alienis ſpeciebus & externis accidentibus opertum) non eſt igitur viſibile ſacrificium, ſi non viſibile, certè nec externum. In externo autem & viſibili ſacrificio, victimam eſſe inuiſibi-

lem

lem, ne fando quidem auditum eſt. Quæſo, Miſſifice Sacrificator: quid intelligis nomine ſacrificij, quum ais, Miſſam eſſe externum & verum ſacrificium? teipſum-ne, an altare tuum, an miras illas tuas ceremonias, cruces centies repetitas, totam denique illam tuam viſibilem actionem? At iſta omnia non faciunt ſacrificium. Corpus Chriſti, inquis, eſt victima. Audio: Sed, corpus Chriſti eſt-ne externum? conſule ipſos ſenſus rerum externarum indices, & illi pro te negabunt. Panis, inquis, accidentia videntur, & externa ſunt. Certè: ſed, aut panis accidentia offers Deo (quod negas) aut offers viſibile ſacrificium ſine viſibili victima (quod non potes) aut, viſibile, & inuiſibile, externum, & internum de vno eodemque affirmas.

Refutatio reſponſioni Pontificiæ.

Secundò: ipſa verba, quæ ad conficiendum iſtud Miſſæ ſacrificium adhibentur, pugnant cum eorum ſententia. Sic enim inquiunt.

Te igitur clementiſſime Pater, per Ieſum Chriſtum, Filium tuum, Dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus, vti accepta habeas & benedicas hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia illibata: inprimis, quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua, &c.

Ex canone Miſſæ.

Quàm aptè rogetur Deus per Chriſtum, vt Chriſtum oblatum recipiat, viderint ſacrificuli Pontificij, aut pro iis (vix enim preſbiterculi illi quotidiani vel ipſa vocabula legere poſſunt, nedum intelligere) viderint magni eorum & cucullati Doctores. Item, ſatis ne piè rogent, vt Deus Pater Ieſum Chriſtum filium ſuum acceptum habeat. Item, An non hæc ſit blaſphemia potius quàm precatio, vt Deus benedicat hæc dona: dicunt enim ſe Chriſtum offerre. Item: ſi (quemadmodum vigilantes ſomniant) offerunt illud ipſu ſacrificium quod Chriſtus obtulit: cur ergo ſacrificia dicunt numero multitudinis? Sed tantiſper dum ſolutionem quærent, nos iam alia conſimilia audiamus. *Suſcipe Domine preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum, &c.* Item: *Hoſtias quas tibi pro animabus famulorum, famularumq; tuarum offerimus.* Item, *His ſacrificiis, Domine, placatus ſuſcipe animam famuli tui à peccatis exutam, &c.* Item: *Propitiare quæſumus, Domine, animæ famuli tui pro qua tibi hoſtias placationis offerimus.* Item: *Hoſtias tibi, Domine, humili ſupplicatione pro anima famuli tui deferimus, vt per hæc ſalutis noſtræ ſacrificia perpetuam lucis beatitudinis miſericordiam conſequatur.* Quibus ſuperioribus aduerſatur ſequens eorum precatio. *Pro animabus famulorum, famularumque tuarum hoſtiam, Domine ſuſcipe benignus oblatam, vt hoc ſacrificio Singulari, vinculis horrendæ mortis exuti vitam mereantur æternam.* Sic Tridentina Synodus Miſſæ ſacrificium vocat ſingulare. Hic valde æſtuant Pontificij. Quidam enim, eò quòd verba illa Canonis præcedunt conſecrationem, per dona, munera & ſacrificia, intelligunt ſubſtantiam panis & vini; atque ita ſuæ ſententiæ de Miſſæ ſacrificio renuntiant: ſequeretur enim, non Chriſtum ipſum, ſed panem & vinum offerri Deo in Miſſa, idque (vt ſequitur in eorum precatione) pro animarum redemptione, quo vix aliud quicquam deteſtabilius dici poteſt. Alij exponunt verbum præſens pro futuro, quoniam, inquiunt, mox futura eſt Tranſſubſtantiatio: ac proinde verba illa de corpore & ſanguine Chriſti exponunt. Sed corpus & ſanguinem Chriſti, adeòque Chriſtū ipſū dici, hoſtias, non hoſtiam: ſacrificia non

Ipſa Miſſa miſſaticos ſacrificulos refellit.

Die Paſch. in Secretis Miſſæ.

Ex Miſſa pro defunctis. in Secretis.

Ibid.

Miſſalis contradictio.

Ibid.

Ibid.

Seſſione 6. in proœmio.

Pontificij ſubterfugium quærentes nec inuenientes.

ſacrificium, ante illa Miſſæ ſecreta, inauditum fuit. Videant etiam quàm bellè hæc ſententia de corpore & ſanguine Chriſti conueniat cum ſequentibus. *Quam oblationem tu Deus in omnibus quæſumus benedictam, adſcriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, vt nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſſimi filii tui Ieſu Chriſti.* Hæc illi. Sed ſi oblatio iam eſt corpus, cur rogant, vt fiat corpus? Item. *Munera quæſumus, Domine, oblata ſanctifica.* Item. *Supra quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, & accepta habere ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ.* Item. *Supplices te rogamus omnipotens Deus: iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu Diuinæ maieſtatis tuæ, &c.* Si hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia illibata, ſunt corpus & ſanguis Chriſti, adeóque ipſe Chriſtus: cur rogant, vt Deus hæc munera oblata ſanctificet? Quid? videtur-ne illis corpus Chriſti ſanctificandum, vel Chriſtus ipſe ſanctificandus? Quid, quod rogant (ſiquidem hæc interpretatio vera eſt) vt Deus corpus & ſanguinem Chriſti, & Chriſtum ipſum acceptabilem habeat? Ergo-ne Pontificii ſacrificuli ſe mediatores pro Chriſto apud Deum conſtituunt? Imò vt Deus iſtam oblationem acceptam habeat, Sanctorum merita proferunt, quoties in honorem Sanctorum Miſſas ſuas celebrant. Hoc autem viderint ſatis-ne ſibi conſentiat: videlicet celebrare Miſſas in memoriam Sanctorum, in quibus hæc verba Chriſti recitant. *Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Porrò, cur corpus & ſanguinem Chriſti in cœlum (vbi Chriſtus eſt) deferri volunt per manus Angeli? Denique poteſt-ne dici quicquam abſurdius, dum rogant vt corpus Chriſti Deus acceptum habeat, quemadmodum olim accepta habuit Abelis & Abrahami ſacrificia? Explicent omnia ſua ſophiſmata Pontificii, & quantumuis licet omnia ſuarum diſtinctionum præſidia conquirant: nunquam ſe profectò ex his laqueis expedient, quos ipſi in ſeſe contexuerunt. Quod enim aliquando de Heraclito, & Anaxagora vulgò dictum eſt, ipſorum ſententias ſeipſas tollere, id veriſſimè de Pontificiis dici poteſt, Miſſæ ſacrificium defendentibus: iiſdemque Miſſæ ſacrificium euertentibus.

Ex canone Miſſæ.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Miſſales contradictiones.

Argum. 4. Dogma de ſacrificio Miſſæ contradictoriè opponi expreſſis Scripturæ locis. Explicatio ſuperioris argumenti.

Omne dogma cuius contradictorie diſertè expreſſiſque verbis extat in Scriptura, ab omnibus Chriſtianis conſtanter repudiandum eſt.

Dogma de ſacrificio Miſſæ eſt eiuſmodi, vt eius contradictio diſertè, expreſſiſque verbis extet in Scriptura. *Quare, dogma de ſacrificio Miſſæ ab omnibus Chriſtianis conſtanter repudiandum eſt.*

Maioris propoſitionis veritas in promptu eſt. Minor ſic probatur. Ex illo dogmate ſequitur Chriſtum toties offerri Deo, quoties Pontificii ſuum illud Miſſæ ſacrificium celebrant. Cui contradictoriè opponuntur ſequentes loci.

Heb. 10.

Ibid.

Heb. 9.

Sanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel factam. Omnis ſacerdos adſtat quotidie operans, & eaſdem ſæpius offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata: hic verò vna pro peccatis oblata hoſtia, in perpetuum ſedet ad dextram Dei id quod ſupereſt expectans, donec ponantur inimici ſui ſcabellum pedum eius. Vnica enim oblatione conſecrauit in perpetuum eos qui ſanctificantur.

Non vt ſæpe offerat ſemetipſum, ſicut Pontifex ingreditur in ſacrarium quotannis cum ſanguine alieno (alioquin oportuiſſet eum ſæpe paſſum fuiſſe à condito mundo) ſed nunc ſemel in conſummatione ſeculorum ad abolitionem peccati per immolationem ſui ipſius patefactus eſt. Vt ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſtea verò iudicium: ita & Chriſtus ſemel oblatus vt multorum peccata tolleret, altera vice abſque peccato conſpicietur iis qui ipſum expectant ad ſalutem.

Hebr.9.

Ibid.

Chriſtus per proprium ſanguinem ingreſſus eſt ſemel in ſacrarium, æternam redemptionem nactus. Talis nos decebat Pontifex cui non ſit quotidie neceſſe, quemadmodum illis Pontificibus prius pro peccatis proprijs victimas offerre, deinde pro peccatis populi: id enim fecit ſemel quum ſemetipſum obtulit, &c.

Ibid.

Quamobrem cùm hæc repugnent: Oblatio Chriſti vnica: &, oblatio Chriſti non vnica: item, oblatio ſemel facta: &, oblatio non ſemel facta, ſed quotidie facienda: Itemque, Chriſtus ſemel oblatus: &, Chriſtus non ſemel, ſed ſæpe oblatus: efficitur neceſſariò, dogma iſtud Pontificium contradicere Scripturæ, ac propterea falſiſſimum eſſe: quandoquidem eius contradictio, quæ in Scriptura continetur, eſt veriſſima.

Refutatio reſponſionis Pontificiorũ.

Hinc vt ſeſe expediant Pontificii, variis ſubterfugiis vtuntur. Nam aliquando diſtinctionem hanc adhibent, vt dicant, oblationem Chriſti quæ fit in Miſſa, non eſſe primariam illam oblationem quam Chriſtus ſemel fecit in cruce, ſed eſſe oblationem commemoratiuam, & repræſentatiuam. Quod ſi ita eſt, relinquitur, vt iſta Miſſalis oblatio non ſit vera & realis oblatio corporis Chriſti: ſed tantùm veræ & realis oblationis commemoratio. Nam quod eſt alicuis rei commemoratiuum, non eſt ipſa res cuius commemoratiuum eſt: alioqui ſequeretur prætęritum tempus & præſens idem eſſe: quod neſcio an Pontificii tueri velint. Ecce autem & alia diſtinctio à Pontificiis propoſita: oblationem quæ fit in Miſſa eandem eſſe oblationem cum oblatione quæ in cruce facta eſt: ſed tantúm differre modo & ratione. Quo vix quicquam dici potuit imperitius. Etenim is eſt modus oblationis Chriſti, vt ſemel & ab ipſo Chriſto tantúm fieri potuerit, quemadmodum ex Apoſtolo antè audiuimus & cúm ille modus neceſſariò inſit in oblatione Chriſti, ſi quis eam conſideret ſine hoc modo, ille profectò negabit ipſum eſſe ipſum: quam ignorantiam Philoſophi craſſiſſimam eſſe tradiderunt. Atque vt magis pateat quàm Pontificii, dum ſubtiliſſimi videri volunt, telam araneæ texant (vt hoc mutuer à Chryſoſtomo) atque etiam ipſam artem rectè diſſerendi violent, in qua tamen excellere videri volunt: quædam addamus ad faciliorem huius rei explicationem.

In.Sin.Trident. Seſſ.6.

Pontificij refelluntur ab ipſa ſcientia peritè diſſerendi, quam ſibi ſolent vendicare.

Vnius eiuſdemque ſubſtantiæ plures ac varias eſſe, tum Actiones, tum Paſſiones etiam ſine τῆς παιδείας auxilio facilè cuiuis perſpicuum eſſe poteſt. Rurſus vnius eiuſdemque hominis eſſe tum Actiones tum Paſſiones, eaſdem quidem ſpecie, ſed numero plures. Vt, ſiquis dicat eundem hominem ſæpius ambulare. Denique quædam ſunt Actiones & Paſſiones eiuſmodi, vt ſint ſingulares, nec vnquam poſſint iterari: vt natiuitas, mors, & reſurrectio Chriſti: quarum hæc eſt natura, vt ſemel tantúm fieri potuerint. Iam, ipſa Chriſti oblatio, de qua diſputamus, neceſſariò ipſius mortem includit: dicitur enim ſemetipſum obtuliſſe Deo pro nobis, quia pro nobis mortuus eſt: Et affirmo, nuſquam in Scriptura Chriſtum dici offerri Deo, niſi ratione eius mortis, vt infra copioſius dicemus. Quare ſi mortem tollis, ſimul tollis oblationem Chriſti, quæ ſine morte eſſe non poteſt. Mors enim eſt neceſſarius modus huiuſce oblationis. Ex quo fit vt Actio Chriſti, nempe oblatio, ſimul inferat eiuſdem Chriſti Paſſionem: cúm ſit Actio Chriſti patientis. Quamobrem, videntur Pontificii ex Actione & Paſſione ſingulari facere ſpeciem quandam actionis, cuius ſpeciei plures actiones numero eſſe poſſint: particulare cum vniuerſali confundentes. Quod ſi dicant eſſe eandem ſubiecto: erit igitur eadem numero, vt Philoſophi tradiderunt. Atque ita, ſi Deo placet, vna Chriſti oblatio, & centum millia Miſſarum, erunt vna numero oblatio. Ex quibus intelligitur, Pontificiorum diſtinctiones, tum Theologiæ, tum ipſi ſcientiæ peritè diſſerendi ita aduerſari, vt nulla ratione ſtare poſſint.

a Lib. 5. prim. phſiol.

Argu. 5. Dogmate de ſacrificio Miſſæ legales cæremonias reuocari.

Nullum dogma, quo legalium cæremoniarum vmbræ reuocantur, recipiendum eſt:

Dogma de externo & reali Miſſæ ſacrificio eſt eiuſmodi, vt eo legalium cæremoniarum vmbræ reuocentur. *Quare dogma de externo & reali Miſſæ ſacrificio recipiendum non eſt.*

Explicatio ſuperioris argumenti.

Heb. 9

Refutatio reſponſionis Pontific.

Comparatio Miſſę cum legalibus cæremoniis Vide Exod. & Leuit.

Maioris propoſitionis veritas ſæpe extat in ſcriptis Apoſtolicis, vt Galat. 5. Coloſſ. 2. Heb. 7. 8. 9. 10. 12. 13. &c. nec eam Pontificii ſolent in dubium reuocare. Minorem ſic probamus. Sacrificia externa & realia ſpectaſſe ad legis pædagogiam & ad vmbras veteris Teſtamenti, manifeſtum eſt ex libris Moſis: adde luculentiſſimam doctrinam Apoſtoli in epiſt. ad Heb. vbi teſtatur externa illa vſque ad tempus correctionis fuiſſe impoſita: hoc eſt duraſſe vſque ad aduentum Chriſti, ac tunc fuiſſe abrogata. Quod ſi vſum externorum ſacrificiorum reuoces; nonne ad veterem Legis pædagogiam regrederis? Non reuoco, inquis, legalia ſacrificia. Nempe ita dicis. Verúm, quid iuuat nominis mutatio, cúm res ipſæ propemodum eædem eſſe videantur? Agé, diſpiciamus quám propé Miſſa veſtra ad legales ceremonias accedat. Nunc idola veſtra & ſexcenta eiuſmodi prætermitto, quibus non iam veteris Teſtamenti ceremonias, ſed ipſorum Ethnicorum ritus, magno piorum omnium gemitu, eſtis imitati. Legalium ceremoniarum temporibus, tabernaculum velo diſtinctum fuit: in templis veſtris, ſacerdotes, quos vocatis, á reliquo populo cancellis & locorum diſcrimine ſeparantur. In legali tabernaculo altare fuit: vos non vno, imó ne pluribus quidem altaribus, eſtis contenti. In tabernaculo fuit candelabrum cum lampadibus: templa veſtra candelabris & lampadibus collucent. Illic ſacerdos ab aliis certo & præſcripto veſtimenti genere differebat: veſtri ſacerdotes præſcriptarum veſtium amictu & tunicis talaribus inuoluti, non niſi lento paſſu in medium prodeunt. Illic ſacerdotes offerebant tam pro ſuis quám pro populi peccatis: apud vos qui ſacerdotes dicuntur, tam pro ſe quám pro tota Eccleſia ſacrificium ſe Deo facere profitentur. Quid thuribula, ſuffimenta, & reliqua eiuſmodi commemorem, quæ vos á legalibus ceremoniis ad commentitia illa veſtra ſacra perperam traduxiſtis? Atque vt ad miſſam veſtram accedam: adeó hîc delectat præpoſtera illa veteris legis imitatio, vt ipſum etiam Miſſæ nomen velitis ex lege deriuatum: nempe ex Hebraico vocabulo Miſſa (quod ſufficientiam ſignificat) licet Miſſā Latinum eſſe vocabulum nemo vel mediocriter eruditus hactenus ignorauit. Cur autem Miſſam á ſufficientia dictam eſſe exiſtimetis, non video: cúm ampliùs centies centena Miſſarum millia nec viuis, nec mortuis, (ſiquidem vobis fides habenda eſt) hactenus ſuffecerint. Quinetiam, ſiquis legales illos ritus in memoriam reuocet, quos Hebræi, Teruma & Tenupha vocarunt, quum videlicet oblatio, vel ex azymæ conſperſione, vel ex frugum primitiis & rebus aliis fiebat, & res oblata ſurſum tollebatur á ſacerdote, & varié mouebatur, qua poſtea ſacerdos ipſe veſceretur: ac poſtea conſideret quid in Pontificiorum Miſſa fieri ſoleat, dum illi tollunt, mouent, ac varié tractant agitántque ſua illa accidentia ſine ſubiecto: is profectò Pontificiorum Iudaizantium κακοζηλίαν facilé animaduertet. Quapropter cùm & ipſum ſacrificij externum nomen, & ipſi Miſſæ ritus proximè accedant ad cæremonias veteris Teſtamenti, & legalibus vmbris lucem Euangelicam obſcurent: manet quod diximus: dogma iſtud de Miſſæ ſacrificio non eſſe recipiendum.

Deut. 16.

Argument. 6.

SI in Miſſa ſacrificium ſit propitiatorium pro peccatis: ergo (quod abſit) ſtare non poſſunt hæc Chriſti verba: Conſummatum eſt. Quod idem de his Apoſtoli verbis dicendum eſt: *Et conſummatus factus eſt cauſa ſalutis æternæ omnibus, qui ipſi auſcultant. Vnica oblatione conſummauit in perpetuum eos, qui ſanctificantur. Chriſtus ſemel oblatus, vt multorum peccata tolleret. Deus miſit Filium ſuum, vt eſſet propitiatio pro peccatis noſtris. Delens quod aduerſus nos erat, chirographum ipſum é medio ſuſtulit affixum cruci. Qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Quod mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel. Chriſtus pro peccatis ſemel paſſus fuit: Iuſtus pro iniuſtis, vt nos ad Deum adduceret. Conſequens eſt falſiſſimum & blaſphemum: Falſiſſimum igitur & blaſphemum eſt Antecedens. Et vi Conſequentis, ſacrificium Miſſæ reiiciendum eſt.*

Ioan. 19.
Heb. 5.
Heb. 10.
Heb. 9.
1. Ioan. 4.
Coloſſ. 2.
Heb. 10.
Rom. 6.
1. Pet. 3.

Exlicatio ſuperioris argumenti.

Connexi Hypothetici conſequentia patet. Nam ſi vnico Chriſti ſacrificio in cruce facto peccata deleta ſunt, nobiſque Deus redditus eſt propitius: ipſe etiam Chriſtus clariſſimis verbis in cruce teſtatus eſt, ſe tum ea omnia abſoluiſſe, quæ ad offerendum pro peccatis noſtris ſacrificium pertinebant: certè nullis aliis ſacrificiis locus ſupereſt, quæ ſint propitiatoria pro peccatis. Idque manifeſté conſtat ex natura perfectionis, quam verba á Chriſto & Apoſtolis vſurpata ſignificant. Quod enim ſemel perfectum eſt, non fit adhuc: & quod adhuc fit, non eſt perfectum. Porro Chriſti ſacrificium in cruce factum, abſit vt imperfectum, contra tot Scripturæ teſtimonia, dicamus. Quod ſi perfectum eſt, quid opus eſt alio ſacrificio propitiatorio pro peccatis? Præterea ſi chirographum quod aduerſus nos erat, ita é medio ſublatum eſt, vt cruci fuerit affixum: ſequitur nulli alii ſacrificio quám vnico ſacrificio in cruce facto remiſſionem peccatorum noſtrorum & ipſam pro peccatis propitiationem eſſe tribuendam: vrget enim vocabulum Affixum: adeó vt fruſtra conentur Pontificii remiſſionem peccatorum ſoli cruci & paſſioni Chriſti affixam, inde detrahere, vt eam ſuæ Miſſæ ſacrificio perperam affigant.

Refutatio reſponſionis Pontific.

Locus à Pontificiis citatus in ipſos retorquetur. 2.Cor.5

Reſpondent: duos eſſe gradus remiſſionis peccatorum: Vnum, vt deus velit reconciliari, quantùm in ipſo eſt. Alterum, vt efficaciter homines in gratiam recipiat, accedente eorum fide & pœnitentia. Priorem gradum eſſe in ipſo mortis Chriſti ſacrificio: Poſteriorem verò in Miſſæ Sacrificio ineſſe. Atque, ad huiuſce diſtinctionis Confirmationem proferunt 2. Corinth. 5. *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non imputans eis peccata ipſorum.* Et paulò pòſt: Reconciliamini Deo. Ex hac pontificiorum reſponſione ita Miſſæ ſacrificium euertimus. Poſterior gradus remiſſionis peccatorum ab illis aſſignatus, nihil aliud eſt quàm applicatio ſacrificij Chriſti ad ſingulos homines: vt perſpicuum eſt ex ea definitione quam afferunt: & ex Apoſtoli loco quem citant. Nam perinde eſt ac ſi dicat, tunc nos ſacrificij Chriſti ac tanti beneficij eſſe participes, quum ipſum vera fide recipimus: quemadmodum ex Apoſtoli doctrina, tum fruimur reconciliatione per Chriſtum facta, quum, percepta Euangelij prædicatione, re vera cum Deo reconciliamur. Quinetiam Tridentina Synodus definit, Miſſæ ſacrificium fuiſſe inſtitutum, *Vt*, inquit, *cruenti ſacrificij ſalutaris virtus in remiſſionem eorum quæ a nobis quotidie committuntur peccatorum applicatur*. Hactenus Synodus. Iam nos igitur ita concludamus: Si applicatio ſacrificij propitiatorij non eſt ipſum ſacrificium propitiatorium (nam qui rem cum rei applicatione confundit, is laborat imbecillitate mentis) & in Miſſa eſt poſterior ille gradus applicationis (quemadmodum ipſi Pontificij definiunt) ſequitur, in Miſſa non fieri ſacrificium propitiatorium pro peccatis. Vrgeamus enim locum Apoſtoli, hoc modo. *Deus*, inquit, *reconciliauit nos ſibi per Ieſum Chriſtum, deditque nobis miniſterium reconciliationis.* Item. *Poſuit in nobis* (inquit) *ſermonem reconciliationis. Itaque nomine, Chriſti legatione fungimur velut Deo exhortante per nos: oramus Chriſti nomine, reconciliamini Deo. Fecit enim vt qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum eſſet, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in illo.* Hęc Apoſtolus. Cùm autem reconciliatio cum Deo ſit effectum ſacrificij Chriſti: duo colligo ex his Apoſtoli verbis: vnum: Paſtores Eccleſiæ eſſe miniſtros applicationis ſacrificij Chriſti: hoc eſt, miniſtros, non faciendi (vt iſti volunt) ſed applicandi illius ſacrificij, cuius virtute cum Deo reconciliamur: Alterũ, ipſam applicationem fieri, non ſacrificando Chriſtum (quod ſomnium eſt pontificiorum) ſed docendo, monendo, hortando: iis denique præſtandis omnibus, quæ ad Euangelicam Prædicationem pertinent. Sic enim Paulus, *Dedit*, inquit, *nobis miniſterium reconciliationis.* Itémque, *Poſuit in nobis ſermonem reconciliationis. nomine Chriſti legatione fungimur.* Et rurſus, *Oramus Chriſti nomine: Reconciliamini Deo, &c.* Itaque non dicit Apoſtolus: *S*acrificamus Chriſtum pro vobis (quin potius nos reuocat ad vnicum Chriſti ſacrificium, quum ait Chriſtum pro nobis factum eſſe peccatum, id eſt, oblationem pro peccato) ſed, oramus, monemus, hortamur, vt cum Deo reconciliemini: nempe vt ſummum hoc, per Euangelij prædicationem vobis oblatum beneficium, qua decet fide ac reuerentia recipiatis. Porrò, hac etiam in parte ſibi contradicunt. Quum enim velint ſacerdotem tam pro ſeipſo, quám pro aliis ſacrificare: eùmque vetent ad altare accedere niſi poſt peccatorum confeſſionem & abſolutionem: quomodo, reſpectu ſacerdotis ſacrificium iſtud propitiatorium pro peccatis eſſe poteſt? Vlterius etiam progredior, & affirmo, hoc commento ruere aliud Pontificiorum commẽtum de pœnitentia, indulgentiis, & clauium poteſtate. Tradunt enim in pœnitentiæ ſacramento (quod vocant) merita Chriſti diſpenſari à ſacerdotibus, & ita pœnitentibus applicari vt plané à peccatis liberentur. Obſecró, ſi hæc vera ſunt, quorſum ergo iſta Miſſalis applicatio, quam iſti vocant ſacrificium propitiatorium pro peccatis? Denique, vt error alius alium trudit, quum dicunt homines in gratiam recipi per Miſſæ ſacrificium, accedente eorum fide: tollunt quod alibi affirmant de opere (vt ipſi quidem loquuntur) operato: quod inprimis in Miſſæ ſacrificio commendant. Maneat igitur noſtra concluſio: nempe vnicum Chriſti ſacrificium in cruce pro nobis oblatum ita fuiſſe perfectum, ſuíſque omnibus numeris abſolutum, vt rurſus fieri neque debeat, nec etiam poſſit: ac propterea id eſſe falſiſſimum quod Pontificij de Miſſæ ſacrifició propitiatorio ſomniarunt.

Arg. 7.

Si in Miſſa ſit ſacrificium propitiatorium pro peccatis: ergo (quod abſit) irrita ſunt hæc Apoſtoli verba:

Heb. 10. Heb. 1.

Vbi peccatorum remiſſio, non eſt amplius oblatio pro peccato. Purgatione peccatorum noſtrorum per ſeipſum facta, ſedet ad dextram Maieſtatis in excelſis.

Conſequens eſt impium. Impium igitur eſt Antecedens: Et vi Conſequentis ſacrificium Miſſæ reiiciendum eſt.

Explicatio ſuperioris argumenti.

Connexi Hypothetici cõſequentia manifeſta eſt: quia verba Apoſtoli contradictorié opponuntur iis quæ Pontificij de ſuo ſacrificio proponunt. Nam Apoſtolus poſt remiſſionem peccatorum, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus pretioſo ſuo ſanguine nobis comparauit, negat ampliús eſſe oblationem pro peccato, quod Pontificij affirmant. Recurrunt illi ad diſtinctionem primariæ oblationis, & commemoratiuæ, quam nos iam antè refutauimus. Addo etiam: iſtam diſtinctionem pugnare cum Apoſtolo qui oblationem Chriſti, vnicum eſſe, in illo ipſo loco affirmauit. Quod autem dicitur primarium, cùm ad id referatur quod ſecundariũ eſt, vnicum eſſe non poteſt. Quare cùm ex hac inepta (ne quid grauius dicam) Pontificiorum diſtinctione ſequatur, plures eſſe Chriſti oblationes: Scriptura verò doceat, vnicam eſſe Chriſti oblationem: tenet ſuperior noſtra Concluſio. Quid, quod iſta diſtinctio eſt extra propoſitum huiuſce obiectionis? Quæro enim, annon ea Chriſti oblatione, quam vocant primariam, comparata ſit peccatorũ remiſſio? Credo non negaturos, ne innumerabiles Scripturę locos expungere velle videantur. At ſi eſt remiſſio peccatorum, non ampliùs eſt oblatio pro peccato, inquit Apoſtolus. Quorſum igitur hæc diſtinctio? Expecto ſanè dum dicant remiſſionem peccatorum vnam eſſe primariam, & alteram ſecundariam: ac tum huius diſtinctionis rationem ab illis poſtulabimus.

Refutatio reſponſionis Pontificiorum.

In Miſſa corpus & ſanguinem Chriſti non offerri Argu. 8.

Si in Miſſa ſit vera, realis & externa oblatio corporis & ſanguinis Chriſti: ergo vera & reipſa Chriſtus in Miſſa occiditur.

Conſequens eſt falſiſſimum. Falſiſſimum igitur eſt Antecedens: Et vi conſequentis ſacrificium Miſſæ reijciendum eſt.

Explicatio ſuperioris argumenti.

Heb.7.
Hebr.9.
Ibid.
Ibid.
Rom.4.
Rom. 8.
Gal.2.
Epheſ 5.
Ibid.
Ioan.10.
Galat.1.
1.Timot.2.
Tit.2.
Heb.10.
Heb.9.

Connexi Hypothetici conſequentia ſic probatur, Scriptura docet, Chriſtum ſe pro nobis obtuliſſe Deo, quia pro nobis mortuus eſt, vt patet ex ſequentibus locis. *Id fecit ſemel quum ſemetipſum obtulit. Quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum æternum ſeipſum obtulit inculpatum Deo, purgabit conſcientiam veſtram, &c. Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, &c, Chriſtus ſemel oblatus vt multorum peccata tolleret. Qui traditus eſt propter peccata noſtra, & excitatus eſt propter iuſtificationem noſtri. Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, &c. Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, &c. Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & victimam Deo. Chriſtus dilexit Eccleſiam & ſemetipſum tradidit pro ea. Ego ſum Paſtor bonus. Bonus Paſtor animam ſuã dat pro ouibus. Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris. Qui ſemetipſũ dedit redemptionis pretiũ pro quibuſuis. Qui dedit ſemetipſũ pro nobis. Qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti. Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, &c, alioquin oportuiſſet eum ſæpe paſſum fuiſſe, &c.* Ex his & conſimilibus locis (quos in hac diſtinctione ſæpius repetere & inculcare cogimur) efficitur: Chriſtum ex vſu Scripturæ, non alia ratione dici offerri Deo, niſi propter veram ac realem ipſius mortem: adeó vt huius locutionis, Chriſtus oblatus eſt, neceſſario hic ſit ſenſus: Chriſtus mortuus eſt. Affirmo nunquã aliter Scripturam loqui: ferant inſtantiam Pontificij, ſi modò poſſint. Quamobrem ſi Chriſtus veré offertur in Miſſa, Chriſtus in Miſſa veré occiditur: quod abſit. Chriſtus enim non ampliùs moritur: Mors illi vltra non dominabitur, inquit Paulus. Reſpondent ſacramentalem fieri immolationem Chriſti in Miſſa: propterea quòd, inquiunt, vi tranſſubſtantiationis ſeparatim conficitur corpus: & ſeparatim ſanguis etiam conficitur: licet, propter concomitantiam, non ſeparentur. At nos Scripturæ locum poſcebamus: quorſum igitur peregrina iſta & commentitia tranſſubſtantiatio? Quis enim nõ videt tranſſubſtantiationem ſacrificio minimé conuenire? Nam in ſacrificio non conficiebatur: hoc eſt, non fiebat: ſed conficiebatur, id eſt, occidebatur victima. Volunt autem ſua tranſſubſtantiatione facere corpus illud Chriſti quod offerant. Quid igitur habet illa cum ſacrificio commune? Cæterùm hæc diſtinctio, & ſecum pugnat, & ipſam Pontificiorum ſententiam euertit. Nam corpus & ſanguinem ſeparatim confici, &, propter concomitantiam corpus à ſanguine non ſeparari: hæc duo contradictoriè dicuntur. Rurſus ſi ſacrdmentalis eſt: non igitur vera eſt immolatio. Quia ſacramentale relaté dicitur, refertúrque ad eam veritatem cuius ſignum continet. Quòd ſi idem eſt, & ſacramentum, & veritas: Iam periit vtriuſque relatio, quæ non poteſt eſſe ſine duobus diſtinctis terminis. Adhæc ſi propter tranſſubſtantiationem immolatio Chriſti in Miſſa dicitur ſacramentalis: ſequitur, tranſſubſtantiationem eſſe ſacramentum. Atqui, ſacramentum eſt viſibile: iſta veró tranſſubſtantiatio quam fingunt Pontificij, eſt planè inuiſibilis: imò non modò non corporis, ſed ne animi quidem atque intelligentiæ oculis hactenus vnquam patuit, quippe cuius rationem tranſſubſtantia-

Rom.9.

Refutatio reſponſionis Pontific.

Miſſalis contradictio.

tionis parentes nec intelligunt ipſi nec aliis vnquam intelligibilem reddere potuerunt: quemadmodum nos, ſi Dominus conceſſerit, peculiari hac de re inſtituta diſputatione aliquando probabimus. Ad ſummam: nihil reſpondent Pontificij; quia proferunt teſtem, qui alio teſte opus habet (abſit enim vt ſomnium illud tranſſubſtantiationis admittamus) &, quod etiam grauius eſt, hæc diſtinctio ſacramentalis immolationis, quam ſuffulciunt Miſſæ ſacrificio, confirmat noſtram ſententiam, nedum eam euertit. Nam ſi oblatio dicitur propter immolationem: & immolatio eſt ſacramentalis, eſt igitur ſacramentalis quoque oblatio, ac propterea non vera, nec realis: quod iſti dicunt, & nos impugnamus. Forté tamen videri poſſint non incommodé plané immolationē ad ſuam tranſſubſtantiationem referre: quandoquidem ea iampridem in cauſa fuit, cur innumerabiles homines veram de Cœnæ Domini doctrinam amplexi, in tota propemodum Europa, gladiis, flammiſque immolati fuerint.

Quodnam immolationis genus Miſſæ conueniat.

Si hæc eſt natura veri & externi ſacrificij, vt victima immutetur: & Chriſtus iam immutari non poteſt: Certè Chriſtus non poteſt in Miſſa ſacrificari.

Argu. 9.

Verum eſt Antecedens. Verum igitur & conſequens: Et vi conſequentis ſacrificium Miſſæ commentitium eſt.

Connexum Hypotheticum ſatis per ſe lucet. Aſſumptum habet duas partes. Prior, nempe ſacrificio victimam immutari, probatur ex iis omnibus locis qui agunt de ſacrificiorum externorum ritibus, vt Exod. 29. Leuit. 1. 2. 3. &c. patet etiam eorum omnium exemplis qui vnquam ſacrificia externa & victimas Deo obtulerunt. Poſteriorem Aſſumpti partem: videlicet, Chriſtum iam eſſe omnis mutationis expertem, nemo Chriſtianus hactenus negauit. Rurſus illi ad ſuam tranſſubſtantiationem tanquã ad aſylum refugiunt, ac reſpondent in ſuo ſacrificio mutationē quoque fieri: quia ſubſtantia panis & vini (inquiunt) mutatur in corpus & ſanguinem Chriſti. At enim ſi ita ſit, ſubſtantia igitur panis & vini erit illa victima, quæ offertur; non autem corpus & ſanguis Chriſti: quod tamen illi volunt. Nam iſthæc mutatio, non accideret Chriſto, ſed pani: proinde panis ipſe eſſet victima. Verſent ſe in omnes partes Pontificij: ex his tamen duobus incõmodis ſemper in alterum [illegible]current: aut, panem ſacrificari & offerri Deo (quod nolunt:) aut Chri[illegible]o mutationem accidere: (quod abſit.) Ecce quẽadmodum Pontificij ſine Scripturæ gubernaculo nauigantes, ea tempeſtate iactentur, vt omnino, aut in Scyllam incidant, aut in Charybdim.

Explicatio ſuperioris argumenti.

Refutatio reſponſionis Pontificiorum.

Si quotidie Chriſtus in Miſſa ſacrificatur: ergo Chriſtus quotidie ſatisfacit pro peccatis noſtris. Conſequens eſt falſum. Falſum igitur Antecedens. Et vi conſequentis, Miſſæ ſacrificium reijciendum eſt. Connexi Hypothetici conſequentia probatur ex his locis. *Qui traditus eſt propter peccata noſtra &c. Qui ſemetipſum dedit redemptionis pretium pro quibusuis. Sanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Si, quum inimici eſſemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filij eius: multò magis reconciliabimur per vitam ipſius. Deus miſſo ſuo filio conformato carni peccato obnoxiæ, de peccato damnauit peccatum in carne. Fecit vt qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum eſſet; vt nos efficeremur iuſtitia Dei in eo. Tradidi vobis,*

Argu. 10.

Explicatio ſuperioris argumenti.

Rom. 4.
1. Tim. 2.
Heb. 10.
Rom. 5.
Rom. 8.
1. Cor. 5.
1. Cor. 15.

Chriſtum

1.Cor.15. *Chriſtum mortuum eſſe pro peccatis noſtris. Qui dedit ſemetipſum pro peccatis no-*
Gal.1. *ſtris, vt eximeret nos è præſenti ſeculo malo. In quo habemus redemptionem per*
Epheſ.1. *ſanguinem ipſius, remiſſionem peccatorum. Placuit, pace per ſanguinem crucis*
Col.1. *eius facta, per eum reconciliare nos ſibi, &c. Vos quondam abalienatos &*
Ibid. *hoſtes, nunc ſanè reconciliauit in corpore carnis ſuæ per mortem, &c. Pur-*
Heb.1. Heb.9. *gatione peccatorum noſtrorum per ſeipſum facta, ſedit ad dextram maieſtatis il-*
Heb.10. *lius excelſiſſimæ. Nunc ſemel in conſummatione ſeculorum ad abolendum pecca-*
tum per immolationem ſui ipſius patefactus eſt. Vnica pro peccatis oblata victi-
1.Pet.2. *ma in perpetuum ſedet ad dextram Dei. Qui peccata noſtra pertulit in corpore*
Apoc.1. *ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viueremus, cuius vibicibus ſanati*
Apoc.5. *eſtis. Chriſtus lauit nos à peccatis noſtris per ſanguinem ſuum. Quoniam ma-*
1.Pet.1. *ctatus es, & redemiſti nos Deo per ſanguinem tuum. Non rebus caducis, argento*
vel auro fuiſtis redempti: ſed pretioſo ſanguine agni immaculati. Ob id noui fœ-
Heb.9. *deris mediator eſt, vt morte intercedente ad redemptionem earum præuaricatio-*
num quæ fuerunt ſub priore Teſtamento, vocati promiſſionem accipiant æternæ
hæreditatis. Hoc eſt ſanguis meus noui Teſtamenti qui pro multis effunditur in
Matt.26. *remiſſionem peccatorum.* Ex his Scripturæ locis & pleriſque aliis eòdem ſpectantibus, efficitur: ſatiſfactionem pro peccatis noſtris eſſe effectum neceſſarium ſacrificij Chriſti: adeò vt, ex vſu Scripturæ, poſita ſatiſfactione pro peccatis, ponatur ſacrificium Chriſti: & viciſſim, poſito Chriſti ſacrificio, ponatur ſatiſfactio pro peccatis: idque in cauſa cohærente fieri debet. Falſitas conſequentis facilè colligitur ex iiſdem locis, ex quibus conſtat ſatisfactionem pro peccatis ſemel à Chriſto pro nobis factam eſſe: tunc videlicet quum ſe obtulit in cruce victimam Deo pro peccatis noſtris. Quinetiam hac concluſione res ipſa facillimè patebit. Nam Chriſtus pro nobis in cruce moriens, aut perfectè ſatiſfecit Deo, aut imperfectè. Imperfectè ſatiſfeciſſe, abſit à Chriſto redemptionis noſtræ autore & effectore perfectiſſimo: atque id ne cogitari quidem poteſt ab homine verè Chriſtiano. Si perfectè Chriſtus ſatiſfecit Deo, quum ſeipſe ſacrificauit in cruce pro nobis: cur, obſecrò, quotidie Chriſtus eſt ſacrificandus, vt pro nobis ſatisfaciat?

Argu.11. *Si hodie ſacrificandus eſſet Chriſtus, id fieret aut vt ſatis faceret pro peccatis noſtris: aut vt eius ſatiſfactio ſemel in cruce pro nobis facta, nobis applicaretur.*

Explicatio ſuperioris argumenti. *Neutra ratione ſacrificandus eſt. Nulla igitur. Et vi conſequentis: Sacrificium Miſſæ reiiciendum eſt.* Connexum eſt perſpicuum, niſi tertiam rationem Pontificij proferant, qua doceant erraſſe vitio disiunctionis: at non poſſunt. Aſſumptum habet duo membra. Prius eſt: Chriſtum non eſſe ſacrificandum vt ſatiſfaciat pro peccatis noſtris: atque id argumento, ſuperiori proximo, confecimus. Quod etiamnum confirmo ſequenti ratione ad incommodum adigente. Non ſi hodie ſacrificandus eſt Chriſtus, vt ſatiſfaciat Deo pro nobis: ergo hodie Chriſto patiendum & moriendum eſt. Si cauſam quæris: attende quid ſit ſatiſfacere Deo pro nobis: quod proculdubiò idem eſt, ac, ſoluere Deo quod debemus. Debemus autem mori, niſi Chriſtus pro nobis ſit mortuus. Quare dicimus, Chriſtum Deo ſatiſfeciſſe, quia Chriſtus ſemel perſoluit pro nobis, quatenus pœnas peccatis noſtris iuſto Dei iudicio debitas, pro nobis pati dignatus eſt. Quare, aut non plenè

Chriſtus pro nobis ſatiſfecit (quod impium eſt vel cogitare:) Iuſtus Deus eiuſdem debiti ſolutionem bis exigit (quod blaſphemum eſt dicere) aut, Satiſfacere, non eſt ſoluere, hoc eſt, ipſum non eſt ipſum: quod affirmare, iam non eſt diſſerentis, ſed delirantis.

Miſſalis contradictio.

Poſterius membrum eſt: Non eſſe hodie ſacrificandum Chriſtum vt eius ſatiſfactio ſemel in cruce facta nobis applicetur. Quod manifeſtam habet rationem: alioqui, neceſſariò (vt vulgo in ſcholis dicitur) ſequeretur implicatio contradictionis. Nam ſatiſfactionis applicatio infert ſatiſfactionem prius factam. At iſti volunt, in ipſa applicatione eſſe faciendam. Repugnat autem idem eſſe factum, & faciendum. Secundò, ſi iterum ſacrificari debet Chriſtus, vt eius ſacrificium ſemel factum nobis applicetur: ergo ſimili ratione, incarnari iterum debet Chriſtus, vt fructus eius incarnationis nobis applicetur: iterum Chriſto moriendum eſt, vt meritum mortis eius nobis applicetur: denique debet iterum Chriſtus reſurgere, vt beneficium reſurrectionis ipſius nobis applicetur: nec poterunt Pontificij rationem diſſimilitudinis proferre. At nemo non ſentit quàm hæc ineptè dicantur. Tertiò, ſi Miſſa eſt applicatio ſacrificij Chriſti: non eſt igitur ipſum Chriſti ſacrificium. Venim donatio rei, aliud eſt quàm res donata: ita applicatio, aliud eſt, quàm id quod applicatur. Quartò: ſi in Sacramento Baptiſmi ſacrificium Chriſti & mors ipſius nobis verè applicantur (ita docente Apoſtolo) nec tamen in Baptiſmo fit ſacrificium (etiam Pontificijs aſſentientibus) nihil eſt cauſæ, quamobrem neceſſe ſit in celebranda Cœna D. fieri ſacrificium, vt quoduis Chriſti beneficium nobis applicetur.

Pontificiorum effugium de Applicatione ſacrificij, refellitur.

Miſſalis contradictio.

Rom. 6.
Coloſſ. 2.

Quintò, ea demum ratio applicandi ſacrificij Chriſti tenenda eſt, quam ipſe Chriſtus inſtituit: Eſt autem duplex, vt antè dictum: altera eſt exterior efficacitas Spiritus Sancti: altera, eſt exterior prædicatio Euangelij, & ea quæ ex ipſius Chriſti inſtituto, ad Euangelicam prædicationem pertinent. Nec vſquam extat in Scriptura Chriſtum eſſe ſacrificandũ, vt eius ſacrificium nobis applicetur. Cùm enim ſanctiſſimum hoc ſacrificium ſemel in cruce factum applicetur credentibus: & fides in nobis ingeneretur à Spiritu Sancto per Euangelij prædicationem: hinc perſpicuum eſſe poteſt, quæ ſit vera ratio huiuſce ſacrificij nobis applicandi. Ad eam rem faciunt ſequentes loci.

Pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati per veritatem: non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro iis qui per ſermonem eorum credituri ſunt in me. Chriſti participes facti ſumus, ſi modò principium illud, quo fulti ſumus, firmum retinuerimus ad finem vſque. Cùm habeamus ſacerdotem magnum præfectum domui Dei, accedamus cum vero corde & certa perſuaſione fidei. Quem propoſuit Deus propitiatorium per fidem in ſanguine ipſius. Acceſſiſtis ad noui Teſtamenti mediatorem Ieſum, & ad ſanguinem aſperſionis. Et loci conſimiles, ex quibus intelligitur, beneficia Chriſti nobis applicari fide, quam videlicet, Spiritus Dei in nobis efficit & format per Euangelij prædicationem. Fateor quidem ipſam prædicationem eſſe aliquod ſacrificij genus, nempe ſpiritualis & figuratè dicti: quemadmodum Paulus aliquoties de prædicando Euangelio verba faciens, ad ſacrificium alluſit. Verùm, quid hoc ad Miſſæ ſacrificium? Quid, obſecro, commune eſſe

Ioan. 17.
Heb. 3.
Heb. 10
Rom. 3.
Heb. 12.

Rom. 15.
Phil. 2.

poteſt

Miſſæ cum Euangelij prædicatione nihil commune eſt.

[illegible] Euangelio clarè & apertè annunciato & expoſito, cum Miſſæ obſcuritatibus, ac mutis ſignis, eiuſque perobſcuris ſuſurrationibus? Imò verò ſacrificium ſpirituale Euangelij prædicandi, commentitio Miſſæ ſacrificio planè repugnat. Nam quoties prædicatur Euangelium ex inſtituto Chriſti, toties Chriſtus offertur, non Deo (quod iſti de ſua Miſſa ſomniant) ſed nobis, vt ipſum vera fide receptum totis animis amplectamur. Quinetiam per Euangelij prædicationem, non Chriſtus ſacrificatur, ſed nos ipſi Deo ſacrificamur, quatenus verbi Diuini gladio ſpiritualiter mactati, Deo conſecramur, & (vt Pauli verbis [illegible]) noſtra oblatio fiat accepta, ſacrificata per Spiritum Sanctum. Quid plura? expendant quid ſibi velit vocabulum, Applicationis, facilè intelligent, Chriſti ſacrificium nobis applicari, dum Chriſtus offertur, non Deo, ſed nobis. Ex quibus omnibus concludo, Pontificiorum effugium de applicatione ſacrificij non modò non adiuuare, ſed omnino potius euertere ipſorum de Miſſæ ſacrificio ſententiam.

Rom. 15.

Argumēt. 12 Sacrificium Miſſæ humanum eſſe commentum.

Si inter ſacrificium Chriſti ſemel in cruce factum, & ſecundum eius aduentum ultimum, Scriptura nullum Chriſti ſacrificium intermedium commemorat, ſed affirmat, Chriſtum Mediatorem, & Sacerdotem vnicum noui Teſtamenti interpellare pro nobis, non autem ſeſe pro nobis offerre: certè ſacrificium Miſſæ humanum eſt commentum.

Explicatio ſuperioris argumenti.

In Mich. I, 1. c. 1.

Verum eſt Antecedens. Verum igitur & conſequens. Ex vi conſequentis ſacrificium Miſſæ reijcimus. Connexi Hypothetici conſequentia firmiſſima eſt, & nititur iis quæ alibi à nobis diſputata ſunt de verbi Dei ſcripti autoritate. Debemus enim & loqui & ſentire cum Scriptura, è cuius finibus (inquiebat aliquando Hieronymus) vera Dei Eccleſia nō egreditur. Cur enim Scriptura, quum diſſerit de eo quod Chriſtus facturus eſt ad diem vſque nouiſſimum, hoc, quod iſti volunt eſſe præcipuum fidei noſtræ caput, omitteret? nempe fore vt Chriſtus quotidie ampliùs centies millies ſacrificetur pro nobis, vſque dum venerit viuos & mortuos iudicaturus. Rem tanti momenti, (ſiquidē vera eſſet) proculdubio clariſſimis ſcriptis Apoſtoli teſtatam nobis reliquiſſent. Num dicent Pontificij, interpellare, idem eſſe, quod ſeipſum ſacrificare? Atque ipſa interpellatio eſt effectum ſacrificij ſemel in cruce facti; ac propterea dicit Apoſtolus, ſanguinem aſperſionis loqui. *Acceſſiſtis*, inquit, *ad ſanguinem aſperſionis præſtantiora loquentem quàm (loquereur) ſanguis Abel.* Adde hunc ordinem à Paulo obſeruatum: Chriſtum mortuum eſſe & excitatum, ſedere ad dextram Dei, & pro nobis poſtulare. Item quia ſemper & aſſiduè pro ſuis Chriſtus interpellat: ſi interpellare, eſt ſacrificari, ſequeretur, Chriſtum aſſiduè ſacrificari: adeo vt matutinū tempus Miſſis celebrandis non ſufficeret. Aſſumptum probatur his Apoſtoli verbis. *Quis eſt qui condemnet? Chriſtus is eſt, qui mortuus eſt: imò verò etiam excitatus eſt, qui etiam eſt ad dextram Dei, qui etiam poſtulat pro nobis.* Non dicit ſacrificatur pro nobis. *Aduocatum apud Patrem habemus Ieſum Chriſtum Iuſtum. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Chriſtus propterea quòd in æternum manet perpetuum habet ſacerdotium: vnde & ſeruare prorſus poteſt eos qui per ipſum accedunt ad Deum, ſemper viuens vt interpellet pro eis. Talis*

Heb. 12.
Rom. 8.

Rom. 8.

1. Iohan. 2.
Heb. 7.

enim nos decebat Pontifex, &c. cui non eſt quotidie neceſſe, quemadmodum illis Pontificibus, priùs pro peccatis propriis victimas offerre: deinde pro peccatis populi: Id enim fecit ſemel, quum ſemetipſum obtulit. Expectantes beatam illam ſpem & illuſtrem illum aduentum gloriæ magni Dei & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti: Qui dedit ſemetipſum pro nobis, &c. Non in manufactum ſanctuarium ingreſſus eſt Chriſtus exemplar veri ſacrarii reſpondens; ſed in ipſum cœlum, vt appareat nunc in conſpectu Dei pro nobis. Chriſtus ſemel oblatus vt multorum peccata tolleret, altera vice abſque peccato conſpicietur iis qui ipſum expectant ad ſalutem. Chriſtus vna pro peccatis oblata victima in perpetuum ſedet ad dextram Dei, id quod ſupereſt expectans, donec inimici ipſius ſcabellum pedum ipſius fuerint. Vnica enim oblatione conſecrauit in perpetuum eos qui ſanctificantur, &c. En igitur quid Scriptura doceat de officio Chriſti Pontificis ad dextram Dei ſedentis: nec vllam facit iſtius commentitij ſacrificij mentionem: imò potius nos totos ad vnicum illud ſacrificium reuocat, quod Chriſtus in cruce pro nobis fecit, cuius ea virtus eſt, vt nobis liceat, non ſacrificare Chriſtum (quod Pontificij comminiſcuntur) ſed per Chriſtum, ſemel pro nobis ſacrificatum, ad Deum accedere.

Tit. 2.
Heb. 9.
Ibid.
Heb. 10.

Si in Miſſa Chriſtus verè offertur Deo à Pontificiis ſacerdotibus: ergo Chriſtus non eſt ſolus ſacerdos noui Teſtamenti.

Conſequens eſt falſum. Eſt igitur falſum Antecedens. Et per conſequens ſacrificium Miſſæ reiiciendum eſt. Connexi Hypothetici Conſequentia manifeſtè patet. Solus enim ſacerdos, & plures ſacerdotes, dicuntur contradictoriè. Aſſumptum nempe Chriſtum eſſe ſolum ſacerdotem noui Teſtamenti, verbis expreſſis docet Apoſtolus.

Argu. 13.
Chriſtum non offerri à Pontificiis ſacerdotibus in Miſſa.
Explicatio ſuperioris argumenti.
Heb. 5.

Chriſtus non ſibi ipſi honorem tribuit, vt fieret Pontifex, ſed is qui dixerat ei: filius meus es tu, ego hodie genui te; ſicut & alio loco: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Et illi quidem plures facti ſunt ſacerdotes, quod mors prohiberet eos permanere: At iſte propterea quod in æternum manet, perpetuum habet ſacerdotium, &c. Perſpicuum eſt igitur Chriſtum eſſe ſolum ſacerdotem noui Teſtamenti, quia eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec, adhibito Dei iureiurando, conſtitutus Rex ſimul & ſacerdos, atque ſacerdos in æternum, vt Scriptura docet. Ex quo neceſſe eſt, vt ſolus Chriſtus ſit noui Teſtamenti ſacerdos, quippe cui ſoli hæc conueniant. Hic Pontificij diſtinguunt inter primarium ſacerdotem (quem agnoſcunt eſſe Chriſtum) & ſecundarios ſacerdotes quos innumerabiles eſſe volunt; quorum miniſterio Chriſtus ſeſe offerat Deo. Sed quæro, cùm ſacerdotes veteris Teſtamenti ad venturum Chriſtum referrentur, annon eſſent, ipſius Chriſti reſpectu, ſecundarij ſacerdotes, adeoq; typus & figura Chriſti æterni ſacerdotis ſuo tempore exhibendi? Atqui poſtquam primarius ſacerdos exhibitus eſt, Apoſtolus iſtis ſecundariis ſacerdotibus locum vllum ſupereſſe noluit: nec alios ſecundarios ſacerdotes noui Teſtamenti illis ſuperioribus ſubſtituit; ſed in vno Chriſto ſubſiſtit, æterno ſacerdote ſecundum ordinem Melchiſedec. Quare iſta diſtinctio falſa eſt: quia euertit ipſam Apoſtoli ſententiam. Primarium enim & ſecundarium, non pugnant: quia ſunt ſubordinata. At Apoſtolus ita opponit Chriſtum hominibus

Heb. 7.
Refutatio reſponſionis Pontific.
Aduerſus diſtinctionem ſacerdotis primarij & ſecundarij.

minibus ſacerdotibus, vt eos non patiatur ſimul ſtare poſſe. Si ergo vlli ſunt ſecundarij ſacerdotes, profectò ruit argumentum Apoſtoli, & ea oppoſitio, quam in illo loco propoſuit. Dices, Apoſtolum excludere legales ſacerdotes. Certè: ſed adhibet eam rationem, quæ non minus quadrat in Pontificios ſacrificulos quàm in ſacerdotes veteris Teſtamenti: his enim Chriſtum opponit, nempe mortalibus immortalem: quod profectò æquè de Pontificiis ſacrificulis dici poteſt. Notiſſima autem eſt hæc regula [illegible]: Cui ratio & perfectum medium Concluſionis conuenit, eidem ipſam Concluſionem conuenire. Secundò, cùm legalibus omnibus ſacrificiis adumbratum ſit vnicum illud Chriſti ſacrificium, quod in cruce factum eſt (teſte Apoſtolo ad Heb.) obſecro te, quid amplius opus eſt ſacerdotibus, poſteaquam ſemel patefacta fuit veritas illis veteribus, tum ſacerdotibus, tum ſacrificiis adumbrata? Quorſum igitur Pontificij ſacerdotes? An vt ſignificent futurum Chriſti ſacrificium? At hoc falſiſſimum eſt. Sacrificatus eſt enim Chriſtus, inquit Paulus, non, ſacrificandus. An verò vt ſignificent factum Chriſti ſacrificium? At hic ſignificandi modus continet contradictionem: contradicere autem, non eſt, ſignificare, vel, repræſentare. Ecquid enim abſurdius vnquam dici poſſit, Chriſtum eſſe quotidie ſacrificandum, vt ſignificemus, Chriſtum ſemel fuiſſe ſacrificatum? huc tamen redit Pontificiorum ſententia. Tertiò: iſta diſtinctio pugnat cum natura ipſius rei de qua agitur: volunt enim Pontificij à ſuis ſacerdotibus Chriſtum ſacrificari. Atqui ea eſt natura huiuſce ſacrificij, vt à nullo alio fieri potuerit, quàm ab ipſo primario ſacerdote, nempe Chriſto. Quo fit vt in ſacrificio Chriſti diſtinctio primarij & ſecundarij ſacerdotis ſit ineptiſſima: quia res hæc ad ſolum primarium ſacerdotem pertinet. Sic enim Apoſtolus. *In ſecundum ſanctuarium (inquit) ſemel quotannis ſolus Pontifex ingrediebatur non ſine ſanguine quem offert pro ſeipſo & pro populi erratis. Hoc declarante Spiritu Sancto, nondum patefactam fuiſſe viam ad ſacrarium, priore Tabernaculo adhuc conſiſtente, &c. Adueniens autem Chriſtus pontifex futurorum bonorum per proprium ſanguinem ingreſſus eſt ſemel in ſacrarium, &c.* Docet igitur Apoſtolus ſacrificium Chriſti fuiſſe ad viuum expreſſum legali illo typo, quum ſummus ſacerdos ſolus in intimum ſacrarium ſemel ingrediebatur, atque ita ſignificabat ſacrificium illud perfectiſſimum à ſolo Chriſto verè ſummo ſacerdote tandem aliquando ſemel faciendum. Quamobrem nihil hîc opus eſt ſecundariis ſacerdotibus. Quartò: ſi ſacerdotes Pontificij ſunt tantum miniſtri ſacrificij quod fit in Miſſa, Chriſtus tantum eſt primarius ac verus ſacerdos, qui ſacrificium illud facit, vt dicunt: cùm ſacerdotes Pontificij offerant tam pro ſe, quàm pro populo: ſequetur, Chriſtum (abſit dicto blaſphemia) etiam pro ſe offerre. Nam miniſterium & inſtrumentum referri ad cauſam efficientem, fortaſſis iſti non ignorant. Quid fiet igitur his Apoſtoli verbis? *Cui non eſt quotidie neceſſe, quemadmodum illis Pontificibus prius pro peccatis propriis victimas offerre deinde pro peccatis populi. Id enim fecit ſemel quum ſeipſum obtulit, &c.* Annon, obſecrò, qui volunt noui Teſtamenti temporibus eſſe ſacerdotes, qui ſacrificium offerant Deo, tam pro ſe, quàm pro peccatis populi, tum ſuperioribus Apoſtoli ver-

bis,

1.Cor.5.

Miſſalis [illegible]

Heb.9.

Sententia Pontificiorū incommoda iugulatur.
Heb.7.

bis tum Euangelicæ veritati bellum indixerunt?

Quinto: hanc distinctionē [illegible] Pontificij [illegible] ſe ſacrificium eſſe ipſum Chriſti ſacrificium quod in cruce obtulit, [illegible] ne vllo miniſterio ſecundariorum ſacerdotum. [illegible] neceſſe eſt non eſſe idem ſacrificium, [illegible] ſacrificium [illegible] miniſterio ſecundariorum ſacerdotum.

Vtrumque autem eſſe falſum, contumelioſum & abſurdum, [illegible] tiſſimis rationibus, affirmamus. Niſi forte Pontificij [illegible] rabiles ſacrificulos velint cum eo [illegible], & [illegible] militibus comparare, quorum opera & miniſterio Chriſtus [illegible] fuit & in crucem actus. Quo in re, [illegible] ſecundarij, pro quo [illegible]. Nam [illegible] Chriſtum ſecundario quodam modo in crucem [illegible] numerato (quod etiam de Iuda [illegible]) benter, ſi liceret, Euangelicam veritatem à [illegible] ſecundarios mortis Chriſti miniſtros habeamus.

[illegible] eſt vnus ſacerdos Chriſti, [illegible] ſacerdotes, qui offerunt [illegible] & [illegible] ſunt ſolus eſt [illegible] ille ſemel pro nobis oblatus. verè ſolus Chriſtus eſt ſacerdos.

Antecedens verum eſt. Ergo [illegible] Conſequens: & [illegible] ſacrificium Miſſæ reiiciendum eſt. Connexum Hypotheticum patet ex primaria illa cognitione Eiuſdem & Diuerſi, quæ ex [illegible] Philoſophiæ fontibus hauriri ſolet. Aſſumptum cuiuis verè Chriſtiano [illegible]tur, neque id negant Pontificij ac proinde, ſaluo pudore, [illegible] ris Conſequentis negare non poſſunt.

Si qui noui Teſtamenti ſacerdos eſt, [illegible] Mediator noui Teſtamenti. Certè Chriſtus ſolus eſt noui Teſtamenti ſacerdos.

Verum eſt Antecedens. [illegible] Conſequens [illegible] Conſequentis Miſſæ ſacrificium reiiciendum eſt. Connexum Hypotheticum perſpicuum eſt ex iis, quæ in Connexo ſuperiore proximè dicta ſunt.

Aſſumptum habet duo membra: Prius eſt, Eum qui noui Teſtamenti ſacerdos eſt, eſſe quoque noui Teſtamenti Mediatorem: quæ doctrina eſt Apoſtoli, ita ſcribentis: *Chriſtus excellentius [illegible] ſortitus eſt, quo præſtantioris eſt Teſtamenti Mediator [illegible] ſtamenti Mediator eſt, vt morte [illegible] ad redemptionem [illegible] præuaricationum quæ fuerunt ſub priore Teſtamento, [illegible] promiſſionem [illegible] æternæ hæreditatis. [illegible] Teſtamentum eſt, [illegible] teſtatoris [illegible] neceſſe eſt. Acceſſiſtis ad noui Teſtamenti Mediatorem Ieſum, & ſanguinem aſperſionis, præſtantiora loquentem quàm [illegible] ſanguis Abel. [illegible] Mediator Dei & hominum [illegible] qui [illegible] [illegible] &c.* Ex quibus perſpicuè [illegible], Chriſtum eſſe & Mediatoris & [illegible] hæc [illegible] in Scriptura coniungi, vt neceſſe ſit, eum qui noui Teſtamenti Sacerdos eſt, eſſe quoque qui noui Teſtamenti Mediator eſt.

Poſterius membrum Aſſumpti eſt: Chriſtum ſolum eſſe noui Teſtamenti Mediatorem: quod expreſſis verbis teſtatur Apoſtolus, inquiens: *Vnus Deus, vnus etiam Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus.* [illegible] igitur [illegible] conſequens noſtri Connexi, Nec enim ſacrificuli

Miſſalis Anabatiſmus.

Quo ſenſu ſacerdotes Pontificij ſecundarij miniſtri dici poſſint.

Matth. 26.
Ioann. [illegible]

Argum. Chriſtum non offerri, vel ſacerdotes [illegible]

Refutatio reſponſionis Pontif.

[illegible]

Argum. ſolum Chriſtum eſſe noui Teſtamenti ſacerdotem.

Explicatio ſuperioris argumenti.

Heb. 12.
1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

Pontificij possunt esse verè sacerdotes noui Testamenti, quin simul etiam (quod absit) Mediatores inter Deum & homines, ac proinde Redemptores Ecclesiæ. Loquor autem de nomine sacerdotis propriè sumpto, quemadmodum iam admonui in primo capite huiusce disputationis. Nam propter sacrificia Spiritualia, fideles omnes dicuntur sacerdotes in Scriptura. Et qui Euangelium annunciant, quatenus Spirituali gladio immolant & consecrant homines Deo, ea ratione per quandam similitudinem dici possunt sacerdotes (quanquam non memini nomen istud vsquam illis tribui in Scriptis Apostolicis) nec dubium est quin ea de causa veteres sui Presbyteros ac Pastores Ecclesiæ sacerdotes appellarint. Sed nos de veris sacerdotibus loquimur, qui verum, reale, externumque sacrificium offerrent, quales Pontificij suos sacrificulos nobis describunt.

Argum. 18. Christum non offerri, vel sacrificari Deo in Cœna D. [illegible]

Si Sacramentum Cœnæ Domini institutum est vt Christus nobis offeratur vera fide & spirituali manducatione percipiendus, certè repugnat Christum nobis offerri à Deo, & Christum à nobis offerri, vel sacrificari Deo: ergo Christus non offertur, vel sacrificatur Deo in Sacramento Cœnæ Domini. Quod si igitur [illegible] in Missa [illegible]. Verum igitur consequens, & [illegible] Missa [illegible] est. Consequentia hypothetici satis patet ex eorum oppositorum natura, quæ simul esse vera non possunt. Id enim habeamus necesse est, quod offerimus: & aliquid nobis offertur, vt id habeamus.

Explicatio superioris argumenti.

At enim, inquiunt, Deus dederat Israelitis victimas quas ipsi Deo offerebant: & in Missa dicitur: *Deus tuis donis offerimus.* Ego verò Missam nihil moror, contradictionibus non minus quam crucibus abundantem. De victimis autem Israeliticis exceptio planè est inepta. Nos enim non de donis externis hîc agimus: sed de Christo nobis oblato in Cœna Domini, non à nobis offerendo.

Refutatio responsionis Pontif.

Tot sunt in Missa contradictiones quot cruces.

Assumpti pars prior nempe, Cœnæ D. Sacramentum institutum esse, vt Christus nobis offeratur vera fide percipiendus: probatur ex ipsa Christi institutione, quam Euangelistæ commemorant: neque id in dubium vocari solet. Quod assumimus in posteriori parte Assumpti nostri, Christum nobis offerri, eum à nobis non offerri: Pontificij sibi videntur tollere hac responsione. In Cœna Domini esse cum sacrificium, tum Sacramentum: & proinde non repugnare, alio atque alio respectu Christum, vna eademque actione, offerri Deo & nobis: ac proferunt sacramenta legalia, Agni Paschalis ceremoniam, quam illi dicunt fuisse sacramentum simul & sacrificium, quandoquidem vocatur Corban Num. 9. Sed hæc responsio nihil est aliud quam, petitio principii. Nos enim hîc adhuc [illegible] Cœnam D. esse sacrificium [illegible] habent aliquid cum Cœna D. commune. [illegible] Cœnam D. esse Sacramentum, quo Christus nobis offertur: neque à Pontificijs negari potest. quod addunt, Sacramentum Cœnæ D. esse simul sacrificium reale & externum: hoc verò pernegamus. Quam diu sententiam suam non demonstrarint, sed nullis Christi verbis confirmare possunt: nos Christi verbis apertis expressisque nostram sententiam confirmamus. Euangelistæ in Cœnæ D. institutione [illegible] Christum nobis [illegible] vera fide recipiendum [illegible] pro-

Refutatio responsionis Pontific.

bant hæc Chriſti verba: *Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum.* Item, *Bibite ex eo omnes.* Item, *Probet ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de poculo bibat.* Item, *Poculum benedictionis* [illegible] *Chriſti eſt? Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt? Quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus: nam omnes de vno pane ſumus participes.* Ecce tibi clariſſima verba de manducando Chriſti corpore: nulla verò extant de ſacrificando. Non enim, offerte, dixit, ſed, accipite: non dixit, panem quem frangimus eſſe ſacrificium: ſed, communionem corporis Chriſti. Denique non ait Paulus, ſacerdotes in Cœna D. [illegible] panis ſubſtantiam, Chriſtum ſacrificare: ſed, nos omnes vnius panis eſſe participes, affirmauit. Neque huc accerſenda ſunt vetus cæremonia de Paſchate ad probandum Cœnæ D. ſacrificium. Nam in illo Sacramento legali (de quo infra pluribus agendum erit) agnum fuiſſe immolandum, perſpicuum eſt ex ipſa inſtitutione: [illegible] vocatur, oblatio: licet non fuerit ſacrificium propriè dictum, vt exponemus ſuo loco. Sed vt Chriſtus ab Eccleſia Chriſtiana immoletur & offeratur, nulla vnquam lege, vel à Chriſto, vel ab Apoſtolis [illegible]. Præterea non valeret hoc ratiocinandi genus: Si Sacramenta quædam legalia fuerunt ſimul externa ſacrificia: Ergo idem de Sacramentis Eccleſiæ Chriſtianæ cenſendum eſt. Nam, vt in ſuperioribus diximus, externa omnia ſacrificia vnicum idemque perfectiſſimum Chriſti ſacrificium abrogauit: ne mihi dicendum ſit, veterem illam cæremoniam non fuiſſe inſtitutam, vt agnum Deo offerret [illegible] Deo offeratur: quod tamen Pontificij de Chriſto in ſuo [illegible] Mitto dicere, quam abſurdum ſit, nos primum offerre Chriſtum Deo in ſacrificio, & poſtea Chriſtum habere in Sacramento. Quomodo enim Chriſtum offerimus, ſi Chriſtum non habemus? Hæc igitur dici præpoſterè (vt alia præteream) nemo non videt: ac proinde manet ſuperior noſtra Concluſio.

Si in Cœna Domini Chriſtus ſeſe obtulit [illegible] *non* [illegible] *Quod* [illegible]

Antecedens verum eſt. [illegible] *ſacrificium repræſentatum eſt.* Connexum hypotheticum negari non poteſt, ne in contradictionem incurramus.

Aſſumptum probant hæc Chriſti verba: *Accipite, manducate: hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur.* [illegible] *Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.* Ex quibus intelligitur, in Cœna Domini [illegible] Chriſti paſſionem & mortem [illegible] Deo reconciliaret. Reſpondent [illegible] in Cœna ſe [illegible] *datur, effunditur,* in præſenti tempore vſurpari. Sed [illegible] ipſis oculis vitro perſtringere, ne videant [illegible] qua Chriſtus de re iam inſtanti & mox futura, tanquam de præſenti loquebatur. hoc autem loquendi genus paſſim occurrere, cum ex multis aliis, tum ex his Scripturæ locis manifeſtum eſt: [illegible] *Filius hominis traditur in manus peccatorum.* [illegible]

Matth.26.
1.Cor.11.
1.Cor.10.

Argum.17. Chriſtum in Cœna non ſacrificaſſe.

Explicatio ſuperioris argumenti.

Luk.22.
1.Cor.11.
Matth.26.

Refutatio reſponſionis Pontificiæ.

An Chriſtus ſeſe in S. Cœna ſacrificauerit.

Matth.26.
Ibid.
Ioan.14.
Ioan.17.
Ioan.10.

[illegible] *sanctifico meipsum. Ponam animã meam pro ouibus meis.* Itē Paulus de suo martyrio iamiam instanti, *Ego iam libor, & tempus meæ resolutionis instat*, & huiusmodi plerag. Hinc factum est, vt in Euang. Matth. hebraicè conscripto, vsurpetur futurum tempus. Quinetiam vetus Interpres, quem illi vulgò sequi solent, verbum Græcū præsentis temporis expressit per futurum: sic enim interpretatus est apud Matthæum & Lucam: *Sanguis meus qui pro multis effundetur*: & apud Paulum, *Corpus meum quod pro vobis tradetur.* Quid, quod ne illi ipsi suam Missam audiunt, quam statuunt ab omnibus audiendam esse? Sic enim extat in Canone Missæ, adeóque in ipsa Consecratione, in qua liquidò [illegible] actum est de ipsa Transubstantiatione, quā tamen volunt esse sui sacrificij fundamentum: *Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Imò, ne ipsi se audiunt quidem. Supra enim in argumento 3. quum suis ipsi laqueis retiti tenerētur, coacti sunt hæc verba sui Canonis, *Hæc dona, hæc munera, quæ tibi offerimus, &c.* exponere per enallagen de re mox futura (vt illi quidem aiebant) quam bene suo loco diximus) idem autem in his Christi verbis faciendum esse non vident. Denique, exponunt vtroq; modo, & per futurum tempus, & per præsens simul, non solùm res ipsas, sed etiam vocabula & verborum tempora confundentes; quo nihil vnquam stultius, addo etiam, imprudentius, dici potuit. Funditur sanguis (inquiunt) in cruce: funditur autem in ipsa Cœnæ actione, genere incruento. O acutos homines, sed longè acutiores futuros, si semel nobis explicare possent, ecquanam ratione sanguis incruentè fundi possit. Sanguis enim aut verè dicitur fundi, aut per similitudinem. Si per similitudinem: non est verum & reale sacrificium Missæ. Si verè dicitur fundi, non igitur incruentè: nam incruentum excludit sanguinis fusionem; nisi fortè isti homines sua omnia confundentes & contradictionibus inuoluentes, nouum aliquod rerum omnium chaos in mundum inuehant: quod profectò facerent, nisi lux Euangelica ipsorum tenebris obsisteret. Hoc igitur commentum, seu portentum, de immolatione Christi facta ab ipso Christo in sacra Cœna, his rationibus procul à nobis ejicimus. Prima ratio, quia rerum naturam euertit, & extinguit primariam illam lucem nostræ cognitionis, de quolibet alterum esse, affirmationem, aut negationem. Hinc enim sequitur, sanguinem, non sanguinem, fundi, non fundi, præsens & futurum tempus idem esse. Secunda ratio; quia nihil extat in institutione Cœnæ Domini, quo videri vnquam possit Christus se tunc Deo pro nobis obtulisse. Tertia ratio; quia refellitur hic error omnibus Scripturæ locis in quibus Christus dicitur semel passus & immolatus, adeóque vnica oblatio. Quarta: quia pugnat cum eo loquendi genere quod à Scriptura vsurpatur, quæ nunquā dicit Christū se obtulisse nisi ratione veræ & realis ipsius mortis (vt antè à nobis dictū est. Quinta; quia si Christus sese pro nobis obtulit in Cœna, hæc oblatio aut fuit perfecta, aut imperfecta. Si dicas imperfectam, blasphemia est. Si perfectā, quorsum postea Christus pro nobis mortuus est? Sexta: quia dicunt Missæ sacrificiū offerri in memoriā passionis, resurrectionis

ascensionis

2. Timot. 4.

Quomodo Pontificij Missam auditores, missam non audiant. Ex Canone Missæ.

Missalis contradictio.

Christum in Cœna non se immolasse probatur [illegible]

1.

2.

3.

4.

5.

6.

aſcenſionis Chriſti: ſic enim extat in eorum Miſſa: *Unde & memores eiuſdem Chriſti filij tui Domini Dei noſtri tam beatæ paſſionis nec non & ab inferis reſurrectionis, ſed & in cælos glorioſæ aſcenſionis offerimus, &c.* At quum Chriſtus Cœnam inſtituit, non potuit ſe ipſum offerre in memoriam ſuæ mortis, reſurrectionis & aſcenſionis. Memoria enim eſt rerum præteritarum, non futurarum. Sed quid ego plura commemoro? hæc enim ſacrificulorum, non iam inſcitia, ſed inſania, etiam nobis tacentibus, ſatis ſeipſa redarguit.

Argu. 18. Chriſtum in Cœna non ſacrificari.

Si Cœna D. inſtituta eſt ut in ea fiat commemoratio ſacrificij Chriſti: Certè in Cœna Domini non fit ipſum Chriſti ſacrificium: Quanto igitur minus in Miſſa?

Explicatio ſuperioris argumenti.

Antecedens verum eſt. Verum igitur & conſequens. Et vi conſequentis ſacrificium Miſſæ reijciendum eſt. Connexum Hypotheticum patet: quia rei commemoratio non eſt res ipſa: quandoquidem commemoratio neceſſariò rem antegreſſam ſignificat.

Aſſumpti veritas lucet expreſſis Chriſti verbis *Hoc facite in meam commemorationem:* & apud Paulum. *Quotieſcunque edetis panem hunc & poculum hoc bibetis, mortem Domini annunciatis uſquequo venit.*

1. Cor. 11.

Refutatio reſponſionis Pontificiorũ.

Reſpondent Chriſtum voluiſſe ſacrificium ſuum repræſentari, non verbis tantùm, ſed etiam ſimili quadam actione. Sic enim, inquiunt, Dominus liberationem primogenitorum commemorari voluit oblatione primogenitorum. Adde feſtos dies azymorum & Tabernaculorum, in quibus res antea factæ rebus ſimilibus in memoriam reuocabantur. Atqui non negamus quin in ſacra Cœna mors Chriſti nobis quodammodo ante oculos ponatur, tum Euangelica prædicatione, idque imprimis, ſic enim Paulus, *Mortem Domini annunciabitis*, inquit, tum etiam Sacramento, huc enim ſpectat fractio panis teſte eodem Apoſtolo, his verbis: *Hoc meum eſt Corpus, quod pro vobis frangitur* inquit, ſummos Ieſu Chriſti cruciatus ita ſignificans. Sed quid hoc ad mutas Miſſæ cæremonias, aut ad ipſum Miſſæ ſacrificium quod propoſuimus? Ecquod enim eſt iſtud concludendi genus? Olim ſub legis pædagogia Dominus certos ritus inſtituit, quibus maiores noſtri beneficiorum à Deo acceptorum memoriam renouarent: ergo ſacrificium Chriſti ipſius Chriſti ſacrificio repræſentandum eſt. Primùm, non valet conſequentia, à legis cæremoniis ad tempora noui Teſtamenti: quin potius videmus eò Chriſti inſtituta reſpexiſſe, vt quoad eius fieri poſſet, nos ab externis eiuſmodi ritibus reuocarent. Deinde Priſcis illis temporibus ita faciendum eſſe, nominatim & certa lege cautum erat: at de ſacrificio externo in Cœna Domini faciendo nullum vſquam verbum. Denique, iſta ratio non reſpondet eorum concluſioni. In veteribus enim cæremoniis fuiſſe rerum præteritarum memoriam perſpicuũ eſt. Sed iſti volunt, Chriſti ſacrificium, ipſius Chriſti ſacrificio repræſentari, quod quidem non iam eſt ſimilitudo, ſed identitas. Perinde eſt enim ac ſi dicant: panes azymos quibus olim Iſraelitæ quotannis certis ſolennibus diebus veſcebantur, fuiſſe illos ipſos panes azymos qui olim in Ægypto confecti fuerant. Idem dico de Taber. quod quàm ſit ridiculũ, nemo non videt. Quamobrẽ ex hac ipſorũ ratione ſequeretur: Cœnam D. non eſſe Chriſti ſacrificiū ſed tantùm ipſius ſacrificij ſimilitudinem. Atque ita videmus quàm procul iam abſint à ſua ſententia, & ipſa diſputationis aura proiecti. Atque vt videant, quàm parum ipſi cum ſua etiam Miſſa conſentiant (nedum cum verbo Dei velint conſentire) expendant cum otio hæc Miſſæ verba; *Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationem quam tibi offerimus ob memoriam incarnationis, natiuitatis, circumciſionis, paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.* videant, inquam, num hæc poſſint cum illa commentitia ſacrificij identitate conuenire.

Miſſalis contradictio Ex Miſſa.

Argum. 16. S. Cœnam non eſſe ſacrificium pro peccatis.

Si Pontificij volunt Cœnam Domini eſſe ſacrificium eucharisticum, & ſacrificium eucharisticum non poteſt idem eſſe propitiatorium pro peccatis: certè, vel ex ipſorum Pontificiorum ſententia, Cœna non poteſt eſſe ſacrificium pro peccatis: quare nec ipſa Miſſa.

Antecedens verum eſt. Verum igitur Conſequens: Et vt conſequentis ſacrificium Miſſæ reijciendum eſt. Connexum Hypotheticum non eget probatione.

Explicatio ſuper. argumenti.

Aſſumpti pars prior in promptu eſt, vel ex ipſo vocabulo Euchariſtiæ, quod in hac quæſtione illi ferè ſemper in ore habent: adde hæc expreſſa verba Miſſæ, *Hoſtias tibi Domine laudis offerimus, &c.*

Ex Miſſ. Leuit. 3. 4. 5. 6. 7. &c.

Pars poſterior confirmatur ex iis quæ copioſè à Moſe traduntur de ſacrificiis, cum Expiatoriis, cum Pacificis, ſiue, Euchariſticis, forma & ritibus inter ſe diſtinctis. Huc adde vim naturámq; vtriuſq; ſacrificij. Nam anteceſſiſſe beneficium oportet, pro quo gratiæ ſint agendæ. Cùm autem imprimis gratias agamus Deo in ſacra Cœna, quòd nobis Ieſum Chriſtum dederit, vt pro nobis oblatus, propitiatio pro peccatis noſtris eſſet: neceſſe eſt illud ipſum pro quo gratias agimus, beneficium anteceſſiſſe: ac proinde in Cœna Domini non fieri ſacrificium Chriſti pro peccatis propitiatorium. Reſpondent, vtrumque ſacrificij genus poſſe concurrere: eò quòd fideles offerunt quoque Deo ſacrificium ſpirituale in Cœna Domini. Quod ſi ita eſt, efficitur, ſacrificium illud, quatenus Euchariſticum, eſſe ſpirituale, non autem reale & externum. Qui fit igitur vt ipſam hoſtiam, quam volunt eſſe veram ac realem, & quam ſe dicunt offerre pro peccatis, vocent Euchariſtiam? Certè, vel ex primis [illegible] rudimentis didicerant, hanc eſſe vim [illegible], vt ſi Euchariſtia ſit realis & externa, ſacrificium Euchariſticum ſit quoque externum & reale. Neque hoc vlla ratione ſtare poteſt, hoſtiam eſſe realem & externam, ipſum autem ſacrificium eſſe internum & ſpirituale. Quinetiam, cùm res denominari ſoleat ex eo quod eſt potius: & illi ſui ſacrificij hoſtiam, Euchariſtiam nominare velint, ſacrificium, quatenus Euchariſticum, eſſe ſpirituale relinquitur, vt ſi quod eſt ſacrificium in Cœna Domini, illud ſit ſpirituale, ac propterea non reale & externum. Quia verò quod negant de Cœna Domini, id quoque de ſua Miſſa negandum eſſe confitentur: Ecce, nobis redit noſtra concluſio demonſtrata, quam in hoc cap. efficere ſtatueramus: In Miſſa non fieri verum, reale & externum ſacrificium propitiatorium pro peccatis. Verum enimuerò cùm Pontificij vel ſuperiorum argumentorum vim effugiant, ſeſe in meram diſtinctionis latebram conijcere ſoleant, nempe,

Refutatio reſponſionis pontific.

Miſſalis Anabaptiſmus

ſacrificij cruenti & incruenti: quanquam ex iis quæ antè à nobis diſputata ſunt facilè iſta diſtinctio tollitur: vt tamen res ſit dilucidior, pauca ſubiiciemus ad euertendam illam diſtinctionem.

Argum. 12.

Diſtinctionem ſacrificij cruenti & incruenti à Pontificiis propoſitã ad confirmandum Miſſæ ſacrificium reijciendam eſſe.

Omnis diſtinctio quæ non ſolùm deſtituitur verbo Dei, ſed aduerſatur, ſibique ipſa contradicit: ridicula eſt, nedum Theologica: ac proptereà à Theologicis diſputationibus reijcienda.

Diſtinctio ſacrificij cruenti & incruenti à Pontificiis in hac quæſtione propoſita, non ſolùm deſtituitur verbo Dei, ſed ei aduerſatur, ſibique ipſa contradicit.

Quare diſtinctio ſacrificij cruenti & incruenti à Pontificiis in hac quæſtione propoſita ridicula eſt, nedum Theologica: ac proptereà à Theologicis diſputationibus reijcienda. Maior eſt extra controuerſiam. Minor tria continet, quæ nos ſigillatim probabimus. Primum eſt, iſtam diſtinctionem Pontificiam deſtitui verbo Dei. Cùm enim agant de ſacrificio noui Teſtamenti, affirmant noui Teſtamenti temporibus vnicum, reale, externúmque ſacrificium extitiſſe, quo legalium omnium ſacrificiorum vmbræ impletæ ſimul & abrogatæ ſunt: nempe ſanctiſſimum illud ſacrificium, quod Chriſtus ſemel in cruce pro nobis obtulit: ac proinde nulla Chriſtianis ſacrificia offerenda ſupereſſe, præter ſacrificia ſpiritualia, de quibus egimus in primo cap. huius diſputationis. Hæc quidem ſacrificia quæ nobis ab Apoſtolis commendantur ſunt incruenta, quia ſpiritualia: & ſi quidem eo ſenſu loquerentur Pontificij, longè abeſſent à ſuis erroribus. Verùm hoc ſibi volunt: in nouo Teſtamento eſſe aliquod ſacrificium reale & externum, idémque incruentum: cuius rei nullum verbum reperiri, nullum extare veſtigium in ſcriptis Apoſtolicis affirmamus: quemadmodum fuſiùs à nobis confirmatum eſt ſuprà in argumento 4. Quòd ſi nobis fidem Pontificij non habeant, ferant igitur inſtantiam & proferant aliquem Scripturæ locum, ex quo doceant, eiuſdem victimæ ſacrificium externum, eſſe poſſe tum cruentum, tum incruentum.

Explicatio ſuperioris argumenti.

Secundum membrum minoris propoſitionis eſt, hanc pontificiorum diſtinctionem aduerſari verbo Dei: quod nos ita planum facimus. Si Chriſtus non tantùm ſeſe obtulit cruento ſacrificio, quum pro nobis ſemel mortuus eſt, ſed etiam quotidie pro nobis offertur ſacrificio incruento: ergo plura ſunt & varia eiuſdem Chriſti ſacrificia: quod aduerſatur his Scripturæ locis. Heb. 10. *Chriſtus vna pro peccatis oblata victima in perpetuum ſedet ad dextram Dei, &c. Vnica enim oblatione conſecrauit in perpetuum eos qui ſanctificantur.* Heb. 9. *Non vt ſæpe offerat ſeipſum, ſicut Pontifex quotannis ingreditur in ſanctuarium cum ſanguine alieno: alioquin oportuiſſet eum ſæpe paſſum fuiſſe à conditu mundi.* Heb. 10. *Sanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel.* Heb 10. *Lex vmbram habens futurorum bonorum non ipſam ſpeciem rerum, iis hoſtiis quas ſingulis annis eaſdem aſſiduè offerunt nunquam poteſt accedentes ſanctificare: alioqui nonne deſiiſſent offerri?* Heb 9. *Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* Heb 10. *Vbi eſt peccatorum remiſſio, non eſt ampliùs oblatio pro peccato, &c.* Et permulta in hanc ſententiam quæ propoſuimus ſuprà in Argum. 4. Ex quibus intelligitur, oblationem Chriſti & vnicam, & ſemel factam, non ſæpe faciendam eſſe. Quòd ſi vera eſſet iſta Pontificiorum diſtinctio: quis non videt iacere Apoſtoli Argumentum? *Non ut ſæpe ſe offerat*, inquit, *alioquin oportuiſſet eum ſæpe paſſum fuiſſe*. Imò (ſi quidem verum dicunt Pontificij) poteſt ſæpe offerri Chriſtus; nec tamen propterea pati: quia poteſt offerri ſacrificio incruento. At enim peregrinum iſtud & abſurdum commentum præcidit Apoſtolus, quum ait hæc duo eſſe conſectaria, neceſſariò Chriſtum ſæpe offerri, & Chriſtum ſæpe pati. Rurſus: *Si lex potuiſſet ſanctificare* (inquit Apoſtolus) *certè hoſtiæ deſiiſſent offerri*. Ex quibus concludo: poſteaquam Chriſtus qui poteſt ſanctificare, exhibitus fuit & oblatus: eum non ampliùs eſſe offerendum, alioqui, Chriſtus eſſet inferior legalibus victimis: quod abſit. Atqui ſi incruentè poteſt offerri Chriſtus: quomodo ſtabit quod toties inculcat Apoſtolus, Chriſtum ſemel oblatum eſſe, eúmque non eſſe ſæpius offerendum? Præterea Apoſtolus affirmat, ſine ſanguine non fieri remiſſionem peccatorum. Contrà, Pontificij dicunt fieri remiſſionem peccatorum incruento ſacrificio hoc eſt, ſine ſanguine. Item: Apoſtolus negat vllam eſſe ampliùs oblationem pro peccato, poſteaquam peccata per Chriſtum remiſſa ſunt. Contrà, Pontificij affirmant, ſupereſſe quandam oblationem pro peccato, nempe incruentam. Sic, quàm bene Pontificij cum Apoſtolo conueniant. Illis igitur oppono hoc theorema Theologicum, quod videant an labefactare poſſint.

Theorema Theologicū.

Quotieſcunque exſtat in Scriptura Propoſitio vniuerſalis: nulla eſt ei opponenda diſtinctio, niſi nitatur certis, dilucidis, expreſſiſque ipſius Scripturæ verbis: ex quibus, ſine controuerſia, inſtantia fieri poſſit. Ratio eſt: quia nullum alioqui dogma in Theologia certum eſſet: ſemper enim exciperetur id quod eſſet in quæſtione poſitum: quemadmodum Pontificij, non in hac tantùm quæſtione, ſed in pleriſque aliis faciunt.

Refutatio reſponſionis Pontif.

Verùm, inquiunt, ſuperiores illi loci ſunt de cruento ſacrificio intelligendi. Rectè ſanè: nullum enim aliud Chriſti ſacrificium Apoſtolus agnouit. Cùm igitur affirmans oblationem Chriſti vnicam eſſe, cruentum ſacrificium intelligat: ſequitur, cruentum Chriſti ſacrificium eſſe vnicum ipſius ſacrificium: ac proinde exibilandam eſſe diſtinctionem hanc de incruento Chriſti ſacrificio. Illi autem perinde diſtinguunt cruentum ab incruento, ac ſi planè conſtaret aliquod eſſe Chriſti ſacrificium incruentum: quod nos merum delirium eſſe & Apoſtolis incognitum, ex ipſorum Apoſtolorum ſcriptis confirmauimus. Omnes autem Theologicæ diſtinctiones debent eſſe eiuſmodi, vt ſingulæ ipſarum partes manifeſtè luceant in Scriptura, quemadmodum diximus. Quod ſi commentitias diſtinctiones proponere liceat, quibus nihil aliud quàm principium petatur (id quod in hac quæſtione Pontificiis viſum eſt) facillimum erit cuique Theologicè diſputare.

Tertium membrum Minoris noſtræ propoſitionis fuit: Pontificiorum diſtinctionem ſibi ipſi contradicere: quod ita fiet manifeſtum. Sacrificium in quo victima ſacrificatur Deo, non poteſt eſſe ſine ſanguinis fuſione. Nam victima dicitur ſacrificari, quum immolatur Deo.

Miſſalis contradictio.

Quare qui dicit ſacrificium, cuius victima Chriſtus eſt, eſſe incruentum; ille dicit ſacrificium non ſacrificium. Nam ſi incruentum eſt, non eſt igitur Chriſti ſacrificium: quandoquidem fuſio ſanguinis eſt de ratione huius ſacrificii, vt dictum eſt: niſi fortè velint aliquid poſſe ſimul eſſe incruentum cum ſanguinis fuſione. Reſpondent: fuſionem ſanguinis eſſe Sacramentalem. Ex quo efficio, quandoquidem incruenti vocabulum tollit veram ſanguinis fuſionem, id dici Pontificiis Sacramentale, quod re verâ non eſt, ſed eſt rei veræ ſignum & figura. Vtrumque enim ſimul coniungunt, nempe incruentum & Sacramentale. Huc igitur poſt longos, ac varios errores tandem redeunt: in Cœna non fieri ipſum Chriſti ſacrificium verè, ſed Sacramentaliter, hoc eſt, ſacram Domini Cœnam eſſe Sacramentum veri illius & vnici ſacrificii, quod ſemel Chriſtus fecit pro nobis, quum ſeſe obtulit victimam Deo pro peccatis noſtris. Nam ſi fuſio ſanguinis vera eſt: non eſt ergo incruentum ſacrificium. Si Sacramentalis eſt fuſio: ergo ſacrificium non verè fit, ſed Sacramentaliter: idque vt [illegible]. Quia verò non audent hac in parte plus tribuere ſuæ Miſſæ, quàm Cœnæ Domini: reliquum eſt, vt illi nobiſcum affirment, falſum eſſe, in Miſſa fieri verum, reale & externum Chriſti ſacrificium propitiatorium pro peccatis noſtris: quod erat nobis refellendum.

Refutatio reſponſionis Pontificiorū.

Miſſalis Anabaptiſmus.

CAPVT IIII

NOn ſine cauſa monent Philoſophi cognoſcendum eſſe falſum, vt maiorem veri cognitionem habeamus. Tunc enim manifeſtè patet neceſſariæ demonſtrationis veritas, quum [illegible] Syllogiſmi redarguuntur. Quare ex illa methodo quam nobis ſequendam propoſuimus, poſteaquam aduerſariorum ſententiam ſuperiori diſputatione [illegible] refutauimus: iam nobis ſubducenda ſunt ea fundamenta, quæ illi ſuis erroribus ſubſternunt, & noſtræ ad eorum argumenta reſponſiones proferendæ.

Errores ſuperioris obiectionis

Hoc facite in meam commemorationem, inquit, Chriſtus. Ergò in Miſſa fieri debet ſacrificium ex ipſa inſtitutione Chriſti. Conſequentia patet: quia ſignificat ſacrificare, ſi aliunde indicia ſuppetunt: vt, Hoc eſt quod facies in altari. Agnos anniculos duos per ſingulos iugiter. Item: Agnum vnum facias manè, &c. Item: Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, hoc eſt, immolabitur: interprete Marco. Vnde poëta, Quum faciam vitula pro frugibus ipſe venito. Itaque hoc facite, id eſt efficite vt veſtro facto magis quàm voce mortem meam annuncietis. Quæ ſint actiones Chriſti, tum circa panem, tum circa calicem conſideranda ſunt. Cum igitur Chriſtus fieri iuſſerit id quod tum fecit: Chriſtus autem ſemetipſum in Cœna ſacrificauerit incruentè ſub ſpeciebus panis & vini: ſequitur, in Miſſa ſacrificium eſſe faciendum.

Luk.22.
1.Cor.12.
Exod.29.
Num.29.
Matth.26
Marc.19.
Virg.Ecl.3.

Pernego Conſequens. Probatio verò planè inepta eſt. Primus error eſt ex figura dictionis. Nec enim ea eſt ſignificatio verbi [illegible], quo Paulus & Lucas vtuntur, vt perinde accipiendum ſit, ac ſi dixiſſet: ſacrificate. Verbum quidem hebræum *Aſa* ſæpe ſolet ad ſacrificia referri: quia non tantùm ſignificat, facere: ſed etiam aptè & ritè aliquid componere: & propter hanc poſteriorem ſignificationem, ſæpe infert ipſos ritus ex lege Dei in ſacris adhiberi ſolitos: ita tamen, vt huius verbi generalis ſit ſignificatio: neque ſit ad vocabulum ſacrificandi reſtringenda. Hoc autem perſpicuum eſt ex illo ipſo loco quem citant:

Errores ſuperioris obiecti.

Verbum Facere expeditur.

Loci obiecti expoſitio.

Facies, inquit, *vnum agnum manè & alterum veſperè: decimam partem ſimilaginis conſperſæ oleo, &c.* ibi repetendum eſt verbum *Facies*) ex vſu communi. Atqui agnus quidem ſacrificabatur & mactabatur, ſed id ſimilaginem minimè conuenire, manifeſtum eſt. Illic igitur, *Aſa* ſignificat mactare, hic verò, ſimpliciter offerre. Quia verò Paulus & Lucas Hebraicè non ſcripſerunt, ſed Græcè, idcirco vis Græci vocabuli ſpectanda fuit: niſi fortè doceant, hic eſſe hebraiſmum: quod num ſatis firmis rationibus facturi ſint, expectabimus. Quum enim proferunt ex Matthæo, *Poſt biduum paſcha fiet*: alias res agunt: quippe cùm ibi verbum *ποιεῖν* non vſurpetur (de cuius ſignificatione diſputamus) ſed *γίνεται*: quod in eo loco non fieri, ſed eſſe ſignificat: hoc enim ibi vult Chriſtus mox futurum Paſcha, quemadmodum loco Marci quem etiam nobis opponunt. *Erat*, inquit, *Paſcha poſt biduum*. Nec quod ſequitur, apud Marcum (*Quando Paſcha mactabant*) efficit vt verbum *γίνεται* à Mathæo vſurpatum, ſignificet ſacrificare. Sic apud Ezechielem: *Erit vobis Paſcha*: Eſt igitur diſpiciendum, an Paſcha ſignificet agnum illum qui immolabatur: an verò, diem feſtum quo ſancta hæc ceremonia celebrabatur. In quo poſteriore ſenſu vſurpatur à Mathæo in illo cap. ver. 2. vt & multis aliis locis. *Propè erat Paſcha Iudæorum*, inquit Ioannes. Item. *Quum eſſet Hieroſolymis in Paſcha die feſto*. Et Lucas, *Feſtum azymorum quod dicitur Paſcha*. Et in hoc ſignificato, facere Paſcha, eſt feſtum illum diem agere, & ceremoniam illam celebrare ex præcepto legis, ex vſu loquendi Scripturæ, vt: *Non factum eſt tale Paſcha à diebus Iudicum, &c.* Hic ergo peccant in homonymia. Ad verbum Latinum quod attinet, non inde petenda eſt verbi Græci ſignificatio, quemadmodum de Hebræo vocabulo diximus. Nam Græcè ſcripſerunt Apoſtoli: non Latinè. Præterea quum *facere*, apud Latinos ſignificat ſacrificare: tunc, conciſo loquendi genere, *facere* dicitur ſimpliciter pro, *rem diuinam facere*: ac proinde verbum illud iungitur cum ſexto caſu: dicunt enim *facere hac vel illa victima*: vt Poeta: *Quum faciam vitula*: non autem, quum faciam vitulam: vt iſti perperam recitant: atque id quàm alienum ſit ab hoc propoſito, miror eos non videre. Sed profectò errores iſti, non iam Philoſophorum præceptis, ſed Grammaticorum ferulis caſtigandi ſunt.

Marc. 14.
Ezech. 45.
Ioan. 2.
Ibid.
Luc. 22.
2. Reg. 23.

Pontificij ad Grammaticos amandantur.

Secundus error à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter. Dixit enim Chriſtus, *Hoc facite*, non autem ſimpliciter *facite*: & quemadmodum adnotauimus in cap. ſuperiori proximo, nuſquam hoc complexum orationis ſignificat idem, ac verbum ſacrificare. Item, *facere de Chriſto ſecundum legem*, apud Lucam (quemadmodum nonnulli ex Pontificiis obiiciunt) ſignificat quidem oblationem tum factam: nempe, non vi verbi, ſed ex huius circumſtantia. Sic, qui circumcidebant, ſecundùm legem faciebant, nec ſacrificabant tamen.

Luc. 2.
Facere ſecundum legem.

Tertius error [illegible] in Theologia: quum ita ſtatuunt: verbum *facere* idem eſſe ac ſacrificare, in hoc Chriſti præcepto, *Hoc facite*, ſi aliunde, inquiunt, indicia ſuppetant, quibus conſtet verbum illud in hoc ſignificato vſurpari. Cùm potius ita dicendum fuerit: verbum *Aſa* apud Hebræos habere ſignificationem offerendi & ſacrificandi, quoties, non tantùm aliunde (vt iſti volunt) ſed ex illo ipſo loco de quo agitur, non indicia tantùm (vt iſti ſomniant) ſed firmiſſima ſuppetunt argumenta. Quam nos regulam propoſuimus & confirmauimus in poſteriori noſtra reſponſione ad repetita F. Turriani Sophiſmata. Atque vt illis hunc laborem detraham, ſubiiciam certum argumentum, ex quo ſignificatio illa verbi *Aſa* colligi debeat. Nimirum quando res quæ ſacrificatur, vel, offertur Domino, componitur cum ipſo verbo, vt, quum dicit Scriptura: *facere*, hoc eſt ſacrificare agnum, hœdum, ſimilaginem & reliqua huiuſmodi: conſtructione Hebraica non Latina.

Quando Aſa Hebraicum ſignificet ſacrificare.

Quartus error: ex ignoratione elenchi. Nam in vna eadémq; ratione diuerſas ſignificationes vni verbo affingunt. Primùm enim contendunt *facere* in his Chriſti verbis, idem eſſe, ac ſacrificare: deinde (quaſi illos pœniteat) afferunt propriam illius verbi ſignificationem, id eſt, inquiunt, *efficere vt verbo fiat* [illegible] *&c.* ac nos reuocant ad ipſas Chriſti *actiones*. At enim debebant meminiſſe, Tum demum veram eſſe enuntiationem, quum vnum dicitur: aliòqui non eſſe enuntiare, ſed ludere vocabulorum ambiguitate: quemadmodum ex arte diſſerendi, quantum exiſtimo, didicerunt.

Quintus error: ex petitione principij. Et, verè vt dicam, non memini vſquam me legere ſtolidiorem principij petitionem. Vt enim probent, ſacrificium eſſe in Cœna Domini faciendum, proferunt hæc verba. *Hoc facite.* Rurſus, vt efficiant, ex his verbis ſequi præceptum ſacrificandi: aiunt Chriſtum tunc temporis ſacrificaſſe. Dum autem inſtamus, ne ſyllabam quidē extare in inſtitutione Cœnę D. quæ ſacrificare ſignificet: tum illi ad verbum *facere*, reuoluuntur, affirmántque idem eſſe, ac ſacrificare. Quod perinde eſt, ac ſi dicant: Chriſtum ſacrificaſſe: quia Chriſtus ſacrificauit. At nos affirmamus, in ſanctiſſimo hoc inſtituto nihil reperiri, quod vel leuiſſimam coniecturam externi ſacrificij afferre poſſit. *Accipite*, inquit, *comedite, bibite ex eo omnes, hoc facite quotieſcunque biberitis ad meî recordationem, &c.* Ecquid eſt, obſecro, in his verbis, quod ad externi ſacrificij ſignificationem vel tantulum accedat? Mihi credite, Pontificij: hoc veſtrum eſt, non diſputantis argumentum, ſed febricitantis inſomnium.

Sextus error in falſo Conſequenti. Verba enim Chriſti ad Sacræ Cœnæ Sacramentum, non ad fictitium Miſſæ ſacrificium pertinent.

Iam ſuperius Pontificiorum argumentum incommodis vrgeamus. *Si in Chriſti verbis* FACITE *ſignificat ſacrificare: &* HOC, *ad actiones Chriſti referendum eſt, tum circa panem, tum etiam circa calicem (quemadmodum illi volunt) ergo id quod Chriſtus fecit ſacrificandum eſt, & ipſæ actiones Chriſti ſunt ſacrificandæ. Abſurdum, ſtultum, ridiculum.*

Incommoda ſuperioris obiectionis.

Denique retorqueamus in Pōtificios locum hunc quem nobis obiiciunt. *Si Chriſtus S. Cœnæ myſterium inſtituens iuſſit nos facere quod fecit: nec tamen dicitur Chriſtus vllum externum ſacrificium feciſſe: certè in S. Cœnæ myſterio nullū à nobis externum ſacrificium faciendū eſt.* Item, *Si facere ſignificat ſacrificare (quod illi à nobis poſtulant) ergo nullū eſt ſacrificiū in Miſſa.* Conſequentia patet. Sic enim Chriſtus, commemorante Paulo: *Hoc facite, quotieſcunq; biberitis, ad mei commemorationem.* Atqui in Miſſa nulla eſt communio,

Retorquetur obiectio ſuperior in ipſos Pontificios.

præſertim calicis, à quo plebem arcent Eccleſiæ Romanæ ſacrificuli: cùm tamen fideles hoc facere iubeantur, quotieſcunque biberint, inquit Paulus. Nec verò audiendi ſunt Pontificij, qui hæc verba, *Hoc facite*, tradunt ad ſolos ſacerdotes, vt vocant, pertinere. Nam apertè refelluntur ex hoc loco Pauli, verba Chriſti ad vniuerſam Eccleſiam Corinthiorum accommodantis. Nec tamen negamus in hoc myſterio habendam eſſe vocationis vniuſcuiuſque rationem: quandoquidem non licet cuiuis ſacra ſymbola miniſtrare. Sed dum Paſtores docent, hortantur, & Sacramenta ipſa adminiſtrant: populus autem attentè audit, & cum debita reuerentia Sacramenta recipit: tota Eccleſia rectè dicitur præſtare, quod ipſe Chriſtus iuſſit his verbis, *Hoc facite.* Niſi fortè velint S. Cœnam ad ſolos Paſtores reſtringere, eò quod ſoli Apoſtoli cum Chriſto diſcubuerint, quum ſacrum hoc myſterium fuit inſtitutum. Item. *Si, facere, ſignificat ſacrificare (quæ Pontificiorum eſt ſententia) falſum eſt igitur quod illi ipſi dicunt ſacrificium fieri in Tranſſubſtantiatione.* Conſequentia patet. *Hoc facite*, inquit, *quotieſcunque biberitis.* Atqui, ſi illis credimus, Tranſſubſtantiatio longè antecedit ſumptionem ſacramenti (ne nunc vrgeamus quod ſolus ſacrificulus in Miſſa comedit & bibit.) Ex quo fit vt ſumptio Sacramenti, ſit ipſum ſacrificium externum (quod illi nolunt, & reclamat Canon Miſſæ, in quo oblatio ſacrificii antecedit ipſam manducationem) aut, *facere*, non ſignificet ſacrificare: quod tamen illi proponunt.

Correctio ſuperioris obiectionis.
Matt.26.
1.Cor.11.

Hunc igitur Pontificiorum errorem ita corrigamus. Quandoquidem, vt Cœnæ D. myſterium ritè celebretur, ad ipſum Chriſti inſtitutum deueniendum eſt, ex Apoſtoli doctrina: & Chriſtus S. Cœnam inſtituens, nominatim dixit: HOC FACITE: quibus verbis iuſſit nos huic ſanctiſſimo inſtituto planè adhærere, adeóque ita pendere, vt nullis hominibus, quicunque tandem ii ſint, miſcere liceat ſua commenta, quibus illius puritas vllo modo corrumpatur: Idcirco Miſſam Pontificiam, quæ nihil habet cum hoc Chriſti inſtituto commune: quippe quæ potius humanis additamentis myſterium Cœnæ Domini penitus corrupit, & in nouum & Scripturæ incognitum ſacrificandi genus conuertit: optimo iure, vera Dei Eccleſia ex Euangelicis præceptis reformata damnat atque reiicit. Ex hac noſtra reſponſione facilè tollitur ſequens Pontificiorum obiectio, quæ à ſuperiore manauit.

Si quod iuſſit Chriſtus his verbis HOC FACITE *in meam commemorationem, id fieri imperauit ad oblationem in cruce factam repræſentandam ipſius facti ſimilitudine, & hoc fieri non poteſt niſi per ſolam oblationem: Ergo Chriſtus imperauit vt ſacrificium externum offeramus.*

Verum eſt Antecedens. Verum igitur Conſequens. Aſſumptum patet ex loco Pauli, *Mortem Domini annuntiabitis*, inquit, *donec veniat.*

1.Cor.11.
Errores ſuperioris obiectionis

Aſſumptum eſt falſiſſimum: vt perſpicuum eſt ex illo ipſo loco Pauli, quem tamen ipſi ſuffulciunt ſuo argumento. Sic enim Paulus: *annuntiabitis*, inquit. At, aliquid exprimere ſimilitudine facti, non eſt, annuntiare. Nam annuntiatio ad prædicationem verbi Dei pertinet, non ad geſticulationes theatricas. Vrgenda eſt enim particula cauſalis, γὰρ, apud Apoſtolum. Sic enim ille: *Hoc facite ad mei recordationem: quotieſcunque*

cunque enim ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. En tibi quo pacto fiat commemoratio mortis Christi: nempe, annuntiando: hoc est, prædicando. Quare primus hic error eſt ex figura dictionis.

Secundus error: falſa & abſurda interpretatio verborum Chriſti: Quis enim hanc interpretationem ferat? *Hoc facite*, id eſt, repræſentate oblationem in cruce factam, ipſius facti ſimilitudine: &, *Hoc* ſignificabit oblationem in cruce factam. At enim in argumento ſuperiore nobis exponebant pronomen demonſtratiuum *Hoc*, de actionibus Chriſti, tum circa panem, tum circa calicem. Obſecrò; num illæ Chriſti actiones fuerunt oblatio in cruce facta? Sic Pontificij diſputatores, quod vna manu ponunt, altera tollunt. Nec mirum: cùm ea ſit mendacij natura, vt ſeipſum deſtruat. Quinetiam ſi illis credamus, moriendum eſſet, vt mortem Chriſti repræſentaremus: nullam enim maiorem facti ſimilitudinem video.

Miſſalis An- [illegible]

Tertius error, in falſo conſequenti. Nec enim ſequitur, ſi Chriſtus voluit mortem ſuam nobis aliqua ſimilitudine in memoriam reuocari: idcirco ſimilem oblationem eſſe faciendam. Nam, ecce, in Baptiſmo mortem Chriſti nobis in memoriam reuocari teſtatur Apoſtolus: nec propterea in Baptiſmo fit vlla ſimilis oblatio: nec ipſi dicunt Baptiſmum eſſe externum aliquod ſacrificium. Cum autem in Cœna Domini ipſa ſigna, videlicet, panis & vinum atque inprimis ipſius panis fractio, nobis in memoriam reuocet mortem & paſſionem Ieſu Chriſti, externis hiſce rebus, ab ipſo Chriſto inſtitutis, contenti eſſe debemus: non autem temerè & arbitratu noſtro facta quædam externa comminiſci, quæ tanti myſterij naturam & vſum penitus euertant.

Rom. 6.
Coloſſ. 2.

Nunc Pontificios ad incommodum & impoſſibile adigamus.

Incommod. & abſurd. ſuperioris obiectionis.

Si ſimile ſacrificium & ſimilem oblationem fieri neceſſe eſt, vt ſacrificium Chriſti & oblatio in cruce facta ſignificetur: ergo nullum aliud ſignum eſt, quàm ſacrificium. Abſurdum: cùm etiam in Theologia ſignum latiùs pateat quàm ſacrificium. Iſti autem negant mortem Chriſti poſſe aliter ſignificari quàm ſacrificio. Retorqueamus argumentum: *Si Chriſtus præcepit vt oblationem, quam ipſe fecit in cruce pro nobis, facti ſimilitudine in memoriam reuocemus: Ergo Miſſa non eſt ex præcepto Chriſti inſtituta: quandoquidem nihil eſt, in quo nullam habeat cum paſſione Chriſti ſimilitudinem.* Conſequentia patet. Nam in Miſſa ad voluptatem comparata ſunt omnia: tantùm abeſt vt horribiles mortis Chriſti cruciatus vllo modo ſignificentur. Illic omnia lucent auro & gemmis: odores ſuauiſſimi incenduntur: aures muſicis cantibus demulcentur: altare ipſum molliſſimè ſtratum eſt. Quid plura? Si voluptas non habet doloris ſimilitudinem, certè quæ fiunt in Miſſa, morti & paſſioni Chriſti ſimilia eſſe non poſſunt. Item, *Si in Miſſa fit oblatio ſimilis oblationi Chriſti: (vt illi volunt) Ergo non eſt illa ipſa oblatio: quod tamen affirmant, quoniam vrgentur Apoſtoli verbis, quibus docet vnica Chriſti oblatione ſanctos eſſe conſummatos, quâ de re à nobis antè diſputatum eſt.* Quamobrem error ille ita corrigetur, vt dicamus: Chriſtum inſtituiſſe S. Cœnæ Sacramentum ad mortis ſuæ memoriam celebrandam: quippe cui noſtra, tum obliuio, tum

Retorquetur obiectio. 1.

Correctio ſuperioris obiectionis.

ingratitudo ſatis perſpecta ſit. Porrò ipſum noluiſſe, vt nudis tantùm ſignis ſenſus noſtri afficerentur: ſed imprimis (Paulo interprete) adhibendam eſſe ſynceram & perſpicuam Euangelij prædicationem, quæ mortem Chriſti & eius beneficia nobis inculcet, & nos ſimul doceat, quæ ſit vera ſignorum, quæ nobis in S. Cœna proponuntur, ſignificatio: & quis ſit legitimus ipſius Sacramenti vſus.

Obiect. 3. *Sacrificium externum propriè dictum eſt, quum res aliqua peculiari modo immutatur & conſumitur in eum finem, vt per ipſam commutationem concilietur Dei gloria. Miſſa eſt eiuſmodi. Quare Miſſa eſt ſacrificium externum propriè dictum. Minor patet quia in Tranſſubſtantiatione ſeparatim conficitur corpus, & ſeparatim ſanguis: atque id ſpeciem & ſimilitudinem quandam mortis habet.*

Errores ſuperioris obiect.

Maioris propoſitionis primus error eſt quod, cum, ex præceptis [illegible] [illegible] prius definiri debeat, An ſit, quàm, Quid ſit (quoties illud in dubium reuocatur) nóſque pernegemus, poſt vnicum Chriſti ſacrificium vllum externum ſacrificium in Eccleſia Chriſtiana ſupereſſe: fruſtra laborent in aſſignanda ſacrificij externi definitione. Nam quid illi concludunt? etiam ſublatis legalibus ſacrificiis, ſupereſſe nihilominus externa ſacrificia: quemadmodum, ſublatis legalibus Sacramentis, ſuperſunt noui Teſtamenti Sacramenta: periniquè faciunt. Vt enim ea ſunt noui Teſtamenti Sacramenta, quæ Chriſtus verbis expreſſis inſtituit: ita nobis ea ſuperſunt ſacrificia, quæ in ſacris literis commendantur: nimirum ſpiritualia, non autem externa & realia, vt Pontificij exiſtimant.

Pontificij nō rectè definiunt Sacrificium propriè dictum & externum.

Secundus error: quòd ea definitio quam proponunt, imperfecta ſit: omiſſum enim eſt præcipuum membrum ipſius definitionis: nempe, inſtitutum Dei: quod ſi abſit, verum ſacrificium eſſe non poteſt. Itaque, quum dicunt, *Peculiari modo res immutatur*: addendum fuit, *Et offertur Deo ex ipſius inſtituto.* Alioqui non video cur Ethnicorum ſacrificia, vera ſacrificia non fuerint. Sed de vocabulo ſacrificij, & de eius definitione, iam antè à nobis diſputatum eſt.

Tertius error: quum dicunt, *rem aliquam immutari & conſumi*: quæ verba ſatis ne rectè explicari poſſint, ipſi viderint. Cùm autem ideo inſtituta ſit definitio, vt facilius doceat: & hæc Pontificiorum definitio ſit, non tantùm imperfecta, ſed etiam obſcura, ſecum pugnans, & inexplicabilis, nedum poſſit rem ipſam nobis explicare: relinquitur, vt ſit inepta definitio, & quæ definitio dici non debeat.

1. Incommod. & abſur. ſuperioris obiect.

Vrgeamus incommodo. *Si illud demum verum eſt externum ſacrificium propriè dictum, in quo res quæ offertur non tantum immutari debeat, ſed etiam confici ſiue fieri, vt dicunt: ergo nullum vnquam ſacrificium legale veteris Teſtamenti fuit verum ſacrificium propriè dictum. Abſurdum.* Conſequentia patet: quia in legalibus ſacrificiis, res quæ offerebantur, non fiebat: ſed potius immolabatur & exurebatur pro ratione ſacrificij: nec vllus vnquam ſanè vir cogitare poſſit, ex hac mirifica definitione conſequi: in legalibus ſacrificiis repentè agnos, hœdos, & vitulos fuiſſe factos, qui Deo offerrentur: aut, cineres, in quos holocauſta conuertebantur, fuiſſe Deo in legalibus ſacrificiis oblatos. Item. *Si in Miſſa res immutatur,*

mutatur, & conficitur, & hoc Pontificij ad ſuam Tranſſubſtantiationem referunt: Ergo res vna eademque eſt ſubſtantia panis, & ſubſtantia corporis Chriſti (abſit dicto blaſphemia.) Conſequentia patet: Nam de vna eademque re dicuntur hæc duo, immutari, & confici, ſiue fieri. Atqui quod immutatur (vt iſti volunt) eſt ſubſtantia panis & vini: quod verò fit, ſiue conficitur, eſt corpus & ſanguis Chriſti ex eorum ſententia. Quorſum igitur res hæc euadat, facile eſt videre.

Iam argumentum retorqueamus hoc modo: *Si ea eſt natura ſacrificij Miſſæ, vt res offerenda, ſiue victima, immutetur (vt Pontificij definiunt) & vi Tranſſubſtantiationis ſubſtantia panis immutatur, non autem corpus Chriſti (vt illi ipſi volunt) Ergo in Miſſa ſubſtantia panis offertur Deo, non autem corpus Chriſti. Aut, ſi corpus Chriſti offertur: Ergo Chriſti corpus immutatur:* Abſurdum. Item. *Si ſeparatim corpus & ſanguis conficiuntur vi Tranſſubſtantiationis: aut hæc ſeparatio fit verè, aut non verè. Si verè: Ergo Chriſtus verè occiditur (quod abſit) Nam [illegible] ſeparatio ſine morte fieri non poteſt. Si non verè: non fit igitur verè Tranſſubſtantiatio.* Item. *Si ſeparatim corpus & ſanguinem conficit vi Tranſſubſtantiationis, efficit, vt ſacrificium fiat in Miſſa, quoniam illud habet quandam mortis ſimilitudinem: Ergo in Miſſa non eſt verum ſacrificium, ſed tantum ſpecies & imago ſacrificij.* Item. *Si propter concomitantiam ſanguis à corpore Chriſti ſeparari non poteſt, nec viciſſim corpus à ſanguine (vt Pontificij tradunt) falſum eſt igitur quicquid illi ſuprà dixerunt de corpore ſeparatim confecto, itemque de ſanguine: ac propterea falſum eſt etiam quod proponunt de mortis ſimilitudine, quæ tamen volunt [illegible] Miſſæ ſacrificium eſſe.*

Retorquetur obiect.

2.

3.

4.

Quamobrem Syllogiſmi Pontificiorum errores ita corrigamus. Sacrificium externum propriè dictum, eſt ſacra cæremonia à Deo inſtituta, qua pios maiores vti voluit ante aduentum Chriſti, vt ea ratione, tum ad pœnitentiam, tum ad fidem ipſius Chriſti venturi (cuius externum ſacrificium typus erat) excitati, cultum Deo gratum acceptumque exhiberent. Cùm autem Chriſtus aduentu ſuo, atque inprimis eo ſacrificio, quod ſemel in cruce pro nobis obtulit, omnes typos & figuras veteris Teſtamenti abrogauerit: nullum externum ſacrificium propriè dictum in Eccleſia Chriſtiana relictum eſt. Ac proinde dogma Pontificiorum de Miſſæ ſacrificio, humanum eſt commentum: quo luci & veritati Euangelicæ, & ipſius Chriſti exhibitioni, perfectiſſimoque eius ſacrificio, quoad eius fieri poteſt, derogatur.

Correctio [illegible] er. obiect.

Vera definitio Sacrificij externi propriè dicti.

Omnis Pontifex ſiue ſacerdos ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, inquit Apoſtolus. *Ergo, etiam tempore noui Teſtamenti, ſunt ſacerdotes conſtituti qui offerant dona & ſacrificia pro peccatis.* Conſequentia patet. *Quia tempus præſens vſurpatur ab Apoſtolo: Conſtituitur, inquit, & Propoſitio eſt vniuerſalis.*

Heb. 5.

Falſum eſt Conſequens. Error, eſt falſa expoſitio loci Apoſtoli. Perſpicuum eſt enim Apoſtolum ibi agere de Pontificibus veteris Teſtamenti, vt eos cum Chriſto comparet: idque non ſolùm ſimilitudinem inter eos eſſe doceat, ſed potius vt Chriſtum Pontificibus veteris Teſtamenti in-

Reſp.

Errores ſuperioris obiect.

Locus obiectus exponitur.

finitis

ſinitis partibus, anteponat. Sed præſtat ſingulos errores falſæ illius interpretationis, ſaltem craſſiores, redarguere.

Primus error: dum ita legunt apud Apoſtolum: *Omnis Pontifex ſiue ſacerdos.* Nam ſi de ſummo ſacerdote intelligunt (quo ſenſu nos Chriſtũ dicimus eſſe noui Teſtamenti ſacerdotẽ) bene habet. Sed non video qui ſacrificulos innumerabiles iuuare poſſit hæc ſententia: quandoquidem de eo ſacerdote loquitur Apoſtolus, quem vnum, & ſolum (quandiu vixerit) eſſe oporteat. Quodſi nomen ſacerdotis latè exponunt pro omnibus ſacrificij faciendi Miniſtris, procul ab Apoſtolo recedunt. Sic enim ille: *ἀρχιερεὺς* inquit, hoc eſt, ſummus ſacerdos.

Secundus error; quòd vniuerſalem ſententiam Apoſtoli non ad legales Pontifices reſtringant: Cùm tamen apertè ſubiciat Apoſtolus: *Sicut & Aaron,* inquit: vt iam dubitari non poſſit, quin ibi ſermonem inſtituerit de veteris Teſtamenti Pontificibus. Porrò conſtat, Chriſtum comparari cum omnibus illis Pontificibus, de quibus loquitur Apoſtolus, vt perſpicuum eſt ex his verbis quæ paulò poſt ſequuntur: *Ita & Chriſtus,* inquit, *&c.* quæ omnia [illegible] ab illis non animaduerſa. Nec illis fauet præſens tempus illic vſurpatum ab Apoſtolo. Quum enim de rebus præteritis diſſerimus, ſolemus præſens tempus vſurpare, vt ita res ipſas ante oculos proponere videamur. Sic idem Apoſtolus: *Et ij quidem qui ſunt ex filijs Leui ſacerdotium ſuſcipientes, præceptum habent decimas accipiendi a populo ſecundum legem.* Item. *Hic quidem homines qui moriuntur, decimas accipiunt.* Item. *Lex homines conſtituit Pontifices infirmos.* Item. *In prius quidem tabernaculum quouis tempore ingrediuntur ſacerdotes qui cultum obeunt: In ſecundum autem ſemel quotannis ſolus Pontifex, non ſine ſanguine, quem offert pro ſeipſo & pro populi erratis.* Item. *Omnia ſecundum legem ſanguine purificantur.* Item. *Lex vmbram habens futurorum bonorum, iis hoſtiis quas ſingulis annis aſſiduè offerunt, nunquam poteſt accedentes ſanctificare.* Item. [illegible] & ſexcenta eiuſmodi, quæ ſiquis velit ad noui Teſtamenti tempora accommodare, propter verba præſentis temporis in his omnibus locis vſurpata, ille profectò in errore craſſiſſimo verſabitur. Quamobrem Apoſtolus ea quæ olim fieri ſolita ſunt, per verbum præſentis temporis expreſſit, loquendi genere paſſim vſitato.

Heb.7.
Ibid.
Ibid.
Heb.9.
Ibid.
Heb.10.
Heb.13.

Incommoda & abſur. ſuperio. obiect.

Hoc igitur incommodo Pontificios vrgeamus. *Si propoſitio Apoſtoli eſſet planè vniuerſalis: ergo Chriſtum etiam comprehenderet: At hoc falſum eſſe* perſpicuum eſt ex iis quæ ſequuntur apud *Apoſtolum, Quòd & ipſe circumdatus ſit infirmitate, & propter hanc debeat, ſicut pro populo, ita & pro ſeipſo offerre pro peccatis.* Impoſſibile & blaſphemum. Sic enim idem Apoſtolus, *Qui non habet quotidie neceſſe, ſicut illi Pontifices, prius pro propriis peccatis victimas offerre, &c.*

Retorquetur obiect.

Retorqueamus locum Apoſtoli in Pontificios hoc modo; *Si Apoſtolus hoc in cap. 5. Epi. ad Heb. adeoque in tota illa Epiſtola ita tractat de ſacerdotibus* [illegible] *ſacrificia offerentibus, vt* [illegible] *ſacerdotes* [illegible] *Chriſtum* [illegible] *legalibus illis ſacerdotibus* [illegible] *homines, qui in Eccleſia* [illegible] *debe-*

ant. *Certè, ſi cum Apoſtolo loqui & ſentire volumus, nullos agnoſcemus terrenos ſacerdotes Eccleſiæ Chriſtianæ.*

Sic igitur falſa Pontificiorum interpretatio videtur eſſe corrigenda. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis quæ apud Deum agenda ſunt: vt offerat dona & victimas pro peccatis*, inquit Apoſtolus: hoc eſt: Ea fuit ratio Pontificum veteris Teſtamenti, vt quiſquis eſſet legitimus Pontifex, is, ex præſcripto legis, ex hominibus aſſumeretur, & conſtitueretur ad eos ritus erga Deum obeundos, qui continebantur in lege, atque in primis, vt offerret dona, & victimas pro peccatis, &c.

Correctio ſuperioris obiectionis & falſæ interpretationis.

Obiect. 5.

Omnis Pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur: vnde neceſſe eſt hunc (*nempe Chriſtum*) *habere aliquid quod offerat*, inquit Apoſtolus. *Ergo Chriſtus ſe quotidie offert in cœna pro nobis. Conſequentia patet ex verbis illis Hebræorum. Offert autem* [illegible] *ſed profectò non ſignificant. Adde, quæ* [illegible] *paulò poſt ſequuntur: Non in manufacta Sancta Ieſus intrauit exemplaria verorum: ſed in ipſum cœlum vt appareat nunc in vultu Dei pro nobis.*

Heb. 8.

Heb. 9.

Nego Conſequens. Error eſt falſa expoſitio loci citati. Sic enim locus ille interpretandus eſt: Neceſſe fuit hunc quoque habere aliquid quod offerret, vel quod offerre deberet. Et ſic interpretantur qui inter ſcholaſticos Doctores Pontificios habentur doctiſſimi, vt Thomas. Hæc enim vis eſt verbi [illegible], quo vtitur Apoſtolus, quod quidem non ſignificat tempus præſens, vt illi exiſtimant, Doctores Grammaticæ periti [illegible]. Statuit hic igitur Spiritus Apoſtolus Chriſtum noui Teſtamenti Pontificem naturam humanam habuiſſe, vt eam ſemel pro nobis offerret, ſicut quum ſemel pro nobis in cruce mortuus eſt: ipſumque Chriſtum verum Deum ac verum hominem, peracto illo vnico ſacrificio, ad dextram Dei Patris conſediſſe, vbi pro nobis interpellat. Nec enim Chriſtus fuit terrenus & legalis ſacerdos, qui ex præſcripto legis ſacrificium offerret: ſed nouo & perfectiſſimo ſacerdotio defunctus, quum ſeipſum [illegible] obtulit, [illegible] legali ſacerdotio: quo ſtante, Chriſti ſacerdotium ſtare non poſſet: quia figura cum veritatis exhibitione ſimul eſſe non poteſt.

Errores ſuperioris obiectionis.

Locus obiect. exponitur.

In Cap. 8. Epiſt. ad Hebr.

Alter error in alio loco quem obiiciunt, non minus corrupto, falſa ipſorum expoſitione. Nam, apparere in vultu Dei pro nobis, non eſt ſeipſum offerre & ſacrificare: quandoquidem illud eſt huius effectum: quod facile fuit colligere ex ipſa ſerie orationis. *Ingreſſus eſt*, inquit, *in ipſum cœlum* videlicet poſteaquam factus eſt victima pro peccatis noſtris, *vt appareat in conſpectu Dei pro nobis.* Sic Paulus, *Chriſtus qui mortuus eſt*, inquit, *imò qui etiam excitatus eſt qui etiam eſt ad dextram Dei, qui interpellat pro nobis*, & alibi, *Vnus eſt Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui ſemetipſum dedit redemptionis pretium &c.* Adde quæ paulò poſt ſequuntur apud noſtrum Apoſtolum: *vna*, inquit, *pro peccatis oblata victima, in perpetuum ſedet ad dextram Dei*: [illegible]: hoc eſt, poſteaquam obtulit: non autem, aſſiduè oblaturus vt iſti ſomniant. Cæterùm vt omnes videant quàm ineptè ex Scripturæ locis argumententur, audiamus ea quæ continuò ſubiicit Apoſtolus, *Neque*, inquit, *vt ſæpe*

Heb. 9. 24.

Rom. 8.

1. Tim. 2.

Heb. 10.

Heb. 9.

offerat ſemetipſum, &c. Quid autem Pontificij? *Vt ſæpe offerat ſemetipſum,* inquit. Et hoc eſt, ſcilicet, ex Apoſtoli loco argumentari. Quamobrem [illegible] hoc [illegible] longè grauiſſimo [illegible] obiectionem obruere.

Incommod. & abſurd. ſuperioris obiectionis.
Miſſalis contradictio.

[illegible] ſacrificium Miſſæ [illegible] quod Chriſtus [illegible] (quod Pontificij [illegible]) [illegible] Chriſtus [illegible] (quod Pontificij non [illegible]) [illegible] ſacrificium Miſſæ [illegible] Miſſæ ſacrificium eſſe poſſe. Ita facilè retorquetur ſuperior obiectio [illegible] diſſerendi [illegible]: quod eſt verum ac proprium flagellum [illegible] Pontificiorum [illegible].

Obiect. 6.
Heb. 9.

[illegible] inquit Apoſtolus, hoc eſt, *pluribus Miſſarum oblationibus [illegible] ſacrificium.* Conſequentia [illegible] *plurali numero.*

Reſp.
Error ſuperioris obiectionis.

Falſum eſt Conſequens. Error idem qui ſuprà; nempe, falſa loci Apoſtolici expoſitio. [illegible] Apoſtolo [illegible] Miſſarum oblationibus [illegible] ſignificat [illegible] ſignificatio Apoſtolus [illegible] diſtinguenda ſunt, vt patet ex eodem Apoſtolo: *[illegible]* inquit, *per oblationem corporis [illegible]* vbi vides, corpus Chriſti [illegible] cuius ſemel oblatio facta eſt. Quare nomen hoſtiæ in hoc loco retinendum fuit: quod [illegible] etiam vetus Interpres. Quia verò locus hic cùm à veteribus tum à recentioribus, [illegible] ab ipſis Scholaſticis Doctoribus variè ſit expoſitus (quorum tamen nullus, qui modò Doctoris nomen mereatur, vocabulum [illegible] de Miſſarum oblationibus intellexit) neque patitur [illegible] noſtri ratio, vt varias interpretationes vel proferamus, vel excutiamus: nobis ſatis erit [illegible] abſurdam interpretationem, incommodiſque [illegible] explodere.

Heb. 10.

Incommoda & abſur. ſuperioris obiectionis.

Cùm per *[illegible]* intelligant Eccleſiam poſt aliquot interpretes: aut Eccleſiam veteris Teſtamenti ſimul cum Eccleſia Chriſtiana comprehendunt [illegible] ratiocinamur.

1

[illegible]

Maior eſt perſpicua ex his Apoſtoli verbis: *[illegible]* ſacrificij. Item: *[illegible]*

Heb. 10.
Heb. 7.
Heb. 9.

Si maior veterem [illegible] Eccleſiam [illegible] Eccleſia Chriſtiana comprehendere, [illegible]

Si Iſraelitica Eccleſia mundata atque facta fuit melioribus illis hoſtiis de quibus Apoſtolus locutus eſt, nec tamen fuit mundata Miſſa [illegible] meliores illæ hoſtiæ de quibus locutus eſt Apoſtolus, non ſunt [illegible]. Item, *Si verum eſt quod Pontificij dicunt: Miſſam non poſſe eſſe hoſtiam, ſed vnam tantum: & locum hunc Apoſtoli exponunt de pluribus hoſtiis [illegible] ram hunc locum ad ſuam Miſſam accommodant. Diſcant itaque Primæ Philoſophiæ præcepta, quænam ſit inter vnum & plura contrarietas, Item, de loco Apoſtoli de pluribus hoſtiis eſſe intelligendum: ipſe ſibi contradicit (quod abſit.)* Conſequentia patet. Quia ſtatim ſubiicit in illo loco [illegible] quit, *vt ſæpe offerat ſemetipſum, &c.* Ex quo efficitur, & Chriſtum eſſe vnicam victimam: &, vnica illius victima vnicam quoque fuiſſe oblationem: vt & alibi, *Vna pro peccatis oblata victima, in perpetuum ſedet ad dextram Dei, &c.*

Aut Apoſtolus in hoc loco oblationem Chriſti in cruce peractam [illegible] aut non. Si non intelligit: Eccleſia igitur non eſt mundata morte Chriſti (quod abſit) [illegible] ſe colligitur [illegible] vnico Chriſti ſacrificio. Si intelligit, [illegible] Miſſæ oblationem?

Quamobrem ita corrigamus errorem iſtius obiectionis.

Apoſtolus pluralem numerum in hoc loco pro ſingulari vſurpauit eò quòd in comparatione legalium victimarum verſabatur. Itaque factum eſt, vt numerum multitudinis in vno comparationis membro vſurpatum, in altero retinuerit. Cæterum pluralem numerum ſæpe pro ſingulari vſurpari in Scriptura, manifeſtum eſt, [illegible] dictiones, præſertim Hebræi [illegible].

Sed quia fortaſſis ægre ferunt à nobis corrigi: ſaltem ſuorum magiſtrorum vocem audiant. Sic enim Thomas locum hunc Apoſtoli enarrans: *Dicit, Hoſtiis in plurali numero. Contra, Quia tantum eſt vna hoſtia Chriſti, infra: Vna enim oblatione conſummauit in perpetuum ſanctificatos, [illegible] Reſpondeo: licet vna ſit in ſe, tamen pluribus hoſtiis veteris legis præfertur.* Hæc Thomas, poſteriorum monachorum imperitiam pro nobis redarguens.

Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat, inquit Apoſtolus. *Nulla igitur lex Dei ſine ſacerdotio eſſe poteſt. Et vt [illegible] poteſt eſſe ſine ſacrificio. Hoc autem ſacrificium, eſt ſacrificium [illegible]*

Conſequentia patet propter relationem ſacerdotij & ſacrificij.

Nolo ad viuum reſecare illud concludendi genus quandoquidem (quod ad rem ipſam attinet) nemo noſtrum hactenus negauit ſacerdotium noui Teſtamenti. Sed vim iſtam Conſequentiæ planè repudio. Error eſt duplex, nempe inconſequentia, & Petitio principij. Nec enim ſequitur: ſi aliquod eſt noui Teſtamenti ſacerdotium: idcirco in Miſſa fieri verum & externum ſacrificium. Atque id eſt de quo inter nos quæritur, & quod hic proponitur non probatum, ſed tanquam poſtulatū. Nos vero affirmamus, Chriſtum eſſe vnicum æternumque ſacerdotem noui Teſtamenti: eiuſque ſacrificium in cruce peractum eſſe vnicū, verum & reale ac propriè dictum noui Teſtamenti ſacrificium ad Chriſti

Correctio ſuperioris obiect.

In ſuper. Epiſt. ad Heb

Obiect. 7. Heb. 7.

Errores ſuperioris obiectionis.

æternum ſacerdotium relatè dictum. Atque ita vno verbo vana hæc obiectionis Pontificiæ bulla in ventos abit: quam nos etiam ſubiectis
1. Incomm. & abſurd. ſuperioris obiect. aliquot incommodis redarguamus. *Si verum eſſet & neceſſarium ſacerdotes Pontificios eſſe veros ſacerdotes, & in Miſſa fieri verum & externum ſacrificium, quia nouum Teſtamentum non poſſit eſſe ſine Sacerdotio & ſacrificio: Sequeretur, ſolos Pontificios ſacerdotes eſſe veros ſacerdotes noui Teſtamenti & Miſſæ ſacrificium nec vllum aliud poſſe reperiri. Quod ſi recipiatur* (abſit dicto blaſphemia) *nec Chriſtus eſſet ſacerdos, nec eius ſacrificium in cruce factum, eſ-*
2. *ſet ſacrificium noui Teſtamenti. Abſurdum, blaſphemum, impium.* Item, *Si verum eſt non poſſe eſſe ſacerdotium quin ſimul ſint externa ſacrificia* (quod
Heb. 10. iſti volunt,) *Certè ſtare non poterit hoc argumentum Apoſtoli: Si lex planè accedentes ſanctificaſſet, nunc,* (inquit) *hoſtiæ deſijſſent offerri? Hoc etiam ſtare*
Ibid. *non poterit quod ait idem Apoſtolus: vbi eſt remiſſio, non eſſe ampliùs oblatio-*
Ibid. *nem pro peccato.* Item, *Vnica oblatione conſummatos fuiſſe eos qui ſanctifican-*
Heb. 9. *tur.* Item, *Neque ſæpe offeret ſemetipſum,* inquit, & pleraque ſimilia.

Retorqueamus locum Apoſtoli in ipſos Pontificios, hoc modo. *Si*
Retorquetur obiectio. *Chriſtus æternus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec ſuo tempore nobis exhibitus, mutauit tum legem, tum ſacerdotium legis, quod quidem externum erat & ſacrificiis externis tantum & perfectum Chriſti ſacrificium repræſentabat: Certè ſeruandi non ſunt qui externum hodie ſacerdotium & externorum ſacrificiorum vſum in Eccleſiam volunt reuocare.* Item, *Si vetus ſacerdotium tranſlatum eſt, non in ſacrificulos Pontificios, ſed in Chriſtum vnicum Eccleſiæ Chriſtianæ Pontificem: & ſacrificia legalia in vnicum ipſius Chriſti ſacrificium: vt in hoc loco Apoſtolus apertè confirmat: certè locus hic Apoſtoli ad euertendum, non ad ſtabiliendum Miſſæ ſacrificium accommodandus eſt.* Quamobrem huius loci à Pontificiis detorti corruptique nos ita verum ſenſum reſtituimus.

Correctio ſuper. obiect. Poſteaquam Chriſtus ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec nobis fuit exhibitus: vnico illo ſacrificio quod in cruce pro peccatis noſtris obtulit, vetus ſacerdotium & legalia omnia ſacrificia abrogata ſunt, eorum omnium ſubſtantia in ipſo Chriſto remanente. Vetus enim legale ſacerdotium ſuam rationem, modum, ritus denique ſuos habuit: ita noui Teſtamenti ſacerdotium ſuam habet rationem, longè legalibus omnibus figuris præſtantiorem. Nam in veteris Teſtamenti ſacerdotio plures fuere ſacerdotes iidemque mortales, & plura ſacrificia: at ſacerdotij noui Teſtamenti hæc eſt ratio & natura, vt vnus ſit ſacerdos, idemque æternus, nempe Chriſtus: & vnicum ſit, nempe Chriſti ſacrificium, quo ſemetipſum in cruce pro nobis obtulit, factus ſacerdos ſimul & victima: cuius quidem ſacrificij ſemel facti & nunquam iterandi perpetua eſt efficacitas.

Obiect. I. *Agnus paſchalis fuit figura myſterij Euchariſtiæ: & agnus ille ſacrificandus erat & offerendus. Ergo in myſterio Euchariſtiæ Chriſtus eſt ſacrificandus & offerendus.*

Conſequentia patet: quia oportet inter figuram & veritatem eſſe ſimilitudinem. Aſſumptum confirmat Paulus 1. Cor. 5. paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.

Errores ſuperioris obiect. Falſum eſt Conſequens: tum propter ſe, tum propter Antecedentis vitia. Quod vt magis fiat perſpicuum, agè, excutiamus Antecedens. Duo proponuntur in Antecedente: vnum, agnum paſchalem fuiſſe figuram myſterij Euchariſtiæ: Alterum, Agnum paſchalem ſacrificandum & offerendum fuiſſe. De vtroque ſigillatim nobis agendum eſt. Agnum Paſchalem fuiſſe typum & figuram Chriſti, cuius ſanguis ſemel pro nobis effuſus nos ab æterno exitio liberauit agnoſcimus. Ruſus agnoſcimus Chriſtum nobis offerri in ſacro cœnæ Dominicæ myſterio: ſed non video quinam inde colligi poſſit Agnum illum fuiſſe figuram myſterij Euchariſtiæ: ſiquidem propriè loquimur, vti decet, quoties de rebus Theologicis accuratæ diſputationes inſtituuntur: licet non ignoremus aliquot ex veteribus ita locutos fuiſſe: qua de re ſuo loco nobis agendum erit. Iam expreſſi ſunt loci, ex quibus facilè intelligi poteſt, Agnum paſchalem Chriſtum ipſum repræſentaſſe: adeò vt ab aperta Scripturæ ſententia nobis recedere non liceat. *Paſcha noſtrum* (inquit Paulus) *pro nobis ſacrificatum eſt*, nempe, *Chriſtus* (id quod non ſua ſed noſtra cauſa clamant Pontificij) 1. Cor. 5. &, *Non confringetur vllum os ipſius*, inquit Moſes de Agno Paſchali: quod Exod. 12. in Chriſto impletum fuiſſe docet Ioannes. Quare ita ſtatuendum eſt ex Theologicis principiis, ſacramenta veteris Teſtamenti figuraſſe, Ioan. 19. non noſtra ſacramenta propriè, ſed Chriſtum ipſum: quem etiam ipſa noui Teſtamenti ſacramenta nobis proponunt. Sic igitur hic Pontificiorum error [illegible] in Theologia: aut certè, quacunque tandem id interpretatione leniatur, [illegible]. Addunt, Agnum Paſchalem fuiſſe ſacrificandum & offerendum: quod quatenus verum ſit, diſpiciendum eſt. Agnum illum fuiſſe mactandum, paſſim legimus: ſacrificandum verò ſacrificio propriè dicto, nuſquam videas. Vocatur, inquis, Corban. Certè: ſed hoc nomen generale eſt, quo legales omnes oblationes ſignificabantur, vt videre licet Leuit. cap. 1. ver. 3. 10. 14. & cap. 2. ver. 1. 4. 5. 7. 14. & ſexcenta ſimilia. Vnde Marcus: *Corban, quod eſt donum*, inquit. Ampliùs dico: ipſum etiam nomen, *Zebach* (cuius vſus eſt frequentiſſimus in ſacrificiis propriè dictis) aliquando vſurpari in cæremonia Agni Paſchalis, idque propter mactationem: Sed non propterea vetus illa cæremonia fuit vnquam numerata inter ſacrificia externa & legalia, quæ quidem propriè ſacrificia dicta ſunt. Cum igitur *Zebach* non tantùm ſignificet ſacrificium propriè dictum, ſed etiam aliquoties ita latè ſumatur, vt etiam ſpiritualia ſacrificia ſignificet (vt: *Sacrificate confeſſionem.* Item, *Sacrificia Dei grata Spiritus contritus, &c.* in quibus locis vocabulum illud vſurpatur) Pſal. 50. Pſal. 51. non rectè colligunt: Agnum Paſchalem fuiſſe ſacrificium propriè dictum, eò quòd aliquando vocatur vel oblatio, vel ſacrificium: Et hic error eſt in homonymia. Quia ergo nimirũ vt dijudicetur quænam ſint ſacrificia propriè dicta, adeóque pro peccatis oblata (de quibus agunt Pontificij, quando volunt ſuam Miſſam eſſe verum & externum ſacrificium propriè dictum & propitiatorium pro peccatis) non ex ſolo vocabulo ratiocinandum eſt, ſed ex ipſa ſacrificiorum propriè dictorum inſtitutione. Ex quo fit vt dicamus, Agnum Paſchalem non fuiſſe ſacrificium propriè dictum: quandoquidem nec à ſolis ſacerdo-

Agni paſchalis non fuit ſacrificium externum propriè dictum.

Miſſalis Anabatiſmus.

ctibus, nec ad altare mactabatur, nec aliquid obſeruabatur eorum quæ Dominus facienda præceperat in ſacrificiis offerendis. Ipſi autem Pontificij, cum ſacrificium propriè dictum definiunt, nominatim hæc addunt: *Quod à legitimo Miniſtro offeratur*: adeo vt ſe ipſi refellant & pro nobis ad ſuam hanc obiectionem reſpondeant. Et certè, quanquam omnis cultus Deo, ex ipſius præſcripto exhibitus, ſuo modo, oblatio, donum, & ſacrificium ſpirituale dici poteſt: tamen diligenter conſiderandum eſt, quidnam fuerit in legalibus cæremoniis præcipuum ac primarium, vt inde diſpicere liceat, quænam fuerint vera ſacrificia ex ipſa Dei lege inſtituta. In Agno Paſchali, mactatio quidem videbatur ad vera ſacrificia accedere, in quibus victimæ mactabantur: ſed docemur non vnde agnum fuiſſe mactandum, non vt Deo offerretur, & ſacrificaretur (nulla enim ne minima quidem particula Deo conſecrabatur, quod in victimis legalibus ſolitum erat) ſed vt ex eo Iſraelitæ veſcerentur: vt perſpicuum eſt ex ipſa inſtitutione Exod. 12. Num. 9. *Celebrabit, inquit, Paſcha: cum azymis & herbis amaris comedent illud, &c.* Quin etiam (quod à Pontificiis, vel non animaduerſum, vel neglectum fuiſſe miror) quum Pharao permitteret Iſraelitis ſacrificium Deo facere, dummodo in Ægypto ſacrificarent: negauit Moſes id rectum eſſe, & apertè negauit Iſraelitas in Ægypto eſſe ſacrificaturos. Atqui Iſraelitæ Paſcha in Ægypto celebrarunt, vt teſtatur ſacra hiſtoria. Quid igitur dubitationis ſupereſſe poteſt, quin cæremonia agni Paſchalis fuerit à ſacrificiis diſtinguenda? Sed de Antecedente huiuſce obiectionis, nimis iam multa. Conſequens igitur rectè negauimus: quod quidem peculiarem etiamnum errorem habet ex ignoratione elenchi. Peccatur enim in ratione temporis. Ecquæ nam eſt enim hæc conſecutio? Agnus Paſchalis erat olim immolandus: ergo, Chriſtus hodie immolandus eſt: propterea quòd Agnus ille fuit figura [illegible] exhibiti Chriſti. Imò verò (niſi ad Iudæos Pontificij tranſeunt) ita concludendum eſt potius Chriſtum fuiſſe quidem olim pro nobis immolandum: nunc verò immolatum fuiſſe, quemadmodum expreſſe Paulus, optimus veterum & legalium cæremoniarum interpres: *Paſcha noſtrum pro nobis ſacrificatum eſt* (nempe) *Chriſtus*. Non dixit, ſacrificandum eſt, vel, immolandum, vel offerendum: ſed ſacrificatum eſt, inquit. Tum addit: *Itaque feſtum agitemus non fermento veteri, nec fermento maliciæ & nequitiæ: ſed non fermentatis panibus ſynceritatis & veritatis*. Hæc ille: quibus nos præclare docet quinam fructus veteris illius cæremoniæ in Eccleſia Chriſtiana remanſerit. Non enim, ſacrificemus Chriſtum, dicit: ſed, feſtum agitemus, idque non alio modo quam ſubiicit, ſynceritate & veritate: vbi nihil externum, nihil carnale, ſed omnia ſpiritualia nobis proponit.

Exod.8.

Incommoda & abſurd. Superioris obiectionis

Sentiant igitur Pontificij incommoda ſuæ iſtius Concluſionis. *Si conſequentia eſt: Chriſtum eſſe immolandum, eò quòd Agnus (qui figura Chriſti fuit) olim immolari ſolitus eſt: Ergo et cum à Chriſto* [illegible] *ſanguis verè ſacrificalis, qui à mactatione agni veteris* [illegible] *Chriſti* [illegible] *ſignificatur,* [illegible] *ab A-*

poſtolo audiuimus. Abſurdum. Item, *Si verum eſt Chriſtum eſſe immolandum hodie & offerendum, vt veritas figuræ agni Paſchalis reſpondeat: Ergo Chriſtus ſua morte non impleuit legales typos & figuras.* Abſurdum, blaſphemum, impium. Item. *Ergo ſtare non poſſunt hæc Chriſti verba* (quod abſit) *de ipſo agno Paſchali diſſerentis: Dico vobis me non amplius comeſturum ex eo donec completum fuerit in regno Dei.* Quibus verbis declarauit, veterem illam figuram morte ſua implendam fuiſſe: adeò vt qui adhuc implendam illam vrgeat, is mortem Chriſti neget, quantum in ipſo eſt. Qui quidem vnus eſt ex præcipuis Miſſæ fructibus.

Sed iam Pontificiorum obiectionem hoc modo in ipſos retorqueamus. *Si ex inſtituto Dei nihil reſeruandum erat ex agno Paſchali: at Pontificij hoſtias in ipſorum Miſſa conſecratas & pixide incluſas diligentiſſimè ſeruant: Ergo Agnus Paſchalis non fuit figura ſacrificij Miſſæ.* Item. *Si Agnus Paſchalis erat figura Chriſti, vt docet Apoſtolus* (*quod etiam Pontificij*) *& Agnus ille ſacrificabatur* (*id quod ipſi vehementer vrgent*) *& Chriſtus morte ſua legales omnes figuras impleuit* (*quod omnes verè Chriſtiani agnoſcimus*) *Ergo Chriſtus non eſt amplius ſacrificandus: & per conſequens ruit Miſſæ ſacrificium.*

Retorquetur obiect.

Exod.12.

Supereſt vt corrigamus Pontificiorum argumentum, in hunc modum. Agni Paſchalis cæremonia (vt & reliqua veteris Teſtamenti ſacramenta) ad Chriſtum ſpectabat: ac propterea in vno Chriſto deſiit: qui ſua morte ac reſurrectione veteribus & legalibus cæremoniis finem impoſuit: ipſarum cæremoniarum ſubſtantia in ipſo Chriſto remanente. Vetus autem illud Sacramentum, præter rei præſentis circumſtantias, ſignificabat etiam aliquando futurum, vt Chriſti ſanguis pro nobis effunderetur, cuius ea eſt efficacitas, vt nos à Satana & ab inferorum poteſtate tutos tectos conſeruet. Præterea in Agni Paſchalis celebratione adumbrabatur piorum hominum ſanctimonia & integritas, & ea quæ ad pœnitentiam carniſque mortificationem pertinent, quemadmodum Apoſtolus nobis expoſuit. Sacramentum autem Cœnæ Domini ipſum quidem Chriſtum nobis proponit: ſed non immolandum: imò potius ſemel pro nobis ſacrificatum & oblatum Deo: vt eum vera fide ac pœnitentia recipientes, à tenebrarum poteſtate liberentur.

Correctio obiect.

1.Cor.5.

Omnia ſacrificia à Prophetis prædicta, ſunt legitima.

Sacrificium Miſſæ fuit à Prophetis prædictum: Quare ſacrificium Miſſæ eſt legitimum.

Obiectio 9.

Maior eſt perſpicua. Minorem probant loci ſequentes, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec, inquit Dauid de Chriſto prophetans: Ergo neceſſe eſt aliquod ſacrificium in Eccleſia Chriſtiana remanſiſſe. Conſequentia patet, quia ſacerdos infert ſacrificium: Chriſti autem ſacerdotium eſt perpetuum. Rurſus: niſi ſe Chriſtus ſacrificauerit in Cœna incruentè ſub ſpeciebus panis & vini, certè Chriſtus nuſquam functus eſt ſacerdotio ſecundum ordinem Melchiſedec. Nam Melchiſedec obtulit Deo panem & vinum ita commemorante Moſe, nec vnquam fit mentio vllius ſacrificij cruenti quod Melchiſedec Deo obtulerit.

Psalm.110.

Iam nos Pontificij adoriuntur Prophetarũ teſtimoniis. Sed cùm perſpicuum

Reſponſio.

ſpicuum ſit ex ſuperioribus, adeóque ex locis Apoſtolicis quos illi nobis obiecerunt, nuſquam iſtud Miſſæ ſacrificium fuiſſe inſtitutum: ſequens Pontificiorum diſputatio vna concluſione tolli poteſt, quam nos ita paucis comprehendemus.

Superioris ſyllogiſmi refutatio

Quæcunque Prophetæ prædixerunt ad fidem & ſalutem Eccleſiæ, ad tempora noui teſtamenti pertinentia, ea Apoſtoli ſuis ſcriptis non tantùm propoſuerunt, ſed etiam copioſè explicarunt.

Sacrificium Miſſæ Apoſtoli ſuis ſcriptis non propoſuerunt, nedum illud copioſè explicarunt. Quare ſacrificium Miſſæ Prophetæ non prædixerunt: quippe quod nec ad fidem & ſalutem Eccleſiæ, nec ad tempora noui Teſtamenti pertineat. Nunc ſingulos locos expendamus quibus freti Pontificij nobis Prophetas, ſcilicet, opponunt, ac primùm de Melchiſedeco nobis agendum eſt. Vnum in Eccleſia Chriſtiana eſſe ſacrificium, nempe quod Chriſtus æternus ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedec pro nobis ſemel obtulit, & cuius ſacrificij ſemel peracti perpetua eſt virtus & efficacia: nos agnoſcimus. Sed negamus inde effici, Chriſtum eſſe ſæpius, idque in Miſſa ſacrificandum: neque hanc ſuam conſequentiam iſti probant. Si ſacerdos eſt, inquiunt, eſt igitur ſacrificium. Certè: ſed quemadmodum ſacerdos æternus eſt, ita huius æterni ſacerdotis ſacrificium non eſt metiendum ex ſacrificiis in veteri lege & ante legem ſcriptam vſurpatis: id quod ſæpe antea confirmauimus ex Apoſtolo ad Hebræos ſcribente. Hæc eſt igitur natura ſacrificij Chriſti, vt ſemel tantùm fieri debuerit & ſemel factum, vim nihilominus habeat perpetuam. Atenim, inquiunt, ſi Chriſtus eſt ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedec: Chriſtus igitur ſeſe ſacrificauit incruentè in Cœna. Qui tandem obſecrò? Quandoquidem ſimile quoddam ſacrificium Melchiſedec obtulit: inquiunt. Hoc igitur quam vim habeat, iam nobis conſiderandum eſt. Primùm cùm hunc locum Dauidicum Apoſtolus copioſiſſimè perſecutus fuerit, & comparationem Chriſti cum Melchiſedeco accuratiſſimè nobis explicarit, neque tamen vllam fecerit iſtius ſacrificij Miſſæ mentionem: certè pudorem in Pontificiis deſideramus, quos non pudeat ſomnium aliquod myſterium Apoſtolo incognitum obtrudere, vt ſcilicet, ſuppleant quod ab ipſo Apoſtolo prætermiſſum eſt. Quid enim? nónne id ad Apoſtoli propoſitum pertinebat? Imò, ſi Pontificiis credas, hoc fuit caput illius comparationis quam Apoſtolus propoſuit. At infirmi tum adhuc erant Hebræi, inquis, ac propterea nondum tanti myſterij capaces. Sic enim Apoſtolus, *De quo nobis multus ſermo & difficilis explicatu: quandoquidem ſegnes facti eſtis auribus.* Verùm enimuerò cùm Apoſtolus illa difficilia intellectu paulò pòſt in medium afferat, eáque copioſa oratione nobis explicet, quid te iuuabit tua iſthæc obiectio? Quis autem ferat mirificam hanc interpretationem? *De quo nobis multus eſt ſermo, & difficilis explicatu* (inquit Apoſtolus) hoc eſt (inquiunt Pontificij) de quo propter difficultatem tacere volumus. Imò verò, quò res eſt difficilior, eò ſe longiorem & accuratiorem ſermonem inſtituere velle profitetur: ac propterea Hebræorum attentionem eiuſmodi præfatiuncula con-

Errores ſuperioris obiectionis Melchiſedec.

Factum Melchiſedeci ad Miſſæ ſacrificium trahi non poteſt.

obiectio Pontificiorum. Heb. 5.

Reſponſio.

Obiectio Pōtific. 2.
Reſponſ.

Sed, inquis, non valet Conſequentia: Si nihil ibi dixit Apoſtolus de ſacrificio Miſſæ, quum de Melchiſedeco ageret: Ergo factum Melchiſedeci ad ſacrificium Miſſæ non pertinet. At enim affirmo ego conſequentiam valere: & propono hoc theorema Theologicum, quod Pontificij nunquam labefactabunt. Ex typis & figuris veteris Teſtamenti eatenus dogma aliquod ſtatui poſſe, quatenus typos illos & figuras Apoſtoli claris expreſſiſque verbis explicarunt. Qua de re nos alibi plura diximus. Quamobrem ſi ex hiſtoria Melchiſedeci velis apodictice & Theologice diſſerere: profer igitur Apoſtolicam expoſitionem: alioqui tua diſputatio tantùm erit allegorica, non autem Theologica: quandoquidem ſi allegoriis ludere liceat, nuſquā pedem figes: ſed ſemper incertus per hominum commenta ac placita vagaberis. Atque id Academicis & Pyrrhonianis relinquimus: quippe à Theologica certitudine prorſus alienum.

Theorema Theologicū.

Melchiſedecus panem & vinum Deo non obtulit.
Geneſ. 14.

Secundò: Melchiſedecum obtuliſſe Deo panem & vinum pernegamus quod tamen Pontificij affirmant. Error iſtorum eſt: mendacium in Theologia. Nihil enim tale extat apud Moſen. Sic enim Moſes: *Melchiſedec rex Salem protulit panem & vinum. Et ipſe erat ſacerdos Dei Excelſi. Et benedixit ei, & dixit: Benedictus Abram, &c.* Sic enim legendum & diſtinguendum eſt ex Hebraico contextu: & retinenda propria ſignificatio copulæ; quaſi dicat, regem Melchiſedecum fuiſſe quoque ſacerdotem: ut perſpicuū eſt ex argumento Apoſtoli ad Hebr. Hîc igitur de oblatione & ſacrificio verbum nullum. Proferre enim non eſt, ſacrificare: neque verbum Hebraicum, *Hotſ*, ſacrificare & offerre ſignificat: quod & ſatis intellexit vetus interpres, cui tantoperè iſti ſunt addicti. Sic enim ille, *Melchiſedec rex Salem proferens panem & vinum*, inquit. Rurſus ecce alter error in vocabulo panis, quo Hebræi non panem tantum ſed cibos cuiuſque modi, inſtructámque menſam ſolent ſignificare: quemadmodum norunt ij qui vel tantulum in ea lingua exercitati ſunt. Protulit igitur Melchiſedec panem & vinum ipſius Abrahami cauſa, cui voluit ita gratulari de parta victoria. Itaq; Græcus interpres dixit ἄρτους, numero plurali. At inquis, dicuntur ſerui Abrahami comediſſe de ſpoliis hoſtium. Quid tum? niſi propterea Melchiſedeci munificentia locum habere non debuit? Affirmat Moſes, inquis, Melchiſedecum fuiſſe ſacerdotem Dei Excelſi. Ita ſit ſanè: ſed quis hanc concluſionem patienter audiat? Dicitur fuiſſe ſacerdos: Ergo panem & vinum ſacrificauit. Vide potius quę ſequuntur: nempe Melchiſedecum benedixiſſe Abrahamo, & ab eo decumam ex omnibus accepiſſe (quæ diligenter expendit Apoſtolus) & facilè iudicabis quamobrem Melchiſedecus ſacerdos fuiſſe dicatur. Itaque illius munificentia, regē decuit: benedicere autem & decimas accipere, decuit ſacerdotem.

Geneſ. 31. 54.
Exod. 2.
Prouer.

Obiectio Pōtific.
Reſponſ.

Tertiò: ſi daremus Melchiſedecum panem & vinum obtuliſſe Deo (abſit autem à nobis tam procul ab hiſtoriæ veritate recedere) nihil inde tamen efficerent. Error eſt medium heterogeneum & planè abſurdum. Nec enim iſta conſectaria ſunt: Melchiſedecus fuit figura Chriſti, &, panem ac vinum Deo obtulit: Ergo Chriſtus in ſacra Cœna ſeſe incruentè obtulit Deo pro nobis: quod fit etiam hodie in Miſſæ ſacri-

In quib. conſtituendus ſit ordo Melchiſedeci.

ficio. Obſecro te, vbinam gentium Medium aliquod reperias quo iſti termini tam longè diſſiti copulari & coniungi poſſint? Facilius, mihi crede, polum Arcticum (vt hoc mihi per Aſtrologos liceat) cum Antarctico coniunxeris. Quis enim te in primis docuit Melchiſedecum fuiſſe figuram Chriſti? nonne Apoſtolus? At is comparat vtriuſque perſonam, non autem ſacrificium: ſic enim ille. *Sine patre, ſine matre, ſine genere, nec initium dierum, neque vitæ finem habens: ſed aſſimilatus filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum,* & paulò poſt. *Qui non ex lege, cuius mandatum ſit carnale, factus eſt ſacerdos, ſed ex vi indiſſolubilis vitæ.* En igitur in quo conſtituendus ſit ille ordo, de quo Pſaltes ab Apoſtolo citatus: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec.* Nempe quòd Melchiſedecus, fuerit Rex ſimul & ſacerdos, & tanquam æternus nobis in Scriptura propoſitus ſit, adeòque præſtantior Abrahamo & eius poſteris, vt ita figuram gereret Chriſti æterni regis ſimul & ſacerdotis, præſtantioris Leuiticis omnibus ſacerdotibus. Alioquin & alij pleriq; fuere ſacerdotes: & ab ipſis Leuiticis ſacerdotibus panis & vinum aliquando offerebantur. Ex quo fit vt in re alia quàm in ſacrificiis & oblationibus ordo ille Melchiſedeci conſtituendus ſit. Nam ſi oblationes & ſacrificia ſpectes, non dubium eſt quin legalia & Aaronica ſacrificia longè præſtantiſſimè Chriſti ſacrificium repræſentarint, ac præſertim holocauſta: vt docet Apoſtolus ad Hebr. nec ſanè vlla panis oblatio tã expreſſè futurũ Chriſti ſacrificium repræſentare potuiſſet. Nam pati, mori, ſanguinem fundere & mactari, pani non conueniunt.

Incommoda & abſur. ſuperioris obiectionis.

Vt ergo Pontificios pudeat ſuæ abſurditatis ita dicamus. *Si quia Mel-*
1 *chiſedec panem & vinum offerens fuit figura Chriſti (vt Pontificij exiſtimant)*
ſequitur Chriſtum eſſe offerendum: Ergo ſimili ratione Chriſtus eſſet offerendus
ſub earum omnium rerum ſpeciebus, quæ veteris Teſtamenti temporibus offere-
bantur Deo, vt Chriſtum repræſentarent. Impoſſibile & horrendum. Item.
Si verum eſt quod iſti dicunt: ſequitur antiquorum ſacrificiorum externam ſpe-
2 *ciem in Eccleſia Chriſtiana remanſiſſe.* Falſum & abſurdum. Sic enim potius
Scriptura docet, veterum ſacrificiorum ſubſtantiam nobis in vno Chri-
ſto remanſiſſe, ſublata exteriori ſpecie. *Si ſacerdotium Leuiticum ſtetit vſq;*
3 *ad mortem Chriſti (vt docet Apoſtolus) Et, ſtante illo ſacerdotio, ſola legalia ſa-*
crificia erant legitima (vt omnes pij agnoſcunt:) Et Chriſtus ſacerdos ſecundum
ordinem Melchiſedec ante mortem in ſacra Cœna ſacrificauit (vt Pontificij vo-
lunt:) Ergo ſacrificium iſtud in Cœna factum, aut legale fuit, aut non legitimum.
4 Vtrumque abſurdiſſimum. Item, *Si oblatio & ſacrificium Melchiſedeci fuit*
figura Chriſti (vt Pontificij exiſtimant) ergo hanc figuram aut Chriſtus imple-
uit, aut non. Si impleuit: ruit igitur Miſſæ ſacrificium: quod enim ſemel im-
pletum fuit, quotidie implendum non eſt. Non impleuiſſe autem, quis vn-
quam Chriſtianus auſit dicere? Hoc tamen ſequitur ex Pontificiorum
5 argumento. Item, *Si aduentu Chriſti exhibita fuit ea veritas cuius Mel-*
chiſedec erat figura (ipſis Pontificiis aſſentientibus, aut certè, verbo negare
non audentibus) & nihilominus remanſerunt ſpecies oblationis Melchiſedeci,
nempe ſpecies panis & vini (quod iſti Tranſſubſtantiatores volunt) ergo figura
& veritas ſimul ſtare poſſunt. Abſurdum & contradictorium.

Retorquetur Obiectio

Retorqueamus igitur in Pontificios argumentum ex Melchiſedeco

petitum. *Si Melchiſedecus offerens panem & vinum Deo fuit figura Chriſti*
(vt affirmant) & Chriſtus vnica oblatione in cruce facta veteres omnes 1.
figuras & ſacrificia abrogauit (vt docet Apoſtolus) certè ſacrificium Melchiſedeci
ad Miſſæ confirmationem trahi non poteſt. Hæc enim figura vnà cum
alijs abrogata fuit. Item. *Si oblatio Melchiſedeci figura fuit Euchariſtiæ* 2.
(vt iſti autumant) certè Euchariſtia à ſacerdotibus Pontificiis offerri non poteſt.
Conſequentia patet: Nam debet manere relatio inter offerentem
& rem oblatam: itémque, inter figuram & figuratum. At ſolus Chriſtus
fuit figuratus in Melchiſedeco. nullo igitur alio, præter Chriſtum,
Euchariſtia offerri poſſet. Nec eſt cur proferant ſuos illos ſecundarios
ſacerdotes: ſemper enim Melchiſedecum vnicum legimus, quem
vllos eiuſmodi ſecundarios ſacerdotes habuiſſe, ne ipſi quidem Pontificij
audent ſomniare. Vis autem huiuſce noſtræ Concluſionis pendet
ex his Apoſtoli verbis: *Illi quidem citra iuſiurandum ſacerdotes facti*
ſunt, hic verò cum iureiurando per eum qui dixit ei: Iurauit Dominus & Heb.7.
non pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.
Et aliquantò pòſt. *Lex enim homines conſtituit infirmos: at ſermo iuriſiurandi*
poſt legem conceptus filium conſtituit qui in æternum eſt ſacrificatus.
Hæc Apoſtolus. Solus igitur Chriſtus eſt ſacerdos ſecundùm ordinem
Melchiſedec: ac propterea, ſolius Chriſti fuit, id offerre quod oblatione
Melchiſedeci adumbratum fuit. Item. *Si oblatione Melchiſedeci* 3.
nititur Miſſæ ſacrificium: actum eſt igitur de Tranſſubſtantiatione. Nam
Melchiſedecus dicitur protuliſſe nô inane aliquod ſpectrum, vanáſque
panis & vini accidentia: ſed panem & vinum. At Tranſſubſtantiatio
(quam volunt eſſe animam ſacrificij Miſſæ) tollit panis & vini ſubſtantiam.
Iam ſi periit Tranſſubſtantiatio: Miſſæ igitur ſacrificium animam
exhalauit. Huc ſpectant hæc verba Canonis Miſſæ, *Hoſtiam puram, hoſtiam* 4.
ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ æternæ & calicem ſalutis Ex Canone
perpetuæ, ſupra quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, & accepta habere, Miſſæ.
ſicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ
noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum
ſacrificium, immaculatam hoſtiam. Si offertur ipſum Chriſti corpus, quorſum
igitur iſta comparatio? Nonne veritas eſt dignior ſua figura? Quare,
ex ipſo Canone Miſſæ conſequitur: id quod iſti in ſua Miſſa offerunt,
non eſſe præſtantius pane & vino quæ ipſi volunt à Melchiſedeco fuiſſe
oblata. Item. *Si ea quæ Melchiſedecus obtulit (vt iſti dicunt) non fuerunt tecta*
alienis formis & alienis accidentibus: ſicut in Miſſæ ſacrificio (ſi Pontificiis habenda
fides) Chriſtus offertur tectus alienis formis & alienis accidentibus: quomodo
oblatio Melchiſedeci ad Miſſæ ſacrificium pertinebit? Nam ſi ea quæ
videntur, offeruntur in Miſſa: certè panis & vinum in Miſſa offeruntur.
Si aliud videtur & aliud offertur in Miſſa: ergo procul receſſit à Melchiſedeco.
Etenim premo ego verbum *Protulit* quo vtitur Moſes, quum
narrat Melchiſedecum panem aliquem vinúmque protuliſſe. Aliud eſt
autem, palàm aliquid proferre, & id ipſum velare & tegere ne oculis pateat.
Item. *Si panem & vinum obtulit Melchiſedecus (vt Pontificij contendunt)*
certè hæc non fuit oblatio pro peccatis, ſed Euchariſtica & gratiarum actionis.
Sic enim ille: *Benedictus Deus excelſus qui tradidit hoſtes tuos in manus tuas.*

Itaque ſequeretur ex ipſorum Pontificiorum argumento: Miſſę ſacrificium eſſe εὐχαριστικὸν, non autem propitiatorium pro peccatis. Item, *Ex iis quæ paſſus eſt didicit obedientiam: Et conſummatus factus eſt autor ſalutis æternæ omnibus qui ipſi auſcultant; cognominatus à Deo Pontifex ſecundùm ordinem Melchiſedec (inquit Apoſtolus)* Heb. 5. 7 *Cum igitur Chriſtus non fuerit conſummatus in ſacra Cœna; certè non fuit cognominatus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec reſpectu ſacræ Cœnæ, quemadmodum Pontificij falsò tradiderunt.* Sed de his hactenus; pleraque enim huiuſmodi afferri poſſent.

Correctio obiect.

Corrigamus igitur errorem Pontificiorum hoc modo. Quandoquidem Melchiſedeci cum Chriſto collatio non temere & humano arbitratu, ſed ex ipſa Scriptura depromenda eſt: ita ſtatuere debemus Melchiſedecum geſſiſſe figuram Chriſti, quòd fuerit rex ſimul & ſacerdos, quòd proponatur tanquam æternus, denique quòd maior fuerit Abrahamo, ac proinde Leuiticis ſacerdotibus ipſius Abrahami poſteris. Id quod eſt, tum quia Abrahamo benedixit, tum quia accepit decimas ab Abrahamo. Ex hac autem collatione efficitur Chriſtũ ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedec, etiam adhibito iureiurando à Deo conſtitutum, omnibus Leuiticis ſacerdotibus eſſe longè ſuperiorem: in quo vno ſacerdotium remanſit, adeò, vt neque Pontificij ſacerdotes poſſint, nec ipſum Miſſæ ſacrificium conſtitui, quin Chriſtus de ſuo æterno ſacerdotio deturbetur, quod abſit.

Obiectio. 10. Malach. 1.

Ab ortu Solis vſque ad Occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda quia magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum. Hæc Malachias. Ergo ſacrificium Miſſæ eſt legitimum. Conſequentia patet: quia munda illa oblatio quam dicit offerendam in omni loco, non poteſt alia intelligi iuxta mentem prophetæ, quàm de mundiſſima oblatione corporis & ſanguinis Chriſti quæ in omni loco offertur, videlicet in ſacrificio Miſſæ: quemadmodum Malachias prophetauit.

Errores ſuperioris Obiectio. Locus Malachiæ exponitur.

Conſequens eſt falſiſſimum. Error: Petitio principij. Quis enim illis concesſerit, Miſſæ oblationem mundam eſſe? Plana eſt autem Malachiæ ſententia de ſpirituali Dei cultu, quē potiſſimum exhibet Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus, quum Gentes Euangelicam prædicationem amplexæ ſunt. Eò ſpectant hæc verba, *Magnum nomen meum in Gentibus*, bis repetita, qui mos Hebræorum eſt, vt id quod proponunt, melius inculcent. Huc adde, *Ab ortu Solis, vſque ad Occaſum.* itemque, *In omni loco.* Inquam legalis cultus Dei vnius Gentis finibus continebatur, & ipſa externa ſacrificia in vno tantùm loco fiebant ex verbo Dei. Quare manifeſtus eſt ſenſus huius Prophetiæ, quæ nihil habet cum Miſſæ ſacrificio commune. At, inquis, meminit ſacrificij & oblationis.

obiectio Pōtificiorum. 1. Reſponſio.

Vt reſpondeamus, in primis reſtituamus locum Malachiæ ex Hebraico contextu, tum expendemus quantum valeat hæc obiectio. *In omni loco*, inquit, *incenſum oblatum nomini meo, & oblatio munda.* Hæc ille. Vtitur autem vocabulo, *Mincha*, quo certum aliquod legalis oblationis genus ſignificabatur, vt videre licet apud Moſen. Omnia igitur hæc vocabula ad legalem cultum propriè pertinent. Iam attendamus quorſum Pontificiorum argumentum. Meminit Malachias

Mincha. Leuit. 2.

incenſi & oblationis Minchæ: prædixit igitur futurum Miſſæ ſacrificium. Cedo mihi medium huiuſce Concluſionis. Qui dicit incenſum & oblationem, is ne, obſecrò, dicit Miſſæ ſacrificium? Ecce, igitur, vides te nihil poſſe ex Malachia efficere, niſi ante demonſtraueris, ſacrificium Miſſæ eſſe illud incenſum & illam ipſam oblationem de qua Malachias locutus eſt: atque ita, qui videbaris metam attingere, hæres adhuc in ipſis carceribus.

Secundus error, in homonymia. Cúm enim vocabula quibus vtitur Malachias variè accipi poſſint, (poſſunt enim accipi, vel propriè, vel figuratè,) iſti tamen ea perinde accipiunt, ac ſi rem vnam tantùm ſignificarent. Quare iam obruamus incommodis ineptam illam Concluſionem, & ipſos Pontificios deprehendamus contradictione hoc modo:

1. Incommoda & abſurda ſuperio. obiect.

Nomina incenſi & oblationis à Malachia vſurpata, aut intelligenda ſunt propriè: aut, metaphoricè: ſi propriè; ergo Malachias de cultu legali locutus eſſet, ac proinde locus hic ad noui Teſtamenti tempora non pertineret. Si metaphoricè, & illa nomina de Miſſa intelligenda ſunt. Ergo Miſſa eſt ſacrificium metaphoricè dictum: ac propterea non reale, verum & externum ſacrificium: quod tamen illi affirmant: aut, Propriè dictum, & Metaphoricè dictum idem ſunt, nec vlla ratione diſtinguuntur. Abſurdum. Reuocent igitur in memoriam quo pacto nobis explicarint homonymiam vocabuli ſacrificij: nimirum, ſacrificium metaphoricè dictum, ſignificare cultum interiorem & ea quæ ſpectant ad vitæ ſanctimoniam: Miſſam autem eſſe ſacrificium externum & propriè dictum. Hæc, inquam, ſecum reputent: ac tum dent operam ſuis argumentis conciliandis.

2.

Item, *Si incenſum ad noui Teſtamenti tempora relatum, ipſis Apoſtolis interpretibus, nunquam de externo incenſo, ſemper autem de ſpirituali cultu intelligendum eſt: idem profectò de oblatione Minchæ dicendum erit: propter contextum orationis, & vtriuſque vocabuli coniunctionem. Atque ita locus Malachiæ de ſpirituali cultu intelligendus erit. Quem ſi volunt ſuæ Miſſæ accommodare: externo igitur ſacrificio renunciare neceſſe eſt: aut, externum, & internum, idem erunt.* Abſurdum. Aſſumptum patet inductione.

Apoc. 8.

Data ſunt illi, inquit Ioannes, *incenſa multa vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altari aureo, quod eſt ante thronum. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum, &c. Habentes ſinguli citharas & phialas aureas plenas ſuffituum quæ ſunt preces ſanctorum.*

Apoc. 5. Phil. 4.

Accepi ab Epaphrodito quæ à vobis miſſa ſunt, odorem bonæ fragrantiæ, inquit Paulus, & quæcunque eò ſpectant. Ferant Pontificij inficiantiam ſi poſſunt. Item, *Si quia Malachias de temporibus noui Teſtamenti verba faciens, mentionem fecit incenſi & oblationis Minchæ, idcirco externa quædam & realis oblatio conſtituenda eſt: Ergo ſimili ratione quia Eſaias de his ipſis temporibus verba faciens prædixit fideles aſcenſuros in montem Sion, aliquid tale conſtituendum erit in Eccleſia Chriſtiana.*

Eſa. 2.

Item, *Quia idem Propheta prædixit fore vt veri Iſraelitæ offerantur Deo tanquam oblatio Minchæ idque Hieroſolymæ ſuper montem ſanctum Domini: idcirco ipſi homines erunt externum ſacrificium & externa oblatione Deo offerendi.*

Eſa. 66.

Item, *Quia idem propheta amplitudinem Eccleſiæ Chriſtianæ deſcribens, prædixit futurum, vt portæ ciuitatis Hieruſalem nunquam claudantur, vt illuc afferantur facultates Gentium, &c. idcirco Hieroſolymæ quædam*

Eſa. 60.

externa & terreſtris erit hodie conſtituenda. Item. *Quia Zacharias agens de Chriſtianæ Eccleſiæ temporibus dixit futurum vt fideles aſcendant Hieroſolymam, feſtum Tabernaculorum celebraturi, & ibi ſacrificent, & carnes coquant in lebetibus, &c. idcirco res eaſdem in Eccleſiam Chriſtianam reuocandas.*

obiect. pontific. 2.

Quæ omnia quis non videt eſſe impoſſibilia & abſurda? Nec Pontificij rationem vllam diſſimilitudinis proferre poſſunt.

Reſp.
Malach. 1
Epheſ. 5
Heb. 13.
1. Pet. 2.
Rom. 15.
1. Tim. 2.
Rom. 12.
Eſa. 66.

Atenim, inquiunt, Si locus Malachiæ de ſpirituali oblatione exponatur, quomodo dicetur munda oblatio? vos enim ipſi dicitis, etiam piorum opera immunda eſſe. Reſpondeo Malachiam opponere mundam illam oblationem, de qua loquitur, Iudæorum peccatis, qui ſacrificia non ita vt decebat, offerebant. *At vos*, inquit, *polluiſtis ipſum* videlicet *nomen meum* &c. Quare cultus Dei exhibitus ſecundum verbum ipſius, per ſe mundus eſt. Quamuis autem in fidelibus multæ adhuc maculæ hæreant: quia tamen ſacrificia ſpiritualia offerunt Deo per Chriſtum, qui ſuo ſanguine Eccleſiam mundauit vt eam ſiſteret ſine macula & ruga, inquit Apoſtolus: ideo piorum oblatio munda eſt. Sic enim Apoſtolus ad Heb. *Per ipſum Chriſtum*, inquit, *aſsiduè offeramus Deo ſacrificium laudis.* Et Petrus, *Ipſi quoque velut viui lapides ædificamini*, inquit, *domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, ad offerendum ſpirituales hoſtias acceptas Deo per Ieſum Chriſtum.* Et Paulus dicit ſe eſſe Miniſtrum apud Gentes, *Vt oblatio Gentium fiat accepta, ſanctificata per Spiritum Sanctum.* Et alibi. *Velim*, inquit, *viros precari in quouis loco puras manus attollentes.* Itemque *Vt ſiſtatis*, inquit, *corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam acceptam Deo.* Atque vt ad Prophetas reuertamur: Quum Eſaias prophetat de hominibus Deo per Euangelij prædicationem offerendis, ait perinde id fore, vt ſi oblatio Mincha Deo in mundo vaſe offeratur.

Obiectio Pontifici. 3
Reſp.
Pſal. 40.
Rom. 12.

Verum enimuero, inquiunt, loquitur Malachias de re ſæpius facienda, quandoquidem vſurpat tempus præſens: quum dicit, *Offertur.* Gentes autem ſemel vocatæ ſunt. Primum inepta eſt hæc ratiocinatio. Nam ſi velint hanc Prophetiam ad tempora noui Teſtamenti referre, neceſſario dicendum erit, præſens tempus pro futuro vſurpari: atque ita rem ſignificari aliquanto poſt futuram. fuit enim Malachias Prophetarum vltimus, ac proinde omnium proximus ſalutiferæ Chriſti exhibitioni. Præterea, non reſtringimus hanc Prophetiam ad primam illam vocationem Gentium, quum primum illis oblata fuit Euangelij prædicatio (quod tamen nondum etiam plane abſolutum eſt) ſed eam generaliter intelligimus, de ſpirituali cultu & de ſpiritualibus Chriſtianorũ ſacrificiis, quæ omnia vno oblationis nomine ſignificauit Malachias: vt quum Pſaltes dixit, *Sacrificium et oblationem noluiſti*, omnia legalia ſacrificia, & omnes legales oblationes intellexit. Et Paulus ea omnia quæ ad piorũ ſanctimoniam carniſq; mortificationem pertinent, vocauit, *hoſtiam viuam, ſanctam, acceptam Deo & cultum rationalem.*

Retorquetur Obiectio.

Retorqueamus locum hunc in Pontificios, hoc modo.

Nihil quod deſtituitur verbo Dei, oblatio munda eſſe poteſt.

Miſſæ ſacrificium deſtituitur verbo Dei (vt patuit ex ſuperioribus.) *Ergo Miſſæ ſacrificium oblatio munda eſſe non poteſt. Et vi Conſequentiæ locus Malachiæ de Miſſæ ſacrificio non eſt intelligendus.* Item.

Si oblatio Minchâ de qua loquitur Malachias intelligenda eſt de Miſſæ ſacrificio (vt Pontificij flagitant) certè in Miſſæ ſacrificio offertur panis, non autem corpus Christi. Conſequentia patet: quia Mincha propriè ſignificabat rerum inanimatarum oblationem, vt conſtat ex Leuit. 2. &c. Quamobrem hunc Pontificiorum errorem corrigamus, & Malachiam ab eorum falſa interpretatione vindicemus, in hunc modum: Quum Malachias Iudæorum vitia, templique ſacrorum contemptum, grauiſſimè reprehenderet, & ſpiritualem Dei cultum in Eccleſia Christiana futurum, adeóque ipſam Gentium vocationem prædiceret: alluſit ad legales cæremonias, & earum vocabulis vſus eſt, templo incenſi & oblationis Minchæ: Qui Prophetarum mos eſt: & quod adeò ipſi etiam Malachiæ paulò poſt vſitatum, ita de noui Teſtamenti temporibus loquenti; Filios, inquit, *Leui emundabit & excoquet vt aurum & argentum, & offerent Domino oblationem Minchæ in iuſtitia, & accepta erit Domino oblatio Iuda & Hieruſalem, vt diebus antiquis & annis prioribus.* Quamobrem incenſi & oblationis nominibus intellexit cultum illum, quem fideles poſt aduentum Christi iuſſi ſunt exhibere Deo. Cùm autem nullum externum & reale ſacrificium Christus in Eccleſia Christiana inſtituerit, locus hic Malachiæ ad commentitium Miſſæ ſacrificium detorqueri non poteſt: quem nos ex ſcriptis Apoſtolicis, non autem ex humanis ſomniis, exponere atque intelligere debemus.

Correctio ſuper. obiect. ex ipſo loco quem obijciunt.

Mal. 3.

Vos autem ſacerdotes Dei vocabimini, inquit, Eſaias. Et rurſus: Aſſumam ex eis in ſacerdotes & Leuitas, dicit Dominus. Adducam eos in montem ſanctum meum & lætificabo eos in domo orationis meæ. Holocausta eorum & victimæ placebunt mihi ſuper altare meum. Ergo Miſſæ ſacrificium eſt legitimum. Conſequentia patet. Nam hæ Prophetiæ de temporibus Eccleſiæ Christianæ intelligendæ ſunt, in quibus futura eſſe ſacerdotes, futurúmque altare Eſaias prædixit: ergo etiam futurum etiam eſſe verum ſacrificium. Hæc enim [illegible] *Sacerdos, altare, & ipſum ſacrificium.*

Obiect. 11.
Eſ. 61.
Eſa. 66.
Eſ. 56.

Falſa Conſequentia. Error eſt autem homonymiæ, cum etiam ex ignoratione Elenchi: non enim eo modo ſumuntur vocabula, ſacerdotis, & altaris, quo ab Eſaia vſurpata ſunt. Idem igitur planè reſpondeo quod ſuprà: videlicet, cultum ſpiritualem futurum noui Teſtamenti temporibus ab Eſaia propoſitum figuratè: idque nominibus quæ ad legalem cultum propriè ſpectabant, per alluſionem vſurpatis. Quare ſuperior refutatio in hanc etiam obiectionem quadrat. Etenim ſi nomina illa metaphoricè accipienda ſunt: nihil iuuant Miſſæ ſacrificium, quod illi externum & propriè dictum eſſe volunt. Ne mihi repetendum ſit ex arte diſſerendi, non argumentum eſſe ex metaphoris, aut (quod [illegible] illis [illegible] eſt gratum) proponendum ſit, Scholaſticorum dogma, *ſymbolicam Theologiam non eſſe argumentatiuam.* Quòd ſi nomina illa ſint propriè accipienda; regredimur ergo ad Iudæos, de cœleſti in terreſtrem Hieroſolymam deturbati. Iam igitur nobis templum Hieroſolymitanum extruendum eſt, & erigendum altare, & ſacerdotes è tribu Leui vndique conquirendi (ſi modò inueniri poſſint) vt ita iuxta locos illos Propheticos, non in omni loco (vt paulò antè ex Malachia efficere volebant) ſed Hieroſolymæ tantùm, & ad altare ibi conſtitutum, ſed iā

Errores ſuperioris obiect.

Thomas. Opuſ. 70. 5. 1. 2.

ab iſta ſacrificulorum turba promiſcua, ſed a ſolis Iudæis è tribu Leui oriundis Miſſa celebretur.

Obiectio Pontifici.
Reſponſ.

Significantur ſacrificia, inquis, propter vocabulorum relationem. Reſpondeo: cùm vocabula figuratè vſurpentur, ſacrificium quoque figuratè eſſe intelligendum: idque, vi ipſius relationis. Hoc autem connexum: ſi eſt ſacrificium, eſt igitur ſacrificium externum: fallit in Conſequenti. Nouum enim Teſtamentum habet ſua ſacrificia, nempe ſpiritualia, vt antè à nobis dictum eſt. Quamobrem (ne rem actam agere videamur) ita corrigamus falſas Pontificiorum interpretationes.

Correctio ſuperioris obiect.
Eſai. 61.
1. Pet. 2.
Eſai. 66.
Heb. 7.
Rom. 15.
Eſ. 66.
Eſ. 56.
Eſ. 19.
Eſa. 60.
Apoc. 8. 9. 14.
Pſal. 51.

Eſaias de Chriſtiana Eccleſia prophetans: *Vos autem*, inquit, *ſacerdotes Dei vocabimini*: non de ſacrificulis Pontificijs loquitur, ſed de pijs omnibus, de quibus Petrus Eſaiæ interpres locupletiſſimus: *Vos*, inquit, *genus electum, regale ſacerdotium, &c.* Nam apud Eſaiam, qui non ſunt ſacerdotes appellandi, illi dicuntur alieni, & filij peregrinorum. Quam oppoſitionem Pontificij non animaduertunt. Idem Eſaias prædixit noui Teſtamenti temporibus aſſumendos e fidelibus ſacerdotes Leuiticos (nec enim extat copula in contextu Hebraico) non quòd ſtare deberet ſacerdotium Leuiticum (eſt enim tranſlatum, inquit Apoſtolus,) ſed ita ſignificauit Eſaias miniſterium Euangelicum Leuitico ſucceſſurum. Sic enim Paulus Gentes ſacrificabat Deo (vt ille ipſe teſtis eſt) quum eas ad Euangelij cognitionem adducebat. Denique meminit Eſaias Sionis, templi, holocauſtorum & altaris, non vt in Eccleſia Chriſtiana futurum aliquod externum ſacrificium deſignaret (quis enim hæc vnquam iuxta literam, ac non potius figuratè intelligat, niſi Iudaizet?) ſed vt propoſita legalium cæremoniarum imagine, cultum ſpiritualem in Eccleſia Chriſtiana futurum adumbraret. Sic ille ipſe Eſaias prophetauit altare futurum in medio Ægypto: de publica veræ religionis profeſſione, non autem de innumerabilibus Pontificiorum altaribus verba faciens. Sic alibi de cultu ſpirituali Eccleſiæ Chriſtianæ diſſerens: *Omne pecus Cedar congregabitur tibi*, inquit, *arietes Nebaioth miniſtrabunt tibi: aſcendent ſuper altare meum ad beneplacitum, & domum maieſtatis meæ glorificabo.* Sic etiam Ioannes mentionem facit cæleſtis altaris, thuribuli, ſuffitus, templi, atrij exterioris, ipſius etiam arcæ fœderis & aliorum eiuſmodi: quæ ſi verba ipſa ſpectes, ad vetus Teſtamentum pertinent; cùm tamen ſub illo velo nobis Apoſtolus ea proponat, quæ ad nouum Teſtamentum referuntur. Quæ ſi Pontificios nõ mouent: ſaltem ipſi ſe audiant, qui hunc Dauidicum verſum identidem in ſuis templis repetitant. *Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.* Quæ verba, vt noſtris temporibus accommodentur, eſſe de ſpiritualibus, non autem externis ſacrificijs intelligenda, credo, non negabunt. Niſi fortè, vitulorum nomine, ſuos ſacrificulos intelligant, ad ſua illa altaria mugientes, & Euangelicæ veritati, quantùm in ipſis eſt, obſtrepentes.

Obiect. 12.
Daniel. 12.

A tempore quum ablatum fuerit iuge ſacrificium & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille, ducenti, nonaginta, inquit Daniel. *Ergo Miſſæ ſacrificium legitimum eſt.*

Conſequentia patet. Nam hic locus intelligendus eſt de fine mundi, vt perſpi-

cuum

quam eſt ex [illegible] Danielis [illegible] ſacrificium [illegible] nouiſſimis temporibus [illegible] ſacrificium [illegible] Antichriſti ſacrificauit: Quod quidem ſacrificium Miſſam ſignificat. Nam [illegible] ſacrificia Chriſtianorum multa ſunt & multiplicia. Hoc autem ſacrificium eſt iuge: hoc eſt, idem ſimplex, eodémque modo ſæpius repetendum.

Ridicula eſt Conſequentia, cuius præcipuos [illegible] errores ſuccenſebimus. Primus error. Quòd ea quæ dicuntur de iugi ſacrificio auferendo, præciſè reſtringunt ad tempora Antichriſti. Nam & cap. 11. Daniel fecit mentionem iugis ſacrificij tollendi, & ponendæ abominationis, iiſdem prorſus vocabulis vſurpatis, quibus vtitur in hoc cap. 12. de quo diſputamus. At illum locum plerique de Antiocho exponunt: alij, vt ex Pontificijs permulti, referunt ad vltimum excidium vrbis Hieroſolymæ. Cur ergo non patiuntur, locum hunc cap. 12. quoque de vltimo etiam illo excidio intelligere? At enim, inquit, paulò ante mentionis reſurrectionis [illegible] dicit cap. 12. vers. 2. Reſpondemus & hoc ipſum argumentum [illegible]. Cùm enim illa abominatio deſolationis fuerit ante diem nouiſſimum futura, ſequitur neceſſariò, quod ait Daniel in hoc cap. 12. vers. 11. de abominatione deſolationis, eſſe ad ea quæ antè dixerat, referendum: ita vt hic tantummodò ſpatium temporis addatur. Quinetiam verbum præteriti temporis *Huſar*, hoc eſt, ſublatum fuit, quo Daniel in hoc loco vſus eſt, [illegible] temporis [illegible], noſtram hanc ſententiam planè confirmat. Quid? quòd [illegible] Chriſtus locum hunc Danielis apud Matth. cap. 24. [illegible] citat: *Quum videritis abominationem deſolationis quæ dicta eſt à Daniele Propheta, poſitam in loco ſancto (qui legit animaduertat) tunc qui fuerint in Iudæa fugiant in montes, &c.* Ex quibus omnibus intelligi poteſt, nihil eſſe cauſæ quamobrem hæc Danielis Prophetia ad Antichriſti tempora reſtringatur: imò potius certis argumentis effici poſſit, Danielis verba propriè, & vt ſonant, eſſe de iugi ſacrificio legali accipienda: quod interruptum fuit Antiochi temporibus, & poſtea penitus ſublatum, quum vrbs Hieroſolyma à Romanis euerſa & exciſa eſt. Hoc autem ſiue applicationem plerique Doctores extendunt ad Antichriſti tempora: vt fateor id cum fructu fieri poſſe: ita pernego, ex hac applicatione, vel dogma aliquod fidei conſtituendum, vel, propriam ſignificationem verborum Danielis peruertendam eſſe.

Errores ſuperioris obiect.

Obiectio pontific.

Reſponſ.

Matth.

Secundus error in Conſequenti. Fac enim Antichriſti temporibus ſublatum iri iuge ſacrificium (vt vis) ſi quid hoc ad Miſſæ ſacrificium? Proferant locum Pontificij, ex quo bellam hanc ſuam interpretationem, aliqua ſaltem veri ſimilitudine confirment. Redeamus igitur ad ſuperiorem refutationem, quam antè iam aliquoties adhibuimus: ac Pontificios rogemus, an velint vocabulum *Thamid*, hoc eſt, iuge (quod de iugi ſacrificio plerique intelligunt: alij latiùs, de toto legali cultu exponunt) eſſe à Daniele in propria ſignificatione vſurpatum, nec ne? Si illud malint: Miſſa igitur erit Iudaicum ſacrificium. Si nolint: cur igitur vrgent propriam ſignificationem ſacrificij, cùm ne ipſum quidem ſacrificij vocabulum extet in hac Danielis Prophetia? Pe-

Correctio ſuperioris obiect.

Daniel. 12

tiantur

Pontificiorū Anabaptiſmus.

obiectio pontif. 2.

Reſponſ.

Epheſ. 4.

nullum ſint, ſi iuge ſacrificium metaphoricè vſurpatum ſit: id nos de illo ſacrificio intelligere, quod Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus conuenire, ex Apoſtolica doctrina didicimus? Quid igitur mirum ſi, Antichriſto ſæuiente, publicus Dei cultus ex ipſius verbo præſcriptus, & exterior veræ religionis profeſſio ac forma ſublata fuit? Quinetiam ex hac applicatione ad Antichriſtum, labefactatur aliud commentum Pontificiorum de viſibili Eccleſiæ ſucceſſione nunquam interrumpenda, qua de re nos alibi diſputauimus. At, inquiunt, ſacrificia Chriſtianorum ſpiritualia, ſunt multiplicia. Iuge autem ſacrificium, vnum & ſimplex eſſe oportet. Ego verò potius audio Paulum affirmantem vnam eſſe fidem & vnum Baptiſma. Atque inde colligo in Eccleſia Chriſtiana vnam eſſe veritatem, ac propterea vnius veritatis vnam eſſe exteriorem profeſſionem. Habeant ergo Pontificij illā multiplicitatem: quorum fides humanis ſtatutis, iiſdemque variis ac multiplicibus, non autem vno Dei verbo nititur. Quanquam, quid ſibi volunt, quum Miſſæ ſacrificium ſimplex eſſe dicunt? Quid enim vnquam tam varium, multiplex & multiforme afferri poſſit? Nam vt taceam de Græcorum & Armenorum Miſſis, nec proferam multiplices, tum Epiſcoporum, tum Cardinalium ceremonias, ſi quando fortè dignantur ad ſua altaria accedere: affirmo, nullam eſſe ne minimorum quidem Monachorum ſectam, quæ non peculiarem aliquem ritum ſeruet in ſuo Miſſæ ſacrificio faciendo. Etenim (vt cætera illa prætermittam) hic muſſitando, ille voce clara Miſſam celebrat: alius ſtans, alius verò pronus, alius denique totus ad terram abiectus proſtratuſq; (iuxta illud poetæ: Procumbit humi bos) ad altare accedit. Quid porrò commemorem Miſſas de ſanctis (quarum vnaquæque ſuam habet verborum conceptam formulam) Miſſas pro defunctis & innumerabilia eiuſmodi Pontificum ſomnia? quibus ſcilicet ſuæ Miſſæ ſimplicitatem nobis hactenus commendarunt. Hæc igitur Pontificiorum obiectio quanti ſit ponderis ſpero ſatis eſſe manifeſtum. Supereſt, vt incommodis propoſitis hunc errorem magis magiſque refellamus: ac primùm id aſſumamus quod illi maximum incommodum eſſe ducerent.

Miſſarum multiplicitas.

Incommod. & abſurd. ſuperioris obie. 1.

Si iuge ſacrificium de quo Daniel loquitur eſt de ſacrificio Miſſæ intelligendum eſt: Ergo, vna cum illo toto terrarum orbe Miſſam celebrari oporteret & in vno tem- [illegible] *& vſurpari atque in veſtibus Pontificiorum cantiones in Miſſam conuerterentur:* quod illi non abſurdum modò ſed etiam flagitium exiſtimarent. Conſequentia patet: quandoquidem ea fuit obſeruatio legis ſacrificij, vt videre licet Exod. 29. 2 Chron. 30. &c. Item: *Si iuxta Danielis* [illegible] *Antichriſti* [illegible] *tres annos, & ſex menſes ſignificari* [illegible] *ſit Antichriſtus, &* [illegible]*, vt Pontificij tradunt. Ergo certò præſciri poſſet* [illegible] *etiam illos ipſe aduentus Chriſti:* abſurdum, ex his Chriſti verbis, *De die illo & hora nemo ſcit.* Qua de re plura diximus alibi quum de vera Eccleſiæ ſucceſſione ageremus.

Marc. 13.

Correctio ſuperioris obiect.

Daniel. 12.

Vt igitur iſtum errorem corrigamus, ſic ſtatuendum eſt. Quandoquidem eam Danielis Prophetiam, quam nobis obiiciunt Pontificij, conſtat eſſe perdifficilem: idq; vel ex ipſo Daniele, cuius hæc verba sunt. *Audivi, inquit, sed non intellexi* [illegible]; neque in eius interpretatione, magna cum reverentia versari diligenterque [illegible], ne temere eam tractantes, aliquid inde colligamus, quod aliis Scripturae locis planis ac dilucidis repugnet. Cum igitur Danielis de futuris Ecclesiae persecutionibus, iisque non longe gravissimis [illegible] sit, quae utrum illae, vel iam praeterierint, vel adhuc futurae sint, nec curiose quaerendum, nec temere definiendum est: Sed ea duntaxat sunt affirmanda, quae cum expressis Scripturae testimoniis conveniunt. Et valeat autem Augustinus, quum hunc Danielis locum in manibus haberet, & de novissimo Christi adventu diceret: *Mihi* [illegible] *quam aliquid nescire se fateri* [illegible].

Ad Hesych. Epist. 80.

Sacrificium Missae ab Apostolorum temporibus in Ecclesia Christiana celebratum est: est igitur legitimum.

Antecedens probatur ex his locis. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, [illegible] Augustino. *Ad missae* [illegible] *hoc est, sacrificantibus.* [illegible] *daemoniorum. Mensam Domini* [illegible] *sacrificii intelligenda est. Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt. Si Christiani tum habebant altare, igitur & sacrificium, nempe Missae.*

1. Tim. 2.
Epist. 59.
Act. 13.
1. Cor. 10.
Heb. 13.

Falsissimum est Antecedens, Error: [illegible] Theologia, ut erit perspicuum, postquam quatuor locos nobis obiectos ei [illegible].

[illegible]

Primus locus ad rem non facit: Augustinus [illegible] Pauli verba ad Coenae Domini celebrationem accommodat: [illegible] quid non dixit [illegible] de argumento [illegible] Pauli ipso etiam Augustino interprete, plane nullum [illegible] sacrificium, nedum illud stabiliat. Nam si nec obsecrationes, nec orationes, nec postulationes, neque gratiarum actiones, sunt externa sacrificia proprie dicta: sed illa omnia dicuntur sacrificia spiritualia Christianorum, de quibus alibi [illegible] relinquimus, [illegible] Coena Domini nullum fit externum sacrificium.

1. Tim. 2.

Secundus locus [illegible] est. Error est [illegible]. Nam λειτουργεῖν est publice fungi munere: ac proinde ex loci circumstantia expendendum est: significat autem apud Lucam publice docere: quandoquidem ibi agitur de publicis Ecclesiae doctoribus: fateor quidem ipsam Evangelii praedicationem aliquando sacrificium dici per similitudinem, propter eas rationes quae a nobis alibi commemoratae sunt (sic enim Paulus meminit oblationis Gentium & [illegible] vocat Christianorum [illegible]) sed quum hoc sit alienum ab externo Missae sacrificio, vel ipsi Pontificii [illegible] iis qui Missae sacrificium faciunt, non intelligo cur ad illud suum altare, cor [illegible], illi sibi [illegible].

Act. 13.
Rom. 15.
Phil. 2.

Tertius locus corruptus est errore [illegible]. Est enim [illegible] nomine mensae, altare intelligi ab Apostolo, cuius ibi nec verba nec sententia [illegible]. Nam ibi Paulus agit de Ethnicorum altaribus, sed de eorum conviviis [illegible] honore idolorum celebratis, quibus Christianos

1. Cor. 10.

interesse vetat: quippe ipsius idololatriae appendicibus. Itaque cùm poculi mentionem [illegible], statim addidit mensam, exegeticè, vt se de ipsis [illegible] conuiuiis loqui testaretur. Agebat enim de esu idolothytorum, hoc est eorum quae erant idolis, non sacrificanda, sed sacrificata. Porrò vocabulum poculi [illegible] est, *Non potestis,* inquit, *poculum Domini bibere & poculum daemoniorum.* Ethnicos autem in suis altaribus bibisse, ne fando quidem auditum est: hoc enim peractis sacrificiis fieri solebat. Vide Athenaeum, [illegible] & [illegible] dictum epistolae [illegible] solebant in solemnibus illis conuiuiis [illegible]. Quid, quòd isti nihil tale cogitantes, ipsi se refellunt? nam si mensa apud Paulum altare significat (vt volunt) & Paulus [illegible] Presbyteris scripsit, sed ad totam Corinthiorum Ecclesiam (vt manifestum est) sequetur totam Ecclesiam priscis illis temporibus Coenae Domini sub vtraque specie (vt vulgò dicunt) communicare solitam fuisse: & illud altare, pro quo tantopere decertant Pontificij, non fuisse Presbyterorum proprium. Sit autem ridiculum est, quod isti contendunt, [illegible] altare significet, inde sequi, per mensam Domini altare esse intelligendum: quasi verò idem vocabulum [illegible] non possit ad res diuersas significandas adhiberi [illegible] nominibus significatur, alio atque alio respectu. Sic altare vocant Pontificij, quatenus opinantur se sacrificium ibi [illegible] facere: quatenus [illegible] sacrificatum illic comedit & bibit: certè hoc respectu, non iam altare, sed mensam dicendum esse fatentur hoc esse [illegible].

[illegible] loco simile errorem admittunt. Nam altaris vocabulum Apostolus [illegible] propriè, vt significet altare aspectabile & materiale, sed figuratè, pro eo [illegible] altare veteris Testamenti [illegible] per ceremonias legales adumbratum, nomenque [illegible] significat. Quin [illegible] facilè animaduertas, Apostolum [illegible] Tabernaculo [illegible] altari materiali, quod erat in ipso Tabernaculo [illegible]. Nam Iudaeos obstinatè ceremoniis legalibus addictos, & Christum [illegible] Christo & ab eius [illegible]. Quid, quod [illegible] Tabernaculum legali adumbratum [illegible] Apostolus manifestè [illegible] esse [illegible] caelum, quod etiam nomine Tabernaculi comprehenditur. Quid porrò dicturi sunt de altari illo cuius Ioannes mentionem saepe facit in Apocalypsi? num [illegible] & lapidea altaria nobis in caelo fabricabunt? [illegible] igitur Pontificij fallere in homonymia. Atque ita existimemus, [illegible] legalibus, sed etiam Pontificiis altaribus, [illegible] Christum Dominum nostrum in quo [illegible] preces, gratiarum actiones, nosmetipsos denique [illegible] Deo offerimus. Sic enim Apostolus locum hunc de vero Christianorum altari concludens, *Per ipsum igitur,* inquit, *assiduè offeramus Deo sacrificium laudis, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius.* En tibi altare, [illegible] sacrificium, [illegible] nobis Apostolus commendauit.

Sed praestat [illegible] Pontificiorum [illegible] verbo in ipsos retorquere. *Si ex [illegible] sacrificium* (vt argumen-

Lib.2.

Heb.13.

Apoc.6.8.9. 11.14.

Heb.13.

Retorquetur obiectio

argumentantur Pontificij) Ergo ſimili ratione ex inuiſibili ſacrificio, ſequitur, intelligendum eſſe altare inuiſibile. Apoſtolus autem de Chriſtianorum altari loquens non proponit externum aliquod ſacrificium, ſed inuiſibile & ſpirituale tantùm. Ex quo efficitur: Altare de quo loquimur eſſe, non viſibile, ſed ſpiritualiter intelligendum eſſe. Quæ cùm ita ſint, meritò negamus quod à Pontificiis propoſitum fuit, Miſſæ ſacrificium ipſis Apoſtolorum temporibus ab Eccleſia Chriſtiana celebratum fuiſſe.

Concluſ. Reſponſ. ad obiect. ex verbo Dei petitas.

Hactenus eas Pontificiorum obiectiones diſcuſſimus, quas illi ſibi videbantur ex ſacris literis depromere, vt ſuum Miſſæ ſacrificium externum & reale comprobarent. Sed quia, dum illis diffidunt, identidem ſe in veterum doctorum ſyluam coniiciunt, vt in eorum vmbra deliteſcant: agè nos etiam audiamus iſthæc eorum argumenta, vt diſpiciamus quantùm illa valere poſſint.

CAPVT V.

SIc igitur Pontificij veterum Doctorum ſententias nobis opponunt.

Obiect. 1.

Agnum Paſchalem figuram fuiſſe ſacrificij Miſſæ, veteres tradiderunt. Quare legitimum eſt Miſſæ ſacrificium.

Antecedens patet ex Chryſoſt. ſerm. de prodit. Iud. & Hom. 83 in Matth. Tert. lib. 4. Contr. Mar. &c. Hier. lib. 4. in cap. 26. Matth. &c.

Reſp.

Fidei dogmata ex veterũ Doctorum authoritate & ſententia ſtatuenda non ſunt.

Ex ſolo Dei verbo dogmata Chriſtianæ religionis eſſe ſtatuenda, probauimus certa hac de re à nobis inſtituta diſputatione, quam inſcripſimus, De Verbo Dei ſcripto aduerſus human. Traditiones: nec audiendos veteres cenſemus, niſi quatenus cum verbo Dei conſentiunt. Quamobrem ea quæ ſequuntur in eam partem accipi nolim, quaſi cenſeam, hoc fidei caput de quo diſputamus, eſſe veterum authoritate definiendum. Hoc enim nobis tantùm propoſitum eſt, excutere, ſatiſne rectè Pontificij nobis veterum ſententias obiiciant: adeò vt deinceps, non tam pro nobis, quàm pro ipſis veteribus diſputare videamur, quos illi trahunt in ſuorum errorum ſocietatem. Vt enim fateor veteres Doctores ſuos quoque næuos habuiſſe: ita vehementer nego, eos qui probatiores habentur vnquam exiſtimaſſe quod iſti ſuis Decretis ſanciuerunt; nempe Miſſam eſſe verum & externum ſacrificium propitiatorium pro peccatis noſtris. Iam igitur ſuperiorem obiectionem attendamus.

Errores ſuperioris obiect.

Falſum eſt tum Antecedens, tum Conſequens. Dico falſum eſſe Conſequens, eò quòd nullum vnquam ſacrificium legitimum humana authoritate conſtitutum fuit. Falſum etiam Antecedens affirmo eſſe: duabus rationibus. Prior eſt: quia veteres (qui modò nomen aliquod in Eccleſia obtinuerunt) nunquam accommodarunt Agnum Paſchalem ad Miſſæ ſacrificium: imò nunquam ſacrificij Miſſæ meminerunt. Sed Chriſtum ipſum fuiſſe Agno Paſchali figuratum docuerunt: adeò vt Chriſtus paſſus (eſt enim vtendum Irenæi verbis) Paſcha adimpleuerit. Sæpe quidem Sacram Domini Cœnam tractantes, ad Agnum Paſchalem alluſerunt: ſed valere conſequens, à S. Cœna Domini, ad Miſſæ ſacrificium, hoc verò conſtantiſſimè pernegamus. Error eſt ex ignoratione Elenchi.

Aduerſ. Hær. lib. 4.

Ser. de pro. Iud.

Ibid.

In Matth. homil. 83.

In 1. Cor. 13.

Contr. Marc. lib. 4.

In cap. 26. Math lib. 4.

Ibid.

In cap. 3 Eſ.

21. Sentent. Sent. 2.

Epiſt. 83.

In 1. Cor. cap. 5.

Poſterior ratio: quia veteres, ſi quando Agnum Paſchalem accommodarunt Cœnæ Domini, ſimilitudinem inter Agnum illum & S. Cœnam conſtituerunt, in ipſa manducatione: quia Chriſtum pro nobis crucifixum participamus. Sic enim Chryſoſtomus in eo loco quem nobis objiciunt; *Ad myſterium, inquit,* [illegible] *celebrationem multos feſtinare inſpicio: ut igitur, & cæleſtis menſæ* [illegible] *perſ*[illegible]*, & noſtro ſermone non careant, tractatus congruè temperetur.* Atque, *Nunc ſit Iudas in menſa, hoc ſacrificium, cibus ſpiritualis eſt.* Et alio in loco agens de Cœna D. Chryſoſtomus, inquit, *hoc myſterium tradidit quando legem iam ceſſare oportebat. Præcipuam autem eorum ſolemnitatem diſſolvit nempe Agni Paſchalis ac ad aliam tremendam menſam vos convocans dixit: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum.* Idem alibi; *Paſcha Iudæi celebrabant, ſed ut in ſpeculo & ænigmate: ineffabilia autem myſteria non intellexerunt quæ illis rebus adumbrabantur: Quod filius Dei carnem indutus mactandus eſſet & orbem terrarum univerſum liberaturus: Græcis, Barbaris, ſanguinem guſtandum exhibiturus, cælum omnibus aperturus, quæ iſtic bona ſunt humano generi communicaturus: carnem hanc mactatam ſumens ſupra cælum ſublaturus, & ad dextram Patris collocaturus eſſet.* Hæc Chryſoſtomus de Agni Paſchalis veritate diſſerens, & nihil nobis de Miſſæ ſacrificio proponens. *Tertullianus* quem objiciunt: *Profeſſus,* inquit, *Chriſtus, ſe concupiviſſe edere Paſcha ut ſuum (indignum enim ut quid alienum concupiſceret Deus) acceptum panem & diſtributum Diſcipulis corpus ſuum illum fecit, Hoc eſt corpus meum, dicendo: id eſt, figura corporis mei.* Audiant Pontificij & ſentiant quàm infeliciter locum hunc citarint: atque hæc præſertim verba diligenter expendant: *acceptum panem & diſtributum Diſcipulis.* *Hieronymus* in loco nobis objecto; *In Luca legimus duos calices,* inquit, *unum* primi menſis, & alterum, ſecundi: ut qui inter ſanctos primo menſe Agnum comedere non potuerit, ſecundo menſe inter pœnitentes Agnum comedat. Idem: *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus:* [illegible] *illud in azymis ſynceritatis & veritatis.* Audiamus etiam quidnam alij ex veteribus hac de re cenſuerint. Sic igitur *Baſilius: Celebremus Paſcha,* inquit, *non in fermento malitiæ & nequitiæ: ſed in azymis ſynceritatis & veritatis: Immolata ad veſperam, hoc eſt, in conſummatione ſeculi, victima illa una, nempe, Chriſto, cuius caro verus eſt cibus, &c.* Auguſtinus. *Paſcha Iudæorum non niſi circumciſis dabatur. Purgatis enim ſolis & lavacro indulgentiæ cæleſtis expiatis, percipiendi Chriſti corporis, ſacrati cibi, facultas porrigitur.* Ambroſius. [illegible] *in azymis ſynceritatis & veritatis:* atque eiuſmodi pleraque. Et, ne ſcholaſticos planè negligere videamur: Sic Thomas locum Apoſtoli tractans: *Quia Chriſtus immolatus eſt, Paſcha noſtrum,* inquit, *Itaque epulemur: ſcilicet, manducantes Chriſtum, non ſolum ſacramentaliter (ſecundum illud Ioan. 6: Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis) ſed ſpiritualiter, ſpiritualis ſapientiæ cibo.* Ex quibus omnibus manifeſtum eſſe poteſt, quid tenuerint & quo ſenſu veteres Agnum Paſchalem ad S. Domini Cœnam accommodarint.

Miſſæ ſacrificium fuiſſe oblationem [illegible] *figuratam* [illegible] *tradiderunt. Antecedens patet ex Auguſt. lib. 17. Quare, legitimum eſt Miſſæ ſacrificium.*

De Ciuit. D. cap. 17 lib. 1. Cont. aduerſ. leg. & Prophet. cap. 20. Hieronym. in Epiſt. ad Euagr. Ambr. lib. 5. de Sacram. Cypr. lib. 3. Epiſt. 2. &c.

Reſpon. Errores ſuperioris obiect.

Ne mihi repetenda ſit ratio cur iſtud Conſequens falſum ſit (eam enim propoſui in reſponſ. ad ſuperiorem proximam obiectionem) Antecedens excutio: atque id falſum eſſe duabus itidem rationibus demonſtro. Prior ratio: quia (vt in ſuperiori reſponſione diximus) veteres illi quos nobis objiciunt, non locuti ſunt de Miſſa: ſed de Cœnæ D. ſacramento quod nihil habet cum Miſſa commune, niſi lucem cum tenebris ſimul coniunxeris. Poſterior ratio: quia veteres dum ad Euchariſtiam referunt panem & vinum quæ Melchiſedechus protulit, non eò ſpectant, vt inde ſacrificium aliquod externum & reale conſtituant, in quo Chriſtus denuo offeratur: imò (ſi paucos excipias) non exiſtimarunt Melchiſedecum obtuliſſe Deo panem & vinum, ſed hac ratione myſterium Euchariſtiæ magis magiſque commendare voluerunt: quòd iam priſcis illis temporibus, iiſdem ſignis, nempe pane & vino Abrahamo exhibitis, Chriſtus fuerit adumbratus, quæ quidem longè poſtea Chriſtus ipſe inſtituit in ſacra Cœna, vt nos faceret ſui corporis & ſanguinis participes. Sed id Hieronymi verbis quàm meis explicare malo. *Poſtquam*, inquit, *typicum Paſchæ fuerat impletum & Agni carnes cum Apoſtolis comederat: aſſumit panem qui confortat cor hominis, & ad verum Paſchæ tranſgreditur ſacramentum, vt quomodo in præfiguratione eius, Melchiſedec ſummi Dei ſacerdos panem & vinum offerens fecerat, ipſe quoque veritatem ſui corporis & ſanguinis repræſentaret.* Atque id quod dicimus, loci contra nos citati planè confirmant. *Vbique*, inquit Auguſtinus, *offertur ſub ſacerdote Chriſto quod protulit Melchiſedec, quando benedixit Abraham.* Audite Pontificij Pontificiæ Tranſſubſtantiationis patroni: & iam vos pœniteat Auguſtinum huc vocaſſe. Et alibi dicit quidem tale ſacrificium offerri: nimirum eò quòd panis & vinum in ſacramento Cœnæ D. adhibentur. Sic porrò *Hieronymus* nobis obiectus aliorum ſententiam commemorans. *Ordinem eius multis modis interpretantur*, inquit, *quòd ſolus & Rex fuerit & ſacerdos & ante Circumciſionem functus ſacerdotio &c. neque carnis & ſanguinis victimas immolauerit, ſed pane & vino ſimplici puroque ſacrificio, Chriſti dedicauerit ſacramentum.* Hæc Hieronymus ex aliorum ſententia ſignorum ſimilitudinem conſiderans: qui videntur exhibitionem panis & vini ſacrificium appellare. Huc certè Thomas accedit ita locum hunc de Melchiſedeco tractans. *Sacerdos*, inquit, *debet exhibere confortationem: primò per bona munita: ſecundò per ſacramentorum adminiſtrationem benedicendo, Vnde, Et benedixit ei,* Geneſ. 14. *Ambroſius* autem: *Quis, inquit, habuit panem & vinum? Melchiſedec. Ipſe ergo autor ſacramentorum &c. Ergo primò intellige ſacramenta hæc quæ accipis anteriora eſſe quàm ſint Moyſis ſacramenta, &c.* Idem, *cognouimus ſacrorum iſtorum figuram Abrahæ temporibus præceſſiſſe.* Denique Cyprianus: *In ſacerdote Melchiſedec ſacrificij Dominici ſacramentum præfiguratum videmus.* Et paulò pòſt: *Præcedit imago ſacrificij Chriſti in pane & vino ſcilicet conſtituta.* Loquitur autem de morte Chriſti: & hinc refellit Aquarios, qui ſola aqua in Cœnæ Dom. ſacramento vtebantur: quòd

In Matth. ca. 26. lib. 4.

De Ciuit. Dei lib. 17. ca. 17.

Ad Euagr. de Melchi.

In 7. cap. Ep. ad Heb.

De ſacra. lib. 4. cap. 3.

Ibid. li. 5. ca. 1

Lib. 2. Epiſt. 3.

Melchiſedecum fuiſſe figuram Chriſti, qui Deo Patri ſuum corpus & ſanguinem obtulit: quod Pontificij de ſuo incruento ſacrificio intelligunt: cùm tamen Cyprianus de ipſa Chriſti morte & de ſacrificio in cruce facto loquatur.

Ibid.

Sic enim paulò pòſt: *Vt appareat*, inquit, *in paſſione Dominicæ id eſſe geſtum quod fuerat antè prædictũ.* Exponit locum Solomonis quem adiungit exemplo & figuræ Melchiſedeci tanquam de re vna eadémque intelligendum.

Ibid.

Idem paulò antè de Noe dixit. *Quod Noe typum figuræ veritatis oſtendens, non aquam, ſed vinum biberit & ſic imaginem Dominicæ paſſionis expreſſerit.* Hæc ille. Nihil igitur habent Pontificij in ſuperioribus veterum Doctorum teſtimonijs, quo ſuæ Miſſæ ſacrificium ſtabiliant. Et enim qui cenſent Euchariſtię myſteriũ fuiſſe adumbratum pane & vino, de quibus fit mentio in Melchiſedeci hiſtoria, illi certè non propterea dicunt in Miſſa fieri verum, & externum ſacrificium, in quo perempta panis & vini ſubſtantia, Chriſtus ſacrificatur & offertur Deo. Imò potius ex ſuperioribus veterum ſententijs manifeſtum eſt, panem & vinum in Euchariſtia remanere.

Plerique veteres Melchiſedecum panem & vinum Abrahę obtuliſſe cenſuerunt.
Quæſt. ex vtroque 109.
De ſacra. lib. 4. cap. 3.
In Epiſt. ad Heb. cap. 7.
Aduerſ. Iudæos.

Quinetiam cùm plerique veteres exiſtimarent, Melchiſedecum obtuliſſe Abrahamo panem & vinum: viderint Pontificij quam firmum argumẽtum ex hac veterum allegoria proferre poſſint. Sic enim Auguſtin. *De Melchiſedec legimus*, inquit, *quia obuiauit Abrahæ reuertenti à cæde regum, & protulit panes & vinum, & obtulit ei, & benedixit eum.* Et Ambroſius *Tunc Abraham venit victor, & occurrit illi Melchiſedec ſacerdos, & obtulit ei panem & vinum.* Idem alibi proponit ſententiam Hebræorum Doctorum: *Quòd Melchiſedec in refectionem tam Abrahæ quàm pugnatorum eius, panem vinûmque protulerit*, Neque id Ambroſius repudiat. Tertul. *Melchiſedec Abrahæ iam circumciſo reuertenti de prælio panem & vinum obtulit incircumciſus*, Multa eiuſmodi apud veteres occurrunt. Falluntur ergo Pontificij qui putant, veteres hunc typum in Melchiſedeco commendare, quod is panem & vinum Deo obtulerit: illa enim prolata & oblata fuiſſe Abrahamo verbis dilucidis affirmant. Sed figuram illi conſtituunt in pane & vino: propterea quod Chriſtus illis ipſis ſignis adhibitis eos paſcit ſuo corpore & ſanguine, qui vera fide tantum beneficium percipiunt. Atque ita volunt Melchiſedecum fuiſſe typum Chriſti Eccleſiam paſcentis ſuo corpore & ſanguine.

In Geneſ. homil. 36.

Ac ne à veterum campo (in quem ſumus ingreſſi) recedamus, ecce tibi planis & perſpicuis verbis apud Chryſoſtomum, quid veteres ſenſerint nobis explicantem cur Abrahamus res oblatas à Sodomorum rege accipere recuſarit: & panes ac vinum à Melchiſedeco oblatum acceperit. *A Melchiſedeco*, inquit, *nõ iniuria accepit: viri enim virtutem Diuina ſcriptura aſſignauit, dicens: Erat autem ſacerdos Dei altiſſimi: quamuis alias quæ fiebant, Chriſti typus erant, & oblata, ſacramentum quoddam præſignant: ideòque non renuit.*

Aduerſ. Hæreſ. Hær. 55.

Sic porrò Epiphanius aduerſus Melchiſedecianos: *Quum Abraham fuit annorum* 80. *aut* 90. *plus minus, tunc Melchiſedec ipſi obuiam venit, & propoſuit ipſi panes & vinum, myſterium ænigmate præſignans & exemplar, cùm Dominus noſter dicat, Ego ſum panis viuens: & exemplar ſanguinis ipſius, qui ex latere ipſius compunctò fluxit ad purgationem ac ſalutem animarum noſtrarum.* Hæc ille. Ex quibus vides, hanc fuiſſe veterum ſententiam, panem & vinum oblata,

lata, non Deo (nulli enim aut paucissimi ex veteribus vnquam ita locuti sunt) sed Abrahamo, fuisse exemplaria & typos Christi Domini nostri, qui sese in cruce pro nobis obtulit, & qui se nobis offert in Cœna vera fide recipiendum. Veteres igitur constituerunt similitudinem inter Melchisedechum offerentem Abrahamo panem & vinum: & Christum offerentem seipsum nobis, adhibitis panis & vini mysticis symbolis: tantùm abest, vt de Christo Patri offerendo cogitarint. Eodem spectant hæc Chrysostomi verba: *Quare dixit secundum ordinem Melchisedec? Et propter sacramenta, quòd ille quoque panem & vinum Abrahæ obtulerit: & quòd hoc sacerdotium sit à lege liberum, & quòd neque finem, sicut dicit Paulus, nec principium habeat.* Hæc Chrysostomus: quæ extant etiam apud Basilium totidem verbis. Imò ipse Lombardus Scholasticorum pater: *Huius sacramenti,* inquit, *vinum ostendit Melchisedec vbi panem & vinum Abrahæ obtulit.* Damascenus *autem: Panem & vinum,* inquit, *excepit Melchisedec Abraham: illa mensa hanc mysticam præfigurauit.* Hæc ille. Verùm: Quid vetat, inquis, panem & vinum antè oblata fuisse Deo, ac postea Abrahamo exhibita? Nimirum, quòd merum sit somnium, non Scripturæ testimonium, in qua ne minimum, quidem huiusce rei vestigium extat. Ceterùm non tantùm Melchisedeci panem & vinum allegoricè Veteres ad S. Cœnam retulerunt: sed etiam vinum quo Noachus inebriatus est: & hæc verba Iacobi Patriarchæ Genes. 49. *Lauauit in vino stolam suam.* Vt videre licet apud Hieronymum & Cyprianum, ne mihi multa similia commemoranda sint. Quæ quidem omnia satis magno argumento esse debent, quatenus ex veterum allegoriis liceat disputare. Quinetiam non desunt ex veteribus qui legalem & Aaronicam oblationem Similæ, censeant fuisse Eucharistiæ sacramentum: quod quàm alienum sit ab hac Melchisedeci allegoria, satis intelligunt ij, qui tractationem Apostoli in Epist. ad Heb. attentè perlegerunt.

In Psal. 109.

In Psal. 109.

Lib. 4. Sent. do. 8.

Orthod. fid. lib. 4. cap. 14.

Obiectio Pontific. 1.

Respons.

Ad Euagr. lib. 2. Epist. 3.

Iust. Mart. in Tryph.

An satis conuenienter Veteres factum Melchisedeci ad S. Cœnam retulerint.

Equidem (quod maiorum nostrorum pace dictum velim) tametsi non possum non laudare pium illud studium quo sacrum Cœnæ Dominicæ mysterium nobis commendare voluerunt: mallem tamen eiusmodi allegorias prætermissas. Atque adeò ab hac Melchisedeci, panem & vinum Abrahamo offerentis, allegoria abstinere (meo quidem iudicio) præstitisset. Primum, quia nobis Sacramenta exhibentur in ipsa adhuc acie, hoc est, in hac vita, constitutis: neque tum exhibebuntur ampliùs, quum in vitam æternam recepti, de Satana, mundo, carne, deque omnibus victis, prostratisque hostibus triumphum agemus. At Abrahamo Melchisedecus panem & vinum obtulit, non ad pugnam proficiscenti: sed à pugna reuertenti, & iam de fusis hostibus triumphanti. Deinde, nequid dissimulem, hæc allegoria videtur hausta ex fæce Rabbinica Iudæorum: ac propterea ab ipsis Christianis respuenda. Veteres enim Iudæi historiam Melchisedeci allegoricè tractantes, existimarunt, ea fuisse significatum, tandem fore, vt sacrificia legalia Hierosolymæ fierent. Sed de his hactenus: nam superiori quidem obiectioni videtur à nobis satisfactum, ex iis quæ diximus. Quòd si nostra hac responsione contenti non sint Pontificij, agè, conuocemus

Rab. Sol. in cap. 14. Genes.

ipſos Scholaſticos & eos inter ſe committamus, vt intelligant, etiam nobis tacentibus, ſuam ſententiam corruere, à ſcipſa labefactatam. Sic igitur *Lombardus*, quem illi Magiſtrum ſalutant.

Pontificij à ſeipſis refelluntur.
Sentent. lib. 4. d. 24.

Presbyteri accipiunt calicem cum vino, & patinam cum hoſtiis, vt per hoc ſciant ſe accepiſſe poteſtatem placabiles Deo hoſtias offerendi: Hic ordo à filiis Aaron ſumpſit initium. Hæc ille. Ex quibus nos ita concludimus. *Si ordo Melchiſedeci opponitur ordini Aaronis (vt docuit Apoſtolus) & Presbyterorum Pontificiorum ordo ſumpſit initium à filiis Aaronis (vt ille Magiſter affirmauit) & ipſum Miſſæ nomen deductum ſit à vocabulo Miſſa in legalibus & Aaronicis ceremoniis vſurpato (quod quidam argutiores Monachi defendunt) Ergo nihil eorum quæ ab ipſis etiam Veteribus de ſacerdotio Melchiſedec dicta ſunt, ad presbyteros pontificios, nec ad Miſſæ ſacrificium pertinet*

Obiect. 1.

Hanc Malachiæ Prophetiam: In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, Veteres de Miſſæ ſacrificio expoſuerunt, Quare: Miſſæ ſacrificium eſt legitimum. Antecedens patet ex Chriſoſt. Homil. in pſal. 95. Iren. lib. 4. cap. 32. Iuſt. Mart. in Tryphone. Auguſt. de Ciuitate Dei lib. 18. cap. 35. Euſebio Cæſarienſ. Demonſt. Euang. lib. 1. cap. 10. Hieronymo in Malachiam, &c.

Reſp.
Errores ſuperioris obiect.

Omnia vitioſa. Ac ne pluribus immoremur in refellendo conſequenti: Fallit etiam Antecedens, eo modo quo ſuperiora quæ iam redarguimus, Non enim veteres illi nobis obiecti, de Miſſa, ſed de Cœnę Dominicæ ſacramento locuti ſunt. cùm autem in S. Cœna fieri, non reale & externum, vt Pontificij comminiſcuntur, ſed ſpirituale ſacrificium veteres exiſtimarint (qua de re poſtea nobis agendum erit) hinc factum eſt, vt oblationem de qua prophetauit Malachias ad S. Cœnam accommodarint. Errant igitur Pontificij ſuo more ab ignoratione Elenchi. Veteres autem locum Malachię de ſpiritualibus Chriſtianorum ſacrificiis intelligere, ac propterea Pontificiorum ſententiam euertere, nedum adiuuare, fiet ex ipſis eorum verbis manifeſtum.

Hom. in Pſal. 95.

Chryſoſtomus quem nobis obiiciunt, poſtquam locum, Malachiæ ad myſticam menſam (vt loquitur) hoc eſt, ad Cœnæ Dominicę ſacramentum retulit: quod, veterum aliorum more ſacrificium appellat (vt paulò pòſt dicemus.) *Eſt igitur*, inquit, *primum ſacrificium quod antè dixi ſpirituale illud ac myſticum donum de quo Paulus ait Epheſ. 5. Imitatores eſtote Dei tanquam filij dilecti & ambulate in dilectione quemadmodum & Chriſtus dilexit nos, tradiditque ſeipſum pro nobis Deo ſacrificium & oblationem in odorem ſuauitatis*. Et aliquantò pòſt, vocat ſacrificium illud, *ſalutare donum*, nimirum quia in ſacro illo myſterio Chriſtum pro nobis paſſum ac mortuum vera fide recipimus. Idem Chriſoſtomus alio in loco tractans hanc Malachiæ Prophetiam. *Non per fumum ac nidorem*, inquit, *non per ſanguinem ac redemptionis pretia ſed per ſpiritus gratiam, offertur.*

Aduer. Iu. Orat. 2.
Lib. 4. cap. 32.

Irenæus nobis obiectus verba Malachiæ exponit de Euchariſtia, quatenus Deo gratias agimus pro ſummis eius in nos beneficiis. Atque adeò tantùm abeſt vt de Chriſto offerendo loquatur, vt potius de rerum creatarum oblatione verba faciat, ad vetuſtiſſimum illum Chriſtianorum morem reſpiciens, quum illi Cœnam Dominicam celebrantes, eleemoſynas in pauperes conferrent: *Chriſtus*, inquit, *ſuis*

Diſcipulis dans conſilium primitias Deo offerre ex ſuis creaturis: non quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec infructuoſi nec ingrati ſint, eum qui ex creatura panis eſt accepit, &c. Noui Teſtamenti nouam docuit oblationem quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præſtat primitias ſuorum munerum in nouo Teſtamento de quo Malachias præſignificauit, &c. Et paulò poſt, *In omni loco incenſum offertur nomini meo & ſacrificium purum, incenſa autem Ioannes in Apocalypſi orationes eſſe ait ſanctorum.* Idem poſtea: *Quoniam igitur cum ſimplicitate Eccleſia offert, iuſtè munus eius purum ſacrificium apud Deum deputatum eſt, quemadmodum & Paulus Philippenſibus ait: Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito quæ à vobis miſſa ſunt. &c. oportet enim nos oblationem Deo facere & in omnibus gratos inueniri.* Et aliquantò poſt. *Offerimus non quaſi indigenti, ſed gratias agentes donationi eius & ſanctificantes creaturam: Quemadmodum enim Deus non indiget eorum quæ à nobis ſunt: ſic nos indigemus offerre aliquid Deo, ſicut Salomon ait: Qui miſeretur pauperis, fœneratur Deo. Qui enim nullius indigens eſt Deus, in ſe aſſumit bonas operationes noſtras adeo vt præſtet nobis retributionem bonorum ſuorum, ſicut Dominus noſter ait Venite benedicti Patris mei, &c. eſuriui enim & dediſtis mihi manducare.* Hæc ille: porrò harum oblationem in celebratione *Cœnæ Domini fieri ſolitarum meminit Ambroſius, inquiens Quum vna atque eadem prece omnium oblationes benedicerentur. &c.* Non auſim tamen negare quin mos ille offerendarum eleemoſinarum publica prece adhibita, fuerit humanum additamentum, quo Veteres à priore Chriſti inſtituto iam deflectebant. *Iuſtinus Martyr* nobis obiectus vocat panem & vinum ſacrificia, ſed qualia ſunt hæc ſacrificia ita exponit illo ipſo loco: Vt, inquit, *gratias agamus Deo, cùm pro eo quòd mundum cum vniuerſis quæ complectitur rebus hominum gratia creauit, tum ob id etiam quòd ab omni in qua fuimus malitia nos liberarit, ac principatus poteſtateſque perfecta occidione per eum qui de conſilio & voluntate eius factus eſt paſſibilis:* hæc ille, ex quibus manifeſtè colligitur S. Domini Cœnam à Iuſtino Martyre vocari ſacrificium, videlicet Euchariſticum & gratiarum actionis, ac proinde ſpirituale. *Auguſtinus* quidem ait ſacrificium offerri iuxta Prophetiam Malachiæ: nempe de Cœnæ Dominicæ ſacramento locum illum intelligens. Eiuſmodi autem ſacrificium eſſe ſpirituale, hoc eſt, ſacrificium laudis, perſpicuum eſt ex alio loco apud eundem Auguſtinum: *Eccleſia,* inquit, *immolat Deo in corpore Chriſti ſacrificium laudis ex quo Deus deorum locutus vocauit terram à Solis ortu vſque ad occaſum. Hæc quippe Eccleſia, eſt Iſraël ſecundum ſpiritum, à quo diſtinguitur ille Iſraël ſecundum carnem, qui ſeruiebat in vmbris ſacrificiorum, quibus ſignificabatur ſingulare ſacrificium quod nunc offert Iſraël ſecundum ſpiritum, cui dictum eſt: Audi populus meus, &c. De* [illegible] *dus iſte immolat Deo ſacrificium laudis, &c. Et paulò poſt: In omni loco incenſum offertur nomini meo, &c. Malach. 1. Incenſum enim quod eſt Græcè Thymiama, ſicut exponit Ioannes in Apocalypſi orationes ſunt ſanctorum. Euſebius* nobis obiectus loquitur de ſacrificio laudis, ac propterea de ſpirituali ſacrificio. Hæc enim ſunt eius verba: *Sacrificamus Deo altiſſimo ſacrificium laudis,* & paulò poſt: *Memoriam illius magni ſacrificij, ſecundum ea quæ ab ipſo tradita ſunt myſteria celebrantes* [illegible]

Ibid.cap.33.

Ibid.cap.34.

In 1.Cor.c.11

In Tryph.

De Ciuit. D. lib.18.cap.32.

Cont.Aduer. leg.& Pro.3. lib.1.cap.20.

Demonſt. Euang. li.1.c.10.

gratias Deo pro ſalute noſtra agentes, &c. Idem alibi locum hunc exponit de Incenſo & ſacrificio orationis, quod Gentes per pias orationes ſummo Deo erant oblaturæ. Lib. 1. c. 6. In Malac. c. 1. *Hieronymus* nobis obiectus idem etiam ſenſit: ſic enim ille: *Vt ſciant carnalibus victimis ſpirituales victimas ſucceſſuras, & nequaquam taurorum, hircorumque ſanguinem, ſed thymiama, hoc eſt, ſanctorum orationes Domino offerendas.* Sic etiam Tertullianus: Aduerſ. Marc. lib. 4. *In omni loco ſacrificium mundum offeretur: ſcilicet ſimplex oratio de conſcientia pura.* & alibi: Aduerſ. Iudæos. *De ſpiritualibus verò ſacrificiis addit dicens: Et in omni loco ſacrificia munda offerentur nomini meo, dicit Dominus,* & paulò antè: *Sicut ipſe per Malachiam dicit: Non recipiam ſacrificium de manibus veſtris, quoniam ab Oriente Sole vſq; ad Occidentem nomen meum clarificatum eſt in omnibus gentibus: & in omni loco offerentur ſacrificia munda nomini meo. Item in Pſalmis Dauid dicit: Afferte Deo patriæ Gentium: indubitatè quòd in omni terra exire debebat prædicatio Apoſtolorum.* Et alio in loco. Aduerſ. Marc. lib. 3. *Ab ortu Solis vſque in Occaſum nomen meum glorificatum eſt in nationibus, & in omni loco ſacrificium nomini meo offertur & ſacrificium mundum: Gloriæ ſcilicet relatio & benedictio, & laus & hymni.* Sed non opus eſt pluribus: cùm ipſorum Veterum, Prophetiam hanc de ſpiritualibus ſacrificiis exponentium, ſententia palàm ante omnium oculos conſtituta ſit: adeò vt planè frigeat ſuperior Pontificiorum obiectio.

Obiect. *Veteres paſſim Euchariſtiam vocant ſacrificium. Quare Miſſæ ſacrificium legitimum eſt. Antecedens non eget probatione: ſic enim veteres identidem loqui ſolent, vt perſpicuum eſt iis, qui in eorum lectione verſati ſunt.*

Reſpon. Errores ſuperioris obiect. Idem errores qui ſuprà: tum in Conſequente, tum etiam in Antecedente. Quid enim, obſecrò commune habet Miſſa cùm Cœnæ Dominicæ ſacramento? Adhæc (quod iam paulò antè diximus) conſiderandum eſt quo ſenſu Veteres S. Domini Cœnam ſacrificium appellarint. Cur, veteres S. Cœnam appellarint Sacrificium. Primùm: quia in hoc myſterio fit commemoratio vnici illius ſacrificij, quod pro nobis in cruce factum eſt. Atq; hæc commemoratio coniunctam habet gratiarum actionem: adeò vt ſit ſacrificium εὐχαριστικὸν & gratiarum actionis: ac propterea inter ſpiritualia Chriſtianorum ſacrificia recenſendum, teſte Apoſtolo ad Heb. Heb. 13. *Per ipſum,* inquit, *aſſiduè offeramus Deo ſacrificium laudis, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius.* Deinde quia in ſacro hoc myſterio, ſiquidem à nobis cum vera fide, ſynceriſque animis celebretur, nos ipſos totos Deo conſecramus: quod eſt ſpirituale ſacrificium, nobis imprimis ab Apoſtolo commendatum his verbis: Rom. 12. *Precor vt ſiſtatis corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam, acceptam Deo, rationalem cultum veſtrum.* Denique, quia id fuit olim in more poſitum, vt quum S. Cœna celebraretur, tum fideles offerrent eleemoſynas, quibus egenis fratribus ſubuenirent, quod eſt etiam ſpiritualis ſacrificij genus, ita docente Apoſtolo, Heb. 13. *Beneficentiæ & communicationis ne obliuiſcamini, talibus enim victimis delectatur Deus,* huc veteres reſpexiſſe, cùm Euchariſtiam ſacrificium appellarunt, ſatis perſpicuum eſſe poteſt ex ipſo vocabulo Euchariſtiæ, quod ſignificat gratiarum actionem. Quare qui ſacrificium Euchariſtiæ dicit, ille dicit ſacrificium gratiarum actionis. Sed præſtat ex infinitis propè veterum teſtimoniis quædam excerpere, ex quibus eorum ſententia fiat etiamnum dilucidior.

Cyprianus. *Quia passionis eius mentionem in sacrificiis omnibus facimus (passio est enim Domini sacrificium quod offerimus) nihil aliud quam quod ille fecit facere debemus.* Chrysostomus. *Si mortuus Christus non esset, cuius* [illegible] *ac signum hoc sacrificium esset?* Idem: *Quod per Iudaeorum* [illegible] *id nunc quidem* [illegible] *genere sacrificii ad* [illegible] *nos pro beneficiis suis gratiarum* [illegible] Idem: *Offerimus quidem, sed ad recordationem facientes mortis eius.* Ambrosius ex Chrysostomo: *Nunc per singulos dies offerimus* [illegible] *recordationem facientes* [illegible] *Quomodo una est, & non multae? Quia semel oblata est in sancta sanctorum. Hoc autem sacrificium exemplar illius est,* &c. *Hoc quod facimus, in commemorationem fit eius quod factum est.* [illegible] *Non aliud sacrificium, sicut Pontifex, sed ipsum semper facimus: magis autem recordationem sacrificii operamur.* Augustinus. *Sacrificium laudis honorificabit me.* Psal. 49. *Quod est autem sacrificium laudis* [illegible] *gratiarum* [illegible] *pro ipsius gratia per Dominum nostrum Iesum Christum* [illegible] *in Ecclesia sacrificio* [illegible] Idem: [illegible] *in sacrificio* [illegible] *sed omni dei populo immolatur.* [illegible] *Si* [illegible] *sacramenta* [illegible] *sacramentum* [illegible] *Firmissime tene,* [illegible] *sacrificium,* [illegible] *Patre & Spiritu sancto sacrificium* [illegible] *sanctae Ecclesiae catholicae* [illegible] *corporis Christi* [illegible] *oblationis.* In ipso sacrificio [illegible] *Christi quam pro nobis obtulit,* &c. Idem, *Hoc est sacrificium Christianorum* [illegible] *unum corpus sumus in Christo: quod etiam* [illegible] *frequentat Ecclesia,* [illegible] *offert, ipsa offeratur.* Idem, [illegible] *sacrificii* [illegible] *Christi* [illegible] *in passione Christi per ipsam veritatem* [illegible] *Christi per sacramentum memoria celebratur.* Eusebius. [illegible] *magni sacrificii celebramus,* &c. Verum quid pluribus [illegible] ramur? Saltem audiant Pontificii Magistrum suum Petrum Lombardum, quo uno ipsorum scholae [illegible] quaestionem [illegible] tem. *Quaeritur, si quod gerit sacerdos* [illegible] & *Si Christus quotidie immolatur,* [illegible] *Illud quod offertur* [illegible] *& oblationem; quia memoria est & repraesentatio veri sacrificii & sanctae immolationis factae in ara crucis.* [illegible] *Christus* [illegible] *est in cruce,* [illegible] *in sacramento* [illegible] *recordatio fit illius quod factum est semel.* Sic Lombardus breviter (ut illo quidem) [illegible] Pontificiorum de [illegible] sacrificio [illegible]

Lib. 2. Epi. 3.

In Matth. homil. 83.

In Matth. homil. 26.

In Epist. ad Hebr. hom. 17.

In cap. 10. Epist. ad Hebr.

Cont. Advers. leg. & Prophet. lib. 1. cap. 18.

De Ecl. ad Pet. Diac. cap. [illegible]

De Civit. D. lib. 10. cap. 6.

Cont. Faust. Manich. lib. 20. cap. 21.

De Demon. Evang. lib. 1. cap. 10.

Sent. lib. 4. dist. [illegible]

Can. Semel immolatus.

Can. In Christo. de Consecr. dist. 2.

sacrificio loquacitatem redarguit. Iam quod diximus veteres censuisse, in sacra Cœna nos totos esse Deo, spirituali sacrificio, offerendos, non eget probatione: neque id Pontificij in dubium reuocant; itemque de oblationibus in vsum pauperum olim [illegible] plura non sunt dicenda, quandoquidem eadem re testes audiuimus Irenæum & Ambrosium. Nec puto oblationem (Offertorium vocãt) sacerdotibus Pontificiis displicere, non iam pauperibus erogandam (qui mos veterum fuit) sed priuatis sacrificulorum commodis cessuram. Itaque legem hanc in sua Decreta retulerunt. *Omnis Christianus procuret ad Missarum solemnia aliquid Deo offerre, & reducere ad memoriam quod Deus per Moysen dixit: Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Hæc Gregorius VII. vbi glossator ait, eas oblationes esse ex debito exigendas, ad easque dandas Parochianos cogendos esse. O tempora! [illegible] quò redierunt veterum oblationes quibus suam testati sunt erga pauperes benignitatem. Sed de his & de tota quæstione superiori obiectione, hactenus.

Can. Omnis Christianus de Consec. dist. 1.

Obiectio. In cap. 2. Danielis.

Hieronymus autem refellit, qui locum Danielis de tollendo iugi sacrificio ad Antichristi tempora refert, eumque exponit de Antichristo. Ergo necesse est [illegible] locum Danielis esse de Missæ sacrificio exponendum.

Responsio.

De Daniele alio loco & de iugi sacrificio suo loco disseruimus. Ad Hieronymi sententiam quod attinet: possim ego vicissim testem producere Chrysostomum, Danielis prophetiam de Antiocho verbis clarissimis exponentem, & iuge sacrificium ad legales cæremonias referentem. Sic enim ille, *Erat tunc Iudæis & Sabbatum & solemnitates & [illegible] quotidie sacrificia offerre Deo. Atque hoc de causa sacrificium [illegible] ablatum est, [illegible]* Cæterum sicut ego quidem Hieronymo & plerisque aliis doctoribus concedo, Antiochum fuisse typum Antichristi & in hunc etiam quadrare quæ de illo dicta sunt: Sed nihil propterea Pontificiorum sententiæ video accedere. Nec enim Hieronymus verbum vllum facit de isto Missæ sacrificio: sed tantum de Antichristo sermone cultum Dei interruptum iri. Verba Hieronymi hæc sunt: *[illegible] iuge sacrificium [illegible] Dei cultum [illegible], &c.* Ex quibus perspicuum esse potest, etiam ipso Hieronymo iudice (quem illi testem aduocarunt) locum Danielis commentitio Missæ sacrificio [illegible].

Orat. 2. ad Iudæos.

In Daniel.

Obiectio.

Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi apostolica authoritate traditum rectissime creditur. Sacrificium Missæ est huiusmodi. Quare sacrificium Missæ non nisi apostolica authoritate traditum rectissime creditur. Maior est ex Augustino deprompta: [illegible] per se manifesta videtur.

Maioris nego veritatem. Truncatus est locus Augustini de Pædobaptismo: cuius probationem siquis ex Scriptura postulauerit: *Hoc,* inquit Augustinus, *quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur: tamen veraciter [illegible] possumus quid valeat in paruulis Baptismi sacramentum, ex Circumcisione, &c.* Sequuntur ergo Pontificij testem suum Augustinum, qui docuit [illegible]

De baptismo Cont. Donat. l. 4. cap. 24.

Responsio. Errores superioris concil.

ne ipſa quidem conſuetudine, inde vſque ab Apoſtolorum temporibus ſemper vſurpata contentus, libenter recurrit ad Scripturæ firmamenta. Nimirum non pro conſuetudine ſed pro veritate certabat Auguſtinus, cuius quidem veritatis alibi, rationem inuincibilem eſſe affirmauit: quippe (vt ille ipſe docuit) in ſacris libris inueſtigandam. Admittimus igitur quæ dixit & vt dixit Auguſtinus: Ea quæ ſemper vſurpata fuerunt in Eccleſia Chriſtiana ab Apoſtolorum temporibus & quæ firmamentum habent in Scriptura: ea ſunt ab Apoſtolis tradita. Minor planè falſa eſt. Nec enim verum eſt Miſſæ ſacrificium ab Apoſtolorum temporibus ad hæc vſque tempora perduraſſe: cum Apoſtoli & veteres ipſi Doctores ſacrificium Miſſæ ne nominent quidem: & ex hiſtoriis ſatis conſtet, à multis ac variis authoribus Miſſæ ſacrificium fuiſſe conſarcinatum. Nec etiam verum eſt, ipſum habere vllum in Scriptura firmamentum. Quamobrem vt Auguſtinum ex Auguſtino ipſo dirigamus: *Afferamus*, (inquit ille ipſa diſputatione) *diuinam ſtateram de Scripturis ſanctis & in illa quid ſit grauius, appendamus.* Quæ cum ita ſint, cuiuis, vt ſpero, manifeſtum eſſe poteſt, nullius eſſe ponderis ea quæ Pontificij è veterum ſcriptis argumenta deprompſerunt, cum quia fides noſtra non hominum, ſed ſolius S. Scripturæ authoritate niti debet: tum quia veterum ſententias in alienum ſenſum detorſerunt, vt eas ſuis commentis adſtruerent. Verumenimuero vt hanc Pontificiorum iniectam maculam ipſi veteres, ſua potius quam noſtra manu abſtergere videantur: Audiamus quid a illi de Chriſtianorum ſacrificiis docuerint cum ipſo Dei verbo conſentaneum.

Aduerſ. Marc. lib. 4.
Quæſt. ex vtr. 109.
De Doctr. Chriſt. [illegible]
Aduerſ. [illegible]
Sacrificia Chriſtiano. [illegible]
De Baptiſ. Cont. Donat. l. 2.
Aduerſ. Marc. lib. 4. Ad Scapu.
Aduerſ. Hæreſ. li. 4. ca. 34
In Tryph.
In Expoſ. fidei.
In capit. Eſa.
Veteris Teſtamenti ſacerdotum & ceremoniis Chriſtus [illegible]

CAPVT VI.

QVum Auguſtinus aduerſus Creſconium Donatiſtam Theologicè diſputaret, Cypriani ſcriptis ad confirmationem ſui erroris abutentem: *Literas*, inquit, *Cypriani non vt Canonicas habeo, ſed eas ex Canonicis conſidero: & quod in eis Diuinarum ſcripturarum authoritati congruit, cum laude eius accipio: quod autem non congruit, cum pace eius reſpuo.* Sic peritus ille Theologus accuratas ac Theologicas diſputationes diſtinguebat à probabili ratione differendi. Nos igitur ipſum Dei verbum ſequentes, & hac quidem in re, Auguſtini veſtigiis inſiſtentes, ea quæ veteres tradiderunt, ex Canonicis literis conſideramus: & quæ Diuinarum Scripturarum authoritati congruunt, cum eorum laude accipimus: quæ verò non congruunt, cum ipſorum veterum pace reſpuimus. Hoc autem ſi in omnibus capitibus religionis Chriſtianæ, quantò magis in præcipuo hoc argumento faciendum eſt, vbi agitur de vero ſacrificio noui Teſtamenti? Quamobrem cum pij veteres ſæpe docuerint Chriſti ſacrificium in cruce pro nobis ſemel factum, eſſe vnicum ſacrificium noui Teſtamenti propriè dictum, propitiatorium pro peccatis noſtris, cuius quidem ſemel peracti virtus & efficacitas ſit perpetua: Chriſtianorum autem ſacrificia non ſenſilia, externaque, ſed eſſe ſpiritualia: hanc veterum ſententiam, Scripturarum authoritati congruentem, nos cum eorum laude accipere, teſtabimur

Quæ veteres de Chriſtianorum ſacrificiis cum verbo Dei conſentanea tradiderunt.
Contra Creſc. Grammat. l. 2. c. 32.
Quomodo [illegible] veterum Doctorum [illegible] accipiendæ.
Veteres Doctores noſtram ſententiam confirmant totidem verbis, vt perſpicuum ſit ex [illegible] tis ſequentibus.

ſtabimur

[illegible] aliquot Doctorum veterum teſtimoniis: ex quibus [illegible] & exponenda, ſi quæ fortè in aliis eorum ſcriptis, de ſacrificio minus accuratè dicta reperiantur. Tertullianus. *Vade, oſtende te ſacerdoti & offer munus, quod præcepit Moſes* Matth. 8. *Argumenta figurata vt puta Prophetatæ legis adhuc in ſuis imaginibus tuebatur: quæ ſignificabant hominem quondam peccatorem verbo mox Dei emaculatum offerre debere munus Deo apud templum, orationem ſcilicet & actionem gratiarum apud Eccleſiam per Christum Ieſum catholicum Patris ſacerdotem.* Idem. *Quod non terrenis ſacrificiis, ſed ſpiritalibus Deo litandum ſit, ita legimus vt ſcriptum eſt: Cor contribulatum hoſtia eſt Deo: & alibi: Sacrifica Deo ſacrificium laudis.* Idem. *[illegible] vt ſalutem [illegible], quia [illegible] Deo omnipotenti oblationem, gratiarum ſcilicet actionem apud verum templum & verum Pontificem eius Christum facere debere.* Idem. *Sacrificamus pro ſalute Imperatoris: ſed Deo noſtro & ipſius: ſed quomodo præcepit Deus, pura prece.* Irenæus. *Sic & ideo nos quoque offerre vult munus ad altare frequenter ſine intermiſſione. Eſt ergo altare in cælis: illuc enim preces noſtræ & oblationes noſtræ diriguntur, & ad templum, quemadmodum Ioannes in Apocalypſi ait: Et apertum eſt templum Dei & Tabernaculum: Ecce enim, inquit, Tabernaculum Dei, in quo habitabit cum hominibus.* Iuſtinus Martyr. *Supplicationes ſimul & gratiarum actiones, quæ à dignis peraguntur, ſolas perfectas eſſe, & Deo charas victimas, ipſe quoque affirmo: has verò ſolas facere Christiani didicerunt.* Idem. *[illegible] hoſtiam laudis, & vt Deo [illegible] & [illegible] ſacrificamus [illegible].* Baſilius. *Qui ex ſemine Aaronis conſecrabantur [illegible], vt illis functionis [illegible] ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec. Non iam illud iuge ſacrificium, aut victimæ continuò repetitæ, &c. Vna enim hoſtia Christus, & quæ pro eius confeſſione celebratur ſanctorum mortificatio: vna aſperſio, nempe lauacrum regenerationis [illegible] peccati [illegible] ſanguis ille pro ſalute mundi effuſus.* Idem. *Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? Repudiat [illegible] & offeras Deo [illegible] Deo in hoſtiam [illegible] Deo ſacrificium laudis [illegible] victimarum [illegible]. Vna in hoc ſeculo [illegible] eſt, ſemel oblata in abolitionem peccati. Agnus enim Dei abſtulit peccatum mundi, ſeipſum offerens [illegible] in hoſtiam in odorem ſuauitatis.* Gregorius Nazianzenus. *[illegible] victimæ legalibus ſacrificiis [illegible] & expiatio.* Idem. *[illegible] ſacrificium laudis [illegible] Deo [illegible].* Idem. *[illegible] ſapientiæ eſt [illegible] & [illegible] Deo [illegible] ſacrificium [illegible] & laudis ſacrificium [illegible] in Christo [illegible]. Scriptura [illegible] Nam [illegible] ſacrificium [illegible] quod Deus per [illegible] ſacrificium [illegible] ſacri-

Aduerſ. Marc. lib. 4.

Christus ſolus Pontifex & Sacerdos noui Teſtamenti.

Aduerſ. Iudæos.

Sacrificia Christianorum ſpiritualia, non autem cruenta & externa.

Aduerſ. Mar. lib. 4. Ad Scapu.

Aduerſ. Hæreſ. li. 4. ca. 34

In Tryph.

In Expoſ. fidei.

In cap. 1. Eſa.

Veteris Teſtamenti ſacerdotium & ceremonias Christus abrogauit.

[illegible]

In Paſch. orat. 2.

[illegible]

In plag. grand.

[illegible]

ſacrificium & victima Chriſti. Nam Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Chryſoſtomus. *Poſtquam dixit ſacrificium & oblationem noluiſti, addidit, corpus autem adaptaſti mihi: quoniam oſtendit aliud inductum ſacrificium: & hoc ipſum interpretans Paulus dixit: Per oblationem hanc ſanctificati ſumus in voluntate Chriſti: ſi enim ſanguis taurorum, hircorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad carnis emundationem; quantò magis ſanguis Ieſu Chriſti, &c. Itaq; quod illud ſacrificium antiquatum eſt & aliud in eius locum inductum, ſatis ex his demonſtratum eſt.* Idem. *Chriſtus non ſemper crucifigitur: vnum etenim pro peccatis noſtris tulit ſacrificium, ſed ſemper per illud nos purgat.* Idem. *Si Chriſtus perfectus eſt, nunquam peccat, ſemper viuit, cur pro nobis offerret multa ſacrificia? &c. Non eſt aliud ſacrificium: vnum nos purgauit, poſt illud, ignis & gehenna. Propterea ſurſum atque deorſum reuoluit Apoſtolus dicens vnum ſacerdotem, vnum ſacrificium: ne quis putans multa eſſe, ſine timore delinquat.* Idem. *In cælis habemus ſacrarium: in cælis ſacerdotem: in cælis hoſtiam: talia etiam nos offeramus ſacrificia quæ in illo ſanctuario poſſint offerri. Non iam pecudes vel boues: omnia hæc ſoluta ſunt, & pro eis introductum eſt rationabile obſequium. Quid autem eſt rationabile obſequium? quæ per animam & ſecundùm ſpiritum offeruntur. Spiritus eſt, inquit, Deus: & eos qui adorãt eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Quicquid non indiget corpore: quicquid non indiget inſtrumentis, neque locis, in quibus quidem eſt Pontifex: vt eſt manſuetudo, temperantia, miſericordia, patientia, longanimitas, animi modeſtia, &c. vides alia quidem diſcedentia, alia ſuccedentia ſacrificia. Hæc igitur offeramus. Illa quidem diuitiarum ſunt: hæc virtutis: illa extrinſecus: iſta intrinſecus, &c.* Cyrillus. *An ignoras tibi quoque, id eſt, omni Eccleſiæ Dei & fidelium populo ſacerdotium datum? Audi quomodo Petrus dicit de fidelibus: Genus, inquit, electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Habes ergo ſacerdotium, quia gens ſacerdotalis es, & ideo offerre debes Deo hoſtiam laudis, hoſtiam orationum, hoſtiam miſericordiæ, hoſtiam pudicitiæ, hoſtiam iuſtitiæ, hoſtiam ſanctitatis.* Idem. *Stat ergo etiam nunc verus noſter Pontifex Chriſtus, & implere vult manus ſuas incenſo compoſito minuto: & ab vnaquaque Eccleſia quæ ſub cælo eſt conſiderat quid offeratur: quàm integrè incenſum ſuum diligenterque componas, quàm minutum id facias: id eſt, quomodo vnuſquiſque noſtrûm opera ſua ordinet, & quomodo ſenſum ac verba Scripturarum ſpirituali explanatione diſcutiat, &c.* Idem. *Sacrificamus nunc multò meliùs quàm illi olim. Deſcendit enim cælitus non ſenſibilis ignis, ſed ex Patre per Filium Spiritus Sanctus illuſtrans Eccleſiam: adhibemus autem & ſacrificia, ſpiritualia ſcilicet, & mentalia. Nam illi quidem offerebant Deo boues, oues, turtures, & columbas, & ex fructibus, & ſimilam oleo ſparſam, & lagana, & thura. Nos autem tam craſſo miniſterio relicto, præceptum habemus, vt tenue ac ſpirituale & ſubtile perficiamus. Offerimus enim in odorem ſuauitatis Deo virtutes omnigenas, fidem, ſpem, charitatem, iuſtitiam, continentiam, perpetuas laudes, & alias virtutes. Iſtud enim ſacrificium, minimè carnale, ſimplicem & ſecundùm naturam incorporeum decet Deum, & mentalis fragrantiæ oblationes ſunt verè honeſtæ vitæ modi.* Hieronymus. *Nunquid manducabo carnes taurorum? &c. Pſal. 49. Quum veteris legis ceremonias reſpuiſſet, tranſit ad Euangelicam puritatem, & quid pro his cupiat, oſtendit. Immola Deo ſacrificium laudis, inquit.* Idem.

Aduerſ. Iud. or. 4.

Vnici ſacrificij ſemel in cruce peracti ac nunquam iterandi perpetua perfectaque efficacia.

In Ioan Homil. 17.

In Ep. ad Heb. hom. 13.

Chriſti ſacrificium vnicum propitiatoriũ pro peccatis noſtris.

Chriſtus vnicus ſacerdos, & eius ſacrificium vnicum.

In Ep. ad Heb. hom. 11.

Sacrificia Chriſtianorum Spiritualia.

Sacrificia Chriſtianorum non ſunt externa.

In Leuit. lib. 9.

Sacrificia Chriſtianorum Spiritualia.

Chriſtus ſolus verè ſacerdos noui Teſtamenti.

Contra Iuli. lib. 10.

Sacrificia Chriſtianorum non ſunt craſſa & externa ſed ſpiritualia: cuiuſmodi ſunt virtutes, gratiarum actio &c.

In c. 1. Eſ.

Historiam Ionæ ad Christum & ad vocationem Gentium referens: *Ante Domini Passionem timentes clamauerunt ad Deos suos. Post passionem eius, Dominum timent, venerantur & colunt, & immolauerunt hostias quas certè iuxta literam in mediis fluctibus non habebant: sed quia sacrificium Deo spiritus contribulatus est, &c. Ionas in mari fugitiuus, naufragus, mortuus saluat nauiculam fluctuantem, saluat Ethnicos in diuersas priùs sententias mundi errore iactatos. Ex quo ostenditur sedari non posse naufragium, nisi morte fugitiui.* Idem. *Et immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis, Psalm 26. Quòd pro nobis ad tempus humilitatem sustinuit gaudens prædicabo, quia talibus hostiis delectatur. Hostia iubilationis, est hostia prædicationis.* Idem. *Vetera sacrificia vacuanda esse declarat: ideóque in moribus bonis sacrificium requirit. Immola Deo sacrificium laudis, inquit, hoc est, sacrificium acceptabile, hoc est holocaustum pingue, vt laudetur Deus ab homine quem creauit, quem redemit, cui regnum cæleste promisit.* Idem. *Audiant Iudæi sacrificia sua cessasse. Quid ergo tu homo offeres? audi quid subiecit: sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c.* Ambrosius. *In Christo semel oblata est hostia potens ad salutem sempiternam.* Idem. *Iussit Dominus Angelo vt parceret plebi, sacrificium autem Dauid offerret 2. Reg. 12. Erant enim tunc sacrificia pro delictis, hæc nunc sunt sacrificia pœnitentiæ.* Idem. *Apud veteres ideo oblata occidebatur hostia, vt homines peccati causa morti subiectos significaret. Nunc autem quia per donum Dei purificati sunt homines & à morte secunda liberati, vnam hostiam debent offerre, vt signum sit vitæ æternæ. Non enim sicut tunc, corpora pro corporibus immolantur: nunc verò non corpora, sed vitia corporis perimenda sunt.* Idem. *Nónne altare est cæleste fides nostra, in quo offerimus quotidiè orationes nostras?* Idem. *Accedamus, inquit, cum vero corde & plenitudine fidei,* &c. Heb. 10. *Accedamus scilicet fide & spirituali cultura in veraci corde, quia nihil est visibile horum, neque sacerdos, neque sacrificium, neque altare, &c. quia spiritu spiritualia percipimus, &c.* Augustinus. *Ipse verus Deus & Pontifex qui pro nobis non in sanguine taurorum & hircorum sed in sanguine suo semel intrauit in sancta: quod tunc Pontifex ille significabat, qui cum sanguine in sancta sanctorum per annos singulos intrabat: Iste igitur est qui in se vno totum exhibuit, quod esse necessarium ad redemptionis nostræ sciebat effectum: idem scilicet sacerdos & sacrificium: idem Deus & templum. Sacerdos, per quem sumus reconciliati: sacrificium quo reconciliati: templum in quo reconciliati: Deus, cui reconciliati: solus tamen sacerdos, sacrificium & templum: & hæc omnia Deus secundum formam serui.* Idem. *Christus morte sua, quippe vno vero sacrificio pro nobis oblato, quicquid culparum erat, vnde nos principatus et potestates ad luenda supplicia iure detinebant, purgauit, aboleuit, extinxit: & sua resurrectione in nouam vitam nos prædestinatos vocauit: vocatos iustificauit, iustificatos glorificauit.* Idem. *Vt quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: idem ipse vnus verúsque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, vnum cum illo maneret, cui offerebat, vnum in se faceret, pro quibus offerebat: vnus ipse esset, qui offerebat & quod offerebat.* Idem. *Quod Dauid obtulit vt populo parceret, vmbra erat futuri: qua significatum est, quod per vnum sacrificium, cuius illa figura erant, saluti populi spiritualiter parcitur; ipse est enim Christus Iesus qui traditus est propter delicta nostra & resur-*

Sacrificia Christianorum Spiritualia.
In Ioan. ca. 1.
In Psal. 26.
In Psal. 49.
In Psal. 50.
In Epist. ad Heb. cap. 10.
Ad Theop. Epist. 28.
Sacrific. Christi vnicum eiusque virtus & efficacia perpetua.
In Epist. ad Rom. cap. 12.
Sacrificia Christianorum Spiritualia.
In Epist. ad Heb. cap. 8.
Ibid. cap. 10.
Sacrificia Christianorum non sunt externa nec visibilia.
De fide ad Pe. dia. cap. 2.
Sacrificium Christi vnicum, Veteribus sacrificiis adumbratum.
De Trinit. lib. 4. cap. 13.
Ibid. cap. 14.
Contr. Aduers. leg. & Proph. lib. 1. cap. 18.
Vnicum propitiatorium.

rexit propter iuſtificationem noſtram: propter quod etiam dicit: Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Idem, *Immola Deo ſacrificium laudis, &c. Pſalm. 49. Hinc ſacrificiorum veterum aperta mutatio eſt: illa enim Deus acceptaturum ſe non fuiſſe prædixit: cultoribus ſuis ſacrificium laudis indixit.* Idem, *Imponimus in ara ſacrificium, quando Deum laudamus: At verò ſacerdotem ſi requiras, ſuper cælos eſt: interpellat pro te, qui in terra mortuus eſt pro te.* Thomas autem (ne Scholaſticos planè contemnamus) *Chriſtus* (inquit) *non obtulit pro peccatis ſuis, ſed tantùm pro noſtris: Eſa. 53 Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras.* Item: *nec frequenter pro nobis ſed tantùm ſemel 1. Petr. 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, vnica enim eius oblatio ſufficit ad exhaurienda peccata totius generis humani.* Ac, ne ſim longior aliis teſtimoniis recitandis, deſinam in hac præclara Hieronymi precatione: *Nos famuli tui ſupplices deprecamur, Domine Ieſu Chriſte, vt qui pro ſacrificiis noſtris immenſam miſericordiam largiaris, noſque per contritionem cordis humiliatos, mactando vitia, iugulando delicta, dignum tibi acceptabileque præpares holocauſtum.* Ex his igitur veterum Doctorum teſtimoniis & pleriſque aliis conſimilibus, quorum pleni ſunt eorum libri, perſpicuum eſſe poteſt, ipſorum veterum hanc fuiſſe ſententiam: Chriſtum vnico ſacrificio pro nobis in cruce facto, propitiatorio pro peccatis, legalia omnia ſacrificia abrogaſſe: cuius quidem ſacrificij ſemel facti perpetua eſt efficacitas: nec vlla iam alia Eccleſiæ Chriſtianæ ſacrificia, præter ſpiritualia, ſupereſſe: quæ nobis in ſcriptis Apoſtolorum commendantur. Quam nos ſententiam (vt ad illud Auguſtinianum reuertamur) diuinarum Scripturarum authoritati congruentem, cum ipſorum Veterum laude accipimus: & ſi quæ occurrant minus dilucidè ab illis ipſis propoſita, de ſacrificiis noui Teſtamenti: ea nos ex aliis eorundem accuratioribus teſtimoniis, explicamus: adeò vt facilè ab omnibus intelligi poſſit: Veteres nobis in hac quæſtione & in hoc Theologicè & *Apodicticè* differendi genere, perperam fuiſſe obiectos. Quia verò monent Philoſophi, in diſputatione *refellente*, quoad eius fieri poteſt, inueſtigandam eſſe *primam falſitatem*, & erroris primarios fontes aperiendos, vt ipſa refutatio melius perſpecta ſit: pauca ſubiiciemus de iis quæ potiſſimum videntur Pontificios in hunc errorem, quem refutauimus, induxiſſe.

Sacrificia Chriſtianorum ſpiritualia.
Aduerſ. Iud. cap. 6.
In pſal. 94.
Chriſtus ſolus ſacerdos
In Epiſt. ad Hebr. cap. 7.
Sacrificii Chriſti vnici ac nunquam iterandi perpetua eſt virtus & efficacia.
In pſal. 50.
Sacrificia Chriſtianorum ſpiritualia.
Summa teſtimoniorum ex Veteribus depromptorum.

Pontificij, omiſſa prima illa quæſtione: An vlla ſint externa & realia ſacrificia in Eccleſia Chriſtiana: proſiliunt ad Sacrificij definitionem: & quærunt, Quid ſit? cùm nondum planum fecerint, An ſit. Quare, ſi vera eſſet eorum ſententia: primùm omnium efficiendum eſſet ex planis ac dilucidis Scripturæ locis, & ex ipſa Chriſti inſtitutione: ſacrificia externa & realia eſſe à Chriſtianis offerenda: atq; inde facilè depromerét verã ac propriam ſacrificij à Chriſtianis offerẽdi definitionẽ.

Prima falſitas Pontificiorum.

Secundò: Quum externum ſacrificium definiunt: omittunt ea quæ ſunt [illegible], & ſine quibus ſacrificium eſſe non poteſt: videlicet, ipſum Dei inſtitutum: quod cùm illos deficiat, nihil mirum ſi dubij incertique per humana ſomnia vagentur.

Tertiò: Non diſtinguunt inter ſacrificium crucis, & ipſius ſacrificij tum commemorationem, tum applicationem.

Quartò: confundunt ſacramentum cum ſacrificio externo: cùm tamen Sacramentum in genere latiùs pateat quàm ſacrificium: & (vt quidem ab Eccleſiæ Chriſtianæ Doctoribus vſurpatur) quædam ſit inter Sacramentum & ſacrificium oppoſitio: quandoquidem ea eſt ſacrificij natura, vt à nobis aliquid offeratur Deo: at in Sacramentis noui Teſtamenti, ſumma Dei beneficia nobis offeruntur.

Quintò: non ſatis rectè tenent vim ac naturam ſacrificij ſpiritualis: adeò vt identidem externum cum interiori ſacrificio confundant.

Sextò: quæ Veteres minùs dilucidè & figuratè dixerunt de ſacrificio, vt Cœnæ Dominicæ myſterium nobis commendarent: ea Pontificij arripiunt ad ſui erroris confirmationem, non ſpectato Veterum ipſorum propoſito: cùm deberent potius ſcripta Veterum ad amuſſim verbi diuini exigere, & ea Veterum teſtimonia præferre, quæ cum Prophetarum & Apoſtolorum ſcriptis conueniunt.

Conclusio totius Diſputationis.

Quæ cùm ita ſunt: cùm in diſputatione aſtruente ſententiam noſtram planis expreſſiſque Scripturæ locis confirmauerimus: Pontificiorum autem errores deſtruente diſputatione refutauerimus, atq; etiam abſurdis & incommodis oppreſſerimus, denique ad eorum obiectiones, tum ex Scriptura, tum ex Veteribus propoſitas, reſponderimus: ita diſcuſſa erroris caligine, nobis redit ea lux veritatis, quam initio propoſuimus, in Orthodoxæ & ex verbo Dei Reformatæ ac verè Catholicæ Eccleſiæ ſententia conſpiciendum: nempe: *Chriſtum eſſe ſolum Pontificem ac verè ſacerdotem noui Teſtamenti: & eius ſacrificium ſemel in cruce peractum, eſſe vnicum, reale & externum ſacrificium in Eccleſia Chriſtiana, idemque vnicum propitiatorium pro peccatis noſtris.*

DE VERA PECCATORVM REMISSIONE, ADVERSVS

Humanas Satisfactiones & commentitium Eccleſiæ Romanæ Purgatorium,

Theologica & Scholaſtica Diſputatio.

PRAEFATIO.

2.Timo.2.
1.Cor.3.

ILLI mihi videntur de Theologo veriſſimè locuti, qui eum non tantùm *διδακτικὸν* ſed etiam *ἐλεγκτικὸν* eſſe cenſuerunt: eóque nos diducere Apoſtolum qui ſæpe numero Theologum cũ Agricola comparauit. Quemadmodum enim diligentis agricolæ & frugi officium eſt, non ſolum optimam & ampliſſimam ſementem facere, ſed infœlix quoque lolium & ſteriles auenas adnaſcentes, quoad eius fieri poteſt, euellere: Ita non ſatis erit Theologo puram ac ſanam doctrinam in medium proponere, niſi ſuccreſcentes etiam errores, quaſi ipſius veritatis manu, radicitus extirpare conetur. Rectè enim Auguſtinus doctorem Eccleſiæ, veritatis propugnatorem & erroris expugnatorem appellauit: nimirum Athenagoram ſecutus, qui dicebat, Chriſtianorum eſſe [illegible], non tantum [illegible] differere, verum etiam [illegible] in ſuperioribus noſtris diſputationibus ipſos ſatis eſſe [illegible], ad refellendos errores, non diffuſam tantum & copioſam, ſed contractam etiam orationem atque ſcholaſticam diſputationem vtiliter adhiberi. Cùm autem proximè aduerſus Miſſæ Sacrificium diſputauerimus, ſuadet ipſa rerum arctiſſima coniunctio, vt noſtra ſe diſputatio in commentitium Eccleſiæ Romanæ Purgatorium conuertat. Etenim quod vetus Poeta de arte aliquando & fortuna dixit, *Ars fortunam amplectitur, & fortuna artem*: id appoſitè de Miſſa & Purgatorio dici poteſt: quandoquidē Miſſa Purgatorium, & viciſſim Purgatoriū Miſſam amplectitur: adeò vt non ineptè ſanè Pontificiæ Religionis imaginem nobis quidam ita depinxerint, vt Miſſa ſit eius caput, venter autem Purgatorium: atque ita ſignificauerint, ſi Pontificiam religionem extinctam velimus, non modò petendum eſſe illius caput, ſed etiam eius ventrem eſſe confodiendum. Itaque nobis propoſitum fuit, pertractata iam de Miſſæ Sacrificio quæſtione, nunc de ſatisfactionibus humanis (quas Pontificij volunt eſſe Purgatorij fundamentum) de ipſo Purgatorio Theologicè & Scholaſticè diſſerere, ne res inter ſe coniunctiſſimas ſeparare ac diuellere videremur. Ac vereor ne cui fortaſſe hęc noſtra diſputatio parum vtilis & minimè neceſſaria videatur, cùm hodie plerique exiſtiment, commētum de humanis ſatisfactionibus, atq; iſtud de Purgatorio ſomniū, riſu potius eſſe, quàm ſeria & accurata tractatione refellendum. Quod verum eſſe fatear, eorum omnium iudicio qui purum Euangelij doctrinam amplexi ſunt: certè longè aliter videtur Pontificijs, qui (vt illud Ennianum vſurpemus) *ſui quæſtus cauſa fictas ſuſcitant ſententias* ac propterea ſuum illud Purgatorium, tanquam mœnia, tanquam penates, tanquam focum, lareſq; defendunt. Quidni autem defendant? quandoquidem flammis illis Purgatorijs iampridē calent Pontificum Epiſcoporum & Monachorum culinę, & inde habent focum adeò luculentum. Quamobrem noſtra opera non malè poſita videbitur, ſi magnam errorum ſtruem atq; materiā, qua Purgatorius ignis alitur, veriſſimis ac firmiſſimis rationibus diruamus. Antequam autem in arenam deſcendamus, res ipſa videtur paulò altius eſſe repetēda, & aliquid dicendum, tū de ſatisfactionibꝰ humanis, tum etiā de pœnis Purgatorij, vt faciliùs intelligamus, quid ſit id de quo ſumus diſputaturi. Euoluamus igitur principia & huius erroris originem inueſtigemus, vt cognoſcamus, quibus tam olim ſcintillis tanta denique incendia exarſerint.

Argumentum huius diſputationis.

Vſus huius diſputationis.

Cùm verus Excommunicationis vſus tamdiu in Eccleſia Chriſtiana viguerit, quamdiu olim Apoſtolicæ doctrinæ puritas apud maiores noſtros locum habuit: hoc inſtitutum longè vtiliſſimum veteres obſeruabant, vt qui ſuis ſceleribus ac profeſſionis Chriſtianæ religionis negatione, (acerbiſſimis illis temporibus, quibus in Chriſtianos perſecutio flagrabat) Eccleſiam offendiſſent, culpam illi publicè, & in Eccleſiæ totius oculis agnoſcerent, vt ita offenſam Eccleſiæ ſatisfacerent, atque etiam ita demum communi præfectorum Eccleſiæ iudicio, & (vt loquitur Cyprianus tractatum inter ipſos Eccleſiæ præfectos habito) in Eccleſiam reſtituerentur.

Argumenti explicatio.

[illegible]. Hunc ritum vetuſtiſſimi Græci ἐξομολόγησιν, Latini modò *Pœnitentiam*, modò *Satisfactionem* appellabant. Quum autē, vt ſæpè fit, ſancta hæc diſciplina languere ac conſeneſcere cœpiſſet, & ſumma Romanorū Pontificum tum auaritia tum ambitio rebus iam inclinatis incumberet, tādem res eò deuenit, vt publica illa peccati profeſſio in Confeſſionē auricularē (vt vocant) conuerſa, & publica ſatiſfactio fuerit in abſurdum iſtud dogma de *Satiſfactionib. humanis* commutata. Ita factum eſt vt ab ipſo ſatiſfactionis vocabulo lapſa conſuetudo de via deflexerit, ſenſimq; eò deducta ſit, vt vulgò ſatiſfactionē appellarint, externos quoſdam ritus, quib. non iam ipſi Eccleſiæ, ſed ipſi Deo pro peccatis eſſet ſatiſfaciendū, atq; imprimis eleemoſynis erogādis, hoc eſt, (ex ipſorum Pontificiorum ſententia) in Monachorum vſum, vel abuſum potius, magnis pecuniis impendēdis, vel potius perdendis. Quia verò Pōtifices Romani de ſuo Imperio etiam ad inferos vſq; propagādo cogitabant (quippe quorū ambitio, ne ipſis quidē præſentis vitæ cancellis, nec iam amplius poſſit huiuſce ſpectabilis orbis terrarum finib. contineri) & veteres quidā, diſputando potius, quàm affirmando, in medium protulerāt de peccatis hominum, igne quodā Purgatorio detergēdis in nouiſſima mundi conflagratione: eam occaſionē nacti, Purgatorium fabricarunt, nō illud quidem de quo apud veteres quærebatur, & quod die nouiſſimo futurum, plerique eſſe veriſimile putauerant (nam id nihil ad rem Pontificiā pertinere viſum eſt) ſed finxerunt ſcilicet, vt ſi qui è viuis excedant, antequam Deo planè ſatiſfecerint pro peccatis, in Purgatorium ſtatim poſt mortem detrudantur, illic exurendi, donec ſatiſfactionem illam ſuam penitus expleuerint. Hanc tamen conditionem addiderunt, vt Romani Pontifices inde poſſint animas liberare ſuis indulgētiis (ſic enim appellant) quas ij, qui ſunt ſuperſtites, debent, defunctorum cauſa, numerata pecunia mercari. Quod verò diximus de pœnis Purgatoriis fuiſſe aliquid etiam veteribus diſputatum, paulò fuſius explicandum videtur, vt omnes intelligant (quod tamen piorum maiorum pace dictū velim) quouſque progrediatur humana curioſitas, poſtquam ſemel extra verbi diuini ſepta ac terminos vagari cœperit, & ea conſectari, quæ (vt ait Apoſtolus) quæſtiones potius pariunt, quàm ædificationē Dei, quæ eſt per fidem, & quæ tandem feneſtram ad craſſiſſimos errores aperiunt.

Vnde manarit error de Satiſfactionibus humanis.

Vnde manarit error de Purgatorio.

1.Timo.1.

Cum communes illas notitias de animorum immortalitate, & de iudicio Dei hominum mentibus penitus inſitas, Satan planè delere non poſſet, rationem excogitauit, qua vtranque illā notitiā, quoad eius fieri poſſet, eluderet, efficeretq; vt multis erroribus inuoluta atq; obruta veritas, iam nō amplius eſſet veritas. Itaq; propoſuit commentum de pœnis Purgatorijs poſt mortem perferendis: quod eſſe vetuſtiſſimum ē Platone intelligi poteſt, qui in libro 10. de Repub. in Phędone & in Gorgia multa ac nimis multa de eiuſmodi nugis commemorat. Quanquā autē Auguſtinus alicubi teſtatur Platonem ſcripſiſſe ſuauius ad legendum, quàm potentius ad perſuadendum, fateor tamē virum illum, alioqui præſtantiſſimum Philoſophū, hac de re neq; potenter ad perſuadēdum, neq; ſuauiter ad legendū, ſcripſiſſe mihi videri. Qui vero Platoni præbēt ſe æquiores, Pythagoræ ſuccenſeant, qui antè produxerat monſtrū illud

metem

metempſychoſin, vnde veterum apud Ethnicos errorem de pœnis Purgatoriis manaſſe exiſtimant. Quibus vt quodammodo aſſentiar, facit triſtiſſimum Iudæorum exemplum, inter quos Rabbini Cabaliſtæ [illegible] dam illam *Metempſychoſin* & ſimul pœnas poſt mortem Purgatorias tradiderunt: [illegible] hæc poſt [illegible] quantumque hominibus [illegible] tis declarant hi verſus apud Maronem.

Ergo exercentur pœnis, veterúmque malorum
Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos, aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

Hæc igitur portenta Philoſophorum, & Poetarum deliria, id eſt, vaniſſima aliorum errorum [illegible] Purgatorio, [illegible] ter illitum, homines [illegible] habuerunt. Nec ſatis habent [illegible] infidelium animos falſis [illegible] in Chriſtianam Eccleſiam [illegible]. Multi enim [illegible] Eccleſiæ doctoribus, qui [illegible] philoſophia [illegible] Chriſtianam [illegible] philoſophiam [illegible] plane [illegible], quæ dum in [illegible] de pœnis Purgatorii poſt mortem [illegible] Origenes [illegible] mentiæ ac furoris prolapſus, vt ipſos quoque diabolos per pœnas Purgatorias tandem ſeruandos eſſe affirmaret. Qui quamuis ex Eccleſia [illegible] fuiſſet, illa quæſtio, non ita multo poſt, mota in [illegible] eſt, magno certè totius Eccleſiæ malo. Primùm [illegible] Auguſtino quæſitum eſt, vtrum Chriſtiani qui [illegible] ac nihilominus doctrinæ puritatem conſeruarant, eſſent poſt mortem pœnis Purgatorii cruciandi. Quod quum Academicè in vtramque partem cœpiſſet diſputari, ipſique Eccleſiæ doctores errorem illum iam in Eccleſia ſerpentem non ſatis animoſe ac fortiter eliderent, auſi ſunt plerique nō iam opinari, ſed credere: nec diſputare, ſed affirmare, quibuſdam Chriſtianis, & propter quædam peccata, pœnas Purgatorias poſt hanc vitã eſſe ſubeundas: eandémque portentum hoc Ethnicorum dogma Pontificii [illegible] amplisſimos honores tribuendos eſſe [illegible]. Cùm verò iam Romanos Pontifices [illegible] argenteam [illegible] haberent, hunc ſcilicet ignem Purgatorium accenderunt, quippe qui ſcirent, nummos aliſque formari & [illegible] cudendi poſſe. Quin etiam Græcas Eccleſias ab illo errore ſemper alienas, in Synodo Florentina in ſuam ſententiam pellicere tentarunt. Atque, quod eſt longè [illegible] ignem [illegible] cruciatu: quidũ ſe dicunt [illegible] fidelibus mortuis [illegible] fideles ab humanis [illegible] abhorrentes [illegible]. Verùm enim vero accidit (vt quod eſt in [illegible]) malum conſilium fuerit conſultori peſſimum [illegible] & imperueſtigabili Dei prouidentia factum eſt, vt Purgatorium iſtud toties inculcatum, totiesque à Pontificiis decantatum, occaſionem dederit D. Luthero piæ memoriæ, aperte [illegible] aduerſus Pontificias corruptelas: ita vt eo tẽpore paſſim accenſo Euangelicæ veritatis igne, non iam mortui, ſed viui Pontifices & Pontificũ miniſtri Monachi, vehementiſſimè crucientur. Hęc fuerunt initia & hi li progreſſus [illegible] quod hac diſputatione profligandum ſuſcepimus.

Cæterum ipſa rerum [illegible] poſtulabat, vt [illegible] Pontificiam Tranſſubſtantiationem, (quam nos Miſſæ [illegible] appellamus) noſtra [illegible] vt de Eccleſia, deq; Romani Pontificis principatu nobis ſit prius diſſerendum, facit Franciſcus Turrianus Ieſuitanicus Romanus, qui nos [illegible] prouocauit. Is enim magni, vt coniicio, cuiuſdam libri, quem [illegible] diſputationi inſcripſit, duntaxat folia ſuperioribus proximis [illegible] Francofurtenſibus emiſit: forſitan vt librarius ille [illegible] Arcaſiæ [illegible] ingenii eſſe [illegible] adeò Ingolſtadianæ ſcholæ [illegible] ſatis, ſcientia profectò negligenter, [illegible] ſuo [illegible] operã nauauit, qui latenter ac [illegible] corpore [illegible]. Quid [illegible] in hanc [illegible] Scholaſticæ diſputationis [illegible] Turriano pro poſſe [illegible] Theologi profitemur de rebus grauiſſimis, ratione potius quàm [illegible] oratione diſceptemus. Sed hæc [illegible] ad propoſitam quæſtionem accedendum, & [illegible] diſputationis, primum [illegible] noſtra de Satiſfactione pro peccatis & de peccatorum purgatione ſententia proponenda.

CAP. [illegible]

De ver. ſal. c. 5.

Appellamus [illegible] Chriſtianos Catholicos [illegible] *Chriſtiani Catholici, inquit, vel Orthodoxi,* [illegible] *ſeruantes.* Quò magis mirer Pontificios ſibi quidem ſplendidum & auguſtum illud Catholicorum nomen arrogare, nos autem non aliter quàm Hæreticorum nomine appellare [illegible] ad Diuini verbi regulam [illegible] veritatis [illegible] cuſtodes & [illegible]. [illegible] noſtræ [illegible] verum noſtram [illegible] ſententiam propon amus; quæ noſtra eſt in medium proferenda.

Noſtra ſententia de ſatiſfactione pro peccatis & de peccatorum purgatione.

Noſtra, id eſt, Chriſtianorum verè Catholicorum, nempe Orthodoxorum & [illegible] ſententia hæc eſt: *Solum Chriſtum pro nobis ſatisfeciſſe pro peccatis* [illegible] *purgationem* [illegible].

Noſtræ ſententiæ explicatio.

Expoſitam [illegible] nequid [illegible]. Expendamus igitur eam Subiectum, quod Attributum [illegible]. Quid intelligamus Chriſti nomine, [illegible] in Attributo plus [illegible]culum eſt difficultatis. Quare operæpretium eſt paulò accuratiùs ſingulas eius partes explicare. Duo ſunt huius Attributi membra: Vnũ agit de ſatiſfactione pro peccatis; alterum de ipſorum peccatorum Purgatione. Atq; (vt de priore agamus) Vocabulum Satiſfactionis hocquidẽ in

Vocabulũ

loco, eſt Theologicum & per ſimilitudinem vſurpatum, vt ferè fit, quum de rebus ſacris agimus. Ipſa autem ſimilitudo ducitur a creditoribus, quibus debitores numerata pecunia ſatiſfaciunt. Quum autem ex Syriacæ linguæ proprietate peccata vocentur debita (ſic enim precari iuſſi ſumus, *Remitte nobis debita noſtra*) hinc factum eſt, vt quo nos à peccatorum obligatione liberamur, id pro peccatis noſtris dicatur ſatiſfeciſſe. Veteres quidem Theologi variè vtuntur vocabulo ſatiſfactionis, & ſæpè Satiſfactionem intelligunt ipſorum hominum reſpectu (vt ſuo loco diſcendum erit.) Sed quum dicimus Chriſtum eſſe Satiſfactionem pro peccatis noſtris, loquimur de illa ſatiſfactione quæ ſit reſpectu iudicii Dei; & quam nos affirmamus ſemel à Chriſto factam, piis credentibus applicari. Eò ſpectat quod Chriſtus dicitur ipſe [illegible] hoc eſt pretium noſtræ redemptionis: adeò vt hanc propoſitionem variè idemque ſenſu, *Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris*. Item, *Chriſtus nos pretioſo ſuo ſanguine redemit*. Item, *Chriſtus proprio ſuo ſanguine pro peccatis noſtris ſatiſfecit*. Quùm quoque in beneficium mortis Chriſti inclu[illegible] [illegible] eſt [illegible] liuum propoſitionum ſubiectum atque (vt philoſophi loquuntur) idem valent: vt ſolo nemo Chriſtianus vnquam dubitauit, quin hæc propoſitio: *Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris*, ſoli Chriſto tribuatur. Ex quo fit etiam vt ſolus Chriſtus dici debeat ſatiſfactio pro peccatis noſtris. Etenim *ſolus* Chriſtus pro nobis mortuus eſt: ſolus Chriſtus nos redemit: denique ſolus Chriſtus pro peccatis noſtris ſatiſfecit: atque hæc de priori membro noſtri [illegible]. Alterum Propoſitionis membrum eſt de peccatorum noſtrorum purgatione. [illegible] vocabulum purgationis excutiendum eſt. Nam purgare dicitur [illegible]. Quum enim rebus terrenis tribuitur, eius ſignificatio ad ſordes ac maculas [illegible] pertinet. At quum transfertur ad res ſpirituales, non niſi per ſimilitudinem vſurpatur, quemadmodum antea diximus de Satiſfactionis vocabulo. Quare quum peccata meritò cum maculis ac ſordibus comparentur (vtiquam Deus promiſit ſe ablaturum ſordes populi ſui) inde factum eſt, purgari peccata dicantur; quum remittuntur. Quemadmodum [illegible] diximus purgari quando ſublata eſt macula [illegible] ita peccata tum demum purgata dicuntur, ſi [illegible] ſunt è medio ſublata, quum non [illegible] quaſi habentur pro non admiſſis, hoc eſt vno verbo, quum remiſſa ſunt. Rectè igitur Iohannes de Chriſto, Ecce, inquit, *agnus Dei qui tollit peccata mundi*, id eſt, qui purgat. Item, *Sanguis purgat nos ab omni peccato*: quod perinde eſt, ac quum alibi dicit Chriſtus: *Sanguis meus pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum*. Itaque alio in loco vtrumque verbum vſurpauit, maioris explicationis gratia: ſic enim Iohannes: *Fidelis eſt & iuſtus, ita vt remittat nobis peccata noſtra, & purget nos ab omni iniquitate*. Itaque purgare peccata, tollere peccata, tegere peccata, remittere peccata, idem ſignificant: vt ex ſuperioribus locis, & ex præclara illa Dauidis ſententia de remiſſione peccatorum, quam profert Paulus in Epiſt. ad Rom. ſatis perſpicuum eſſe poteſt, *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui Dominus non imputauit peccatum*. Sic [illegible]

Chriſtum

Satiſfactionis excutitur.

Math. 6.

Math. 20.
1. Timoth. 2.

Vocabulum Purgationis excutitur.

Zach. 13.

Iohan. 1.
1. Iohan. 1.

Math. 26.

1. Ioan. 1.

Pſal. 32.
Rom. 4.

Christum esse satisfactionẽ pro peccatis vel Christũ pro peccatis satisfecisse: sic eꝰ peccatum credentium purgari [illegible], credentes purgari à peccatis, non tamen eandẽq; dicimus, neque superstitiosa quæ se insinuauit argutię Sophisticę, quasi dicamus solũ Christũ nos purgare, nõ excludimus beneficium Patris, neq; Spiritus sancti efficacitatẽ (opera n. Trinitatis ad extra sunt indiuisa, inquiunt Scholastici) sed tantum humana omnia [illegible] ad purgationẽ peccatorũ instituta. Ex quib. perspicuum esse potest, [illegible] nostri Authoris, ac [illegible] Satisfactionem [illegible] ipsius [illegible] Purgationẽ, ita inter se cohærere, vt nullo modo diuelli queant. Nã si enim semel Deo pro peccatis nostris satisfactũ est, necessariò cõsequitur peccatorũ purgatio, [illegible] hoc hominis respectu, qui fide [illegible] hoc beneficium recipiunt: quemadmodũ vulgò debitor liberatur, quãdo ipsius creditori satisfactum est, [illegible] esse nomine satisfactionis. His igitur breuiter expositis [illegible] patere arbitror quæ sit nostra de satisfactione pro peccatis & de Purgatione sententia. E contrario videamus quid [illegible] de his sentiant Pontificij. Sic igitur statuunt: *Christũ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]* Sic etiam Scholastici post Lombardum tradiderunt.

Sententia Pontificiorũ.

Explicemus iam eorum [illegible] sententiam, siquidem id cõmodè a nobis præstari possit. Hæc opinio nititur duplici distinctione. Prior distinctio est, peccata alia esse mortalia, id est, quæ mortẽ æternã promerentur: alia esse venialia, quibus tantũ debentur pœnæ temporales: nec adhuc inter ipsos satis constat, vtrũ venialium peccatorũ culpa remittatur beneficio Christi, an verò pro ipsa quoq; satisfaciendum sit humanis operib. Distinctio posterior hæc est, in remissione peccatorũ aliã esse remissionẽ culpę, aliam remissionẽ pœnę: ita vt remissa culpa non propterea pœna temporalis remittatur. Pœnas verò tẽporales pro peccatis satisfactorias, dicunt vel à Deo infligi, vel verò à pœnitentibus suscipi: (eiusmodi sunt [illegible] Missarum [illegible] pretio, [illegible]. Atq; [illegible] satisfactionis vocabulũ non [illegible] metaphoricè, sed propriè ac citra [illegible] similitudinẽ Scripturæ Pontificij vsurpant, humanis eiusmodi satisfact. imprimis delectantur. Denique, locũ Purgatorij modò dicunt esse apud inferos, modò sub terra [illegible] & [illegible] plerique verò etiã in ipsis [illegible] quod [illegible] certus locus assignari non potest [illegible] Quã ob rẽ [illegible] esse Purgatorium [illegible] Purgatorij locus [illegible]

Sententiæ Pontificiorum explicatio.

Distinctionum Pontificiarum [illegible]

Locus Purgatorij ipsis etiam Purgatorij architectis incognitus.

In ambas sententias inter se conferamus. Affirmamus solũ Christũ pro peccatis satisfecisse: Pontificij addunt etiam humanas satisfactiones. Affirmamus, solũ Christũ purgare: Illi dicunt, solũ Christũ nõ purgare. Nos, omnia peccata plenè [illegible] tantum, perfectissimè purgare: Illi imperfectè, quia remissa culpa retinetur pœna. Ecce igitur, omnia sunt [illegible] sententias esse [illegible] quæ vtra sit vera [illegible] Christus satisfactio pro peccatis nostris & ipsorum peccatorum purgatio: An verò ad benefi-

Ambæ sententiæ inter se comparantur.

cium Chriſti accedere quoq; debeant pœnæ temporales pro peccatis ſatiſfactoriæ vel in hac vita, vel poſt mortem in igne Purgatorij perſoluendæ, quibus peccatorum culpa beneficio Chriſti remiſſa eſt.

CAPVT II.

IAm noſtræ ſententiæ veritas ex ipſius veritatis ſacrario, id eſt, ex ſacris literis promenda eſt. Libenter n. audio Auguſt. ita de ſua, ſicque maiorum ſententia diſſerentem. *Appareamus* inquit, *ſtatim Diuini* [illegible] *Diuinis ſubmittamus aſſenſum.* Hæc dicturi igitur Scripturæ locos de Satiſfactione pro peccatis, & de peccatorum Purgatione diſſerentes, quos tamẽ ſingulos ſyllogiſmi veſte indutos eſſe noluimus: ſunt n. perfaciles: ac proinde ſufficere nobis viſum eſt, ſi vim ipſã argumenti quaſi digito cõmonſtraremus. Licet autẽ non fuerimus anxiè ſoliciti de locorũ citandorũ ordine, propter rerũ cohærentiam, tamẽ imprimis ſeruauimus ordinẽ partiũ noſtræ demõſtrationis, quod lectores facilè animaduertent. Timoth. 2. *Vnus Deus, vnus Mediator Dei & hominũ, homo Chriſtus Ieſus, qui ſemetipſum dedit redemptionis pretiũ pro omnibus.* Matt. 20. *Venit filius hominis vt daret animã ſuã redẽptionis pretiũ pro multis. Deus miſit filiũ ſuum vt eſſet propitiatio pro peccatis.* 1. Ioan. 4. 2. Cor. 5. *Deus eũ qui non nouit peccatũ pro nobis peccatũ fecit,* id eſt, oblationẽ pro peccato, vt Leuit. 16. more hebraiſſimo. Solus igitur Chriſtus eſt ſatiſfactio pro peccatis. Heb. 10. *Vna oblatione in perpetuũ conſummauit eos qui ſanctificantur.* Ioan. 19. *Conſummatũ eſt.* Perfectè igitur pro peccatis ſatiſfecit. Coloſſ. 2. *Condonans vobis omnia delicta, deleto, quod aduerſus nos erat, chirographo decreti.* Solus ergo Chriſtus pro nobis ſatiſfecit: quia ſolus chirographũ deleuit. 1. Pet. 2. *Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo.* Ergo pœnas pertulit, non rurſus nobis perferẽdas. Eſa. 53. *Correctio pacis noſtræ ſuper eũ, contritus eſt propter peccata noſtra & liuore eius ſanati ſumus.* Pro nobis igitur perfectè ſatiſfecit. 1. Ioan. 1. *Sanguis eius purgat nos ab omni peccato.* Quorſũ igitur aliud Purgatorium? Hebr. 1. *Purgatione peccatorũ per ſeipſũ facta ſedit ad dextrã Maieſtatis in Excelſis.* Ergo ſolus peccata purgat. 1. Cor. 1. *Chriſtus factus eſt nobis à Deo iuſtitia, ſanctificatio, & redẽptio.* Peccatorũ igitur purgatio. Heb. 9. *Quãto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritũ æternũ ſeipſũ obtulit incontaminatũ Deo, purgabit conſcientiã noſtrã ab operibus mortuis ad ſeruiendũ Deo viuẽti?* Nihil ergo relinquitur flãmis purgatorijs. Epheſ. 1. Coloſſ. 1. *In quo habemus redẽptionẽ per ſanguinẽ, remiſſionẽ peccatorũ.* Sic à quo habemus redẽptionẽ, ab eo peccatorum remiſſionẽ habemus, ac proinde peccatorũ purgationẽ. 1. Ioan. 2. *Si quis peccauerit, aduocatũ habemus Ieſum Chriſtum iuſtũ, ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Rom. 5. *Si, quum eſſemus inimici, Deo reconciliati ſumus per mortẽ filij eius: multò magis reconciliati ſeruabimur per vitam ipſius.* Quare etiam regenitorum peccata vnius Chriſti beneficio purgantur. Rom. 8. *Nulla eſt condemnatio his qui ſunt in Chriſto.* Nulla igitur peccati pœna. Ib. *Quis accuſabit electos Dei? Deus eſt qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus eſt qui mortuus eſt, quin & qui ſuſcitatus eſt, qui & eſt ad dextrã Dei, qui etiã poſtulat pro nobis.* Quis igitur à credentib. iuſtificatis pœnas peccatorũ repetet? 1. Ioan. 1. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & purget nos ab omni iniquitate.* Eius igitur eſt purgare peccata, cuius eſt remittere: nam peccatũ id purgatur, quod remittitur. Act. 15. *Fide purificans corda eorũ.* Ergo nõ denuo purganda humanis ſatiſfactionib. Apoc. 7. *Lauerunt ſtolas & dealbauerunt eas in ſanguine Agni.* Nõ igitur pœnis purgatorijs. Apoc. 14. *Beati qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.* Ergo nõ torrentur flãmis Purgatorijs. Pſalm. 51. *Lauabis me, & ſuper niuẽ dealbabor.* Nihil igitur opus eſt noua atq; humana purgatione. Eſa. 43. *Ego, Ego ipſe ſũ*

qui deleo

Esa. 43. *deleo iniquitates tuas, idq; propter me, & peccatorum tuorum non recordabor amplius.* Ergo non puniet. Esa. 44. *Deleui tanquam nebulam peccata tua.* Non igitur in Purgatorium ventura. Psal. 103. *Quantum longè distat Ortus ab Occasu, tam longè remouet peccata nostra.* Non ergo in ea animaduertet poenis Purgatorii. Mich. 7. *Abiiciet peccata nostra in profundum maris.* Id est, penitus delebit. Quorsum igitur ignis Purgatorius? Ierem. 50. *In diebus illis requiretur iniquitas Iacob, & non inuenietur, nec vlla peccata Iuda.* Esa. 1. *Si peccata vestra fuerint vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Itaq; remissum peccatum, & sublatum & purgatum est. Psal. 32. *Beatus ille cui sunt transgressiones remissae, & peccatum tectum est. Beatus cui Dominus non imputat peccatum.* Non igitur poenas repetit.

Ephes. 5. *Christus se tradidit pro Ecclesia, vt eam sanctificaret, purgans lauacro aquae per verbum, vt sisteret eam sibi gloriosam, non habentem maculam aut rugam.* Atq; ita non habentem opus alia Purgatione, quippe quae à Christo perfectè purgatur. Rom. 5. *Iustificati ex fide pacem habemus erga Deum.* Non igitur dolores atq; cruciatus, vt iis pro peccatis satisfaciamus Deo. Apoc. 1. *Christo, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris per sanguinem suum, sit gloria in perpetuum in secula.* At Purgatorio, aduersus sanguinem Christi, & meritum passionis eius instituto, sit dedecus & ignominia sempiterna. Amen. Ex quibus omnibus locis & consimilibus qui passim occurrunt in Scriptura, simul in vnum aggregatis, iam nobis conficienda est Demonstratio, quae veritatem nostrae sententiae comprehendat omnibus necessitatis vinculis astrictam.

Demonstratio quae nostrae sententiae veritatem extra omnem dubitationis aleam constituit.

Quem dicit Scriptura esse hominem, vnum inter Deum & homines Mediatorem, qui seipsum pro nobis perfectè consecrandis & sanctificandis obtulit; qui factus pretium nostrae redemptionis & propitiatio pro peccatis nostris, deleuit chirographum quod aduersum nos erat, & peccata nostra portauit in corpore suo, fundens sanguinem suum nos ab omni peccato purgantem: Qui postquam purgationem peccatorum per seipsum fecit, sedit ad dexteram Dei patris pro nobis Aduocatus, ne vlla accusatio, ne damnatio, aduersus nos proferri possit: deniq; qui sola fide purgans corda nostra, peccata nostra tollit ac delet penitus, ne vnquam in conspectum Dei commemorentur, nisi vt, fide iustificatos ac piè viuentes, in aeternam pacem & quietem recipit: idq; vt in peccatorum nostrorum gratuita remissione, summae diuinae misericordiae gloria reluceat: Is solus est satisfactio pro peccatis nostris, & peccatorum nostrorum purgatio.

At Christus ille ipse est quem Scriptura dicit esse hominem, vnum inter Deum & homines Mediatorem, &c. Quare solus Christus est satisfactio pro peccatis nostris, & peccatorum nostrorum purgatio.

Demonstrat. analysis. Excutio superiorem demonstrationem, & affirmo in ea contineri tam illa quae sunt essentialia in Christo, quàm propria vel adiuncta, quae ad officium eius pertinent. Praeterea contineri quatuor causas Attributi, nempe Satisfactionis & Purgationis peccatorum. Habere etiam in se definitionem, tam subiecti ipsius, quàm Attributi. Nam definitur Christus benedictus, quatenus Scripturae luce à nobis videri & cognosci potest. Definitur etiam satisfactio pro peccatis & peccatorum purgatio, nempe, effectum obedientiae Christi eiusque Passionis, cuius virtute remittuntur peccata iis qui verè credunt: quandoquidem Christus

ſtus pœnas peccatis noſtris debitas in cruce pertulit, atque ita pro nobis Dei iudicio ſatisfaciens, peccata noſtra purgauit & ſuſtulit: quæ quidem omnia huiuſce Demonſtrationis natura ex regulis analyticis requirebat. Poſtremò, omnia ſunt reciproca: & Subiectum cum Attributo, & medius terminus cum vtroque: id quod diligens lector facilè cognoſcet. Ex quibus omnibus perſpicuum eſt, noſtram Demonſtrationem eſſe certiſſimam: cuius beneficio nobis redit noſtra ſuperior ſententia: nempe, *Solum Chriſtum eſſe ſatiſſactionem pro peccatis, & peccatorum noſtrorum purgationem*: quod erat demonſtrandum.

CAPVT III.

EXtructa ac demonſtrata ſententiæ noſtræ veritate, nunc euertenda eſt aduerſariorum ſententia. Quamuis autem affirmatio ſit menſura negationis, ſi [illegible] audimus: tamen in accurata tractatione, poſt diſputationem aſtruentem, ſubiici ſolet deſtruens diſputatio: vt ei veritas magis magiſque elucescat: quod à nobis in ſuperioribus diſputationibus obſeruatum fuit. Certè hac affirmatione poſita: *Solū Chriſtum eſſe ſatiſſactionem pro peccatis, & peccatorum noſtrorum purgationem*; conſequitur neceſſariò hæc negatio, *Nihil præter Chriſtum, vel ſatiſſacere pro peccatis, vel purgare peccata poſſe*. Sed quum præterea deteguntur errores qui manant ab aduerſariorum ſententia, tum redditur, & deteſtabilius mendacium, & optabilior veritas. Quia verò Pontificij ſuam illam arcē Satiſfactionū humanarum, vt caſtellis, ita diſtinctionibus muniuerunt: primùm expugnāda ſunt iſta diſtinctionū caſtella, vt ita facilius in arcē ipſam inuadere poſſimus. Prior diſtinctio fuit, de peccatis mortalibus & venialibus, de quibus Scholaſtici poſt Lombardum diſſerunt, atque ita ſtatuunt: *Non omnia peccata mortem æternam promereri: hoc eſt*, quemadmodum illi loquuntur, *eſſe mortalia: ſed multa eſſe leuiuſcula peccata, quæ ſint pœnis tantùm temporarijs detergenda*: hæc illi. Quanquam autem non leuiter peccant ij qui leue aliquod peccatum eſſe exiſtimant, ſi per ſe peccatum æſtimetur, abſit tamen vt peccata exæquemus: quandoquidem conſtat alia alijs eſſe grauiora: & ipſorum etiam damnatorum pœnas alias aliis eſſe mitiores: ita docente Chriſto apud Matthæum. Verumenimuerò non propterea ſequitur, quædam eſſe peccata, quæ ſi ex ſe conſiderētur, non promereantur pœnas ſempiternas. Quare iam labefactemus hanc Pontificiorum diſtinctionē, hac adhibita machina.

Refutatio ſententiæ Pontif.

Diſtinctionis peccatorum mortalium & venialium refutatio.
Lib. Sent. 2. Diſt. 24. 35. 42
Matth. 10. & 12

Omnis diſtinctio quæ pugnat cum Scriptura reijcienda eſt.

Pontificiorum diſtinctio de mortalibus & venialibus peccatis pugnat cū Scriptura, Reijcienda igitur. Maior propoſitio nō longam orationē deſiderat. Nam Scriptura habet authorem Spiritum Sanctum, qui eſt Spiritus veritatis; & quicquid cum veritate pugnat, neceſſariò falſum eſt. Quocirca ſcitè admodum Auguſtinus: *Si ratio*, inquit, *contra Diuinarū Scripturarū authoritatē traditur, quamlibet acuta ſit, fallit veriſimilitudine: vera enim eſſe nō poteſt*. Hęc Auguſtinus. Iā probemus Minorē, ac doceamus quemadmodum iſtam diſtinctionem Scriptura nō admittat. Sic igitur Chriſtus apud Matthæum: *Omne peccatum*, inquit, *remittetur hominibus: at blaſphemia in Spiritum Sanctum non remittetur*. Satis autem conſtat Pontificios

Argum. 1.
2. Timot. 3.
Ioan. 14. 15. 16
Ad Marcel.

cios

ciorum in hac quæſtione non agere de blaſphemia in Spiritum Sanctum: loquuntur enim de peccatis mortalibus, quorum culpa deleta ſit, & æternæ pœnæ, beneficio Chriſti, remiſſa. Siquis igitur quærat, *quid ſit veniale de virtute* ſermonis (vt vulgò loquuntur Scholaſtici) reſpondebitur: *id eſſe veniale, cuius venia impetrari poſsit.* At Chriſtus affirmat, omnium peccatorum, ſi horrendam illam blaſphemiam excipias, poſſe veniam impetrari. Ex quo fit vt reliqua omnia peccata ſint venialia: hoc eſt, poſſit eorum venia impetrari, nempe merito Chriſti pro nobis crucifixi, dum illud vera fide amplectimur. Quare Pontificij non loquuntur cum Scriptura: quæ quum diſtinguit venialia peccata à mortalibus, vnum tantum mortale conſtituit, nimirum peccatum in Spiritum Sanctum, quod quidem peccatum eam ob rem Iohannes peccatum ad mortem appellauit. Nec moror quoſdam ex veteribus apud quos aliquando vocabulum iſtud inuenitur (de quorum ſententia nobis erit ſuo loco diſputandum) Quum enim in aciem Theologicæ diſputationis prodeundum eſt, non iam nobis eſt cum hominibus, ſed cum Scriptura loquendum, quemadmodum copioſius egimus in ſuperiori noſtra diſputatione, *De verbo Dei ſcripto.*

1.Ioan.5.

Correctio diſtinctionis Pontif.

Corrigamus igitur errorem Pontificiorum & ipſam peccatorum diſtinctionem ex verbo Dei dirigamus hoc modo. *Peccata omnia eſſe quidem per ſe mortalia, id eſt, digna quæ [illegible]: venialia credentibus beneficio Chriſti, excepta blaſphemia in Spiritum, quam pœnitentia non ſubſequitur, & idcirco eſt peccatum [illegible], quia nunquam remittitur.* Sed pergamus ſuperiorem Pontificiorum diſtinctionem refellere.

Argum.2.

Si ſanguis Chriſti purgat eos, qui verè credunt, ab omni peccato: certè fruſtra [illegible] diſtinctione [illegible]. [illegible] *Verum igitur & Conſequens.*

Conſequens patet. Aſſumptum probat Ioannes his verbis: *Sanguis Chriſti purgat nos ab omni peccato.* Loquitur autem de quotidianis etiam regenitorum peccatis, ſine quibus (inquit Auguſtinus) hæc vita non tranſigitur.

1.Ioan.1.

Errores ſuperioris diſtinctionis pontif.

Quare in hac diſtinctione deprehendimus tres potiſſimum errores quos ſigillatim refellemus.

Omnia peccata per ſe conſiderata mortem æternam merentur.

Primus error eſt, quod ſtatuunt eſſe quædam peccata quæ mortem nō promereantur, quæ quidem illi vocant venialia. Cui ſententiæ obſtant ſequentes loci. *Stipendium peccati mors:* quæ quidem propoſitio indefinita æquipollet vniuerſali: tum propter ipſius rei naturam, tum quia indefinitæ propoſitiones in Theologia habentur pro vniuerſalibus, niſi ſtatim reſtrictiones & exceptiones, aut quæ inſtantiæ proferri poſſint ex ipſa Scriptura.

Ratio.1.

Rom.6.

Ezech.18.

1.Cor.15.

Anima quæ peccauerit, morietur.

Mortis ſtimulus peccatum eſt.

Miſer ego, quis me eripiet de iſto corpore mortis?

Certè ſi qua ſunt peccata venialia, ea ſunt quæ quotidie ab ipſis regenitis committuntur. Quum autem Apoſtolus in eiuſmodi peccatis ſibi tantopere diſpliceat, vt exclamet ſe eſſe miſerum, quis meritò dubitet, etiam ipſa peccata quæ venialia Pontificij appellant, natura ſua mortem promereri? *Quid enim* (inquit Auguſtinus) *ad naufragium intereſt,*

vtrum

trum naui: vno grandi fluctu obruatur, an paulatim aqua ſubrepens nauim impleat & ſubmergat? Atq; hoc idẽ efficitur etiam hac cõcluſione rationis.

Ratio 2.

Quiſquis legem transgreditur, eſt execrabilis Deo.

Quiſquis peccat, legem transgreditur. Quare quiſquis peccat eſt execrabilis Deo. &, vi conſequentis, mortem promeretur.

Maior propoſitio patet ex verbis legis ab ipſo Apoſtolo expoſitis. *Execrabilis quiſquis non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis.* Vis autẽ cùm Hæbrei, tum Græci vocabuli ſatis indicat eiuſmodi maledictionẽ ſecum afferre mortem æternã, niſi Dei cõdonantis miſericordia ſuccurrat. Minor totidem verbis extat apud Iohannem: *Quiſquis* inquit *committit peccatum, legem transgreditur: nam peccatum eſt legis transgreſſio.*

Deut. 27. Galat. 3.

1. Ioan. 3.

Addamus & ſequentem rationem.

Ratio. 3.

Quiſquis non amat Deum ex toto corde & ex tota anima, eſt execrabilis.

Quiſquis vel leuiſſimè peccat (ſi quod eſt leue peccatũ) *nõ amat Deũ ex toto corde, & ex tota anima. Quiſquis igitur vel leuiſſimè peccat eſt execrabilis Deo.*

Maioris propoſitionis veritas cõtinetur ſuperiori loco à nobis citato, *Execrabilis quiſquis non permanſerit in omnibus, &c.* Eſt autem primum legis caput, idemque grauiſſimum, *vt amemus Deum ex toto corde,* vt Chriſtus docet. Minor per ſe lucet: atq; etiam manifeſtè cõfirmatur ex ſuperiori loco. Rom. cap. 7. Huc poteſt etiam referri ſequens ratiocinatio.

Gal. 3. Mat. 22.

Ratio. 4.

Quiſquis offendit in vno legis capite, factus eſt omnium reus.

Quiſquis non amat Deum ex toto corde, offendit in vno, eodemq́ue maximo legis capite. Quare, quiſquis non amat Deum ex toto corde factus eſt omnium reus. Et, vi conſequẽtis, etiam qui venialiter peccant (vt iſti loquuntur) ſunt rei legis violatæ, ac propterea mortẽ promerentur, ſi cum illis Deus (vt loquitur Scriptura) in iudicium intrauerit. Maiorem proponit Iacobus ipſe. Minor patet ex verbis legis. vis autẽ complexionis redit ad ſuperius argumentum, quo omnia peccata, etiam quæ nobis videntur leuiora, diximus, ſi ex ſua natura æſtimentur, mortem promereri.

Iacob. 2.

Ratio. 5.

Iam ponamus ante oculos quàm abſurda ſit Aduerſariorum opinio, adhibita probatione ex oppoſitis hoc modo.

Omnia peccata mortem promerentur (vt docet Scriptura.)

Nulla peccata venialia, mortem promerentur (vt tradunt Pontificij.

Nulla igitur peccata venialia, ſunt peccata: hoc eſt, ipſum non eſt ipſum: qua ignorantia, nulla maior reperiri poteſt.

Secundus error: quòd in pœnis venialium peccatorum (quas illi volunt eſſe tantùm temporales) non ſatis aduertunt ad ſummam Dei maieſtatem: & eam videntur (abſit verbo blaſphemia) cum ipſis hominibus exæquare. Nam qui terreni alicuius Regis edicta violauerit, is temporalibus pœnis tenetur. Quod ſi idem ſtatuas in eum qui Deum venialiter (vt loquuntur) offenderit, profectò facilè vides quid conſequatur. Sic igitur errorem hunc profligemus.

Etiam qui venialiter peccant, æternam mortem promerentur: ſi Deus velit pro ſuo iure agere.

Ratio. 1.

Quiſquis offendit eum qui æternus eſt, obnoxius eſt pœnis ſempiternis.

Quiſquis peccat, etiam venialiter (vt volunt) *offendit eum qui æternus eſt.*

Quare quiſquis etiam venialiter peccat, obnoxius eſt pœnis ſempiternis. Maioris probatio ducitur ex Analogia quæ debet eſſe inter Legiſlatorẽ, legẽ, & pœnas: alioqui ſequeretur, nihil intereſſe inter peccata venialia &

ea quæ in homines admittuntur. Abſurdum & blaſphemum.

Minor autem eſt in promptu.

Pontificiorum ſententia repugnantiis inuoluta.

Tertius error, quòd Pontificiorum ſententia eſt ἀσύστατος nec ſecum poteſt ipſa conſentire. Duplicem repugnantiam (ne mihi omnes percurrendæ ſint) in medium proponam.

Repugnantia 1.

Prior eſt, quòd comparationis vim ac lucem extinguat, quam ipſe naturæ ſenſus in hominum etiam ſtupidiſſimorum mentibus accendit. Quis enim eſt adeò tardo ingenio, vt quaſi exaudita voce naturæ, non agnoſcat, hanc eſſe vim comparationis, vt in vna eadémque re qui poteſt id quod maius eſt, poſſit quoque id quod eſt minus? Quare, ſi Chriſtus purgat grauiora peccata, quanto magis leuiora? Dicent fortaſſe, Chriſtum poſſe quidem, at nolle. Sed ego contra ita rurſus vrgeo. Chriſti voluntatem nobis ex ipſo Chriſto & ex ſcriptis Apoſtolicis diſcendam eſſe, non autem ex ſomniis Pontificiis. Dicis Chriſtum nolle purgare peccata leuiora: At ego malo Iohanni credere, qui in ſinu Chriſti recubuit, & eius voluntatem habuit perſpectiſſimam. Is igitur non obſcuris, non ambiguis verbis, nullis adhibitis diſtinctionum inuolucris, ſed planè ac perſpicuè ita pronuntiat de peccatis noſtris Chriſti ſanguine purgatis: *Sanguis eius*, inquit, *purgat nos ab omni peccato*. Itémq; *Purgat nos ab omni iniquitate*. Ex quibus efficitur, quũ Chriſtus, & poſſit, & velit purgare, non grauiora tantùm, ſed etiam leuiora peccata, nobis iſtam Pontificiorum diſtinctionem explodendam eſſe. Reſpondent, abſurdum non eſſe, cuipiam vitam condonari, qui exilio mulctandus ſit. At enim ego inſto: pœnam exilij ab eo condonari poſſe, qui pœnam capitis cōdonarit. Quinetiam ſic vrgeo: Euangelium offerre credentibus peccatorum remiſſionem, non autem leuioris ſupplicij commutationem. Quòd ſi iſtis credas, Euangelium, ſcilicet, erit annunciatio pœnę, non gratiæ. Deniq; vt illis ſuam ſimilitudinem regeramus, fac ita in regio diplomate ſcriptum eſſe: Reo ſua omnia crimina condonari: tunc obſecrò, ab eo non iam reo, ſed abſoluto, pœnam exilij, aut vllam aliam mulctam exiges?

1. Ioan. 1.

Ibid.

Reſponſio. Pontif. refel.

Repug. 2.

Poſterior repugnantia, quæ Pontificiorum ſententiam reddit ἀσύστατον hæc eſt: Nam quum illi diſſerunt de purgandis venialibus peccatis in hac vita, proponunt inter alias rationes, aquam luſtralem, vt vocant, & inprimis eleemoſynas (præſertim ſi in Monachos conferantur, ac propterea quidam nō infacetus dicere ſolebat, *Monachos veſci hominum peccatis.*) Has ergo ſatisfactionis & purgationis rationes affirmant plurimùm valere in hac vita: poſteaquam verò in aliam vitam migrauimus, iam proponunt flãmas Purgatorij atque acerbiſſimos cruciatus. Quæro igitur ecquænam ſit ratio tantæ differentiæ. Quid? poſſum viuus, aquæ guttula, venialia peccata eluere: cur poſt mortem, illa ipſa venialia crepitantibus Purgatorij flãmis abſumenda ſunt? Prętereà poſſum eleemoſynas ſine vllo dolore conferre: quinetiam niſi adſit alacritas atque animi promptitudo, perijt ipſius eleemoſynæ effectus: (hilarem enim datorem diligit Deus) quod ergo poſſum hilaris & magna cum animi voluptate præſtare dum viuo, cur poſt mortem mihi præſtandum eſt acerbiſſimo cruciatu perferendo?

Reſpondent, me in culpa eſſe, qui id non præſtiterim, dum viuerem. At ego rurſùs quæro: iſtud peccatum, ſit ne mortale, an veniale? ſi mortale, in purgatorium non venit: ſi veniale, cur non eodem iure cenſetur, quo reliqua venialia? Iam non poteris, inquis, eleemoſynam præſtare, & alia eiuſmodi facere, quæ viuus poteras. Sed nonne potero precari? Imò, ſi Scholaſticis credimus, animæ in mediis Purgatorij pœnis conſtitutæ, precantur etiam pro viuis, nedum pro ſeipſis. Nunc autem quid facies Auguſtino, qui exiſtimauit leuiora peccata (quæ Pontificij venialia appellant) deleri oratione Dominica, his verbis, *Remitte nobis debita noſtra*. Si peccata, quę iſti vocant venialia, dum viuimus, vel ſola precatione tolluntur (ſi credimus Auguſtino) quorſum igitur poſt mortem grauiſſimus flammarum cruciatus? Verùm audio quid recentiores Monachi reſpondeant: hoc nimirum eſſe diſcrimen, quòd in hac vita pœnæ ſint abſolutè voluntariæ: at poſt mortem, ſecus. Ex quo fit vt minimus, in hac vita, plus Deo placeat, quam vel maximus, poſt hanc vitam, cruciatus. At enim cedò mihi bellæ huiuſce diſtinctionis teſtimonium aliquod in Scriptura. Nam qui extra Scripturam diſtinguunt, extra Theologiam vagantur. Sed, vt iſtud etiam ſomnium quàm ineptum ſit & *ἀσύνετοι* omnes faciliùs intelligant: quæro ab iſtis Monachis, velintne animas in ſuo Purgatorio voluntariè pœnas perpeti, an ſecus. Quod ſi non adſit voluntas, aberit patientia, qua deficiente, quomodò Deum placare vnquam poſſent, etiam maximis cruciatibus perferendis? Voluntariè, inquiunt, patiuntur quidem, ſed non abſolutè voluntariè. Nam mallet quidem à pœna liberę eſſe: verũ quia aliter fieri nequit, quod euadere nõ poſſunt æquali animo ſubeunt. Hæc illi. Egregiam verò patientiam, & hac voce tragica digniſſimam, *Dura enim neceſſitas*. Quid quòd, ſi iſtis credatur, fideles in hac vita ſunt obedientiores Deo & patientiores quàm poſt mortem? At longè meliùs Paulus, qui luctã carnis & ſpiritus in hac tantùm vita conſtituit non ampliùs futuram quum animus fuerit vinculis corporis relaxatus. Sic enim diſſerens de interiori illo certamine, *Quis me liberabit*, inquit, *ex iſto corpore mortis*? Sed eſt & aliud valdè abſurdum in iſta diſtinctione, quum pœnas vltrò ſuſceptas dicũt eſſe abſolutè volũtarias. Enimuero hactenus exiſtimaui id eſſe abſolutè, quod non ab alio pendet, aut ad aliud refertur. Quamobrem qui ſic diſtinguunt, nec Philoſophos probant, nec Theologos: qui abſolutam voluntatem rebus creatis attribuant. Preterea cur animæ (vt illi ſomniant) vltrò ſuſcipiant illas pœnas, niſi vt ad quietem perueniant? Poſtremò, vt multa alia prætermittamus, non vident ſe, hac vna diſtinctione, eo propemodum omnia retexere, quæ magno labore, multiſque ſudoribus (nec mirum ſanè, quippe tantas flammas nobis obtrudentes) conficere conantur. Mortem enim & quotidianas ærumnas, indiſſolubiles huius vitæ comites, & multas præterea pœnas à Deo inflictas, dicunt eſſe pœnas in hac vita ſatisfactorias & quæ nos etiam ſæpenumerò ex ipſis Purgatorij flammis eximant. Atq; id affirmant pœnitenti latroni contigiſſe. Quas omnes pœnas quis non videt non eſſe abſolutè, vt loquuntur, volũtarias? Quid porrò de Martyrio dicemus? quod quidem, vt Pontifi-

Reſponſio Pontific. refellitur.

Nicol. de Orbellis in 4. ſent. Diſt. 45. queſt. 4.

De Trinit. lib. 12. cap. 12. & Enchir. ad Laurent. cap. 71.

Diſtinctio Monachorũ Recentiorum de pœnis abſolutè voluntariis refellitur.

Eurip. Hecub.

Rom. 7.

Ioan.21.

cij tradunt, longè flammas Purgatorias prætervolat, & tamen non eſt abſolutè voluntarium: niſi fortè negent hanc Chriſti de futuro Petro Martyre ſententiam, *Alius te cinget*, inquit, *& transferet quò noles*. Itaque quoquò tandem ſe vertant Pontificij, exitum certè non habebunt, ac ſuis ſe diſtinctionum laqueis magis magiſque induent, nedum ſe poſſint expedire. Sed de priori Pontificiorum diſtinctione ſit, vt opinor, dictum ſatis.

Diſtinctionis culpæ remiſſæ & pœnæ retentæ, refutatio.

Sequitur poſterior diſtinctio inter culpam, & pœnam: quandoquidem volunt Pontificij etiam poſt remiſſionem culpæ, non propterea remitti pœnas temporales: vt ante dictum eſt. Qui error nunc eripiendns eſt, adhibitis ſequentibus argumentis: poſtquam monuero, pœnæ vocabulo intelligi, non quemuis cruciatum, ſed ac damnum peccatis admiſſis promeritum.

Argumentum 1.

Nulla diſtinctio quæ locis expreſſis Scripturæ contradicit recipienda eſt.

Hæc Pontificiorum diſtinctio locis expreſſis Scripturæ contradicit. Non eſt igitur recipienda.

Rom.8.
Ibid.
Eſa.44.
Eſa.13.
Pſal.32.

Maiorem nemo negauerit qui modò fuerit Chriſtianus. Minor probata eſt in 2. cap. huiuſce diſputationis, quum noſtræ Demonſtrationis fundamenta iaceremus, recitatis aliquot Scripturæ locis: vt, *Nulla eſt condemnatio iis qui ſunt in Chriſto Ieſu. Quis accuſabit aduerſus electos Dei, &c. Deleui tanquam nebulam peccata tua. Iniquitatum tuarum non recordabor amplius. Beatus cui Dominus non imputat peccata*, & plerique alij conſimiles, ex quibus (vt res fiat dilucidior) ita ratiocinamur.

Argum.1.
Pontificiorũ diſtinctio locis expreſſis Scripturæ cõtradicit.

Si Deus non repetit vllas pœnas peccati, quin ipſorum peccatorum recordetur, eáq; imputet, & quædam tũ accuſatio, tum condemnatio intercedat: & quum Deus remiſit peccata, non ampliùs eorum recordatur, nec ea imputat: quinetiam aduerſus eos quibus peccata remiſſa ſunt, nulla eſt accuſatio, nec condemnatio: Certè poſt remiſſionem peccatorũ nullæ ſuperſunt peccatorum pœnæ nobis perſoluendæ.

Verum eſt Antecedens. Verum igitur & Conſequens. Connexum perſpicuum eſt. Aſſumptum probatum eſt locis ſuperioribus.

Argum.2.

Si tanta eſt inter culpam peccati & pœnam affinitas, vt Hebræi & pœnam & culpam vno eodemq; nomine appellare ſoleant: certè hoc modo Scriptura ſignificat, tum demũ peccatorum pœnas repeti, quum ipſorũ peccatorũ culpa remiſſa non eſt.

Verum eſt Antecedens. Verum igitur & Conſequens.

Leuit.20.
1.Petr.
Locus de.
Leuit.13.

Conexi vis pendet à vera ratione interpretandi Scripturã, quæ non potuit melius demõſtrare arctiſſimam culpæ & pœnæ peccati coniunctionẽ, quàm quum pœnã peccati vocat peccatũ. Aſſumptũ perſpicuum eſt: *Perferent peccatũ ſuum*. Hoc eſt, pœnã peccati. Item, *Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo*: cum locis ſimilibus: quod & Auguſtinus agnouit.

Argum.3.

Si remittere peccatum eſt tollere peccatum: certè remiſſi peccati pœna nulla eſt.

Antecedens verum eſt. Verum igitur & Conſequens. Connexum patet vel ipſa luce naturæ. Nam eius quod non eſt, nulla eſt pœna. Aſſumptum probat hic locus: *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi*, & conſimiles. Vrgeamus etiam ſimilitudinem debiti, qua peccatum ipſum exprimitur à Chriſto (idq; ex Syrorum Idiotiſmo, vt ante diximus) quum iubemur precari his verbis, *Remitte nobis debita noſtra*. Atq; ita concludamus.

Ioan.1.
Matth.6.

Qui exigit ſolutionem debiti remiſſi, iniuſtus eſt.

Argum.4.

Qui exigit pœnam peccati remiſſi, is exigit ſolutionem debiti remiſſi. Quare *ſe iniuſtus eſt*. Sit autem Deus iuſtus & verax. At Monachi Purgatorij architecti mendaces deprehenduntur. Maior non eget probatione. Minor eſt perſpicua ex ſuperiori loco Matthæi. Hoc verò argumentum eſt firmiſſimum. Nam pœna non eſt iuſta, niſi ratione culpæ: ſi non iuſta, ne pœna quidem: niſi ὁμωνύμως. Tolle igitur culpam, ſimul pœnam culpæ ſuſtuleris. Quare ſi Deus pœnam repetit, certè non remiſit culpam: nec enim pœnam repetit, niſi propter culpam, quia ſummè iuſtus eſt. Eant nunc Monachi, & quærant ficulnea folia, quibus ſuam hanc turpitudinem (ſi poſſint) obtegant: qui malunt ſuis diſtinctionibus Deum accuſare iniuſtitiæ, quam errorem ſuum agnoſcere. Ac ne prorſus negligere videamur ipſa præcepta [illegible]: age, redarguamus illam Pontificiorum diſtinctionem ſequentibus Syllogiſmis.

Argum.5. *Si hæc Propoſitio neceſſariò vera eſt: Quum Deus non remittit culpam, retinet pœnam:* Ergo viciſſim hæc Propoſitio neceſſariò vera erit: *Quum Deus remittit culpam, non retinet pœnam.*

Antecedens verum eſt. Verum igitur & Conſequens. Vis & conſequentia Connexi pendet ἐκ τῆς ἀντιθέσεως & ex oppoſitorum natura: præſertim talium, qualia proponuntur in argumento noſtro. Cuius rei rationem norunt ij qui in arte diſſerendi verſati ſunt. Aſſumptum ipſi Pontificij agnoſcunt.

Argum.6. *Sublato vno ex Relatis, cuiuſmodi eſt Menſura, alterum Relatum intelligi non poteſt, cuiuſmodi eſt Menſuratum. Poſt remiſſionem peccati tollitur vnum ex Relatis, nempe, culpa, quæ eſt vt Menſura. Quare poſt remiſſionem peccati, intelligi non poteſt alterum Relatum: nempe, pœna, quæ eſt vt Menſuratum.* Maior negari niſi ab indoctis planè atque imperitis non poteſt. At ſi quis ea de re dubitet, adeat ipſa præcepta rectè diſputandi, & confeſtim deſinet dubitare. Idem dico de Minori propoſitione. Quis enim vnquam niſi omnino ἀναίσθητος in dubium reuocauerit, eam relationem intercedere inter culpam & pœnam, quæ inter *μέτρον* & *μετρούμενον* intercedit? Pœna igitur ſubſiſtere ſine culpa qui poteſt?

Argum.7. *Aut Chriſtus merito mortis ſuæ delet culpam peccatorum venialium* (vt vocant) *aut non delet. Si dicant, non delere: Ergo Chriſtus non pro omnibus peccatis mortuus eſt, ſed tantùm pro mortalibus.* O blaſphemos homines, ſiquidem id dixerint! *Sin agnoſcant, Chriſtum culpam deleuiſſe: fateantur ergo, pœnam culpæ ſimul eſſe deletam.* Conſequentia patet. Nam quid eſt aliud delere ac remittere culpam eius peccati, quod ex ipſorum ſententia pœnas temporales promeretur, quam nullas exigere pœnas temporales propter illud peccatum promeritas? Neſciunt profectò iſti homines quid ſit peccati culpa: nec aduertunt, pœnam peccati non poſſe definiri abſque mentione culpæ. Quare vos appello, doctiſſimi Philoſophi, qui naturam eius Definitionis quæ fit ἐκ προσθέσεως perſpectam habetis, vt pro veſtro iure inſignem hanc Monachorum inſcitiam caſtigetis.

Argum.8. *Si ea eſt natura peccatorum venialium, vt ſolas temporales pœnas promereantur* (vt volunt Pontificij) *& remiſſis peccatis venialibus nihilominus retinentur eorum pœnæ temporales, vt illi ipſi affirmant: certè inter peccatum veniale remiſſum, & non remiſſum, nihil intereſt.*

Abſurdum eſt Conſequens: Abſurdum igitur Antecedens. Connexum patet. Nam ſi peccatum veniale nihil ampliùs promeretur, quàm pœnas temporales: quid prodeſt peccatum illud remitti: ſi nihilominus omnis pœna debita perſoluenda eſt? Aſſumptum ipſi Pontificij proponunt.

Concluditur refutatio ſuperioris diſtinctionis. Ex his omnibus intelligi poteſt, diſtinctionem culpæ & pœnæ, qua ſatiſfactiones humanæ nituntur, eſſe perabſurdam, atque auſim dicere adeò vitioſam, atque impuram, vt ne ipſis quidem pœnis purgatoriis purgari poſſit. Quare ſupereſt (quandoquidem agimus de culpa & pœna) vt pontificij culpam agnoſcant, ne Diuini iudicij pœnam incurrant. Porrò ſubductis duabus illis diſtinctionibus quas Pontificij ſuis erroribus ſuffulciunt, neceſſe eſt, tū humanas Satiſfactiones, tum purgatorium ipſum ruere, licet nihil aliud nobis proferretur. Veruntamen, vt res fiat dilucidior, paucis aduerſus vtrunque errorem ἀντιρρητικῶς diſputabimus, vt abſurda & incōmoda quæ inde conſequuntur etiam ipſi Pontificij perhorreſcant. Ac primùm, in genere, Satiſfactiones humanas refellemus: Deinde nominatim aduerſus purgatorium diſſeremus.

Diſputatio Aduerſus humanas ſatiſfactiones.

Argum. 1. *Si homines debent ex parte ſatiſfacere pro peccatis ſuis, Ergo Chriſtus non perfectè pro peccatis hominum ſatisfecit. Blaſphemum eſt Conſequens. Blaſphemum eſt igitur Antecedens.* Connexi conſequentia pendet ex natura Perfecti. Nec enim id perfectè ab aliquo factum dicimus, cui aliquid addendum, & ab alio ſupplendum eſt, vt ſuis omnibus partibus conſtare poſſit. Falſitas conſequentis probatur ex locis ſuprà in ſecundo capit. recitatis: cuiuſmodi hi ſunt. *Vnica oblatione conſummauit in perpetuum eos qui ſanctificantur.* *Conſummatum eſt.* Item de ſolo Chriſto hęc dicuntur. *Propitiatio pro peccatis noſtris. Redemptio noſtra. Pretium redemptionis noſtræ,* λύτρον & ἀντίλυτρον. Item. *Vulneratus eſt propter peccata noſtra, & liuore eius ſanati ſumus. Iuſtificati ex fide, pacem habemus. Multò magis reconciliati ſeruabimur per vitam ipſius.* Et quicunque loci extant in eam ſententiam, quorum plerique à nobis commemorati ſunt in ſecundo capit. huius diſputationis. Nam præterquam quòd verba Conſummandi & Sanandi, perfectionem inferunt, certè, vel ſola ipſius Chriſti perſona vetat nos ea de re dubitare. Nec enim à Chriſto perfectiſſimo, quidquam niſi perfectiſſimum proficiſci poteſt. Itaque Chriſtus nos perfectè redemit, perfectè cum Deo recōciliauit, perfectè pro peccatis noſtris ſatisfecit, quia dedit animam ſuam pretium pro nobis: pretium, inquam, perfectum, ſuiſque numeris omnibus conſtans, non autem dimidium pretij, quemadmodum volunt Monachi (quicquid tandem prætexant) de qua blaſphemia, vt quod verum eſt profitear, non poſſum ſine horrore cogitare.

Heb. 10.
Ioan. 19.
1. Ioan. 4.
1. Cor. 1.
1. Tim. 2.
Matth. 20.
Eſa. 53.
Rom. 5.
Ibid.

Reſponſio Monachorum. Reſpondent, ſolum Chriſtum ſatisfacere quidem, ſed ita vt ſatisfaciat in ipſis etiam pœnitētibus, & per ipſos: quādoquidem propter Chriſtum humanæ ſatisfactiones Deo ſunt acceptæ: ipſas autem non pugnare cum ſatisfactione Chriſti, ſed ab ea pendere: adeóque idem ſtatuendum eſſe de humanis ſatisfactionibus, quod ſtatuitur de mediis quæ ad ſalutem noſtram adhibentur. Quanquam enim Chriſtus perfectè pro ſalute noſtra paſſus eſt, proponitur tamen Euangelij prædicatio, &

ipſa ſacramenta inſtituta ſunt, quibus tanquam medijs ad ſalutem perueniamus. Hęc illi. Verùm quæro, quid eſt eludere Scripturæ, ſi hoc non eſt? Scriptura teſtatur, Chriſtum ſemel ſatisfeciſſe Deo: Iſti dicunt, Chriſtum ſemper ſatisfacere: Scriptura docet, Chriſtum per ſemetipſum ſatisfeciſſe: Iſti ſomniant, Chriſtum per ipſos pœnitentes ſatisfacere: denique Scripturæ affirmant, Chriſtum ſatisfeciſſe pro nobis: Iſti verò opinantur, Chriſtum ſatisfacere in nobis. Atenim quum affirmat Scriptura, Chriſtum ſatisfeciſſe pro peccatis noſtris, ſimul declarat media huiuſce ſatisfactionis, docétque quomodo ſatisfecerit, nempe patiendo & moriendo pro nobis: tantum abeſt, vt perpeſſiones noſtræ ſint media Satisfactionis Chriſti. Quin etiam ipſa Chriſti ſatisfactio neceſſariò veniam peccatorum includit, cui repugnant pœnæ pro peccatis perferendæ. Atque vtinam noui iſti mediatores apud ſe cogitent, media cauſæ efficientis cũ ipſa cauſa pugnare non debere. Quid quod in hac reſponſione ipſi ſibi contradicunt? Etenim in ſuis diſtinctionibus rem ita nobis definiunt, vt Chriſtus ſatisfecerit quidem pro culpa & pro pœnis æternis, non autem pro temporalibus: hic autem volunt Chriſtum etiam pro pœnis temporalibus ſatisfacere: quando ſcilicet fideles ipſi ſatisfaciunt. O præclarum & valde ſibi conſtans reſpõdendi genus! Hoc autem pontificios in errorẽ inducit: quòd non diſtinguunt beneficium ſatisfactionis ab ipſius beneficij applicatione: quem etiam errorem admittunt in ſuo *Miſſæ* ſacrificio, vt copioſiùs à nobis demonſtratũ eſt in noſtra diſputatione De vnico Chriſti ſacerdotio. Quamobrem vt Pontificiorum error faciliùs ante omnium oculos conſtitui poſſit: rogamus lectores, vt ſequentes propoſitiones diligenter attendant, quibus doctrina de Satisfactione Chriſti & de vera Pœnitentia paucis explicatur. *Chriſtus pro nobis ſemel ſatisfecit Deo, quum perfectè iuſtus pro nobis peccatoribus in cruce mortuus eſt. Chriſti Satisfactio illis demum prodeſt quibus verè applicatur. Applicationis ratio hæc eſt, vt meritum Chriſti nobis imputetur. Hæc imputatio fit, quum Spiritus S. veram fidem in nobis ingenerat, qua beneficium Chriſti recipientes, ſimul producit in nobis veros fructus noſtræ regenerationis. Vt Spiritus S. fidem in nobis ingeneret, adhibet externa media, quibus, ſeu inſtrumentis, vtitur: Cuiuſmodi ſunt, Euangelij prædicatio, Sacramenta à Chriſto inſtituta, atque omnia, quæcunque ad Miniſterium Euangelicum pertinent.* Quæ omnia Paulus complexus eſt his verbis: *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non imputans eis peccata ipſorum, poſuitque in nobis ſermonem Reconciliationis.* Ex quibus facilè intelligi poteſt, Sacramenta non eſſe media, quibus fiat Satisfactio Chriſti: ſed media, quibus ipſa Chriſti Satisfactio ſemel facta, nobis applicetur. Itaque hoc Monachorum dogma, Chriſtus in nobis, vel per nos ſatisfacit Deo, eſt ineptum, nec magis audiendum, quam ſi quis dicat, Chriſtum nos redimere per nos, vel in nobis: Chriſtum pretioſiſſimum ſanguinem per nos, vel in nobis effundere: & cætera eiuſmodi: quæ vt ineptè dicuntur: ita vix à pijs hominibus ſine dolore audiri poſſunt. Contrà verò, hæc loquendi genera à Theologis rectè vſurpantur, *In Chriſto, & per Chriſtum Deo ſatisfacimus, Deum placamus, iram mitigamus, denique, peccati & inferorum victores euadimus.* Quæ quidem omnia dicuntur propter imputationem

Superioris reſponſionis refutatio.

Monachi confundunt Satisfactionem Chriſti cum ipſius Satisfactionis applicatione.

Propoſitiones de Chriſti Satisfactione.

1.Cor.5.

[illegible] Christus [illegible] & passus est. Atque [illegible] responsione [illegible]

[illegible] *satisfacere pro peccatis suis. Ergo remissio peccatorum* [illegible] *planè gratuita.*

[illegible] est Consequens, [illegible] igitur Antecedens. Consequentia est perspicua: quandoquidem satisfactio opponitur Remissioni gratuitæ. Nam si creditori satisfacio, certè [illegible] non remittit gratis: & vicissim, si gratis remittit, profectò illi non satisfacio. Falsitas consequentis probatur ex his locis.

Rom.3. *[illegible] gratis per* [illegible] *Christo Iesu.*

Rom.4. *Ei qui operatur merces non imputatur* [illegible]

Rom.5. [illegible] *gratia Dei* [illegible] *hominis Iesu Christi in multos* [illegible]

Rom.11. *Si per gratiam, non* [illegible] *gratia non est gratia* [illegible]

Ephes.2. [illegible]

Tit.3. [illegible] *iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam* [illegible] Ex quibus locis [illegible] peccatorum nostrorum remissionem esse planè gratuitam [illegible] ex ipso vocabulo remissionis. Quod si [illegible] habeatur, Christus pro nobis satisfecit, ea scilicet conditione, ut nos ipsi Deo satisfaciamus.

Argum.3. *Si homines debent [illegible] satisfacere pro peccatis suis. Ergo solus Christus non est Redemptor* [illegible] *Consequens est impium. Quare idem* [illegible] *de Antecedente* [illegible]

Consequentia patet, ex propria vocabulorum significatione. Nam Christus dicitur satisfecisse Deo, quando nos pretioso sanguine redemit [illegible] vocabula [illegible] & [illegible] quæ pretium redemptionis significant. Quare, [illegible] vocabulorum relatione, dicendum [illegible] *satisfactione* [illegible] unde nos ita ratiocinamur: *Si solus Christus* [illegible] *si solus Christus fuit pretium nostræ* [illegible] *solus Christus fuit satisfactor pro peccatis nostris.* Huc accedit quod verbum *satisfacere* [illegible] significat id soluere quod debetur: [illegible] plenam [illegible] Deo reconciliationem, Deum pacatum esse, denique Deum in eo acquiescere qui satisfecit. Iam pœna [illegible] non ita satisfacit, [illegible] consideretur. Alioqui damnati [illegible] Deo satisfacerent, quod falsum est. Considerandus igitur [illegible] nempe, Christus, pœnis ipsis superior, in quo [illegible] Pater acquiescit, quemadmodum ipse de cœlo testatus est.

Matth.4.

Argum.4. [illegible] *Redemptionis & Satisfactionis Christi* [illegible] *veniam* [illegible] *Deum* [illegible] *satisfactionem pro peccatis nobis superesse faciendam.*

[illegible] *Verum est Antecedens. Verum igitur est Consequens.* Consequentia est manifesta. Quis hæc repugnare: nos habere veniam peccatorum, & nos debere pro peccatis satisfacere: itemque, Nos [illegible] pœnas debitas soluere. Cur ergo superesset quædam Satisfactio à nobis pro peccatis facienda, post veniam peccatorum & imputationem iustitiæ? Assumptum probat hoc Apostoli verbo: *In quo habemus Redemptionem*

Ephes.1.

[illegible] per ſanguinem ipſius Remiſſionem peccatorum ſecundum [illegible] gratiæ ipſius. Chriſtus factus eſt nobis à Deo Iuſtitia, Sanctificatio & Redemptio. Quis accuſabit electos Dei? Deus eſt qui iuſtificat, &c. Reſpondent: habemus nos quidem plenam Remiſſionem culpæ, ſed non pœnarum [illegible] diſtinctionem paulò ante refutauimus. Sed enim hoc [illegible] addamus, maioris explicationis gratia. Obſecro te, quid ſit [illegible] quod Chriſtus perſoluit Deo, Remiſſionem ego poſſim impetrare? Nonne quia meritum Chriſti & eius Satisfactio mihi imputatur? [illegible] At quomodo Chriſtus ſatisfecit Deo propter meas culpas? An non id factum eſt, quia Chriſtus [illegible], non culpam peccati, ſed pœnam? Itaque ſi meritum paſſionis Chriſti mihi imputatur, mihi ergo imputatur ipſius pœna [illegible]. Quomodo igitur pœna peccati ſeparabitur à ſua culpa? [illegible], inquiunt, pœna æterna, ſed tantum pœna temporalis. Hîc rurſum memorare [illegible] à nobis dicta ſunt, quum iſtam diſtinctionem refutauimus. Hoc [illegible] addo, ut, [illegible] interpretationem: *Habemus in Chriſto, inquit Paulus, Redemptionem per ſanguinem ipſius, Remiſſionem peccatorum,* hoc eſt (inquiunt Monachi) habemus in Chriſto liberationem ab pœnis æternis, ſed non à temporalibus peccati pœnis. Atqui cùm Paulus [illegible] falſam illam interpretationem, qua Monachi quantum in ipſis eſt, Chriſti gratiam imminuunt. Itaque ſi Chriſtus [illegible] pœnas pro peccatis noſtris debitas, & meritum paſſionis Chriſti nobis verè credentibus imputatur: efficitur [illegible] nullas amplius pœnas [illegible] exigi, quippe qui in Chriſto habemus perfectam Redemptionem & Satisfactionem pro pœnis noſtris, ac proinde perfectam peccatorum Remiſſionem.

Coloſſ. 1.
1. Cor. 1.
Rom. 8.
Reſponſio Monachorum refellitur.
Epheſ. 1.

Si homines debent ex parte ſatisfacere pro peccatis ſuis, ſequeretur, [illegible] eſſe ſummæ miſericordiæ atque ſummæ iuſtitiæ, [illegible] blaſphemia. [illegible] *Conſequens eſt abominandum. Idem ergo de antecedenti iudicandum.* Connexio conſequentiæ ſibi ſatisfaciat hoc modo. Si aliquid [illegible] debet ſumma Dei miſericordia, [illegible] certè in peccatis [illegible] remittendis. Quia verò poſtulat ſumma Dei iuſtitia, ut peccatorum pœnæ perſoluantur, [illegible] prodijt Ieſus Chriſtus Redemptor & Seruator Eccleſiæ, qui perferens pœnam peccatis noſtris debitam, fecit ut tam Miſericordia, quàm Iuſtitia Dei clariſſimè reluceret in peccatorum noſtrorum Remiſſione. Miſericordia, quia Deus in Chriſto filio dilectiſſimo nobis miſerrimis peccatoribus peccata [illegible]: iuſtitia, quia (ut ſic [illegible] Deo) Chriſtum pro nobis mori oportuit, ut eſſet [illegible] Dei iuſtitiæ ſatisfactum. Quod ſi nobis etiamnum ex parte pro pœnis ſatisfaciendum eſt: primum minuitur Dei miſericordia, quæ non plenè, ſed ſolum [illegible] condonat: minus eſt enim parcere, quàm [illegible]. Deinde minuitur Dei iuſtitia, ſi remittuntur peccata, quin ſemel [illegible] ſatisfactum ſit. Quamobrem ita ſtatuendum eſt, nec Deum nobis remittere peccata, quin nos [illegible] ſumma Miſericordia: [illegible] pro peccatis noſtris omni ex parte ſatisfactum ſit (ſumma Dei Iuſtitia). Ac proinde qui ſatisfactiones humanas defendunt, eos ſummæ Dei & miſericordiam

Argum. 5.

cordium, quæ in iuſtitiam non ſatis agnoſcere,

Argum. 8. *Nullum dogma quod ſecum pugnat, & ſibi aduerſum, adeoque nec intelligi, nec explicari poteſt, recipiendum eſt.*

Dogma Pontificiorum de ſatisfactionibus humanis ſecum pugnat, & ſibi aduerſum, adeoque nec intelligi poteſt, nec explicari. *Quare dogma Pontificiorum de Satisfactionibus humanis recipiendum non eſt.* Maior propoſitio non eget probatione. Minorem vt probemus, operæpretium eſt repugnantias [illegible] dogmatis recenſere; non omnes quidem (eſſet enim ea de re integrum volumen conficiendum) ſed aliquot tantum ex iis quæ inſigniores videntur. Prima Repugnantia hæc eſt: In Satisfactionibus [illegible] partes tribuunt lacrymis, ſiquidem eorum Decretis [illegible] lacrymas per ſe nõ eſſe gratas Deo, [illegible] exiſtimo, ex Eliæ lacrymis intelligunt: adde vt huic [illegible] neceſſe eſt, interiorem animi dolorem de peccatis admiſſis, cuius [illegible] ſunt lacrymæ, eſſe Deo gratum. (Nam [illegible] quidem lacrymas [illegible] appellant.) Iam ſi [illegible] dolor, quid aliud eſt, quam [illegible], quam ipſi Pontificij volunt eſſe partem Pœnitentiæ, à Satisfactione diſtinctam, & quam eſſe priorem Satisfactione? Certè, [illegible] ſi verum, neceſſe eſt, [illegible] cum ipſa [illegible] tamen tribuunt Remiſſionem peccatorũ. Sic [illegible] in ipſorum Decretis [illegible] apparet, *quod ſola cordis Contritione peccata* [illegible]. Quid quod confeſſionem volunt eſſe partẽ [illegible] Satisfactionis? Ecce tibi rurſus noua confuſio Satisfactionis & Confeſſionis.

Dogma Pontificiorum de Satisfactionibus humanis repugnantiis implicatum.
Can. porro & penul. diſt. 1.
Apud Cyprian. Epiſt. 7.

d. can. porro.
Can. vide Benignum de pœnit. diſt. 1.

Secunda Repugnantia hæc eſt: Multa tradunt Pontificij de [illegible], [illegible], ſacro, [illegible] confeſſi [illegible] vltrò ſuſcipiendis à pœnitentibus, vt ita ſatisfaciant Deo pro pœnis tẽporalibus eorũ peccatorum quæ admiſerunt. Atqui ne hæc quidẽ Satisfactio dicenda eſt. Quamobrẽ? inquies. Nempe quia ſi quæ pœnæ tẽporales nobis eſſent perferendæ, vt iis Deo ſatisfaceremus: eæ nobis à Deo, nõ à nobis ipſis eſſent imponendæ. Quid enim ſtultius cogitari vnquam poſſit, quàm quod ſimul debitoris & creditoris, Rei & iudicis perſonã induunt? Obſecrò te, Monache: ſitne id poſitum in arbitrio debitoris, vt quicquid libuerit ſoluat creditori? Si aurũ debes, & plumbum ſoluis, (Nam in veſtris indulgentiis audio vos plumbo delectari, vt aurum habetis) quæſo, tuane fidem propterea liberas? Num is ſatisfacit, qui [illegible] debet, ſoluit paleas? Rurſus quæro, ecquodnam vſquã [illegible] tribunal, in quo iudex mulctam irrogans, non certam pœnã [illegible], quam reus arbitratu ſuo ſuſciperet [illegible]? Quid igitur nobis de ſummo æternoq; atque adeò infiniti Dei iudicio ſentiendũ eſt? Hæc igitur repugnant: pœnas peccatorum luere, & pœnas ſponte ſua ſuſcipere. Nam ſi pœna eſt peccati, tum à Deo irrogatam, non à peccatore vltrò ſuſceptã oportuit. Si hoc [illegible] eſt pœna non pœna, ſi Satisfactio nõ Satisfaciens: tibi enim ſatisfacis, non Deo, qui tuũ arbitrium ſequeris nõ Dei iudiciũ. Dices fortaſſe Sacerdotes & Pontifices certas pœnas peccatorib. imponere. Hoc autẽ quid eſt aliud, quàm [illegible] (vt ille dicebat) & errorem errore

Cumulare? Nam ſi Sacerdotes Pontificij pœnas imponunt quibus Deo ſatisfiat: Ergo id ſibi arrogant quod eſt Dei proprium.

Tertia Repugnantia. Quum Pontificij dant eleemoſynas, vt ita ſatisfaciant pro peccatis ſuis: & quum ſeſe affligant tum lacrymis, tum cilicio, tum etiam flagellis, &, vt illi quidem dicere ſolent, diſciplinis (atque vtinam eos aliquando pudeat tam prope ad Sacerdotes Baalis accedere, qui ſe vltrò lanceolis incidebant, vt idoli ſui gratiam promererentur) quum, inquam, illa omnia vel faciunt, vel patiuntur: quæro, num ea ſint peccatorum pœnæ. Negabunt: quandoquidem in eiuſmodi rebus magnam illi virtutem & magnum meritum conſtituunt. Virtutem autem eſſe pœnam peccati, ne fando quidem auditum eſt. Deniq; eleemoſynā eſſe peccati pœnam dicturos non puto. Non ſunt (inquit) peccatorum pœnæ: ſed ſunt pro peccatorum pœnis. At enim ſi ita eſt, tolle igitur nomen Satisfactionis. Nā Satisfactio eſt ſolutio eius quod debeo: at debes pati pœnas peccatorum temporarias (vt ais) iſta autem quæ pateris non ſunt peccatorum pœnæ: non ſatisfacis igitur. Redimo (inquit) pœnas peccati atq; ita ſatisfacio. Hic non repeto quæ ante dicta ſunt de Chriſto, vt perfecto, ita vnico Redemptore. Non etiam vrgeo, quam horrendum ſit, vocare cilicium & ſaccum pretium Redemptionis: quod de pretioſo Chriſti ſanguine Scriptura affirmat. Hoc tantum dico, ex hac tua ſententia conſequi, vt Deo ſatisfacere, ne Deo ſatisfacias. Ac proinde non dicendam eſſe Satisfactionem: quandoquidem ea quæ facis omnia eò ſpectant, vt pœnas illas Dei iudicio perſoluas, quas promeritus es.

Quarta Repugnantia: Nullum opus Satisfactorium (vt vocant) abſque pœnitentis precibus valere poteſt. Sic enim illi ipſi Pontifices ſtatuerunt, vt extat in ipſorum Decretis. *Eſt pœnitentia bonorum & humilium fidelium pœna quotidiana in qua pectora tundimus dicentes: Dimitte nobis debita noſtra &c. Ideò Ieiunium, & eleemoſynæ & orationes inuigilant. De quotidianis breuibus, leuibusq; peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit. Eorum enim eſt dicere, Pater noſter qui es in cælis &c. Delet omnino hæc oratio minima quotidiana peccata: delet etiam illa à quibus vita fidelium ſceleratè geſta, ſed per pœnitentiam in melius commutata diſcedit, ſi veraciter dicant, Dimitte nobis debita noſtra &c.* Ex quibus nos ita ratiocinamur: Si precatio ſeriò & ex animo facta eſt pars longè maxima Satisfactionis, qua quidem precatione pœnitentes rogant, vt ſibi peccata remittantur (quemadmodum Pontificij volunt) quomodo ſtare poteſt vocabulum Satisfactionis? Nam ſi petere veniā peccati, eſt ſatisfacere pro peccato, certè, Satisfactio non eſt ſatisfactio: nā Satisfactio & venia opponuntur: quas tamē Pontificia Decreta coniūgunt, his verbis: *Deus ignoſcit ſeipſū punienti.* Seipſū igitur affligere, nō eſt ſatisfacere pro peccato, ſed veniā petere: ex illo Canone.

C. Tres ſunt de pœn. diſt. 3. Et Lombard. lib. 4. diſt. 16. C. de quotidianis. de pœnit. diſt. 3. Lomb. vbi ſup.

C. Quis aliquando de pœnit. d. 1.

Quinta Repugnantia. Petrus lacrymis culpam negationis ſuæ diluit. Item Lombardus: *Purgant lacrymæ omnem qualitatem vitij. Eleemoſyna liberat ab ea morte quæ per delicta poſt Baptiſmū ſurrepit. Fleat pro te mater Eccleſia, & culpam tuam lacrymis laues.* Quibus verbis ſignificant Pontificij culpam remitti operibus Satisfactoriis. Contrà, illi ipſi aſſerunt, eiuſ-

C. Porrò de Pœnit. diſt. 1. Sentent. li. 4. diſt. 15. Cap. miror Ibid. Can. [illegible] mundi operibus tolli non culpam, sed pœnam, vt ante dictum est.

Sexta repugnantia. Tradunt Canones Pontificij Satisfactionem fieri etiā pœna leuissima, vt patet ex his eorum verbis. *Nemo potest consequi veniam, nisi quantulamcunque, etsi minorem quàm debeat, pœnam soluerit pœnam.* Primùm hæc repugnanter & inconstantissimè dicuntur, pœnam soluere, & consequi veniam, vt ante dictum est. Deinde hoc sine contradictione dici non potest, eum peccatis satisfacere, qui tantillam & longè minorem pœnam persoluerit: Vrget enim vocabulum Satisfactionis, in quo Pontificij, quantùm valeat particula Satis, nondum satis videntur intellexisse. Verum: quid multis moror? Gratianus ipse commemoratis de pœnitentia contrarijs sententijs, quum non satis haberet constitutum, quam potissimum sequeretur. *Cui, inquit, harum potius adhærendum sit lectoris iudicio reseruatur. Vtraque enim sententia fautores habet sapientes & religiosos viros.* En [illegible] Decretorum Pontificiorum. Quæ cùm ita sint, peto à vobis, Monachi Pontificij, vt arrogans istud Satisfactionis vocabulum, & in hac quidem quæstione falsum, ineptum, & contradictionibus implicatum, tandem aliquando è medio tollatis: cuius abusus maximos induxit errores à doctissimis Theologis grauiter & copiosè iampridem refutatos firmissimis argumentis: quibus quidem hactenus restitistis, & (ne planè Satisfaciendi vocabulum negligere videamur) satisfacere nunquam potuistis: nec in posterum (mouete, versate, voluite scutum illud vestrum Sophisticum) vnquam satisfacietis: quia fortissima est veritas. Atque hæc *ἀνασκευαστικῶς* à nobis generaliter disputata sint aduersus humanas Satisfactiones pro peccatis. Nunc speciatim quædam etiam nobis aduersus Purgatorium proponenda sunt. Audiamus igitur quædam ex ijs quæ in Purgatorium dici possunt, quæ quidem quum sint prope infinita, ramos tantùm aliquot ex immensa sylua decerpemus.

C. valuisset. de Pœnit. dist. 1.

Can. Quantitas plenitudo. De pœnit. Dist. 1.

Aduersus Purgatorium.

Argum. 1. Aduersus Purgatorium disputatio ἀνασκευαστική

Si hoc ad Christi officium pertinebat, vt in cruce Purgationem peccatorum per seipsum faceret, & Christus perfectè officio functus est: certè Christus moriens [illegible] *ac perfectissimè peccata purgauit.*

Verum est Antecedens.

Verum igitur & Consequens. At vi Consequentis dogma Pontificiorum de Purgatorio falsum est. Connexum est perspicuum. Nam quod Christus debuit (namque quia ita voluit) per seipsum facere, debuit quoque solus facere. Assumptum patet ex his Apostoli verbis, Purgatione peccatorum nostrorum per seipsum facta, sedit ad dextram Maiestatis in excelsis.

Heb. 1.

Argum. 2.

Nullum dogma quod pugnat cum expressis Scripturæ locis est Theologicum. Dogma Pontificiorum de Purgatorio, pugnat cum expressis Scripturæ locis. Quare dogma Pontificiorum de Purgatorio non est Theologicum.

Maior est perspicua.

Minor patet ex locis Scripturæ supra in cap. 2. recitatis, vt, *Sanguis eius purgat nos ab omni peccato.*

Sanguis Christi purgabit conscientiam vestram, &c. Super niuem dealbabor.

1. Iohan. 1.
Heb. 9.
Psal. 51.
Apoc. 14.

hor. *Beati qui in Domino moriuntur, quia requieſcunt à laboribus ſuis.* Et plerique conſimiles. Ac ne fortè dicant, Chriſtum purgare pœnis Purgatorij; Scriptura teſtatur, Chriſtum nos purgaſſe ſuo ſanguine pro nobis effuſo. Ne dicant, ridiculum eſſe hoc reſponſum, & contradictione implicatum: quandoquidem Chriſtus dicitur purgare peccata, hoc eſt, remittere: cui opponitur pœnas debitas ſoluere. Reſponſio Monachorũ refellitur.

Argum. 3. *Si dogma de Purgatorio verum eſſet, & ad ſalutem neceſſarium, non eſſet ab Apoſtolis prætermiſſum.*

At prætermiſſum eſt. Non igitur verum, nec ad ſalutem neceſſarium. Connexum continet Theorema, de quo multa diximus quum ageremus *de Verbo Dei ſcripto aduerſus humanas traditiones*, quæ hîc repetenda non ſunt: illinc aſſument lectores quæ ad hunc locũ pertinebunt. Nunc hoc tantũ vrgemus: Apoſtolos ſæpenumero de ſtatu defunctorũ diſſeruiſſe, multa de ſuperſtitum officijs tradidiſſe; nuſquam autem de iſto Purgatorio feciſſe mentionem. At ſi quod eſſet poſt hanc vitam Purgatorium, certè rem tanti momenti non præteriiſſent, argumentum illud de ſtatu defunctorum tractantes. Abſit enim vt exiſtimemus, Apoſtolos in tractandis fidei dogmatibus aliquid in primis neceſſarium omiſiſſe, cuius, longo poſt tempore, Pontifices Romani meminerint. Aſſumptum patet ex ipſa Scriptura: neque enim Pontificij locum vllum proferre poſſint, licet id ſummo labore conentur præſtare, vt infrà ſuo loco videbimus.

Argum. 4. *Si Purgatorium purgat peccatum, aut culpam purgat, aut pœnam* (ex Pontificiorum diuiſione.)

At non culpam purgat, (Pontificijs ipſis ita tradentibus.) *Purgat igitur pœnam.* Item: *Quicquid purgat pœnam, aufert pœnam,* (vt ſuprà patuit ex Definitione purgandi.) *Purgatorium purgat pœnam,* inquiunt Pontificij, *Ergo Purgatorium aufert pœnam. Auferre* autem *& inferre* ſimul vera eſſe non poſſunt. Non igitur infert pœnam. Et vi conſequentiæ, nullæ ſunt purgatorij pœnæ. Quòd ſi commutetur loquendi genus, idem profectò conſequetur: ſemper enim dicendum erit: *Si Purgatorium purgat, eſſe aliquem qui purgetur Purgatorio,* ita dictante ipſa Relatorum natura. Quare neceſſe eſt, vt, ſi defunctorum animas purget à peccatis, aut purget à culpa, aut à pœna. Nolunt autem Pontificij culpam ingredi in Purgatorium: dicendum igitur eſt, Purgatorium purgare homines à pœnis peccati, quod perinde eſt, vt ſi dicas, immunes reddere à pœnis: ſemper eâdem complexione nobis redeunte.

Argum. 5. *Si pœnæ temporales non porriguntur vltra vitæ huius terminos & cancellos: Ergo ruit commentum de pœnis temporalibus poſt mortem in Purgatorio perferendis.*

Antecedens verum eſt: Verum igitur & Conſequens. Connexum patet ex ipſa Scriptura, quæ id demum vocat temporale, quod huius vitæ cancellis circumſcribitur, vt palàm fiet ex ſequentibus locis. *Quæ cernuntur, temporalia ſunt, quæ non cernuntur, æterna.* 2.Cor.4. *Ea quæ præſenti tempore perpetimur, non ſunt paria gloriæ in nobis reuelandæ.* Rom.8. *Nos vocauit ad æternam gloriam ſuam, poſtquam paululùm hîc afflicti fuerimus.* 1.Pet.5.

Sic

Luc. 16. Sic etiam diues ille apud Lucam dum luxu ac delicijs difflueret, habebat felicitatem temporariam: Contrà, mendicus Lazarus ſentiebat in vita dolores temporales: at poſtquam vterque è viuis ſublatus eſt, iam & huius felicitas æterna eſt, & illius dolores ſempiterni. Quapropter laudanda eſt Auguſtini ſententia, *Omnia, inquit, temporalia manſionis mundus iſte concludit.* Atque omnino euoluant Pontificij ſacras paginas, & proferant locum ſi poſſint. Nos enim affirmamus, nuſquam in Scriptura fieri mentionem pœnarum temporalium poſt hanc vitam. Quamobrem ita concludamus.

De ver. Relig. cap. 38.

Omnes pœnæ temporales finiuntur hac vita (ex Scriptura.)

Omnis pœna quæ venit in Purgatorium eſt temporalis: Omnis igitur pœna, quæ venit in Purgatorium, finitur hac vita. Ac proinde nullæ ſunt pœnæ Purgatoriæ poſt hanc vitam.

Argum. 6. *Si purgare peccata, eſt, peccata remittere: & ſolus Deus peccata remittit: Ergo ſolus Deus peccata purgat: ac proinde falſum eſt, quædam peccata purgari poſt mortem flammis Purgatorij.*

Verum eſt Antecedens. Verum igitur & Conſequens. De Connexo nulla poteſt eſſe controuerſia. Aſſumptum patet ex primo cap. huius diſputationis & ex ſuperiori Demonſtratione, atque inprimis ex 1. Iohan. 1. adde Luc. 5. & Marci 2. *Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus?*

Argum. 7. *Si verum eſt hoc Theorema ſæpe à Scholaſticis ipſis vſurpatum: Deum non vindicare bis in id ipſum: & Chriſtus pertulit pœnas peccatis noſtris debitas: Certè falſum eſt, vllas poſt mortem pœnas Purgatorias ſupereſſe.*

At Pontificij Theorema illud agnoſcunt: & Scriptura iubet nos credere Chriſtum pertuliſſe pœnas peccatis noſtris debitas. Quare poſito Antecedente, ponitur & Conſequens. Theorema proponit Lombardus, cui aſſentiuntur propè omnes Scholaſtici, qui ex eius fontibus fluxerunt. Poſterior pars Antecedentis iterum accipit à noſtra Demonſtratione & locis Scripturæ ad eam rem citatis.

Sen. lib. 4. Diſt. 15.

Argum. 8. *Si vniuerſa Eccleſia diſtribuitur in Eccleſiam cœleſtem, & Eccleſiam adhuc in terris conſiſtentem: & Purgatorium eſt apud Inferos (vt Pontificij volunt) Certè qui ſunt in Purgatorio, illi ad Eccleſiam, non pertinent.*

Verum eſt Antecedens.

Verum igitur & Conſequens.

Connexum per ſe ſatis lucet. Aſſumptum confirmant hi Scripturæ loci.

Coloſſ. 1. *Placuit Patri per Chriſtum reconciliare omnia ſibi tum quæ in terra, tum quæ in cœlis.*

2. Cor. 5. *Scimus, ſi terreſtris huius domus noſtræ tabernaculum diſſolutum fuerit, nos ædificium ex Deo habituros, domicilium non manufactum, ſed æternum in cœlis.*

Phil. 1. *Deſidero migrare, & eſſe cum Chriſto.*

2. Cor. 5. *Probamus potius migrare è corpore, & ad Dominum ire habitatum.*

Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Adde hiſtoriam de Lazaro & diuite iam

Luc. 16. perdito. *Acceſſiſtis ad montem Sion & ciuitatem Dei viui: Hieruſalem cœ-*

Heb. 12. *leſtem & myriades Angelorum, conuentum & Eccleſiam primogenitorum qui conſcripti ſunt in Cœlis, & Iudicem vniuerſorum, &c.*

Apoc. 21. *Vidi Sanctam vrbem Hieruſalem nouam deſcendentem à Deo è Cœlo, &c.*

Ex quibus locis & pleriſque aliis conſimilibus ſatis intelligi poteſt, Eccleſiam nuſquam alibi, quàm aut in terra, aut in cœlo, nobis indicari à Scriptura: Neque Pontificij poterunt afferre *locum*. Nam Scriptura duo tantùm loca commemorat, vnum, quietis, pœnarum, alterum.

Argum.9. *Si illi qui futuri ſunt reliqui die nouiſſimo, rapientur in aëra obuiam Chriſto, ac propterea non ſunt perpeſſuri pœnas iſtas Purgatorias, nec poteſt afferri ratio, cur alij ſint eas potiùs perpeſſuri; certè nullæ ſunt pœnæ purgatoriæ poſt mortem futuræ.*

Verum eſt Antecedens. Verum igitur & Conſequens. Connexum patet, niſi tùm fortè Purgatorium Pontificium ex inferis ſurſum euolet.

Aſſumptum patet ex his Pauli verbis, 1. Theſ. 4. *Nos viui qui reliqui erimus, rapiemur ſimul cum eis in nubes in occurſum Domini in aëra.*

Argum.10. *Si omnia quæ ſunt ad pœnitentiam neceſſaria præſtanda ſunt, quamdiu ſumus viatores, & ad Eccleſiam militantem pertinemus: & purgatorium ad viatores & ad Eccleſiam militantem pertinet, certè Purgatorium non eſt ad pœnitentiam neceſſarium. Et vi Conſequentis, quia non Satisfactorium, ne purgatorium quidem. Verum eſt Antecedens, Verum igitur & Conſequens.* Connexum eſt manifeſtum. Aſſumptum autem ſibi fidem ex eo facit, quòd ex Scripturæ doctrina, vita præſens eſt piorum curriculum: mors autem eſt meta: vt conſtat ex ſequentibus locis. 1. Cor. 9. *An ignoratis eos qui in ſtadio currunt, omnes quidem currere, ſed vnum apprehendere præmium? ſic currite, vt comprehendatis, &c.* 2. Tim. 4. *Iam libor & tempus reſolutionis meæ inſtat. Certamen illud præclarum decertaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Quod ſupereſt, repoſita eſt mihi Iuſtitiæ corona, &c.* Apoc. 14. *Beati qui in Domino moriuntur, quoniam requieſcunt à laboribus ſuis.* Phil. 2. *Vt gloriari poſſim in die Chriſti, me non fruſtra cucurriſſe.* Heb. 12. *Conſtanter propoſitum nobis ſtadium decurramus.* 2. Cor. 5. *Omnes nos comparere oportet coram tribunali Chriſti, vt vnuſquiſque reportet quæ in corpore fecerit, vel bonum, vel malum.* Gal. 6. *Quicquid ſeminauerit homo, hoc & metet: nam qui ſeminat carni ſuæ, ex carne metet interitum: qui verò ſeminat ſpiritui, ex ſpiritu metet vitam æternam. Porrò ne benefacientes ſegneſcamus. Dum tempus habemus ſimus benefici erga omnes.* Quinetiam Scholaſtici, viatores apellant, fideles in hac vita conſtitutos; & quum illud dictum Chriſti (de quo infrà) *Eſto conſentiens cum aduerſario tuo quamdiu es in via,* exponunt (vel potiùs peruertunt, vt locum illum, quaſi obtorto collo, ad ſuum Purgatorium trahant) nomē viæ, de vita præſenti intelligunt. Ipſe quoque Lombardus amplectitur hanc ſententiam vulgò Auguſtino attributam: Lib. 4. Sent. Diſt. 20. *Si vis agere pœnitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa.* Quamobrem illi non ſibi conſtant, qui dum pœnitentiam vitæ finibus circumſcribunt, tamen poſt vitam volunt etiam locum Satisfactioni ſupereſſe, quam non minimam eſſe partem pœnitentiæ, illi ipſi tradunt.

Argum.11. *Quum homines decedunt è vita, aut ſunt iuſtificati aut non. Si iuſtificati, pacem habent erga Deum: Si non iuſtificati, pereunt. Vbi igitur Purgatorij locus?* Vis huius Ratiocinationis pendet ex authoritate Pauli, qui affirmat, Rom. 5. *Fide iuſtificatos pacem habere erga Deum.* Iam videant Pontificij quàm iſta repugnent: Iuſtificatum eſſe, & pœnas peccatorum luere. Item, *pacem* habere apud Deum, &, Inferorum cruciatus ad tempus perferre. Hæc enim & pleraque ſimilia de ſuo Purgatorio ſomniarunt. Quamobrem faciant Pontificij, vt ſaltem ipſi inter ſe conſentiant, qui modo dicunt homines iuſtos eſſe debere, vt ſatisfaciant pro peccatis: modò affirmant ipſam Satisfactionem eſſe partem Iuſtificationis. Nam ſi iuſtificati ſunt, pacem habent, inquit Paulus: ſi iuſtificandi ſunt, nondum igitur remiſſionem peccatorum perceperunt.

Argum. 12.

Si Christiani debent reijcere illa omnia dogmata, quæ non nituntur verbo Dei, & quæ cum expreſſis Scripturæ locis pugnant, quæ derogant beneficio mortis Chriſti & eius gloriam obſcurant, quæ mortem terribilem & conſcientias conſternatas dubias & perplexas in ipſo mortis articulo reddunt, & quæ ſunt hauſta ex fontibus philoſophorum ac poetarum Ethnicorum: Et dogma de purgatorio eſt eiuſmodi: Certè ab Eccleſia reijciendum eſt.

Verum eſt Antecedens, Verum igitur & Conſequens. De Connexo ne Pontificij quidem auſint dubitare: Aſſumptum patet ex ijs quæ dicta ſunt, tam in præfatione, quàm in ſuperioribus Argumentis. Quare concludamus hoc caput, in quo multis, iiſque horrendis abſurdis incommodis commentum de Purgatorio iugulauimus: ac iam progrediamur ad 4. cap. huiuſce diſputationis, in quo nobis ad Pontific. obiectiones reſpondendum eſt.

Concluſio diſputationis ἀνασκευαστικῆς in purgatorium.

CAPVT. IIII.

Reſponſiones ad pontificiorum argumenta.

De Gen.

SCitum eſt illud Auguſtini: *Nonnullos acutè obtuſos eſſe*: quum eos perſtringeret, qui ſimplicitate Scripturæ non contenti, per alienas & inexplicabiles quæſtiones vagantur. Cùm igitur Pontificij apertum Scripturæ campū refugientes, in obſcuras ac ſpinoſas quaſdam diſtinctiones, tanquam in dumeta, correpant, vt ibi latitent: operæ preciū eſt eos illinc extrahere, & Sophiſticum illorum acumē retundere, diſſolutis iis argumentis quæ proferunt ad ſuarū diſtinctionū confirmationē.

Argum. 1. Obiect. Pontific. pro diſtinctione peccatorum mortalium & venialium.

Vt igitur nobis probent alia peccata eſſe mortalia, alia tantùm venialia, proferunt hunc locum Iacobi, atq; ita argumentantur. *Cupiditas poſteaquam concepit,* (inquit Iacobus) *parit peccatum, peccatum verò peractum gignit mortem. Ergo eſt aliquod peccatum, quod mortem non gignit.*

Reſp.

Iacob. 1.

Errores ſuperioris obiectionis.

Nego Conſequens. Error eſt, τὸ πρὸς τι ἁπλῶς λεγόμενον. Nam Iacobus nō loquitur de quouis peccato, ſed de peccato actuali tātum, vt ſatis patet ex circumſtantia loci, atq; ex his verbis, *peccatum*, inquit, *peractum*, ne ſit nobis in præſentia longius progrediendum in illius loci explicatione.

Alter error παρὰ τὸ ἑπόμενον. Nec enim ſequitur, Si peccatum planè peractum mortem promeretur: idcirco peccatum intus conceptum, mortem non promereri. Iam adigamus ad incommodum. *Si Pontificij rectè concluderent ex loco Iacobi, ſequeretur, ipſam concupiſcentiam & peccandi voluntatem, cui homines planè aſſentiuntur, non eſſe peccatum mortale.* Falſum. atq; id vel ipſi Pontificij negant poſt Lombardum. Quinetiā, vt abeamus à Scholaſticis, expreſſi ſunt Scripturæ loci qui concupiſcentiā peccatum (vt vulgò dicitur) mortale eſſe affirmant. vt *Non concupiſces*: adde diſputationem Pauli Epiſt. ad Rom. & expoſitionem Chriſti apud Matthæū: & quod dicit Iohannes, eum eſſe homicidam qui fratrem oderit. Rectè igitur Auguſtinus, *Reatus*, inquit, *manifeſtè apparet in motu carnis nō voluntario, ſed voluntate ſuperando, aduerſus quem Spiritus concupiſcit.* Hæc ergo Pontificiorum ψευδογραφία ſic corrigatur, vt dicamus, hanc eſſe Ia-

Abſurd.

Exod. 20.
Rom. 7.
Matt. 5.
1. Ioan. 3.
De Gen. ad lit. lib. 10. cap. 18.

Correctio ſuperioris obiectionis.

cobi ſententiã: eos impiè facere qui ſuorũ peccatorum culpam in Deũ reijciunt: quandoquidem concupiſcentiã ipſius peccati radicem nobis ingenitã habemus, quæ, niſi reprimatur, eò tandẽ prorumpit, vt inde mors æterna conſequatur. Ex quibus intelligi poteſt hãc diſtinctionẽ prout à Pontificijs proponitur, nullum habere fundamentum in Scriptura. Poſteriorem diſtinctionem de pœnis temporalibus non remiſſis, licet peccatorum culpa remittatur, ita ſibi videntur confirmare.

Obiectiones Pontif. pro diſtinctione culpæ remiſſæ. & pœnæ retentæ.

Argum. 1.

Poſt remiſſionem peccatorum, fideles nihilominus patiuntur pœnas temporales, vtpote morbos, dolores & reliquas vitæ præſentis ærumnas, mortem deniq; ipſam, quæ omnia ſunt peccatorũ pœnæ. vt patet Ge. 3. &c. Ergo remiſſa culpa, non propterea pœnæ tẽporales remittuntur: ſed ſunt perſoluendæ aut hîc, aut in purgatorio.

Reſponſ.

Errores ſuperioris obiect.

Excutio Antecedens. Agnoſco fidelium piorum vitam eſſe vel inprimis rerum aduerſarum telis propoſitam: ſed pernego, eiuſmodi ærumnas eſſe iis, ceu pœnas peccatorũ inflictas. Hîc ergo deprehendo duos errores quos ſingulos redarguã: Prior eſt in eo, quòd proponunt falſã hypotheſin. Eſt enim falſiſſimũ, piorum ærumnas ipſis eſſe peccatorũ pœnas. Quod vt meliùs intelligatur, neq; nobis imponat ὁμωνυμία, hæc erit facilis & expedita diſtinctio. Pœna, aut eſt pœna ſupplicij, id eſt, pœna peccati: aut pœna caſtigationis: aut pœna probationis. Ad pœnã peccati pertinet quod ait Apoſtolus *Stipendiũ peccati* mors, & quæ ſunt eiuſmodi. De Pœna caſtigationis intelligendi ſunt hi loci, *Beatus quẽ caſtigaueris & erudieris. Bonum mihi fuit affligi: vt diſcerẽ ſtatuta tua. Caſtigauit me, ſed non morti tradidit me. Quem diligit dominus, caſtigat. Omnis caſtigatio nobis in præſens non videtur eſſe gaudij, ſed triſtitiæ, at poſtea fructũ reddit iis qui per eam fuerint exercitati. Quũ caſtigamur, à Domino erudimur, ne cũ hoc mundo damnemur. Ego quos amo, arguo & caſtigo: reſipiſce igitur, &c.* Ad pœnam probationis hi loci referendi ſunt. *Beatus vir qui ſuffert tentationẽ; quoniã quum probatus fuerit, accipiet coronã vitæ. Probatio fidei multò pretioſior probatione auri, &c.* Adde exempla Iobi Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, &c. Animaduertendum eſt autem, pœnam caſtigationis aliquando præcedere ipſã (quidam enim ſic peccatis indormiunt, vt niſi grauiter percuſſi minimè excitentur) aliquando verò ſubſequi: tũ vt maior ſit reſipiſcentia, & in poſterum à peccando deterreamur: tum etiam, ſiquando res poſtulat, vt aliis exemplo ſimus. Quę quidẽ omnia pij maiores noſtri his verbis nobis expreſſerunt. *Ad hoc corripit dominus,* inquit, Cyprianus, *vt emendet: ad hoc emendat, vt ſeruet.* Et Chriſoſtomus *Deus,* inquit, *imponit pœnã, non exigens ſupplicium de peccatis, ſed ad futura nos corrigens.* Auguſtinus autem, *Poſſet aliquis dicere,* inquit, *ſi propter peccatum Deus dixit homini, In ſudore vultus tui edes panem tuum: & ſpinas ac tribulos proferet tibi terra, &c. cur fideles poſt peccatorum remiſſionem, eoſdem dolores patiuntur? Reſpondemus, ante remiſſionem eſſe ſupplicia peccatorum: poſt remiſſionẽ autem, eſſe certamina, exercitationeſq; iuſtorum.* Hæc Auguſtinus. Ex quo factum eſt vt pleriq; Scholaſtici à vocabulo Pœnę abhorrentes, maluerint dicere ærumnas eiuſmodi *pœnalitates* eſſe potius, quã peccati pœnas: ſed mutato nomine non propterea ſententiam mutarunt: hoc vno contenti, quod noui & horridi vocabuli tenebras offuſis, in errore ſuo ſibi tuto, deliteſcere viderentur. Eſt igitur hic error [illegible]

Vocabulum, pœna, excutitur.

Rom. 6.

Pſal. 94.

Pſal. 119.

Pſal. 118.

Prou. 3.

Hebr. 12.

1. Cor. 11.

Apoc. 3.

Iac. 1.

1. Pet. 1.

Lib. 4. Epiſt. 4.

De pœnitent. & Confeſſ.

Thomas. 3. p. 4. 69.

Nec enim ſequitur: ſi mors & vitæ præſentis ærumnæ, per ſe, ſunt peccati pœnæ, quippe propter peccatum in mundum ingreſſæ: eas eſſe propterea peccatorum pœnas ipſis etiam fidelibus, quibus peccata ſunt propter Chriſtum condonata.

Poſterior error eſt in eo, quòd quum de Purgatorio loquuntur (hoc enim etiam inter nos agitur) plus aſſumunt in Concluſione quàm in præmiſſis: quod ratiocinandi, vel potius, imponendi genus, Theologos non decet. Ecce enim, proponis ærumnas, dolores, & incommoda: quæ omnia dicis eſſe peccatorum pœnas. finge me hoc tibi largiri. Quid obſecro ad Purgatorium? Ecquænam enim ſunt iſta incommoda? nimirum vitæ præſentis. nunc animaduerte, ſitne hoc conſectarium: fideles patiuntur pœnas temporales in hac vita: ergo etiam poſt mortem pœnas temporales patientur. Proferas per me licet exempla ſexcenta, quibus efficias, fideles pati in hac vita: neque propterea conſequetur, fideles poſt mortem eiuſmodi pœnas eſſe paſſuros. Nam reclamat ipſa rerum natura, quemadmodum ante ſuo loco dictum eſt, Quare nemo non videt, quanto in errore verſetur hæc Pontificiorum argumentatio, & quàm ſit falſum Conſequens, quod fuit ex falſo Antecedente collectum. Iam eos ad incommodum redigamus.

Absurd. *Si pœnæ caſtigationis & probationis, ab amore Dei proficiſcuntur: &, pœnæ peccatorum, infliguntur ab irato Deo ipſa peccata vlciſcente: Ergo aut pœnæ caſtigationis & probationis non ſunt pœnæ peccatorum: aut, ſi ſunt, amor & ira Dei idem ſunt, Falſum & Abſurdum.*

Retorquetur obiectio in Pontificios. Retorqueamus igitur hoc argumentum in Pontificios.

Si morbi, & mors ipſa, adeóque vitæ præſentis ærumnæ ſunt pœnæ temporales peccati (vt cenſent Pontificij.) Ergo falſum eſt quod illi ipſi Pontificij dicunt homines poſſe ſuis Satisfactionibus pœnas temporales redimere. Conſequentia patet: quia nemo hactenus pœnas illas potuit euadere. Quòd ſi negent, ſe loqui de his pœnis temporalibus: Ergo primum hoc argumentum ſuperuacaneum. Denique ſic retorqueamus hoc argumentum in Pontificios & hac ipſa machina Purgatorium diruamus.

Si pœnæ temporales quas fideles perpetiuntur, ad ipſorum fidelium caſtigationem & probationem ſpectant (vt docet Scriptura & pij veteres agnoſcunt.) *Nihil igitur loci pœnis temporalibus poſt hanc vitam relinquitur. Conſequentia* patet: Nam caſtigamur & probamur vt meliores euadamus: *Beatus,* inquit, *quem caſtigaueris & erudieris:* & quæ ſunt conſimilia: adeò vt ſcite admodum idem verbum apud Hebræos & caſtigare ſignificet & erudire: hic autem, non poſt mortem, progreſſus in pietatis ſtudio faciendi ſunt. Corrigatur hæc obiectio ex iis quæ diximus de diſtinctione vocabuli, pœnæ, tam ex Scriptura, quàm ex veteribus Theologis.

Psal.94.

Correctio ſuperioris obiectionis.

Obiect.2. 2.Sam.12. Nomb.20. *Dauidi ſuum peccatum remiſſum eſt, & nihilominus retenta pœna: vt diſertis verbis extat in ſacra hiſtoria. Idem de Moſe, Aarone, & aliquot aliis, adeoq́ de Iſraelitico populo in deſerto mortuo dici poteſt. Ergo remiſſa culpa non remittuntur pœnæ temporales.*

Reſpon. Exponitur locus obiec- Excutio Antecedens. Admitto Dauidem fuiſſe perpeſſum pœnas, nempe caſtigationis & probationis, non autem pœnas ſupplicij, hoc, pro peccatis admiſſis, quæ Deus pro ſua miſericordia remiſerat. Sed præſtat id Auguſtini verbis explicare (quem ego in hac diſputatione eò ſæpius appello, quòd eum magnum [illegible] patronum eſſe Pontificij gloriari ſoleant, atque etiam nonnulli [illegible] hunc ipſum Auguſtini locum citauerint) Sic igitur Auguſtinus: *Poſſumus dicere*, inquit, *ſubſecutum fuiſſe illius comminationis effectum, vt pietas Dauidis in illa humilitate exerceretur atq; probaretur*. Hæc ille. Porrò in eiuſmodi caſtigatione hoc etiam conſiderandum eſt: quum Dauid ſummum inter Iſraëlitas magiſtratum gereret, Deum in illo rege voluiſſe teſtari, ſe ſummum eſſe atque æquiſſimum Iudicem, qui eiuſmodi ſcelera deteſtetur: hoc ita eſſe, manifeſtum eſt ex eo loco quem nobis obiiciunt [illegible], inquit Nathan, *[illegible] Domini [illegible] blaſphemandi*, &c. Quum igitur Dauidis & reliquorum eiuſmodi peccata fuerint publicè, & ab iis qui publicam perſonam gerebant admiſſa, qui non facto ſolùm, verùm etiam exemplo nocuerant: voluit Dominus pœnis illis ſubſequentibus alios à peccando deterrere. Quemadmodum enim priuatorum hominum crimina ſuppliciis plectuntur, vt ea ratione tum legibus, tum publicæ tranquillitati ſatisfiat; ita quum publicè peccant illi, [illegible] habent magiſtratum, fit iuſto Dei iudicio, vt [illegible] legum [illegible] præter ordinem in illis exemplum edatur, ex quo perſpiciant [illegible] ipſos etiam ſummos Reges habere in cœlo ſuum iudicem, ne ſibi in ſuis peccatis blandiantur. Idem dico de crimine [illegible] totius populi Iſraelitici: nempe operæpretium fuiſſe in illis exemplum [illegible], quod poſteris eſſet documento. Sic enim Paulus, *Hæc typi noſtri facta ſunt*, inquit, *ne ſimus concupiſcentes* [illegible].

Iam videamus quàm nihil efficiat hoc argumentum. Primùm fallit in homonymia vocabuli, Pœnæ, vt diximus. Deinde, fallit in falſo conſequenti. Quandoquidem argumentum ab exemplis [illegible] eſt minimè neceſſarium, quum habeat vim Inductionis, quod ſæpiùs [illegible] ij qui [illegible] *[illegible]*. At poſſum huic afferre plura [illegible], quæ vel ſola vim Inductionis labefactarint. Chriſtus remiſit peccata paralytico, nec vllæ ſunt pœnæ ſubſecutæ [illegible]. Mulieri peccatrici remiſſo [illegible] pœnis nulla conſecuta eſt. Adulteræ remiſſum peccatum, nec vllum verbum: imò, *Abi in pace*, inquit. Quid multa? [illegible] eſſet ſingula q; fit vllà [illegible]. Quid [illegible] eiuſmodi commemorare, ex quibus facilè colligitur, perperàm [illegible] eos facere, qui à aliquot exemplis [illegible] habentibus, non modò regulam generalem, ſed etiam dogma Theologicum conſtituunt. Iam vt Pontificij [illegible] deducantur, quædam ex Pontificiis Doctoribus audiamus, ex quibus illi [illegible] facilè [illegible] hendi poſſint.

[illegible] *Si Dauidi Deus propter [illegible] illud [illegible] peccato, quod erat ei [illegible] diſſimiſſet, [illegible] ad [illegible] ne [illegible] humilitatem [illegible] in illa humilitate [illegible] & probaretur* &c. Ex Auguſtino. Item: *Dauid [illegible] perpetrauerat*, &c. Ex Gregorio [illegible] quibus nos ita [illegible]

David

Q

De pecc. mer. & remiſſ. l. 2. cap. 34.

2. Sam. 12.

1 Cor. 10.

[illegible] obiect.

Matth. 9.

Luc. 7.

Iohn. 8.

Abſurda & incom. ſuper. obiectionis.

Cap. [illegible] & pœni. diſt. 1.

Can. Si pecc. de pœn. diſt. 1

David post remissionē peccati pœnas grauissimas perpessus est, et eius humilitas exercetur & probatur (quemadmodū videntur Pontificij Augustino assentiri in priori sermone.) Ergo grauissimæ illæ pœnę fuerunt, non peccati, sed probationis pœnæ, quemadmodum antè à nobis dictum est. Contra: Si David pœnis illis grauissimis perferendis, reatū culpę quam perpetrauerat exoluit (quod illi ipsi Pōtificij videntur credere, ne ab illo oraculo Gregoriano dissideant) Ergo grauissimę illę pœnæ fuerant, non probationis, sed peccati pœnæ, quibus perferendis pro ipsius peccati culpa Deo satisfaceret. Et rursum, Si David grauissimis illis pœnis perferendis pro peccati sui culpa Deo Satisfecit (vt Pōtificij statuunt post Gregorium) Ergo falsum est quod illi ipsi Pontificij disputant Davidem non pro peccati culpa, sed pro pœnis peccati tēporalib. tam grauia fuisse perpessum. Ex quib. facilè cunctis perspicuum esse potest, Pontificiorū in hac distinctione culpæ & pœnæ, tantā esse inconstantiā, vt si verū dicant, verum dicere nō possint. Retorqueamus nunc in Pōtificios suum argumentum, qua vi nos capere volunt, eadē ipsi potius capiātur.

Retorquetur obiectio.

[illegible] David [illegible] fuerunt pœnæ eædemq́; grauissimæ (vt Pontificij tradunt) *[illegible] in lacrymis & [illegible] tamen propter recidere [illegible]. Ergo David suis lacrymis ac [illegible] satisfacere Deo non potuit* (quod idē de Mose [illegible] valim) *Quando* [illegible] ita sit vt quū maximè Pontificij [illegible] statuere illam distinctionem culpæ remissæ & retentæ pœnæ, tum maximè Satisfactiones humanas pro pœnis temporalibus, [illegible], euertant. Deniq; corrigantur errores [illegible] in nostra responsione ad illam distinctionē explicandam [illegible] in sequētib. vt plurimum facturi sumus, vt in hac disputatione, quoad eius fieri poterit, breuitati studeamus.

Correctio superiorum [illegible]

Obiectio. 3.

[illegible] pœnas à [illegible] Ergo [illegible] non poterunt ea quæ dicuntur de [illegible] Patres [illegible] aliquando re[illegible] Item [illegible] ipsi [illegible] de Heli Sacerdote [illegible] falsum, [illegible]

Ierem. 5.
Num. [illegible]
2. Sam. [illegible] &c.

[illegible] argumentum [illegible] de curriculo huius nostræ disputationis. Ex enim eam culpæ & pœnæ distinctionem, quam & ipsa rei natura [illegible] Scripturæ [illegible] satis agnoscimus. Sed hoc inter nos agitur, Vtrum hæc Pontificiorum distinctio, [illegible] ipsam sibi contradictionem [illegible] confirmauimus. Absit autem à nobis ita culpam cum pœna confundere, vt vel [illegible] culpam nostram in Christo fuisse dicamus, vel negemus Christum pœnas peccatis nostris debitas pro nobis pertulisse. Nā Christus [illegible] Augustini verbis explicetur sententia) suscipiendo pœnam & non suscipiendo culpam, & culpam deleuit & pœnam. [illegible] quæritur, An cui Dominus peccatum [illegible] ab illo ipso [illegible] peccati, quod [illegible] certè pœnam à [illegible] liberos propagatio ad hæc

Error superioris obiect.

De verb. Domini ser. 37.

quæquęstionem non pertinet. Cur autē id fiat & sit Diuinę iustitię consentaneum, nunc non est explicandi locus: ne à proposita nobis disputatione aberrare, & quod in aliis reprehendimus, ipsi committere videamur. Hoc tantùm dicam, summum Dei iudicium in eiusmodi rebus adorandum nobis esse: atq; ita statuendum, quoties peccatorum pœnæ à parentibus ad liberos manant, ipsos liberos non esse ab omni culpa ac crimine nudos. Sic enim Dominus, *[illegible]*, inquit, *[illegible] patrum in [illegible] in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me.* Et apud [illegible] Ezechielem: *[illegible] improbus filii [illegible] qui viderit omnia peccata patris sui, [illegible] secundùm ea, is ob iniquitatem patris sui non morietur, [illegible] quæ peccauerit ipse morietur.* Quamobrem id quod diximus confirmatur iis exemplis quæ illi ipsi nobis obiiciunt. Etenim Iudęi [illegible] Babylonem, extra culpam non fuerunt: imò potius paterna scelera suis ipsi sceleribus cumulauerant, quemadmodum, & sacræ historiæ commemorant, & Prophetiæ [illegible] abundè testantur. Atq; id est quod Ieremias tantopere deplorat in eo loco quem proferunt: [illegible] *[illegible] à nobis,* inquit, *quia peccauimus.* Idem dico de filiis Heli longè corruptissimis. Ad liberos autem Israelitarum quod attinet, ne quis eos omni culpa vacuos existimet, audiat Mosen his verbis eorum contumaciam incusantem, quum paulò post in terram Chanaan essent ingressuri: *Noui rebellionem tuam,* inquit, *& ceruicem tuam [illegible]. Adhuc [illegible] me vobiscum hodie semper rebelles fuistis contra Dominum: quantò ergo magis post mortem meam?* Hæc ille. Cæterùm quia ex sua natura penitus peccati sunt, sunt castigationis & probationis pœnæ, tum parentibus, tum liberis, qui Dei misericordiam in Christo vera fide amplectentes, sincerè & ex animo resipiscunt, vt antè diximus.

Exod. 20. A
Ezech. 18.
Thren. 5.
Deut. 31.

Sed iam ad propositum reuertamur, & peregrinum hoc argumentum in suos authores retorqueamus eodē modo quo [illegible] à nobis factum est. Enimuerò ex hac Pontificiorum cōclusione sequeretur pœnas peccatorum temporales ita præcisè repeti vt omnino subeundæ sint; Ac proinde ruunt humanæ Satisfactiones pro pœnis temporalibus quandoquidem ex illis exemplis quæ proponunt, sequeretur [illegible] patiendum potiùs quàm satisfaciendum. Sic [illegible] architecti quod vna manu ædificare videntur, altera diruunt.

Retorquetur obiectio.

Si pœna à culpa seiungi non potest: Ergo [illegible] dis [illegible] censuris Ecclesiasticis [illegible] de peccatoris [illegible].

Falsum est Consequens, [illegible].

Obiectio.

Falsa Consequentia. Error est falsa deductio [illegible] vt Philosophi loquuntur. Nec enim Diuinum tribunal cū ciuili politia confundendum est. Agnoscimus quidem [illegible] hominum societati esse satisfaciendum: ac propterea rectè constituta esse supplicia in eos qui leges ac tranquillitatem publicam violarint: sed simul addimus, nimiū inter hæc duo, ac permultum interesse: *Satisfacere Deo, & Satisfacere hominibus*. Quare cùm de priori [illegible] non agatur, planè friget ista Pōtificiorū obiectio. Idē dico de censuris Ecclesiasticis (de veris loquor quę præceptis Apostolicis nituntur, nō de iis quas Pōtificiorū Romanorum

Error impertinens obiect.

tyrannis inuexit.) Nam illæ sunt institutæ vt Ecclesiæ, quam peccator grauissimè offenderit, satisfiat. Ac fateor Monachos Scholasticos inde captasse occasionem huius commenti de satisfactionibus humanis proferendi, quum priscam illam Ecclesiæ disciplinam apud veteres Theologos legerent, nec eam satis intelligerent, vt Deo volente aliquando suo loco dicturi sumus.

Argum. 8.

Si post Remissionem peccati, & [illegible] redditur languidum, &, vt plurimum, extant [illegible] vestigia, (cuiusmodi sunt morbi, dolores) [illegible] quæ ex hominum intemperantia nasci solent: Ergo remissa [illegible] pœna peccati temporalis. [illegible] experientia comprobatum, verum est igitur Consequens.

Responsio. Error superioris obiect.

Fallit Connexum hypotheticum in Homonymia, de qua iam antè multa diximus. Morbos enim & quæcunque remanent peccatorum vestigia in iis, quos verè suorum peccatorum pœnitet, negamus esse peccatorum pœnas, quas Deus exigat pro ipsis peccatis, cum sint potius (vt [illegible] Augustini verba repetere) certamina exercitationesque [illegible]. Adde quod diximus de pœna castigationis, quam subeunt fideles, non tam quia peccarunt, quàm ne peccent in posterum. Quo-

de preme. & rem. li. 2. c. 34.

obrem si corpus [illegible] hoc verò acuat tuam diligentiam, tuasque preces [illegible]. Si corpus afflictum est & morbus vrgeat, ex ea re veniant in mentem peccata præterita, eaque magis ac magis ex animo detestare, & simul agnosce summam erga te Dei misericordiā, qui te ex tanta illa peccatorum colluuie reuocauit, atque etiam sæuum illum hostem, nempe voluptatem, cui te constringendum dederas, quasi morbi ac doloris freno coerceat, ne te transuersum agat. Itaque vt ad pauca redeam, idem hic statuendum est, quod videmus, posteaquam qui vulnus aliquod acceperit, ex ipso vulnere, beneficio medici conualuit. Tū enim quæ remanet cicatrix indicium est, nō sanandi vulneris, sed sanati: & ipsius cicatricis aspectus in memoriā reuocat, tum periculum accepti vulneris, tum etiam medici [illegible] beneficium. Quæ quum ita sint, concludamus [illegible] Pontificiorum distinctionem qua censent, peccatâ culpâ remissa, nō propterea remitti ipsius peccati pœnam tēporalem, nec certa ratione, nec vllis Scripturæ testimoniis posse confirmari: quemadmodum ex nostris responsionibus ad eorū obiectiones perspicuū esse potest.

Conclusio respons. ad obiect. pro distinctione, Remissæ culpæ & Retentæ pœnæ.

Posteaquam autem subducta sunt eorum distinctionum fundamenta quibus Pōtificij suas Satisfactiones, suúmque Purgatoriū stabiliebant: nunc nobis quoque sigillatim excutienda sunt ea argumenta, vel integra [illegible] quæ sunt illi communiter solent proponere. Atque huius nostræ responsionis hic erit ordo, vt primū ad ea respondeamus quæ illi obiiciunt ad humanarum Satisfactionum confirmationem: deinde tollemus ea subsidia, quibus illi suum Purgatorium sustentant.

Obiectiones Pontificiorum pro Humanis Satisfactionibus.

Argum. 1. Dan. 4.

O rex (inquit Daniel) *consilium meum placeat tibi, [illegible]*

fr-

eleemoſynis redime & iniquitates tuas miſericordiis pauperum. Forſitan ignoſcet Deus delictis tuis. Ergo pro pœnis temporalibus peccatorum, homines poſſunt eleemoſynis & bonis eiuſmodi operibus ſatisfacere.

Nego Conſequens. Error eſt in falſa loci Prophetici expoſitione, quam nos ſubiectis aliquot rationibus redarguemus.

Errores ſuperioris obiect.

1. Ratio. Omnem interpretationem quæ pugnat contradictoriè cum expreſſis ac dilucidis Scripturæ locis reiiciendam eſſe, pij ac veri Theologi omnes agnoſcunt. Sic enim Auguſtinus, quum varias eiuſdẽ loci interpretationes conferret, *Videamus*, inquit, *cuinam potius ſententiæ Diuina teſtimonia ſuffragentur.* Hæc autem Pontificiorum interpretatio, Regem Nebuchadneſarem potuiſſe eleemoſynis & eiuſmodi bonis operibus redimere pœnas temporales ſuorum peccatorum & pro iis ſatisfacere, pugnat contradictoriè cum ſequentibus Scripturæ locis.

De Gen. ad lit. lib. 10. cap.

Scitis vos non caducis rebus, argento, vel auro, fuiſſe redemptos ex vana veſtra conuerſatione ex Patrum traditionibus accepta, ſed pretioſo ſanguine, vtpote agni immaculati & incontaminati, nempe Chriſti. Item. *In quo habemus Redemptionem per ſanguinem ipſius Remiſſionem peccatorum.* *Ipſe redimet Iſraelem ex omnibus iniquitatibus eius.* *Deleui vt nubem iniquitates tuas & quaſi nebulam peccata tua: reuertere ad me quia redemi te.* Huc adde locos à nobis commemoratos in 2. cap. huius diſputationis, in quibus Apoſtoli teſtantur, ſolum Chriſtum eſſe pretium noſtræ Redemptionis.

1. Pet. 1.
Ephеſ. 1.
Pſal. 130.
Eſa. 44.

Secunda Ratio. Si Nebuchadnezar potuit redimere peccata ſua (ex Pontificiorum interpretatione) certè, aut culpam redimere potuit, aut ſolas pœnas temporales, culpa iam remiſſa (vt ipſi quidem Pontificij ſolent diſtinguere) At neutrum dici poteſt, ne ex ipſa quidem Pontificiorum ſententia. Negant enim culpam peccati ab alio redimi potuiſſe, quàm à ſolo Chriſto. Rurſus: Si Propheta locutus eſt de ſolis pœnis temporalibus redimendis, efficitur (ſiquidem ſe ipſi Pontificij audiunt) culpam peccatorum tum fuiſſe remiſſam Nebuchadnezari, ac proinde eum iuſtificatum & cum Deo reconciliatum fuiſſe. Atqui hoc eſſe falſiſſimum rebus addicam neceſſariis. Enimuerò, tunc mihi ſceleratum illum tyrannum, qui populum Dei horrenda clade afflictum ac proſtratum in exilium abduxit, qui vrbem Hieroſolymã vaſtauit, templum euertit, cultum Dei interrupit, vaſa Deo ſacrata rapuit: tunc, inquã, ſceleratum illum impium & crudeliſſimum tyrannum, qui nunquam de liberando Dei populo & inſtaurãdo Dei cultu cogitauit, nobis, ſcilicet, virum probum & iuſtum atque etiamnum Deo recõciliatum & culpam ipſi remiſſam fuiſſe perſuadebis? Culpam, inquam, tum ei remiſſam fuiſſe, quum ad retundendam eius ſuperbiam, grauiſſimum Dei decretum denuntiatum eſt? Accipe igitur qualẽ illum nobis Scriptura deſcripſerit. *Acceſſerunt Magi, Arioli, Aruſpices, & ſomnium narraui in conſpectu eorum*, inquit Nabuchadnezar. Idem fecerat quum prius ſomnium ipſi diuinitus oblatum eſſet. Idem etiam fecit impius, luxúq; diffluens Belſazar, conſpecta manu quæ in pariete ſcribebat. Item, *Donec ad me peruenit Daniel cui nomen eſt Baltazer ſecundum nomen Dei mei.* Ecce tunc etiam ſe idololatrum profitetur. Bel enim fuiſſe idolum Babyloniorum teſtatur Ieremias. Item, *Qui præditus eſt*

Dan. 4.
Dan. 2.
Dan. 5.
Dan. 4.
Ier. 51.
Dan. 4.

Dan.4.
Ib.
Obiectio.
Dan.3.
Reſponſ.

Spiritum ſanctorū Deorū. Hic rurſus audis vocem Idololatræ. Itē, *Eiicient te ab hominibus, & cum feris erit habitatio tua, donec ſcias quòd Excelſus dominatur ſuper regnum hominum &c.* Hoc igitur tum Rex ille ferox & ſuperbus agnoſcere nolebat & vix tandem diuturnis ac grauiſſimis illis pœnis perdomitus, verbo ſaltem agnouit. At enim, inquis, Nebuchadnezar edixerat ne quis malediceret Deo Sidrachi, &c. Bene narras, ſed vel hinc collige Regis illius ingenium, qui antea edixerat, vt omnes ſtatuam auream adorarent: nunc verò tantùm interdicit, ne quis maledicat Deo Sidrachi & ſociorum eius: quinetiam apertè profitetur ſe non eum agnoſcere pro Deo, quē non ſuum, ſed Sidrachi Deum appellat. Quanuis ergo ſumma Dei Maieſtas ab impio illo tyranno miraculis exterrito verba quædam extorqueret, quib. cogebatur æternam Dei potentiam admirari, non tamen propterea veram Dei cognitionem amplectebatur. Etenim, audita ſomnij prioris Interpretatione, *Verè*, inquit, *Deus veſter omnium Deorum excellentiſſimus eſt & Dominus Regum.* Sed audi quid ſtatim poſtea ſequatur: *Rex Nabuchadnezar fecit auream ſimulachrum, &c.* Atque omnino (ne proferam caput 14. Eſaiæ vbi veteres volunt Nebuchadnezarem fuiſſe typum Diaboli) ſexcenta ſunt eadémque certiſſima argumenta, ex quibus neceſſariò conſequitur, qui dixerit Regem illum Babylonium verè fuiſſe cum Deo reconciliatum, & ei ſuorum peccatorum culpam fuiſſe remiſſam, tum quum audijt hanc, de qua agimus, Danielis cohortationem: eum errare tota via, & tanquam hoſpitem atque peregrinū in Theologia, ceu in aliena Republica, verſari.

Dan.2.
Dan.3.

Dan.4.
Pontificij nomine peccati ſolas peccatorum pœnas temporales culpa remiſſa, perperam intelligunt.

Tertia Ratio. Quòd iſtam Pontificiorū interpretationem quam nos refellimus ipſa verborum ſignificatio ferre non poſſit. *Redime*, inquit Daniel, *peccata tua & iniquitates tuas.* Quid obſecro te, intelligis peccatorum & iniquitatum nomine? Pœnas peccatorum, inquis, eaſdemque temporales: quandoquidem peccati nomine pœna peccati aliquando ſignificatur. Audio: quamobrē id fiat memini antè à nobis expoſitū eſſe. Sed ego vehementer pernego peccati nomen vſquā in Scriptura ſignificare pœnam peccati, cuius culpa iam remiſſa ſit. Proferant locū ſi quē habeant, & ferāt inſtantiā. Huc accedit, tū numerus pluralis, tū ipſa verborum geminatio: *peccata*, inquit, *& iniquitates*, &, vt verterunt Græci, *τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἀδικίας* quæ duo ſiquis putet eſſe poſſe ſine culpa, ne ille de peccato diſſerens, peccatū in Theologia longè grauiſſimum admiſerit.

Abſurd. ſuperioris obiect.
C. Quamobrem de pœnit. diſt. 1.

Nunc vrgeamus Pontificios incommodo petito ex eorum Decretis, quę quidem ab ipſis prodi turpiſſimū fuerit. Sic igitur extat in Decretis, *Peccata tua eleemoſynis redime, ſi forte ignoſcat Deus delictis tuis, &c.* Si prędixit ſententiā quę mutari nō poteſt, quomodò hortatur ad eleemoſynas, pauperū & miſericordiā, vt ſententia Dei mutetur? Quod facilè ſoluitur exemplo Regis Ezechię & Niniuitarū &c. Neq; enim Deus hominib. iraſcitur, ſed vitiis: quę quum in homine nō fuerint, nequaquā punit quod mutatum eſt. Ex *Hieronymo* in Danielem. Ex quibus nos ita ratiocinamur. Si ſentētia Dei lata aduerſus Nebuchadnezarē mutari poterat modò mutata eſſent ipſius opera eò quod poſt vitę mutationē in melius Deus non punit quod mutatum eſt (vt vult Decretum Pontificiū) Ergo tunc tēporis Nebuchadnezar nō erat cõuerſus ad Dominū, ac proinde locus hic ad humanas Satiſfactiones à Pōtificiis excogitatas trahi nō poteſt.

Item. Ergo perabsurdum est, & ab hoc decreto alienissimum, quod Monachi somniant etiam post remissionē peccati, reliquas manere ipsius peccati pœnas tēporales: siquidem (inquiunt) si pœnæ vllæ in homine non fuerint, nequaquā Deus punit quod iam remissum est. Aut igitur suis Doctoris, aut suæ sententiæ, suisq; distinctionibus renuncient Monachi necesse est. Sed iam locū hunc in Pontificios retorqueamus hoc modo.

Retorquetur obiectio.

Si venia promittitur Regi Babylonio, modò se benignū in pauperes exhibeat: Ergo Regis illius eleemosynæ nō potuissent esse Satisfactiones pro peccatis, & illa Redemptio peccatorū de qua loquitur, respectu Dei intelligi non potest. Consequentia patet: Quia Satisfactio & venia pugnant, vt alibi à nobis copiosius expositum est. Item: Si ideo pœnæ temporales redimendæ sunt, quomodo stare potest quod illi ipsi Beneficij tradunt pro eiusmodi pœnis, ab iis demum satisfieri qui iā iusti sunt. Item: Si grauissimæ illæ pœnæ Nebuchadnezari denunciatæ potuerunt redimi eleemosynis in pauperes erogandis: Quorsum igitur spontaneæ afflictiones, quas Monachi dicunt esse suscipiendas, vt pœnæ temporales redimantur? Quoniam, inquis, meminit Daniel, Iustitiæ, vt est in Hebraico cōtextu. Ita sit sanè: sed quis hactenus audiuit spontaneos illos cruciatus & eiusmodi volūtarios cultus significari Iustitiæ nomine? At ego cōtrà, vi illius vocabuli, ceu flagello, foras extrudo vestras illas nugas quę humano arbitrio nituntur, non diuinis præceptis, quib. Scriptura nomē Iustitiæ tribuit. Tandē ergo falsam hanc Pontificiorū Interpretationem ita corrigemus. Quū Daniel non ignoraret quanta esset Nebuchadnesaris superbia, & quot latrocinijs, maiorē partem orbis terrarū expilarat, atq; adeo Iudæorū cladē à Babylonijs illatam ante oculos haberet: noluit hanc occasionem prætermittere, quin tentaret an Regis animus Diuina comminatione perterrefactus, sanctissima cohortatione ad veram resipiscentiā adduci posset. Cuius quidē cohortationis hic est sēsus: O Rex, quandoquidē pœnæ grauissimę tibi impendent propter tua peccata, cōsulo, vt verè & ex animo resipiscas: si fortè ea ratione pœnas illas effugere possis & statū hunc tranquillum retinere. Quia verò syncera resipiscentia prodit foras, & in sanctis operibus elucescit: agedum, testare, velle te ex animo resipiscere iis præstandis quæ ad veram Iustitiam pertinent, imprimisq; eleemosynis erogandis & exercenda in pauperes benignitate. Sic vt ipsorum hominum respectu tua peccata redimes, quum eorum egestati consules, quos ipse ad egestatem compulisti. Hic est simplex sensus verborū Danielis, siquidem velimus retinere verbū redimendi. Nā *Perac* vocabulū Chaldaicum à Daniele vsurpatū significatione primaria diuidere, dissoluere, frangere, deniq; è medio tollere significat. Ex quo fit verū quod viri docti quibus hæc arridet Interpretatio: *Tolle peccata tua iustitia*: hoc est, amoue à te peccata tua vero pietatis & Iustitiæ studio: quod perinde est ac si dicat, verè & ex animo resipisce. Quam sententiā & nos amplectimur. Sed siquis velit etiā retinere significationē redimēdi: lepida erit allusio ad beneficia in pauperes cōferenda. Quemadmodū enim, licet Deo pro peccatis satisfacere nō possimus, iis tamē hominib. quos offenderimus satisfacere iubemur: ita quāuis respectu Dei à solo Christo peccata nostra redēpta sint: debemus

Vocabulum Iustitia à Daniele vsurpatum.

Correctio superioris obiectionis.

Perac. Chald. excutitur.

tamen iniurias illatas eorum reſpectu quos læſimus, quoad eius fieri poteſt, beneficijs conferendis ſarcire atque redimere. Ex quibus omnibus perſpicuum eſt, Pontificios in hac obiectione velle nobis imponere homonymia vocabuli: nam peccata redimere non poſſumus reſpectu Dei: at poſſumus peccata redimere ipſorum hominum reſpectu quos offendimus. Nec planè ab hac ſententia abhorrent quidam ex veteribus, qui diuturnum Nebuchadneſaris ſqualorem accommodant veteris Eccleſiæ diſciplinæ & publicæ confeſſioni, qua peccatores Eccleſiæ, quam ſuis ſcandalis læſerant, ſatisfaciebant.

Tert. de pœnitent.

Obiectio 2.
Iona 3.

Niniuitæ cum ſacco & ieiunio pœnitentiam agentes pœnas temporales ab Iona Propheta denunciatas euaſerunt. Ergo homines poſſunt ſatisfacere Deo pro pœnis temporalibus peccatorum.

Error ſuperioris obiect.
Reſponſ.

Nego conſequens. Idem error qui ſupra. Nam hoc argumentum alienum eſt à propoſita quæſtione, & ab ipſa Pontificiorũ ſententia. Hoc enim inter nos agitur: An poſt Remiſſionem peccatorum iam cõdonatis pœnis æternis, ſuperſint nihilominus pœnæ peccatorum tẽporales à fidelibus perſoluendæ, pro quibus illi ſuis operibus ſatisfacere poſſint. At quæ nobis proponuntur Niniuitæ quibus exitium proximum denunciatum eſt propter innumerabilia ſcelera quibus iram Dei iampridem accenderant, tantum abeſt vt peccatorum Remiſſione fruerentur, de qua ante illud tempus ne cogitarant quidem. Itaque dicuntur reſipuiſſe: *reſipuerunt*, inquit, Chriſtus. Quod verbum ſatis indicat quales tum fuerint quum ad illos Ionas acceſſit. Quinetiam perabſurdum eſt Ethnicos illos alienos à Dei fœdere & expertes veræ doctrinæ, qui nihil de vero Deo, nihil de Meſſia vnquam audierant, cum pijs hominibus beneficium Chriſti vera fide recipientibus comparare. Sit igitur hic primus error, Medium heterogeneum.

Matth. 12.

Secundus error, à non cauſa ad cauſam. Nec enim ait Ionas ſaluos fuiſſe Niniuitas, eò quòd ſatisfeciſſent pro pœnis temporalibus; ſed quòd fidem habuerint Diuinæ comminationi, & quòd à vijs ſuis malis remoti eſſent. Sic autem Chriſtus, *Niniuitæ, inquit, reſurgent in iudicio cum natione hac & condemnabunt eam, quia ipſi reſipuerunt ad prædicationem Ionæ.* At tantum abeſt, vt aliquid humanis Satiſfactionibus tribuatur, vt potius ſummum hoc beneficium Propheta ſoli Dei miſericordiæ acceptum referat, his verbis: *Scio quia tu Deus clemens & Miſericors es, patiens & multæ miſerationis, &c.* Adigamus igitur Pontificios ad incommodum. Si valet argumentum à Niniuitis ductũ ad probandas humanas Satiſfactiones: Ergo infideles qui Chriſtum non norunt poſſunt pro peccatis ſuis ſatisfacere: impoſſibile. Item. Si Niniuitæ iudicio Dei ſatisfecerunt ſacco & ieiunio (quod à Propheta cõmemoratur) Ergo ſaccus & ieiunium beſtiarũ erit Satiſfactio pro peccatis, (Nam etiam beſtias opertas ſaccis & ad inediã redactas fuiſſe narrat Ionas.) quod videant Põtificij an auſint dicere. Niſi fortè ſaccũ & ieiunium beſtiarũ accõmodent Monachorum gregibus, qui cilicio cooperti in ſuis clauſtris volutantur: ac præſertim Italicorum, quos vulgò *Fratres ignorantes* vocant, eò quòd perpetuam ignorantiam Deo vouerunt. Nam eos audio vitam ſuperſtitioſis ieiunijs traducere.

Iona 4.

Abſurd. ſuperioris obieſt.

Retorquetur obieſt.

Sed iam retorqueamus argumentum in Pontificios. Si Niniuitæ veræ Dei cognitionis expertes grauiſſimas pœnas temporales ſceleribus longè maximis promeritas declinarunt ſumma Dei miſericordia, quum eos anteactæ vitæ pœniteret; Ergo falſum eſt quod Pontificij tradunt, à pijs & ſanctis hominibus etiam poſt pœnitentiam ac reſipiſcentiam, adeóq; poſt acceptam peccatorum remiſſionem pœnas exigi temporales. Alioquin conditio fidelium eſſet deterior.

Correctio ſuperioris obiectionis.

Corrigamus igitur ſuperiorem obiectionem ac dicamus, Exemplũ Niniuitarũ eò ſpectaſſe, vt Deus ſummæ ſuæ miſericordiæ teſtimonium ampliſſimum ederet: idq; populi ſui cauſa, quẽ Niniuitarum exemplũ commouere debuit, vt verbum Dei & Propheticas cohortationes magna cum reuerentia attendentes, ex animo reſipiſcerent, & oblatã Dei miſericordiam amplecterentur. Nam ſi tanta extitit Dei miſericordia erga ipſos etiã infideles, quanta, obſecro, eluceſcet in fidelium ſalutẽ? Contráq;, Si Niniuitæ audito ſemel Dei verbo ad ipſius iudicia cõtremiſcentes peccata ſua agnouerunt; quid nobis fiet in clariſſima Diuini verbi luce verſantibus, ſi peccatis obfirmati ſanctiſſimas cohortationes nobis identidẽ propoſitas neglexerimus? Atque omnino Chriſtus fuit huius exempli interpres locupletiſſimus, quum Iudæorum peruicaciam increparet, vt paulò ante diximus.

Obiectio. 3
1.Reg.21

Achab pœnas temporales effugere potuit quum, audita Dei ſententia, ſcidit veſtimenta, & operuit cilicio carnem ſuam, & humilis ac deiectus ambulauit: Ergo homines poſſunt Deo ſatisfacere pro pœnis temporalibus peccatorum.

Error ſuperioris obiectionis.
1.Reg.21.

In eodem luto hæſitant. Quis enim vnquã exiſtimarit, impium Regem & Idololatrã, qualẽ Achabum fuiſſe Scriptura commemorat, verè fuiſſe cum Deo reconciliatũ? Sic enim Scriptura dicit, *Achabum ſe ipſum vendidiſſe nequitiæ*: vt ita profligatam ac perditã eius improbitatẽ ſignificet. Quid igitur Achab? Perterrefactus Eliæ ſermone ſcidit veſtimẽta ſua: fateor, quippe nõ amore virtutis, ſed pœnæ formidine cõmotus. Itaq; nõ ſublatæ, ſed dilatæ fuerunt pœnæ: Quinetiã quantũ ad ipſũ Achabum attinet, illa ipſa Dei cõminatio exitũ habuit, quum aliquantò pòſt, canes eius ſanguinẽ linxerunt, idque iuxta verbũ Domini: vt nominatim Sacra hiſtoria teſtatur. Quamobrem, ridiculum hoc quidẽ eſt argumentum, ac ne argumentum quidẽ. Nam Pontificij de pijs ac fidelibus loquuntur, nõ de impijs & Idololatris: nec de differendis pœnis diſputant, ſed de redimendis. Sed fortaſſe iſtud argumẽtum ex Achabo Rege ductum Pontificijs placet, propter Monachos qui atrati, cucullati, cilicio operti, & demiſſo vultu lentè incedunt. Verùm, vt cõcedã exemplum id quibuſdã rebus congruere, ſaltẽ hoc intereſt, quod Achabus vehemẽter doluit iudicio Dei percuſſus. Illi verò cùm affatim ipſis omnia ſuppetant otioſè cantantes, vmbratilem illã atq; hilarem vitã agũt. Sed de Achabo, atq; etiã de Monachis, hactenus. Quamobrẽ corrigamus hãc quoque obiectionẽ ex ijs que antè dicta ſunt. Et meminerimus, Deum ſe miſericordẽ ac beneficum etiam erga impios præbere, vt eiuſmodi beneficia documento ſint, quàm grata acceptaque illi ſit probitas ac vera reſipiſcentia.

1.Reg.22.

Monachi Achabi quatenus ſimiles.

Correctio ſuperioris obiecti.

Obiectio. 4.
Eſa.38.

Dominus vidit lacrymas Regis Ezechiæ & exaudiuit precationem eius, atq;

addidit ad dies ipſius quindecim annos. Ergo homines poſſunt Deo ſatiſfacere pro pœnis temporalibus peccatorum.

Reſponſio.
Error ſuperioris obiect.

Tandem ab idololatris diſceſſimus: Adhuc enim excuſſimus ea argumenta, quę ex Nebuchadnezare, Niniuitis & Achabo petita ſunt. Ac ſpero vel ipſos Pontificios nobis aſſenſuros, eam Concluſionem quę ab Idololatris ducitur ac transfertur ad pios homines, eſſe vitioſam. Nunc videamus exemplum Regis Ezechię quod nobis obiiciunt, *Precatus eſt & flevit Ezechias quum ei Propheta ſignificaret quàmprimum ipſi eſſe migrandũ ex hac vita, ac proinde Dominus vitam illi prorogauit.* Agnoſco hiſtoriam: ſed quid inde colligis, obſecro? Num tu precari Deum ex animo, & lachrymas noſtras ipſi offerre, dices eſſe Satiſfactionem pro pœnis temporalibus? Similiter facis, vt ſi debitor multis precibus à creditore contendens vt debitam pecuniam remittat, iactaret ea ſe ratione creditori ſatiſfeciſſe. hic igitur te in cõtradictione deprehendo, qui obſecrationem de debito condonando putas eſſe ipſius debiti ſolutionem. Porrò vide quid inde conſequatur. Quum vitam pio Regi Ezechię prorogauit: tibine videtur Dominus Ezechiã pœna illa temporali planè liberaſſe, quã Propheta dixerat iamiam imminere? At enim ſequeretur Ezechiã nũquam fuiſſe moriturum. Mors fuit dilata, inquis. Certè: ſed tu de pœnis temporalib. redimendis ac proinde tollendis ſermonem habes, non de differendis. Quid ſi autem dicam, dilatam potius fuiſſe quietẽ illius pręſertim pij & ſancti Regis: ac pœnas, tẽporales ipſi fuiſſe prorogatas? Nũ enim vita ſine pœnis tẽporalib. tranſigitur? Dicamus igitur (nec enim hæc obiecto ſermonem longiorem poſtulat) Ezechiam minimè mortẽ fuiſſe deprecatum animi mollitia, quemadmodum iis vſuuenit qui vitæ pręſentis illecebris intricati, mortem mirum in modum perhorreſcunt. Sed quum ædificatio Eccleſię & purus Dei cultus, quẽ illi inſtaurandũ curauerat, ſummę curę eſſent, pius ille Rex, vt populum in vera religione magis magiſq; confirmaret, idcircò vitã ſibi optauit longiorẽ. Atq; hanc noſtrã ſententiam cùm tota illa hiſtoria, tum hoc maximè probat, quod ille ſibi pręcipuè etiam addito miraculo confirmatum voluit, fore vt in templũ Domini aſcẽderet: quippe de cultu Dei inprimis ſolicitus erat: huic ſanctiſſimo ſtudio hæc Ezechiæ verba conueniunt: *Quia ſepulchrum non laudabit te, inquit, nec mors te celebrabit, Viuens ipſe confitebitur tibi ſicut & ego hodie.* Atque hæc quidem de precibus & lachrymis Ezechiæ ad humanas ſatiſfactiones nihil pertinentibus.

Abſurd.

Correctio ſuperioris obiect.

Eſa.38.

Obiect. 5.
Iob.42.
Iob.
Ierem.31.

Iob dicit ſe agere pœnitentiam in fauilla & cinere, & alibi, *Vtinam, inquit, appenderentur peccata mea, quibus irã merui, & calamitas quam patior, in ſtatera.* Et Ieremias, *Poſtquam, inquit, conuertiſti me, egi pœnitentiam: ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ. Ergo homines poſſunt Deo ſatiſfacere pro pœnis temporalibus peccatorum.*

Reſponſ.
Errores ſuperioris obiect.

Omnes illi Scripturę loci in alienũ ſenſũ detorti ſunt, ac proinde fallit Conſequens ob ignorationem elenchi. Paucis expediemus, quandoquidẽ res eſt in promptu. Quas Iob pœnas perpeſſus eſt, fuiſſe probationis, non peccati pœnas, cùm omnes docti Theologi cenſent, tũ manifeſtè intelligi poteſt ex principio illius libri. Quanquam autem in ſanctiſſimo illo viro ſingularis patientia extiterit, aliquando tamẽ vi ipſa doloris, ceu quidam æstus, cum extra metas rapuit. Atq; hoc illud est cuius culpã agnoscit corã summa Dei maiestate: *Abominor*, inquit, *& me pœniteat super puluerem & cinerem*. Quib. verbis syncerã suam pœnitentiam animumq; verè, corã Deo summissum ac deiectum, & vt loquuntur Theologi, contritum testatus est. Nam veteres sacco, puluere, ac cinere interiorem animi dolorem ac seriam resipiscentiam declarabant. Qamobrem non leuiter peccant ij qui *testimonium Contritionis* (ita enim loquemur) existimant esse *satisfactionem pro peccato*. — vbi sup.

Alius error, ex figura dictionis. Nã *agere pœnitentiam* (vt vetus Interpres conuertit) existimãt illi idẽ esse, atq; satisfacere pro peccatis; cùm verbũ hebraicum, significet ipsius voluntatis mutationem, vt verbũ *pœnitet* apud Latinos. At boni isti interpretes hoc loquendi genus ad suas Satisfactiones externas & sponteneos cruciatus referunt, errore non ferendo.

In altero loco apud Iobum eundẽ errorẽ admittunt, videlicet in dictione, atq; illis vetus Interpres imposuit: Nã hebraica dictio irã propriè significat & exprimit animũ valdè irritatum. Itaq; hoc vocabulo summam animi angustiã declarat Iobus, propter quam in eiusmodi querelas erũpebat. Et hic est simplex sẽsus: Animi mei dolores adeò graues sũt, vt, si appenderentur, ipsã maris arenam, hoc est, omnia etiã grauissima deprimerent. Alioquin, ecquis erit sensus veteris Interpretationis? *Si peccata mea appenderẽtur*, inquit, cũ *pœnis quas ego patior, sã ipsę essẽt pœnę grauiores arena maris*. Atqui ita potius dicẽdũ erat: pœnas fore peccatis grauiores, siquidẽ comparantur pœnę cum peccatis. Verùm, quẽadmodum dixi, satis apparet, Iobi dolores cũ arena maris conferri. Est & aliud minimè sibi cõstans in hac veteri Interpretatione, quod siquidẽ manifestè pugnat cũ ipsius Iobi sententia, qui hoc vnũ tuetur: se non perpeti grauissimos illos cruciatus propter peccata. Deniq;, si maximè recipiatur vetus illa Interpretatio, nihil iuuabit Põtificias Satisfactiones, quin potius euertet planè distinctionem remissę culpę & retentę pœnę: locus enim Iobi accipiendus esset non de sola peccati pœna, sed etiam de culpa, vt perspicuũ est ex his verbis, *Peccata mea quib. iram merui*; nec de redimẽdis ageretur peccati pœnis, sed de ijs iam satis superq; persolutis. Quod quàm alienum sit à mente Iob nihil attinet pluribus confirmare. — Iob. 6. — Exponitur locus Iobi.

Non minus etiam corrumpunt locum ex Ieremia citatũ. Illic.n. populus Israeliticus introducitur loquens, vt multis acceptis plagis tandem ad se rediens, agnoscénsq; peccata vitę anteactę. Nã, vt diximus cap. 3. huiusce disputationis, pœnę castigationis sępenumero ipsã agnitionem peccati antecedunt, & iis Dominus vtitur, tanquã externis instrumentis ad domandã hominis prauitatẽ: quemadmodũ Ephraim, hoc est, populus Israeliticus hic apertissimè declarat: *Castigatus sum*, inquit, *sicut iuuencus indomitus*. Item, *Protinus vt conuersus sum, me pœnituit, & postquam cognoui meipsum, percussi femur: pudore sum affectus & ignominia, quandoquidem sustinui probrum adolescentiæ meæ*: hoc est, tandem aliquando tot plagis acceptis resipisco, agnoscoq; prętérita peccata quibus toties iram Dei in me prouocaui. Hic vero quęro à Monachis, ecquid habere vnquã possint subsidij ex hoc loco ad probandum suum commentũ de humanis Satisfactionibus. Nam pœnæ, quas Ephraim commemorat, præcesserunt. — Locus Ieremiæ exponitur. — Ier. 3.

ceſſerunt agnitionem culpæ: tantum abeſt vt poſt culpæ remiſſionem valuerint ad pœnas peccatorum redimendas: vbi autem vetus Interpres habet, *Egi pœnitentiam*, in Hebraico contextu vſurpatur idem verbũ, de quo nos paulò ante in hac ipſa reſponſione diſſeruimus, quo ſignificatur voluntatis mutatio: non autem Satiſfactio pro peccatis. Atq; id Græcus Interpres ſatis intellexit, qui verbum Hebraicum exponens μετενόησα, inquit. Sed neſcio quo animi impetu Monachi, ſimul atque audiunt nomen Pœnitentię, illud arripiunt, vt ad ſuas Satiſfactiones accommodent: & cum nuſquam inuenerint vnde vel ſibi, ſat ſcio, vel aliis in hac quæſtione ſatisfaciant, miror eos nondum de pœnitentia, & de retractando ſuo errore, cogitare.

Obiectio 6.
Numer. 12.

Maria totos ſeptem dies manſit extra caſtra propter peccatum quod in Moſen admiſerat. Ergo homines poſſunt ſatisfacere Deo pœnis temporalibus peccatorum.

Errores ſuperioris obiect.

Conſequens valde vitioſum, Medium heterogeneum. Ibi enim commemoratur pœna à Deo quidem indicta, ſed ad politiam Eccleſiæ Iſraeliticæ pertinens: quemadmodum perſpicuum eſſe poteſt ex pleriſque locis in quibus fit mentio eiuſmodi Excommunicationis: quæ quidem inſtituta fuit à Domino, non vt Deo, ſed vt Eccleſię ſatisfiat ab iis qui Eccleſiam offenderunt. Quinetiam hoc exemplum (vt & ſuperiora) ipſas Satiſfactiones pro peccatis euertit. Etenim omnino ac præciſè Maria pœnas ſubiit à Domino præfinitas: at de ipſis redimendis, aut commutandis (vt fit in nundinis Pontificijs) verbum nullum.

Retorquetur obiect.

Obiectio 7.
Ioel. 2.
Matth. 3.

Conuertimini ad me ex toto corde veſtro in ieiunio, fletu & planctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta. item: *Facite fructum dignum pœnitentiæ, & loci conſimiles. Ergo homines poſſunt Deo ſatisfacere pro pœnis temporalibus peccatorum.*

Reſponſ.
Error ſuperioris obiect.

Adeò dilutum eſt iſtud ratiocinandi genus, vt ne commemoraſſem quidem, niſi recentiores Monachi eo delectarẽtur. Error παρὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ ἐλέγχου. Ibi nemo non videt agi de interiori reſipiſcentia quam Scholaſtici contritionem vocant. Quid enim aliud declarant hæc verba: *Ex toto corde. Scindite corda.* Item, *veſtra, & non veſtimenta?* At Pontificij Contritionem longè diſtinguunt à Satiſfactione. Cùm igitur hęc ſit cohortatio ad agnoſcendum culpam: ſatiſne ſani ſunt, ſibíque conſtantes, qui locum hunc trahunt ad ſuas ſatisfactiones, de cilicio quidem & ſcindendis veſtibus apprimè curantes, at de ſcindendis cordibus parũ ſoliciti? Verumenimuerò vel vnus hic locus ſatis probat externas Satiſfactiones (quas vocant) nullius eſſe pretij coram Deo. Sic igitur agamus. Satiſfactiones externæ quas Pontificij tantopere commendant, aut valent per ſe, aut vi cõtritionis. Si dicis eas per ſe valere, pugnas cum Ioële, qui negat ſciſſas veſtes placere Deo iubetq; corda ſcindi, non veſtimẽta. Sin mauis valere vi cõtritionis: tecum igitur pugnas, qui tribuis Satiſfactioni quod contritioni tribuendum fuit: ſiquidẽ tibi creditur. Adhæc Scholaſtici tradunt, Cõtritione deleri culpã, non autẽ pœnas temporales. Ecce rurſus noua cõtradictio in quã deprehẽderis. Verum, inquis, facit mentionem ieiunij & fletus. Rectè ſane, nempe vt eo modo teſtentur ſe ex animo dolere de peccatis admiſſis non autem vt Deo ſatisfaciant. Ioannis cohortatio, quam nobis obiiciunt, intelli-

Matth. 3.

gendaeſt non de hominū nugis ac placitis, ſed de ſanctis operib. ab ipſo Deo pręſcriptis, quę quidem bona opera ſunt fructus & teſtimonia veræ reſipiſcentię, vt veriſſimè illic docet Ioannes: non autem Satiſfactiones pro peccatis, vt falſiſſimè Pontificij comminiſcuntur.

Obiect. 8.
1. Cor 11.

Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur: Ergo homines poſſunt ſatiſfacere Deo pro pœnis temporalibus peccatorum.

Reſponſio.
Error ſuperioris obiect.

Perperam concluſum argumentum; cùm ita potius dicendum ſit. *Ergo debemus iudicia Dei anteuertere vera reſipiſcentia.* Quod ſi non facimus: audi quid ſequatur apud Paulum. *Dum iudicamur autem, à Domino erudimur, vt ne cum mundo damnemur.* Quibus verbis ſignificat Deum adhibere pœnas caſtigationis: vt nos in peccatis torpentes, quaſi dolorum facibus admotis excitet: & eò ſpectat verbum, erudiendi. Quare Paulus loquitur de pœnis antecedentibus ipſam agnitionem culpæ: vt iam nemini dubium eſſe poſſit, quin hæc Obiectio ſit ſine ratione.

Obiectio. 9.
Coloſſ. 1.

Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Ergo homines poſſunt ſatiſfacere Deo pro pœnis temporalibus peccatorum.

Reſponſio,
Error ſuperioris obiect.

Hoccine eſt argumentum? imò verò quid eſt, ſi non hæc blaſphemia eſt? Paulum-ne paſſum eſſe, vt pro aliis Deo ſatiſfaceret? Ecce igitur tibi conuulſa omnia Theologiæ fundamenta. Et quia primarius error iſtius Obiectionis eſt à dictione, paucis ea de re nobis agendum eſt. Quæro igitur quid intelligas nomine *paſſionum*: & vt Paulus loquitur τῶν παθημάτων & τῶν θλίψεων. Nam vtrumque vocabulum Latinus Interpres minus commodè vno eodémq; vocabulo expreſſit. Pœnas, inquis, Satiſfactorias. Ain verò? At id non eſt propoſitum. Quærebatur enim, poſſint-ne homines ſatiſfacere pro pœnis temporalibus peccatorum ſuorum. Iam vt hoc probes, ais, Paulum pro aliis fuiſſe perpeſſum. Atqui non idem eſt, pati pro ſe, & pati pro aliis. Quid igitur fiet ſuperioribus omnibus tuis argumentis? *Scindite corda veſtra & non veſtimenta.* Item, *Facite fructum dignum pœnitentia.* Item, *Si noſmetipſos iudicaremus, non iudicaremur,* & reliqua eiuſmodi omnia quæ attuliſti ad confirmandas tuas Satiſfactiones. Nunc autem mutatio fit, & ſi ita audiamus, iam ita dicendum erit, *Scindantur corda aliena: Alij faciant fructum dignum veræ pœnitentiæ. Alij ſemetipſos pro vobis diiudicent, ne iudicemini.* Atque ita de aliis.

Verba Pauli excutiuntur.

Abſurd. ſuperioris obiect. Pontificiorum.

Rem igitur paucis expediamus & primùm hoc abſurdum obiiciamus Pontificiis. Si afflictiones Paulo fuerunt pœnæ Satiſfactoriæ, neceſſe eſt vt vel pro Paulo ipſo fuerint ſatiſfactoriæ, vel pro aliis. Si pro aliis, nihil ad præſentem quæſtionem: imò tibi ipſi & ſuperioribus tuis argumentis repugnas, quibus volebas efficere, homines redimere poſſe pœnas temporales ſuorum peccatorum ſpontaneis cruciatibus ab illis ipſis perferendis qui peccarunt. Si dicas afflictiones Paulo fuiſſe pro ipſo Paulo Satiſfactorias, pugnas cum Pauli verbis: nec enim dicit ſe pati pro ſe, ſed pro aliis. *Quę patior pro vobis,* inquit. Item, *Pro corpore ipſius quod eſt Eccleſia.* O cæcam hominum pertinaciam! Qui nobis non aſſentiuntur affirmantibus, Chriſtum pœnas omnes peccatis noſtris debitas pro nobis perpeſſum fuiſſe: idem non verentur affirmare, Paulum pœnas

nas pro alijs ſatiſfactorias pertuliſſe. Quouſque audebunt miſerrimi Sophiſtæ gloriam vni Chriſto debitam ad homines transferre?

Sed iam opponamus aliam repugnantiam. Quum Pontificij nobis deſcribunt pœnas ſatiſfactorias vt ieiunia, cilicium, lachrymas, & continuos gemitus commemorant: quin etiam ſi dolor interior abſit, fatentur reliqua omnia nullius momenti fore. At Paulus dicit ſe gaudere in eiuſmodi paſſionibus. Ex quo fit, vt Paſſiones Pauli nō ſint inter eas pœnas recenſendæ, quas Pontificij Satiſfactorias eſſe volunt. Et quia aliud ex alio malum, iam aliud etiam abſurdum Pontificiis obiiciamus.

Sequeretur ex ſuperiori Monachorum obiectione eos omnes cruciatus & ærumnas, quas Apoſtoli, Martyres, & plerique ſanctiſſimi homines pro Chriſti nomine perpeſſi ſunt, fuiſſe peccatorū pœnas. Quod eſt Abſurdiſſimum. Aliud eſt .n. pati pro peccatis ſuis, aliud, pati pro Chriſto. Quare ſcitū eſt illud Auguſtini: *Martyrem*, inquit, *facit non pœna, ſed cauſa.* Epiſt. 64. Paulus autem vocat paſſiones illas ſuas, afflictiones Chriſti, tum quia pro Chriſto patiebatur, tum quia dicitur Chriſtus pati in ſuis, quoties illi pro ipſius nomine patiuntur, iuxta illud: *Saule, Saule, quid me perſequeris?*

Act. 9. Correctio ſuperioris obiect. Corrigamus igitur ſuperiorem obiectionem, atque ita dicamus: Paulum teſtari ſe in curſu Miniſterij ſui peragendo, non modò non frangi tot laboribus & ærumnis pro Chriſti nomine perferendis, ſed etiam ſummopere gaudere, quandoquidem maximus inde fructus ad Eccleſiam redibat. Ac propterea alacri ſe erectoque animo ſui Miniſterij curriculum conficere & quicquid laborum ſupererat ſumma conſtantia & fortitudine exantlare, vt hoc ſuo exemplo Coloſſenſibus præluceat, eorumque animos magis magiſque confirmet. Hanc eſſe Pauli ſententiam probant ea quæ ſequuntur illo ipſo loco. (*Cuius Eccleſiæ factus ſum miniſter*, inquit, *ex diſpenſatione Dei quæ data eſt mihi erga vos ad implendum Dei ſermonem*: & paulò poſt. *Chriſtum annunciamus, admonentes quemlibet, erudientes omni ſapientia, vt quemuis ſiſtamus perfectum in Chriſto Ieſu: in quo etiam laboro decertans ſecundum efficaciam ipſius agentem in me potenter.* Huc ſpectant etiam alij loci apud eundem Apoſtolum: *Omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

2.Tim.2. 2.Cor.1. *Sicut abundant perpeſſiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtum abundat etiam conſolatio noſtra: ſiue autem premimur, id fit pro veſtra conſolatione & ſalute quæ efficitur in tolerantia earundem perpeſſionum, quibus & nos afficimur. Item.*

Phil.1. *Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum in eum credere, ſed etiam pro eo affligi, idem certamen ſuſtinentes, quale vidiſtis in me, & nunc auditis de me.*

Phil.2. *Si pro libamento offerar ſuper hoſtia ſacrificioque fidei veſtræ, gaudeo & gratulor omnibus vobis.* Cum alijs pleriſque locis conſimilibus.

Obiectio.10. 1.Pet.4. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Item,

Luc.11. Luc.19. *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Item, Dimidium bonorum meorum do pauperibus. Ergo homines ſatisfacere poſſunt Deo pro pœnis temporalibus peccatorum.*

Loci

Loci omnes planè detorti ſunt in ſenſum alienum.

Reſponſio.
Errores ſuperioris obiect.

Primus locus à Petro vſurpatus ex Solomone depromptus eſt, *Odium*, inquit Solomon, *excitat rixas, charitas autem tegit omnia peccata*, ſiue vt ait Petrus, *multitudinem peccatorum*: vbi opponitur charitas odio. Nam vt odium identidem quærit nouas occaſiones rixandi: ita charitas anſam contentionibus præſcindit, & omnibus iis peccatis quæ inde manant. Ita nos ſapiens admonitos voluit, vt ſiquando nos fratres offenderint, ſimus faciles & prompti ad condonandum. Quare loquitur poſt Solomonem Petrus de peccatis, non coram Deo, ſed coram hominibus tegendis. Nam coram Deo peccata teguntur ſola remiſſione propter Chriſtum, vt probat Paulus ex his verbis Dauidis, *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Error igitur Pontificiorum eſt ex ignoratione elenchi.

Prou. 10.
Exponitur locus Pet.
Rom. 4.
Pſal. 32.

Secundus locus reprehendit Phariſæos, qui cibos ita demum eſſe mundos veſcentibus exiſtimabant, ſi certis ablutionibus vterentur: Atque ita ſpecie quadam externæ munditiæ contenti, intus erant pleni rapina & ſcelere. Docet igitur Chriſtus mundos quidem per ſe eſſe cibos, modò ipſi mundi accedant: ac propterea præcipit vt rapinas ſuas eleemoſynis ac beneficentia commutent. Hoc verò quid ad Satiſfactiones Pontificias? imò quis non videt ibi agi de Phariſæorum culpa? de qua Pontificij in hac noſtra diſputatione non loquuntur. Quare quum ita Monachi ratiocinantur, videntur ipſi ſuam obliti eſſe ſententiam. Certè non obliti ſunt priuata commoda, qui hactenus perſuadere conati ſunt, ſe ianuam cœli patefacere, iis etiam qui rapina & ſcelere pleni ſunt, modò cucullatos illos ampliſſimis vectigalibus locupletent.

Luc. 11.
Exponitur locus.
Repugnantia Pontif.

In loco tertio laudatur Zachæi in pauperes benignitas: & nos benignitatem in pauperes ſummopere laudamus, nec propterea minus improbamus dogma Pontificiorum de Satiſfactionibus humanis. Idem etiam probatur Zachæi ſtudium, ne quem lædat: aut ſi læſerit, damnum quamprimum ſarciat. Verùm hoc pertinet ad Satiſfactiones, non Deo, ſed hominibus faciendas. Idem error qui ſuprà.

Obiectio. 11.
Prou. 16.

Miſericordia & Veritate redimitur iniquitas, inquit Solomo. *Ergo homines poſſunt ſatiſfacere Deo pro peccatis temporalibus.*

Reſponſ.
Errores ſuperioris obiect.
Exponitur locus.

Fallit Conſequens. Error in falſa loci illius interpretatione. *Expiatur iniquitas*, inquit Solomo, *benignitate*, hoc eſt, Deus eſt propitius illis qui benignitati & veritati ſtudent. Effectui tribuitur id quod cauſæ proprium eſt, vſitato Scripturæ more. Expiantur quidem peccata noſtra Chriſti ſanguine, cuius ſolius beneficio redimimur & reconciliamur cum Deo: ſed quia fideles qui verè reſipiſcunt, ſunt beneſici atque integritatem, vitæque ſanctimoniam colunt: idcircò eorum probitati tribuitur id quod propriè ſolius Chriſti beneficio tribuendum eſt. Hoc autem fit propter nos, quibus aliorum fides perſpecta eſſe non poteſt, niſi eam ex effectis cognoſcamus. Declarat igitur Solomo quales ſint ij, quorum peccata expiantur. Verùm quid pluribus opus eſt? Locum illum de Peccatorum

Repugnantia Pontif.

culpa intelligendum eſſe ſatis probant ea que Solomon ſubiicit in eodem verſu, Et timore Domini receditur à malo, inquit, ipſam peccati culpam ſignificans. Adde vocabulum *Expiandi*, id enim verbum hebraicum ſignificat, quod ad culpam neceſſariò referendum eſt: nec vnquam vſurpatur quin culpam ſignificet. Iā ſi peccatorum expiatio tribuitur hominum probitati: ergo Chriſtus fruſtra mortuus eſt: abſurdū & blaſphemum. Rectè enim Paulus: *Non ex operibus iuſtis quæ fecerimus nos, ſed ex ſua miſericordia nos ſeruauit, &c.* Ac propterea locus Solomonis Pontificias Satiſfactiones iuuare non poteſt.

Abſurda ſup. obiectionis.

Tit. 3.

Obiect. 13.

Niſi ſtet doctrina de humanis ſatiſfactionibus, nihil erit diſcriminis inter delinquentes ſiue plus peccauerint, ſiue minus.

Conſequens falſum. Ergo & Antecedens.

Errores ſup. obiectionis.

Rom. 5.

Stultum Conſequens. Erit diſcrimen reſpectu ipſorum delinquentium: ſed reſpectu Dei condonantis, nulla alia quęrenda eſt differentia quàm ea quæ ſignificatur his Pauli verbis, *Vbi ſuperabūdauit peccatū, ibi ſuperabūdauit gratia.* Siquis enim merita Chriſti ſufficere neget vel grauiſſimis omnium hominum peccatis expiandis, exeat ſanè non modò è Theologorū ſchola, ſed ex ipſa Chriſtianorū ſocietate. Enimuerò libenter quærerē ex ipſis Monachis, ecquod illi diſcrimē ſtatuant inter delinquētes quum ipſis culpa peccatorū condonetur ſimulque remittuntur æternę pœnæ idque ex ipſorum dogmate. Quòdſi nullum diſcrimē aſſignare poſſunt, nec propterea vel peccatores vel peccata exæquant: hoc ſibi habeant pro reſponſo. Sed eſt aliud minimè ferendū in hac Obiectione. Etenim ſequeretur ex pœnis temporalib. vel maioribus vel minoribus diiudicandum eſſe quinam grauiùs & qui leuiùs peccarēt. Ac proinde, vt ſexcenta alia prætermittam, Iobus longè grauiùs peccauerit quàm Eliphas & amici eius: abſurdum & falſiſſimum: quia aliter Dominus iudicauit. Hæc ſunt quæ nobis videre licuit Pontificiorum detorta ex ſacris literis argumenta ad confirmandas humanas Satiſfactiones. Nam illud Iobi de ſumma Dei iuſtitia diſſerentis, *Verebar opera mea ſciens quòd non parceres delinquenti*, & lex illa ciuilis apud Moſen, *Pro delicti menſura erit & plagarum modus*, & ſi quæ fortè occurrunt eiuſdem ponderis argumenta, ſciens pręetereo: tum quòd per ſe facilia ſint, ſeque ipſa primo aſpectu prodant: tum quia ex ſuperioribus noſtris reſponſionibus ſatis refelluntur: quibus repetendis tædium lectoribus afferre noluimus. Supereſt vt ea diſcutiamus quæ nominatim afferri ſolent ad ſtabiliendum Eccleſiæ Romanæ Purgatoriū, & ab eo initium faciamus quod ſibi illi palmarium eſſe putant.

Obiectiones Pontificiorum pro Purgatorio.

Obiect. 1.
2. Mac. 12.

Sancta cogitatio pro mortuis exorare, vt à peccatis ſoluātur, inquit Author poſterioris libri Machabæorum. Sunt igitur pœnæ Purgatorij poſt mortem perſoluendæ.

Error ſuper. obiectionis.

Nego Conſequens. eſt Sophiſma ex ignoratione elenchi, multis alijs ſuper alijs erroribus cumulatum. Atque vt id manifeſtum fiat, [illegible] ipſos recenſeamus.

Libri Macha. non ſunt

Primus error, quòd petunt argumentum ex iſto libro, qui non recensendus est inter Canonicos. Sic enim apud Cyprianũ, *Alij libri sunt qui non Canonici sed Ecclesiastici appellantur, vt Tobiæ, Iudith, & Macchabæorũ libri, quos legi quidem in Ecclesia voluerunt, non tamen proferri ad authoritatem fidei ex iis confirmandam.* Hieronimus autem: *Libros Macchabæorum,* inquit, *legit quidem Ecclesia, sed eos inter Scripturas Canonicas non recipit.* Sic porrò Augustinus. *Hanc Scripturam quæ appellatur Macchabæorum non habent Iudæi sicut legem & Prophetas, sed recepta est ab Ecclesia non inutiliter, si sobriè legatur.* Ex quibus ad id responsum erit quod toties inculcant, Synodorum authoritate Macchabæorum libros legi in Ecclesia solitos: quippe vt quorundam martyrum victoria publicè commemoraretur. Itaque si quando libri illi à veteribus Canonici appellantur, id fit abusu vocabuli dum, Canonicum pro, Ecclesiastico, vsurpant vocabulo latius sumpto. *Nos enim Canonicos libros appellamus eos ex quibus peti possunt argumenta certissima ad Theologicam veritatem definiendam.* Verumenimuerò vt sermonem hac de re præcidamus, ita ratiocinetur.

non sunt Canonici.
Ratio 1.
In expos. Symb. In lib. Sapient.
Con. Gaudent. lib. 2. cap. 23.

Si vetus Ecclesia quæ Macchabæorum libros pro Canonicis non agnouit, in diiudicandis libris Canonicis veteris Testamenti fuit à Spiritu sancto gubernata: & quos spiritu verè Canonicos, pro Canonicis agnouit, eosdem verè Canonicos iudicauit: certè Macchabæorum libri non sunt pro libris Canonicis agnoscendi. Verum est Antecedens. Verum igitur Consequens.

Ratio. 2.

Præterea satis se prodit author ipse quum styli veniam deprecatur, quod quàm alienum sit ab eo qui loquitur afflatu Spiritus Sancti nimis notum est. Vnum tamen (vt hoc fatear) quicunque tandem author sit illius libri, non incommodè sanè nec ineptè subiecit, quum suum librum cum vino diluto comparauit; (Etenim is liber in plerisque valde dilutus est & impurus) quod fortasse non sentiunt ij, quibus (vt olim dictum est) nec cor nec palatum sapit.

Ratio. 3.
Cap. 15. ad fin.
Ibidem.

Secundus error quod perperam conuersus sit ille locus. Sic enim ex Græco [illegible] legendum est: *Quum cogitaret, iis qui cum pietate obdormierunt, optimam esse repositam mercedem, sancta & pia cogitatio.* Quæ quidem sententia ad fidem de resurrectione mortuorum pertinet. Sic enim paulò antè, *Piè,* inquit, *sentiens de mortuorum resurrectione.* Nam priscis illis temporibus permultos extitisse inter Iudæos extitisse qui futuram resurrectionem negabant: tales fuere vel ipsi Sadducæi. Est autem ineptum &(vt ad istum Macchabæorum librum alludamus,) dilutum planè & insulsum quod quidam ex recentioribus Monachis Pseudonymis in medium afferunt: hic præcipuè agi de Resurrectione animæ ex peccato & peccati reliquiis: quasi verò de ea tum cogitarit Iudas, aut ea sit post hanc vitam, vel expectanda, vel speranda.

Tertius error. Nam, vt maximè demus Iudam misisse Hierosolymam aliquot drachmarum millia, vt expiaretur peccatum admissum ab iis qui in acie occubuerant (qua de re tamen reliqui scriptores nihil commemorant) id Pontificij aliorsum atque fecit Iudas, accipiunt. Est enim potius existimandum, Iudam hoc pacto voluisse toti Ecclesiæ esse consultum, quum satis memoria teneret, quid olim propter vnius Achani peccatum accidisset. Atque huic sententiæ fauet quod in multis, iisque emendatissimis exemplaribus, ita legitur: [illegible]

propter

propter admiſſum illud peccatum penitus delerentur. Sed hanc rem nos ita paucis concludamus.

Iudas non cogitauit de ſacrificio pro mortuis faciendo.

Si Iudas Macchabæus miſit Hieroſolymam vt ſacrificium aliquod expiatorium fieret, & fuit vir pius atque imitatione dignus: certè non miſit Hieroſolymam vt ſacrificium fieret pro mortuis. Conſequentia patet, quia nullum extabat præceptum in lege Moſis de eiuſmodi ſacrificiis, præter quam tamen ſacrificium vllum facere non licebat.

Quartus error à Conſequenti. Primum enim nondum conſtat inter Pontificios fuerit-ne Purgatorium veteris Teſtamenti temporibus. Deinde, non ſequitur, ſi piam eſſe precationem pro defunctis author illius libri exiſtimauit, eum propterea aliquid de Purgatorio cogitaſſe: vt copioſius nobis dicendum erit quum teſtimonia veterum expendemus. Quare hoc argumentum quod valde premunt quidam Pſeudonymi firmum non eſt. *Precati ſunt pro defunctis:* Ergo crediderunt illos eſſe in Purgatorio. Multi enim ex veteribus, pro defunctis precati ſunt, tamen nullum Purgatorium eſſe crediderunt. Adhæc cum Pontificij velint Purgatorium eſſe intermedium inter mortem & diem reſurrectionis & hic author ſtatim de reſurrectione mortuorum locutus ſit, certè ſatis indicat, ſe per illā precationem nihil aliud intelligere, quàm vt admiſſum illud peccatum non imputetur in nouiſſima reſurrectione. Atque hoc precandi genus nec pœnas differt nec præmia; vt patet ex precatione Pauli pro Oneſiphoro, *Det illi Dominus, vt inueniat miſericordiam apud Dominum in die illo.* Quinetiam hæc eiuſdem authoris verba Purgatorium planè euertunt. Conſiderabat, inquit, iis qui cum pietate obdormiſſent, optimum eſſe repoſitū munus. Poſtremò nullam vim habet hoc Connexum: Author libri Macchabæorū cenſet, factum Iudæ pro mortuis precantis & ſacrificium offerentis probandum eſſe: ergo probādum eſt. Nam do inſtantiam manifeſtiſſimam ex eodem lib. petitam: nempe eundem authorem probare factum Raziæ, qui ſibi mortem conſciuit, ne in poteſtatem hoſtium veniret: cùm tamen factum illud minimè ſit probandum. Quum enim hoc exemplum Donatiſtæ aliquando prætexerent eorum furori, qui ſibi violentas manus afferebant, vt eo pacto ſummam animi conſtantiam oſtentarent, eoſque Auguſtinus ſolidiſſimis argumentis caſtigaret: in ea diſputatione plus ille doctor factum Raziæ probandum eſſe pernegauit, tandemque huc euaſit, vt diceret libros Macchabæorum eſſe ſobriè legendos. Nos autem in re ſimili verſamur: ac proinde Auguſtiniana exceptione nobis aduerſus Pontificios vti licet. Itaque iudicium illius authoris nihil morati, rem ipſam definiendam eſſe ſtatuimus ex apertis Scripturæ teſtimoniis. Sed iam Pontificios ad incommodum adigamus, doceamúſque hoc exemplum pugnare cum ſuperioribus Pontificiorum diſtinctionibus.

2.Tim.1.

Cont. Gaudent. lib. 2.

Abſurda & incommoda ſuperioris obiectionis.

Peccatum de quo illic agitur mortale fuit (vtendum eſt enim ipſorum verbis.) Quare in Purgatorium venire non potuit.

Antecedens patet ex contextu: Nam qui occubuerant, quædam rapuerant idolis conſecrata. Conſequens ipſi ponunt in ſuis diſtinctionibus.

Dicens

Dicent fortaſſe, culpam fuiſſe pœnitentia deletam: ſed quo tandem argumento? Num obliti ſunt, quantum hoc Scholaſticis difficile videatur? Verum, fac ita eſſe: cur igitur ampliùs requiris pœnas temporales, cùm pœnam mortis ab hoſtibus illatæ propter admiſſum peccatum luerint, ſi eidem authori fidem adhibes? Sic enim ille: *Omnibus*, inquit, *palàm conſtitit eos ob hanc cauſam occubuiſſe.* Item,

Reſp. Pontif.
Refutatio.
Vide Scotum in 4. ſent. diſt. 20.
[illegible]

Si Iudas voluit fieri oblationem pro peccato, & eiuſmodi oblatio nunquam fiebat pro ſola pœna, ſed etiam pro culpa: Ergo factum Iudæ ad Purgatorium non pertinet. Conſequentia patet ex ipſis Pontificijs. Aſſumpti prior pars extat totidem verbis in illo contextu. Pars Aſſumpti poſterior patet inductione, nec Pontificij inſtantiam afferent. Ex quibus omnibus intelligitur, locum ex hiſtoria Iudæ Macchabæi nullo modo Purgatorij cauſam ſubleuare. Nunc locum in eorum caput ita retorquemus.

Retorquetur obiect.
Heb. 9. 10 &c.

Si omnia veteris legis ſacrificia fuerunt vmbra vnici ſacrificij quod Chriſtus obtulit (vt ait Apoſtolus) & veteres crediderunt oblato ſacrificio peccata defunctorum purgari (vt volunt Pontificij) certè nobis Chriſtianis credendum eſt, eorum peccata qui piè defuncti ſunt, vnico Chriſti ſacrificio fuiſſe perpurgata.

Antecedens non negant Pontificij. Quare admittant etiam Conſequens neceſſe eſt. Iam audiamus eos Scripturæ locos, quibus Pontificij abuti ſolent, & quos reclamantes ac reluctantes, per vim & iniuriam, in ſuum Purgatorium pertrahere conantur.

Obiect. 2.
1. Sam. 2.

Dominus deducit ad inferos & reducit, hoc eſt, ad Purgatorium deducit, & inde ad cœlum educit, quod etiam Paraphraſtes Chaldæus videtur intellexiſſe. Ergo dogma de purgatorio recipiendum eſt.

Reſponſ.
Pontificij quaſi Sibylla duce Purgatorium apud inferos quærunt.

Miror ſanè Pontificios, vt Purgatorium probent, ex inferni vocabulo hîc & alibi quoque argumentari. Nam certè iſta argumenta ex inferno petita, neſcio quid ſiniſtri mihi videntur Purgatorio præſagire: quippe quæ toties Purgatorium in inferno quærant. Longè melius Auguſtinus, *Nondum inueni*, inquit, *inferos alicubi in bono Scripturarum Canonicarum poſuiſſe.* Sed iam locum obiectum exponamus.

De Gen. ad lit. lib. 12. ca. 33. & Epiſt. 99.
Locus obiectus exponitur.
Phraſis hebraica explicatur.

Poſterior pars verſus eſt repetitio prioris, quem dicendi leporem hebræis familiariſſimum ſatis agnoſcunt ij qui hebraicas literas, vel tantum procul, ſalutarunt. Vocabulum hebraicum ſignificat *ſepulchrum*: &, *deducere ad ſepulchrum eſt, occidere: educere autem* (vel vt Hebræi ad verbum dicunt) *facere aſcendere è ſepulchro, eſt in vitam reſtituere.* Quanquam autem Deus poteſt & planè occidere, & rurſus, mortuos ipſos in vitam reuocare: tamen hæc phraſis potiſſimum ſignificat, non tam mortem ipſam, quàm maxima pericula, atque ex illis admirabilem liberationem. Sic dicebat Dauid, illam phraſin vſurpans: *Æternus aſcendere fecit animam meam è ſepulchro.* Et alio in loco *Oſtendiſti*, inquit, *mihi tribulationes multas, & conuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me, &c.* Nec tamen propterea ſignificabat ſe ex Purgatorio rediiſſe. Paraphraſtes autem Chaldæus quem citant; *Deducit*, inquit, *in ſepulchrum, rurſus educturus in vitam ſeculi;* vitam præ-

Pſal. 30.
Pſal. 71.

Phraſ. Chaldeam quam ipſi non intelligunt.
Errores ſuperioris obiect.

ſentem ſignificans, quemadmodum ſatis eſt perſpicuum ex particula, *Rurſus*: nec ea de re dubitant qui ſunt vel tantulum in ea lingua exercitati; niſi forſaſſe iſti Monachi velint animas ex ipſo cœlo deturbatas in ſinum illud Purgatorium præcipites dare. Stultum eſt igitur Conſequens huiuſce Obiectionis. Error, ex figura dictionis.

Obiect. 3.
Zacha. 9.

Tu autem in ſanguine Teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua, inquit, Zacharias, hoc eſt de Purgatorio, cùm hoc neque de Inferno neque de Limbo ſatis commodè exponi poſſit. Ergo dogma de Purgatorio recipiendum eſt.

Reſponſ.
Monachorum ſolertia
Errores ſuperioris obiect.
In Zach.
Locus obiect. exponitur.

Nunc demum ingentem Pontificiorum ſolertiam agnoſco; qui locum hunc craſſè ſatis ſimilitudinem intelligunt, vt ſui Purgatorij flammis conſulant inde, quoad eius fieri poteſt, omnem aquam amouentes. Cæterùm fallit Conſequens propter falſam interpretationem illius loci. Hieronymus locum hunc Zachariæ de pœnis æternis intelligit, à quibus nos Chriſtus ſuo ſanguine liberauit. Non dubium eſt autem quin Zacharias alludat ad reditum ex captiuitate, qui quidem ad ſpiritualem liberationem accommodatus (quemadmodum fieri ſolet & debet) non poteſt ad Purgatorium torqueri. Nam illa captiuitas iugum peccati, & mortis repræſentabat, quo nos Chriſtus liberauit & nos eduxit ex illo teterrimo inferorum lacu vt nos in libertatem aſſereret, atque in cœleſtes auras ac feliciſſimam quietem transferret, non autem vt in putidum illum Purgatorij lacum deprimeret. *Per lacum*, inquit Auguſtinus, *nihil videtur non eo ſignificari meliùs, niſi humanæ miſeriæ ſiccam profunditatem quodammodo & ſterilem, vbi non ſunt fluenta iuſtitiæ, ſed iniquitatis lutum*. Hæc Auguſtinus longiſſimè diſtans à Monachorum ſomnijs. Verumenimuerò quid ſibi volunt hac ſua interpretatione? Quis enim non videt (vt illis ſuam obiectionem regeramus) Prophetam illic captiuorum nomine Eccleſiam ipſam ſignificare? Quòd ſi lacus ille Purgatorium ſignificat: certè dicendum eſt, Chriſtum Eccleſiam à Purgatorij pœnis liberaſſe quippe cùm pœnas nobis debitas pertulerit, & ſic perfectiſſima peccatorum noſtrorum purgatio.

Obiect. 4.
Mich. 7.

Iram Domini portabo, inquit Michæas, quoniam peccaui ei donec cauſam meam iudicet & faciat iudicium meum: educet me in lucem & videbo iuſtitiam eius. Ergo dogma de Purgatorio recipiendum eſt. Hæc enim pertinet ad eos qui ſunt in Purgatorio, quia non poſſunt damnatis, nec iis qui in Limbo detinebantur, conuenire.

Reſponſ.

Veruntamen poſſunt, & debent conuenire Eccleſiæ in terris agenti, quam hic loquentem Propheta introduxit. Quare ſtultiſſimum eſt Conſequens. Error ob defectum diuiſionis. Locus Propheticus perlucet adeò vt mirum ſit Monachos hic de ſuo Purgatorio cogitare potuiſſe.

Obiect. 5.
Eſa. 4.

Si Dominus ſanguinem Ieruſalem lauerit de manibus eius in Spiritu iudicij & Spiritu ardoris, &c. inquit Eſaias. Ergo dogma de purgatorio recipiendum eſt.

Reſponſ.
Errores ſuperioris obiect.

Nego Conſequens propter falſam interpretationem illius loci. Nā Eſaias prædicit grauiſſima Dei iudicia aduerſus Iudæos futura, idque propter eorum peccata, & imprimis horrenda ſcelera quæ in ipſa vrbe Hieroſolymæ admittebantur: & loquitur de pœnis in hac vita, non autem post mortem in Purgatorio futuris. Quinetiam meminit culpæ verbis apertissimis; &(ne longum sit) nihil est in eo loco quod vel tantillum ad fornacem illam Pontificiam accedat.

Ecce venit Dominus exercituum, & quis diem aduentus eius sustinebit? Ipse enim tanquam ignis conflans & herba fullonum, & purgabit filios Leui ut aurum & argentum, &c. Ergo dogma de Purgatorio recipiendum est: Nam hunc locum Augustinus ad Purgatorium retulit.

Obiectio 2. Malac. 3. De Ciuit. Dei lib. 20. cap. 25.

Falsum Consequens. Idem error qui supra: ne nobis vrgendum sit, vocabulum, *Purgandi*, illic vsurpatum ad culpam necessariò referri, quam tamen Pontificij in suum Purgatorium ingredi nolunt. Porrò Malachias (vt plerique viri doctissimi censuerunt) loquitur de priore aduentu Christi, & de ministerij Euangelici efficacitate. Augustinus autem & aliquot alij veteres locum Malachiæ de die nouissimo intellexerunt: quo die tum Augustinus tum alij veteres pleriq; pœnas quasdam purgatorias futuras esse proponebant: & hoc esse probabile, videtur Augustinus aliquando censuisse: quanquam id nunquam dogmaticè definiit, vt infrà suo loco videbimus. Hæc autem Augustini expositio nihil habet commune cum Purgatorio Pontificiorum quia loquitur tantùm de pœnis Purgatorijs, quas demum nouissimo resurrectionis die futuras plerique ex veteribus existimabant. Sic enim ille, *Propheta Malachias*, inquit, *iudicium nouissimum prophetauit*: & paulò post, *Ex his quæ dicta sunt videtur euidentiùs apparere, in illo iudicio quasdam quorundam Purgatorias pœnas futuras*: hæc ille. Atq; [illegible] esset de Purgatorio, quod Pontificij omnino volunt esse ante diem nouissimũ, vt interim habeant quod [illegible]: alioqui non tantum vsus illis Purgatorium afferret: nec pro eo certè tanta animi contentione dimicarent. Sed n. (vt ad Malachiam alludamus) satis est Euangelicæ veritatis efficacia vt istud commentum & permultas alias Ecclesiæ corruptelas & sordes tanquam ignis & herba fullonum sit aliquando detersura.

Responsio. Error super. obiectionis. Locus Malachiæ excutitur.

Vbi sup.

Et quum dixerint vobis, quærite à Pythonibus & diuinis qui strident in incantationibus suis: Nunquid non populus à Deo suo requiret visionem pro viuis & mortuis? Ergo dogma de Purgatorio recipiendum est. Nam hoc verbo Petrus Abbas Cluniacensis de Purgatorio exposuit.

Obiectio 3. Esa. 8.

At enim huic ipsi Abbati opus est patrono, quem isti Monachi defensorem parant. Valeat certè apud Monachos Abbatis authoritas: at nos Cluniacensem illum Abbatem nihil moramur, peruersamque hanc & à Prophetæ verbis alienissimã interpretationem reijcimus. Sic enim Esaias: *Non populus Dei*, inquit, *pro viuis quæret mortuos?* scilicet interrogabit? Quibus verbis Propheta grauissimè refutat eos qui Pythonicos errores obtrudebant. Itaq; subijcit, *Ad legẽ & ad Testimonium*. Si non dixerint iuxta verbũ hoc nõ erit eis matutina lux. Audiant isti Monachi, ac tandẽ desinãt spreta Euangelicæ veritatis luce (qua se conuictos in animo sentiunt) in tenebricosam, atque, vt volunt, subterraneam illam Purgatorij speluncam suas & aliorum cogitationes demergere. Cæterùm Abbas ille turpiter locum Esaiæ deprauauit, etiam iuxta veterem interpretationem, vbi ita legitur: *Nunquid non populus Deo suo requiret visionem pro viuis & mortuis?* Sic autem Abbas: *Pro viuis ac mortuis.*

Responsio. Error superioris

Obiect. 8. Psal. 39. Eccle. 11. [illegible]

[illegible] locum [illegible] Quod [illegible] fueris [illegible] Ergo [illegible] Purgatorio [illegible] Ecclesiast. [illegible]

Respons. [illegible]

Hæc verò [illegible] ad Purgatorium [illegible] Nã in illis locis agitur de iudicijs Dei & de [illegible] Origenes [illegible] Quare [illegible] Ecclesiast. ex Tobia, Benedictum [illegible] Quid [illegible] fuisse [illegible] Iã excutiamus ea argumenta [illegible]

Obiect. 9. Matth. 12.

Quod [illegible] in hoc [illegible] futuro. Ex vi Consequentiæ, est aliquid Purgatorium [illegible]

Respons. Exponitur locus Matthæi. Luc. 12. Marc 3. De verb. Dom. Ser. 11. Obiectio Monachorũ. Respons.

Absurdum.

Ex verbis [illegible] Marcus [illegible] Quare [illegible] in his verbis [illegible] Monachorum [illegible] it, *æternum delictum*, hoc est, quod [illegible] catum in spiritum S. [illegible], sequeretur, aliqua Monachorum [illegible] quod falsum est. Atque hæc de Antecedente [illegible].

Nego igitur Consequens, [illegible] in Theologia, tum, in arte disputandi [illegible] noratione elenchi. Nam quum hic agatur de culpa [illegible] locum ad solas peccati pœnas, easque temporales accommodant. [illegible] sum est autem, quorundam peccatorum culpam in hac [illegible] sam, remittendam [illegible] vita est, tempus [illegible] ut ait Christus apud Ioannem. [illegible] de peccatorum remissione. [illegible] Quin ipsi Scholastici [illegible] in hoc seculo remitti. Quid igitur hic locus ad Purgatorium? Oportet enim vocabulum Remittendi [illegible] eodem modo exponi: alioqui non erit vera [illegible] nostra responsio nihil habent Pontificii quod opponant [illegible] ipsorum argumentum. Nam si in Antecedente, verbum remittendi de culpa intelligendum est: certe in Consequente verbum idem eodem quoque modo intelligendum erit: [illegible] Pontificii, non disputare.

Error superiorum obiect.

Ioan. 3.

Ephes. 1. Coloss. 1.

Enchir. cap. 115.

Secundus error: quod futurum seculum intelligant, non de die nouissimo, sed tantum de tempore intermedio inter mortem & diem nouissimum, contra vsum ac morem Scripturæ, quæ futuri seculi nomine, diem nouissimum & [illegible] intelligit. Et licet Augustinus locum hunc accommodet potius Purgatorio, [illegible] futuris (vt quibusdam ex veteribus visum est) tamen de die [illegible] nis futurum seculum intellexit. Damascenus autem, [illegible] *supplicium futurum seculum [illegible]*, inquit.

Luc. 20. &c. De Ciuit. Dei lib. 21. [illegible]

De Orthod. fid. lib. 2. ca. [illegible]

Tertius error: quod colligant fidei dogma ex obliquo quodam argumentandi genere: non autem ex directis, planis, expressisque Scripturæ verbis: quod tamen contra factum oportuit.

Quartus error: quod hoc ratiocinandi genus non sit [illegible], ac proinde non Theologicum, sed [illegible] atque adeo valde infirmum. Nam Gregorius, quem alii frequentes sequuntur, proponit hanc Maximam [illegible]: *Quod negatur de uno, de [illegible] conceditur*: quemadmodum solent ii dicere, qui in vtramque partem disputant.

Quintus error: quum affirmatam, ex negatis duabus colligunt, quod recte ratiocinandi leges non ferunt.

Sextus error: quod ex particulari eaque negata, inferant vniuersalem affirmatam. *Si peccatum in Spiritum Sanctum non remittitur in hoc seculo neque in futuro*: *Ergo*, inquiunt, [illegible] *non [illegible] in futuro seculo*. Oportebat enim hoc Connexum verum esse: *Si peccatum in Spiritum Sanctum non remittitur in futuro*, *Ergo reliqua omnia hic fidelibus non remissa, ibi remittentur*. Atque ita [illegible] particularis parte, quam [illegible] quod vetat recte disputandi scientia.

Septimus error: quòd dum volunt argumentari à Subcontrarijs, non ſeruent legitimam rationem ſubcontrarietatis: ex qua tamen oporteret manare vim concluſionis: quod vt faciliùs oculis ſubiiciatur, propono hoc διάγραμμα Subcontrariorum.

1 *Quoddam peccatum non remittitur.*	1 *Quoddam peccatum remittitur.*
2 *Quoddam peccatum non remittitur in hoc ſeculo.*	2 *Quoddam peccatum remittitur in hoc ſeculo.*
3 *Quoddam peccatum non remittitur nec in hoc ſeculo, nec in futuro.*	3 *Quoddam peccatum remittitur & in hoc ſeculo & in futuro.*

At Pontificij ita dicunt: *Quoddam peccatum non remittitur in hoc ſeculo.* Quod nemo non videt quàm ſit vitioſum: quandoquidem duplici negationi opponenda eſt duplex affirmatio: cùm illi vnam tantùm opponant. Do igitur ſimilem errorem: Si quidã homines non amant Deum nec in hoc ſeculo nec in futuro. Ergo quidam homines amabunt Deum in futuro, qui non amauerunt in hoc ſeculo: Abſurdum. Sed ſubcontrarium à nobis propoſitum nititur & ipſa ratione Subcontrarietatis, &, quod caput eſt, expreſſis Scripturæ teſtimonijs. Quemadmodum enim peccatum in Spiritum S. non remittitur in futuro ſeculo, quia non fuit remiſſum in præſenti: ſic peccata piorum remittentur in futuro ſeculo, quia remiſſa fuerunt in præſenti. Huc pertinet apud

Math.18. Matthæum, *Quæcunque ſolueritis in terra, erunt ſoluta in cælo.* Et Ioannes: *Si quorum,*

Ioan.20. inquit, *remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Paulus autem:

Rom.2. *In die quo iudicabit Dominus de occultis hominum ſecundùm Euangelium meum.*

Apoc.20. *Libri aperti ſunt,* inquit Ioannes, *& iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum.*

1.Cor.5. Et Apoſtolus, *Vt Spiritus ſaluus ſit in die Domini.*

2.Theſſ.1. Item, *Vt glorificetur in Sanctis in die illo, quod fides habita ſit teſtimonio noſtro apud vos.*

2.Tim.1. Item, *Noui cui crediderim & mihi perſuaſum eſt, eum poſſe depoſitum meum ſeruare in illum diem.*

Ibidem. *Et paulò poſt de Oneſiphoro: Det ei Dominus vt inueniat miſericordiam apud Dominum in die illo.* Qui omnes loci atque conſimiles attentè conſiderandi ſunt, & ſimul aduertendum eſt ad præclaras has ſententias:

Ioh.5. *Qui verba mea audit, tranſit à morte in vitam.* Item:

Ioh.3. *Qui credit in eum, non iudicatur: Qui non credit, iam iudicatus eſt, &c.* Ex quibus omnibus ita nobis ſtatuendum eſt: peccata remitti credentibus in hoc ſeculo, quia vera fide iuſtitiam Chriſti & eius merita recipiunt: remittenda verò eſſe peccata iiſdem credentibus in futuro ſeculo, quia palàm fiet illa ipſa remiſſio quam fideles in hac vita obtinuerunt, & eam Dominus ratam habebit, audietq; totus homo illam ipſam ſentẽtiam, quam anima, migrans è corpore, iam antè audiuerat. Ac de his quidẽ hactenus.

Pontificij in ſuam ipſorum ſententiam iniurioſi. Octauus error (ſi tamen error eſt, errorem deſtruere) quòd Pontificij nihil tale cogitantes, concludant ſuę ſententię euerſionem. Quid enim efficere volunt ſua illa ſinuoſa atque obliqua ratiocinatione? Nẽpe credentium peccata remitti in futuro ſeculo. Atqui, remittere, & punire ſunt oppoſita. Rectè enim

Hom. de pœn. & Conf. Chryſoſtomus, *Nemo remiſsit,* inquit, *qui punire vult.* Quare ſi remittuntur peccata in futuro ſeculo, vt illi contendũt ex Matthæi loco, certè non puniuntur: atque ita ruit Purgatorium, ipſis etiam Pontificijs demolientibus id quod extruere conabantur.

Retorquetur obiect. Retorqueamus igitur hunc locum aduerſus Pontificios, hoc modo, Si fidelium peccata hîc non remiſſa, hoc eſt, pœnę temporales hîc non perſolutæ, remittuntur in futuro ſeculo: & quæ remittuntur, non exiguntur: Certè pœnæ temporales in futuro ſeculo non exiguntur à fidelibus, quandoquidem remittuntur. Antecedentis partem vnam ipſi Pontificij proponunt: partem alteram negare non poſſunt. Conſequens igitur admittant neceſſe eſt. Corrigatur Obiectio ex ijs quæ propoſita ſunt in noſtra Reſponſione: quod idem de ſequentibus Obiectionibus dictum velim.

Correctio ſuperiorib. obiect.

Obiect. 10.
Philip. 2.

Si in nomine Ieſu omne genu flectitur cæleſtium, terreſtrium & infernorum: & dæmones non flectunt genu in nomine Ieſu, ſed potius exhorreſcunt: certè oportet quaſdam exiſtere apud inferos pias animas in nomine Ieſu genu flectentes: eas nimirum quæ ſunt in Purgatorio conſtitutæ.

At verum eſt Antecedens ex Paulo. Verum igitur & Conſequens.

Reſponſ.
Locus Pauli excutitur.

Antecedens habet duo membra, quæ ſigillatim excutio. In priori membro agnoſco verba Pauli: ſed quod in poſteriore membro ſubijciunt, planè repudio. Nam illi verba Pauli perinde accipiunt, ac ſi de voluntaria tantùm obedientia loqueretur: cùm potius illic ſignificetur ſummum ius Chriſti in res omnes creatas: vt alio in loco dicitur: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Item: *Quem conſtituit hæredem omnium.* Et: *Audiui omnem creaturam quæ in cælo eſt, & ſuper terram & ſub terra, & in mari, dicentia; Ei qui ſedet ſuper thronum & Agno ſit benedictio, honor, & gloria.* Quem locum etiam ſolebāt afferre ad Purgatorij confirmationē: ſed veriti, ne etiam Purgatorium in mari, hoc eſt, tātas flammas in medijs aquis quærere viderentur, inde pedē retulerunt. Atque, vt ad ipſam phraſin redeamus: quod ait Eſaias; *Mihi flectetur omne genu.* Paulus in Epiſt. ad Rom. refert ad Chriſtū omnium iudicē futurum. Quare flectere genu eſt iuſſa capeſſere velis nolis: ſic Pſaltes eodē verbo Hebraico vſurpato. *Corā illo procūbēt deſertorū incolæ, inimici eius puluerē lingēt.* Hoc autē etiā in dæmones quadrare, perſpicuū eſt ex multis Scripturæ locis, vbi Chriſto etiā tū in terris verſati dæmones genu flectere coacti ſunt. Ex quo fit, vt Iacobus affirmet, dæmones ita credere, vt contremiſcant. Conſequens igitur eſt ridiculum. Error in falſò Conſequente. Quis enim illis conceſſerit, vniuerſali particula ita abuti? nōne etiam loquitur de omnibus terreſtribus? Atqui nimis eſt notum, vix minimā hominum partē reddere Chriſto cultū voluntarium. Porrò cur hoc ad ſuum Purgatorium rapiunt? quaſi verò neceſſe ſit, quotquot debitam gloriam Chriſto reddunt pœnis Purgatorijs deflagrare. Quid igitur, inquiunt noui Monachi, ſibi vult Ioannes quū ait, *Neminem fuiſſe repertum qui librum aperiret, neq; in cælo neque in terra, neque ſubter terram, nec eum inſpicere?* &, *Fleui quòd nemo dignus inuentus eſſet, qui aperiret,* inquit. Nempe hac Enumeratione dicere voluit, nuſquā vllum extitiſſe, qui librū aperiret: ſic enim omnia loca voluit cōprehenſa. At enim, inquiunt, quæ dignitas quæri potuit in dæmonib. & dānatis? Quaſi verò id dicat Ioannes. Quis potius nō videt, id dici per modū amplificationis? cuius hic eſt ſenſus: nullū vnquā præter Agnum illū, puriſſimum extitiſſe, qui librū myſticum aperire potuerit. Vtitur autē Enumeratione, quæ ſignificat tā Angelos quàm homines, atq; hos quidē tam viuos, quàm mortuos.

Matth. 28.
Heb. 1.
Apoc. 5.

Eſa. 45.
Rom. 14.

Pſal. 72.
Matth. 8. &c.

Errores ſuperioris obiect.

Obiectio Monacorum.
Apoc. 5.

Reſponſ.

tuos. Quare in eiuſmodi loquendi generibus oportet argumentari à ſẽſu totius complexi, nõ à ſingulis eius partibus. Alioquin ego viciſſim quærerẽ: vbinam igitur tunc erat Agnus, ſi non erat, nec in cœlo, nec in terra? licẽt: cùm totam terrã excuſſam fuiſſe oportuerit, quę dignitas potuit quęri in idololatris & Euãgelij hoſtibus, qui tunc temporis vniuerſam prope terrã occupabant? Rurſus, cùm in cœlo dignitas illa reperta non fuerit, cur ea, vel in terra, vel in Purgatorio quęreretur? Quamobrẽ, apageſis iſtas argutiolas, Philoſopho indignas, Theologo indigniſſimas. Eſt ergo error in phraſi malè intellecta. Itẽ: Eſt petitio principij. negamus enim Purgatoriũ vſquã eſſe, vel in cœlo, vel in terra, vel ſubter terram. Quare nos ita retorqueamus ſuperius argumentũ ex loco Pauli ad Philip. Si flectere genu Chriſto, eſt Chriſto cultũ voluntariũ exhibere, eiq; reddere debitam gloriam: & qui volunt ſatiſfacere pro peccatis ſuis, ij non reddũt Chriſto debitam gloriam, ſed meritũ ipſius mortis obſcurant: Certè ſi qui ſint qui patiantur in Purgatorio, vt ſatiſfaciant Deo pro peccatis ſuis; illi in nomine Ieſu genu non flectunt. Antecedens partim ipſi Pontificij proponũt, partim confirmatur ex ſuperioribus. Quare negare non poſſunt conſequens. Cuius Conſequentis vis hæc eſt. Cùm omnia cœleſtia, terreſtria & inferna genu flectant Chriſto: & ſi qui ſint in Purgatorio, genu Chriſto nõ flectãt: Purgatoriũ, nec in cœlo, nec in terra, nec apud inferos, ac propterea, nuſquam eſſe.

Retorquetur ſuperior obiect.

Obiect. 11. Matth. 5.

Eſto amicus aduerſario tuo citò dũ es in via (*inquit Chriſtus*) *ne quando te tradat aduerſarius Iudici, Iudex miniſtro, & in cuſtodiã conijciaris. Amen dico tibi non exibis illinc donec reddideris vltimum quadrantem. Ergo eſt aliquod Purgatorium poſt mortem futurum: quod nomine cuſtodiæ ſignificatur.*

Reſponſ. Exponitur locus Mat.

Expono Antecedens. Chriſtus illic agit de fraterna reconciliatione, eamq; imprimis cõmendat. Quia verò ſæpe accidit, vt qui alijs iniuriã intulerũt, ſint ab ipſa reconciliatione alieniores: docet, Deũ teſtari, vel huius vitæ incõmodis, quantũ ipſi diſpliceat eiuſmodi peruicacia: dum qui noluit bona gratia controuerſiã componere: cum eo poſtea ſummo iure agitur. Hanc eſſe Chriſti ſententiã ſatis ex ipſa loci circumſtantia perſpicuũ eſt, & Chry. ipſe locũ hunc ita intellexit. *Mihi videtur*, inquit, *de iſto vſitato carcere diſputaſſe &c.* Nego igitur Conſequens. Hic enim multis modis à Pontificijs peccari video. Primus error eſt ex figura dictionis, quia exiſtimant, Chriſtum fuiſſe allegoricè locutum cùm tamẽ proprijs, planis, & perſpicuis verbis vſus ſit, id quod etiam patet ex his Lucæ verbis, *Dũ abis*, inquit, *ad Magiſtratũ*. Hæc eſt autẽ regula à Theologis cùm veteribus, tum recentioribus tradita. *Diligenter cauendũ eſſe ne quæ dicta ſunt allegoricè, tanquam propriè dicta intelligamus*: & viciſſim, *Ne quæ proprijs vocabulis expreſſa ſunt, ea ceu allegoricè dicta exponamus.*

In Mat. hom. 26.

Errores ſuperioris obiect.

Luc. 12. Aug. doctr. chr. lib. 3. cap. 10. &c.

Secundus error: dum ex allegoria (quam illi confingunt) petunt ſuæ ſententiæ confirmationem: quaſi certa & neceſſaria argumenta (qualia requiruntur ad ſtatuenda Chriſtianæ religionis dogmata) ex allegorijs depromi poſſint. Nimirum obliti ſunt eius axiomatis Scholaſticorum quod tantopere inculcat Thomas: *Symbolicam Theologiam non eſſe argumentatiuam.*

Reſponſio In Boe. de Trinit.

Tertius error: dum iſtam allegoriam, quæcunque tandem ſit, per vim ac nefas, trahunt ad ſuum Purgatorium, cui quo nihil ei commune vnquã eſſe poſſit. Fateor quoſdã ex veteribus, quippe allegoricis expoſitionibus plus æquo deditis (quod tamen piorum maiorũ pace dictum velim) hunc Matthæi locũ aliquãdo allegoricè fuiſſe interpretatos. Sed ita, vt quidam ad diſciplinã Eccleſiaſticam accommodarent, alij complures, nomine *carceris*, non *Purgatorium, ſed Inferorũ pœnas* intelligerent. In qua ſententia & Auguſtinũ & Hieronymum & aliquot alios eſſe videmus. Ex quibus intelligitur quàm frigeat hoc argumentum allegoricum quantumuis licet ad accendendũ ignem Purgatorij adhibitum. Quod autem Recentiores quidam Monachi vtroq; modo exponunt carcerem, videlicet, tam de *inferis* quàm de Purgatorio: item particulam, *donec*, ita exponũt vt ſignificet, *nunquã*, & *aliquando*: non eget vlla refutatione. Quamobrem ſuperius argumẽtum abſurdis & incommodis obruamus.

De 8. dulcit. quæſt. conſt. 1. & quæſt. Euang. lib. 2. cap. 38. In ca. 3. Marc.

Stulta Monachorum Recent. interpretatio.

Si allegorica Pontificiorum expoſitio vera ſit, & *Aduerſarij* nomine *Diabolus* intelligatur, ex vſu Scripturæ ſequeretur, nobis cum Diabolo in gratiam eſſe redeundum. Conſequens eſt abſurdum, quantumcunque tandem interpretationibus leniatur (quà in re quoſdam etiam ex veterib. fruſtra laboraſſe, negare non auſim.) Falſum igitur antecedens. Item

Abſurd. & incommoda ſuperioris obiect.

Si allegorica Pontificiorum expoſitio vera ſit, & *iudicis* nomine, *Deus* intelligatur, ex vſu Scripturæ ſequeretur non eſſe Deo ſatisfaciendum: quandoquidem reus non Iudici ſatisfacere debet, ſed aduerſario, à quo ad Iudicem pertrahitur. Conſequens eſt falſiſſimum. Falſiſſimum igitur & Antecedens. Item.

Si allegorica Pontificiorum expoſitio vera ſit, & homines debeant ſoluere pro peccatis, ad vltimũ vſq; quadrantem, ſequeretur Chriſtum nullo modo pro peccatis noſtris ſatisfeciſſe. Nam quid ſibi velit hoc loquendi genus, donec reddideris vltimum quadrantem, ſatis notum eſt. Conſequens eſt falſum, *imò* [illegible] *impium*. Idem igitur de Antecedente cenſendum eſt. Et quis omnia incommoda enumerauerit? nõ igitur teremus tempus pluribus eiuſmodi adſcribendis. Sed tantum locum ab Aduerſariis propoſitum in eos retorquebimus, hoc modo.

Si Purgatorium eſt carcer, ex hac allegoria: &, qui debent, non eo ipſo ſatisfaciunt, quod ſunt in carcere: Certè, qui ſunt in Purgatorio, nõ eam ob rem ſatisfaciunt Deo pro peccatis: &, vi Conſequentiæ: Purgatorium non eſt pro peccatis Satisfactorium.

Retorquetur obiectio.

Antecedẽs partim ipſi Põtificij proponũt, partim cõſtat ex ipſa rerũ natura. Quare nihil eſt cauſæ quãobrem Conſequens negare poſſint.

Si quis ſuperædificet ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam: Cuiuſque opus manifeſtum fiet, dies enim declarabit, nam per ignem reuelabitur, & cuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Hic ipſe verò ſeruabitur, ita tamen vt per ignem, inquit Paulus. Ergo Purgatorium [illegible] *poſt mortem ſupereſt, per quem ſeruandi ſumus.*

Obiect. 12. 1. Cor. 3.

Expono Antecedẽs. Paulus illic loquitur de Doctoribus ac Paſtorib. Eccleſiæ, itémq; de doctrina ab illis propoſita, eáque Euangelicæ doctrinæ, vel cõſentanea, vel etiã diſſentanea: ita tamẽ vt Chriſtianæ profeſſionis nomen retineat. Ad id autem explicandũ, vſurpat ſimilitudinẽ ductã ab architectis & à materia: quæ, ſi ſolida fuerit, permãſura: ſi ſecus

Reſponſ. Locus Pauli exponitur.

In 1. ad Cor. cap. 3.

in nihilum abitura ſit. Eò ſpectant quę dicit Apoſtolus, tum de auro, argento, & lapidibus pretioſis: tum etiam de lignis, fœno & ſtipula, itemque de igne, quo Dei probãtis vim atq; efficacitatem ſignificat. Hæc eſt Apoſtoli ſententia, quemadmodũ videre licet ex ipſius cõtextus ſerie, verbis & circunſtantiis omnib. adeò vt locum illum Ambroſius ad Doctores Eccleſiaſticos & ad doctrinę dogmata referat: quãuis alij pleriq; latiùs exponãt de quibuſuis Chriſtianorũ operibus, & multos ac varios ſenſus in medium proferãt, ita vt difficile ſit diiudicare cuinã interpretationi magis fauiſſe videantur. Hęc de loco Pauli quẽ nobis obiiciunt.

Errores ſuperioris obiect.

Iam nego Conſequens. Eſt enim error, tum in figura dictionis, tum in falſò Conſequenti, vt videbimus. Primùm igitur dico, cõcluſionem iſtã labefactari ſola negatione: quum *Theologia Symbolica* (eſt enim repetendum ſuperius illud axioma) *nõ ſit argumẽtatiua*: ne mihi ſit inculcandum quod toties traditur, in ſcientia rectè diſputandi non eſſe differendũ ex metaphoris. Deinde, cùm Pontificij ſibi perſuadeant, locũ hunc Pauli, ſummã habere affinitatem cum Purgatorio: nos cõtrà proferemus aliquot diſſimilitudines, ex quib., vel nobis tacẽtib. textus ipſe voce clariſſima profitetur, nihil ſibi cum Pontificiorum Purgatorio eſſe cõmune.

Prima diſſimilitudo: quia Paulus loquitur de igne, per ſimilitudinẽ. At Pontificij quũ de Purgatorio diſſerunt, ſe de igne vero agere teſtantur. Paulũ autem allegoricè loqui de igne, patet ex aliis membris allegorię, *ex auro, argento, lapidibus pretioſis*: itemq́; *ex lignis, fœno, & ſtipula*. Quãobrem ſcitę olim dictũ eſt: *Stultos vitia in contraria currere*. Nã in ſuperiori Matthæi loco, Pontificij, vt ſuis illis Purgatorij pœnis (deliciis potius) gratificarẽtur, vocabula propria ac ſimplicia in allegoriam cõuertebãt: nunc cõtrà verba allegoricè vſurpata, pro verbis propriis ac ſimplicibus accipiunt: perinde ac ſi Apoſt. detracta ſimilitudinis veſte, loqueretur.

Secunda diſſimilitudo: quia Paulus dicit, fœnum, ſtipulam, & ligna eſſe comburenda: At Pontificij, non materiam, ſed miſeros architectos in medias Purgatorij flammas coniiciunt.

Tertia: quia Paulus de toto opere, ac propterea de ipſa culpa inprimis agit. At Pontificij culpam omnem arcent à Purgatorij lumine, ſolis hominum pœnis contenti.

Quarta: quia Paulus vult omnia igne probari. At Põtificij excipiunt & ſeponunt aurũ, argentum, & lapides pretioſos: nihilq; in ſuum Purgatorium cõiiciunt, præter ligna, fœnum & ſtipulã, quib. intelligunt venialia quędã peccata: Et profectò mira quadã & hactenus inaudita ratione Põtificij exiſtimãt, aurũ & argentum, nõ permanere in igne: fœnum autem ac ſtipulã diutiſſimè in igne eoq; ardentiſſimo perdurare: cùm tamen, ſi Paulus de Purgatorio loqueretur, dicẽdũ eſſet potius, mala opera ſtatim abſumi, at bona opera ſẽper in illo igne illæſa permanere.

Quinta: quia Paulus affirmat ignẽ illum de quo loquuntur, reddere vniuſcuiuſq; opus manifeſtũ. At tenebricoſũ iſtud Purgatoriũ, &, vt Monachi volũt, *in infimo terræ collocatũ*, latet homines, nedum poſſit res alias reddere manifeſtas. Ex his & aliis cõſimilib, quę in hãc ſentẽtiam proferri poſſunt, ſatis eſſe perſpicuũ arbitror, quàm perperã Pontificij locũ Pauli ſibi in hac quęſtione de purgatorio ita vẽdicẽt, vt in eo ſe maximè iactet eorum oratio: nec ſe à fœnio & ſtipula auelli patiantur. Qua de re vix poſſum cogitare, quin mihi in mentem veniat Auguſtini, qui Antiochum Philoſophum quòd argumentis parúm ſolidis vteretur, *fœneum Philoſophum* appellabat: cuius exemplo mihi non errare videbitur, ſiquis (vt ſaltem aliquid auferant ex hoc loco Pauli) doctores Pontificios Purgatorij architectos, in hac quæſtione *fœneos,* & Purgatorium ipſum *fœneum* appellarit: adeò vanis aut nullis potius argumentis freti ſunt.

Noua & mirifica, adeóque Ieſuitica Monachorum recentium interpretatio refellitur, idque fuſius atque copioſius, ipſorum Ieſuitarum gratia.

Sed iam audiamus mirificam interpretationem quam nonnulli ex recentioribus Monachis proponunt, vt hunc Pauli locum ad ſuum Purgatorium detorqueant. Rectiùs, inquiunt, locus Pauli refertur ad Miniſtros verbi Dei. Dies autem Domini, nec eſt præſentis vitæ tempus, nec eſt tempus vniuerſalis iudicij: eſt igitur dies mortis & particularis iudicij Dei, nempe quo quiſquis hinc diſcedens iudicatur. Ignis autem probans vniuſcuiuſque opus, nec eſt ignis conflagrationis in die vniuerſalis iudicij, nec ignis miſeriarum in hac vita: eſt igitur exactum iudicium Dei ſcrutantis corda & renes: ita vt *Dies Domini*, ſit tempus iudicij particularis: *Ignis* autem, ſit ipſum iudicium particulare, ſiue actus iudicialis, qui fit ſtatim poſt mortem. Ignis verò, de quo dicitur, ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, eſt ipſum Purgatorium. Sic noui iſti Monachi nouarúmque interpretationum architecti, aureum illum Pauli locum, non iam fœno & ſtipula, ſed cœno ac luto, quantùm in ipſis eſt, contaminant. Ac primùm vt videamus quàm hæc interpretatio minimè ſecum ipſa cohæreat, aggregandæ ſunt omnes iſtius interpretationis partes hoc modo. Perinde eſt igitur, iuxta eorum ſententiam, ac ſi Paulus ita diceret: *Siquis ſuperædificet ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam: Vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit.* Tempus enim mortis & particularis iudicij Dei declarabit, quia in exacto Dei iudicio reuelabitur, & *vniuſcuiuſque opus quale ſit, exactum Dei iudicium probabit: ſi cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet: ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, videlicet, Purgatorium.* Hic quæro quiſnam ſit horum verborum ſenſus *Tempus mortis & particularis iudicij Dei, in exacto Dei iudicio reuelabitur.* At enim dicendum eſſet potius, vt efficerent id quod volunt, exactum Dei iudicium reuelari tempore mortis & particularis iudicij Dei. Quare præpoſterè illud dicitur: & ex ijs quæ perperam dicuntur, nihil rectè concludi poteſt. Certè hic enuntiandi modus, tum Philoſophis, tum Theologis omnibus fuit hactenus incognitus: *Tempus reuelatur in re aliqua,* pro quo illi dicerent, *rem aliquam reuelari in tempore.* Huic igitur interpretationi oppono hoc Theorema: *Omnis interpretatio quæ non poteſt rectè enuntiari, falſa eſt.* Nunc excutio ſingulas partes iſtius nouæ interpretationis.

Rationes à Monachis propoſitæ refelluntur. Errores nouæ interpretationis.

Dies Domini, inquiunt, non eſt vita præſens, quia apud Prophetas & Apoſtolos *Dies Domini* nunquam refertur ad vitam præſentem, nec porrò eſt vniuerſale iudicium. Ergo eſt dies mortis & particularis iudicij Dei. Falſum eſt Conſequens: nam Antecedens multos habet errores. Primus error: quia fruſtra quærunt quid ſignificet, *Dies Domini*

mini hoc loco: nam Paulus non dixit *Diem Domini*, ſed ſimpliciter, *Diem*: Dies enim manifeſtabit, inquit. Quare iam eſt error, ex figura dictionis.

Secundus error: quia falſum eſt quod dicunt, *Diem Domini* nunquam referri ad præſentem vitam in Scriptura: vt conſtat Ezech. 13. *Non ſepiniſtis ſepem pro domo Iſraëlis, vt ſtaretis in prælio in die Domini.* Et 30 cap. *Prope eſt dies Domini, dies nebuloſus, tempus Gentium erit, venietque gladius in Ægyptum*: & plerique loci conſimiles.

Tertius error: quia non animaduertunt, *Diem Domini* in Scriptura ſignificare tantum, vel ea iudicia quæ Dominus edit in hoc ſeculo, vel, vniuerſalis iudicij diem nouiſſimũ, quo ſenſu præſertim Apoſtoli *Diem Domini* vſurpant: vt 1. Theſſa. 5. & 2. Theſſ. 2. &c. nuſquam autem ſignificare tempus mortis & peculiaris iudicij. Adeò vt poſſimus iſtorum argumentum ita in ipſos retorquere. Si Scriptura a ſeipſa lucem interpretationis capere debet; & dies Domini nuſquam in Scriptura vſurpatur pro tẽpore mortis & peculiaris Iudicij: certè dies Domini in hoc Pauli loco non poteſt ſignificare tempus mortis & peculiaris Iudicij.

Quartus error: quia ita concludunt. *Si dies de quo loquitur Paulus, non eſt hæc vita: Ergo non eſt in hac vita.* Error in falſo conſequenti: quia licet non ſit vita ipſa præſens, tamen patefit & nobis illucet in hac vita.

Quintus error: quia illa ſignificatio planè pugnat cum Apoſtolico contextu. Sic enim Paulus: *Cuiuſq; opus manifeſtum fiet: Dies enim declarabit: nam in igne reuelabitur.* At ſatis conſtat tempus mortis & particularis Iudicij, non declarare vniuſcuiuſque opus. Ipſum autẽ particulare Iudicium tantum abeſt vt reueletur, vt nos potiùs maximè lateat. Pauli autem verba ſunt eiuſmodi, vt ſignificent rem manifeſtam & cõſpicuam atque an omnium oculis conſtitutam, ita vt hæc dies non tantùm ipſa patefiat, ſed etiam opera illa, de quibus loquitur, ſit patefactura. Hoc autem fit in hac vita, aut, die nouiſſimo. Quod enim non patuit in hac vita, non dicitur reuelari ante diem nouiſſimum. Sic enim Paulus in cap. ſequente. *Vſque dum*, inquit, *veneris Dominus, qui illuſtraturus eſt occulta tenebrarum, manifeſta faciet conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.* Quo ſenſu dixit Iohannes in Apocalipſi fore vt tunc libri aperiantur, Et Paulus, *In die*, inquit, *quo iudicabit Dominus de occultis hominum ex Euangelio meo per Ieſum Chriſtum.* Ex quibus efficitur, diem de quo loquitur Paulus, non poſſe intelligi de tempore mortis & particularis Iudicij.

1. Cor. 4.

Apoc. 10.

Rom. 2.

Errores nouæ interpretationis.

Venio ad vocabulum *Ignis*, quod varijs modis in hoc ipſo loco exponunt. Sic enim illi, *Ignis*, inquiunt, *probans, non eſt ignis Purgatorius, nec æternus, nec ignis nouiſſimæ conflagrationis, nec ignis ærumnarum quas in hac vita perpetimur: Ergo eſt exactum Iudicium Dei, ſiue actus iudicialis qui fit ſtatim poſt mortem.* Nego Conſequens. Primus error, quia hoc argumentandi genus à negatione, & à partium remotione, tum demũ valet, cum ipſæ, vel ſubiecta ſingularia, & ita vt oporteret, aſſignantur; quod hic non video obſeruatum. Profero enim aliud quod conuenit Pauli ſententiæ, neq; tamen continetur in illa ipſorum enumeratione: videlicet, Efficacitatẽ Spiritus Sancti doctrinas probantis: idque propoſita veritate Euangelicæ doctrinæ, quæ ſæpe cum igne comparatur. Hanc expoſitionem viderunt in libris Doctorũ noſtrorum, ſed eam ſilentio prætererunt ac diſſimularunt: dicerem, prudenter (ita enim ſibi melius eſſe conſultum exiſtimarunt) ſi in celanda veritate, hoc præſertim loco, vlla poſſet eſſe prudentia. Sed quia fortaſſis libentius Ambroſium audient, eius verba adſcribã: ſic enim in hunc 118. Pſal. locum, *Ignitum eloquium tuum, &c. Ignis ergo hic Chriſti ſermo eſt: & bonus ignis qui calefacere nouit, neſcit exurere niſi ſola peccata. Hoc igne ſuper unum fundamentũ poſito, Apoſtolicũ illud aurum probatur: hoc igne, illud mirum vel operimus examinatur argentum: hoc igne precioſi illi lapides illuminãtur; fœnũ autem & ſtipula conſumitur. Mundat ergo hic ignis animum, conſumit errorem.* Hęc Ambroſius. Ergo Monachi fallunt in defectu diuiſionis. Porrò noua illa ſignificatio ignis à Monachis propoſita, non rectè aſſignatur: quia nuſquam vocabulum illud legitur in illa ſignificatione. Quum autem partes aut ſa-[illegible] enumeramus, ea debemus recenſere, quę reuera ſunt, nõ ea quę ipſi nobis opinionis errore fingimus. Ecce tibi euerſa illa ignis interpretatio, de Actione iudiciali. Sed age alios etiã errores redarguamus.

Secundus error, quia confundunt, non tantum verborum ſignificationes, ſed etiam rerum ipſarum naturas. Nam aliud eſt probare, aliud iudicare: atque ipſum iudicium probatio & examen antecedat neceſſe eſt. Quare hæc repugnant, *ignem*, de quo loquitur Paulus, *eſſe ignem probantem, & eſſe ipſum Dei iudicium.*

Tertius error: Quia volunt homines probari poſt hanc vitam: cum hæc vita ſit probationis tempus, nec vllum extet Scripturæ teſtimonium, quod doceat, probationem hominis & operum eius fieri poſt mortem, ſed contrà: Deus dicitur homines probare in hac vita, vt: *Singulis* Iob.7.
momentis probas eum. Item *Proba me Domine:* & alibi, *Probaſti nos ſicut argen-* Pſal.26.
tum, &c. & ſic intelligendum eſt quod dicit Dominus, Se ſcrutari corda Pſal.66.
& renes. Item, *Vt fornax probat aurum*, inquit Solomo, *ita Deus probat* Rom.8.
corda, & ſexcenta eiuſmodi: hinc fit vt Iacobus probationem fidei huic Prou.17.
ſeculo tribuat, & coronam futuro. Et Petrus, *Exultatis*, inquit, *paululum* Iac.1.
nunc varijs tentationibus affecti, vt exploratio fidei veſtræ multò precioſior exploratione auri quod perit, & tamẽ per ignem exploratur, comperiatur vobis eſſe laudi, & gloriæ, & honori, quum patefiet Ieſus Chriſtus. Et vt propius ad rem accedamus, quum Dominus in Apocalypſi minatur Ieſabeli & eius ſectatoribus, propter eorum prauam & alienam doctrinam: *Scient*, inquit, *omnes Eccleſiæ, me eſſe ſcrutatorem renium & cordium.* Illic agebatur de doctrinæ probatione (quo in argumento nunc verſamur, iſtis etiam Monachis aſſentientibus) quam dicit Dominus futuram in oculis omnium Eccleſiarum: non autem in particulari iudicio poſt mortem futuro.

1.Pet.1.

Apoc.2.

Quartus error: quia cùm agnoſcant Paulum hîc agere de doctoribus & de doctrina: certè hæc verba Pauli, *Cuiuſq; opus quale ſit ignis probabit:* ſunt intelligenda de doctrina, quam quiſque ſuperſtruxerit ſuper verum fundamẽtum, quod eſt Chriſtus. At doctrinæ probationẽ in hac vita, nõ autẽ poſt hanc vitã, eſſe faciendam, vel hinc apparet, quòd hæc vita eſt fidei & pœnitẽtiæ noſtræ curſus. Iã *lignum, fœnũ, ſtipula,* hoc eſt doctrinæ, nõ fundamentum quidem ipſum euertentes, ſed tamen ab ipſo fundamento alienæ, quomodo probantur & exuruntur, niſi quum doctores & diſcipuli ab illis recedunt, & puriſſimam doctrinam vera fide amplectuntur? quod cùm ad fidem & pœnitentiam pertineat, certè ad vitam præſentem neceſſariò pertinebit. Itaque ſtatim poſtea Paulus ſubiicit: *Nullus, inquit, ſeipſum ſeducat. ſiquis videtur eſſe ſapiens inter vos* IN HOC SECVLO, *ſtultus fiat, vt fiat ſapiens.* Cùm igitur efficacitas Spiritus ſancti & vis Euangelicæ prædicationis ſit ignis ille qui doctrinas probat, qui veram ac ſtabilem doctrinam confirmat, alienas autem abſumit: certè in hac vita ignis ille probans conſtituendus eſt. Vt, exempli gratia, ignis Euangelicæ veritatis, qui poſtremis hiſce temporibus nobis ſumma Dei miſericordia illuxit, probauit hoc fœnum & hanc ſtipulam Purgatorij Pontificij alieni à vero fundamento, nempe à Chriſto, & ſumma efficacitate Spiritus Sancti exuſſit: eorum videlicet reſpectu, qui aperuerunt oculos ad tantam lucem, & quos non puduit iacturam facere eiuſmodi ineptiarum, vt Chriſtum benedictum lucrifacerent, eum amplectentes tanquam veram, ſolam & perfectam peccatorum noſtrorum purgationem.

1.Cor.3.

Sequuntur hæc verba apud Paulum, *Ipſe tamen ſaluus erit, ſic tamen vt per ignem:* quem ignem iſti exponunt de igne Purgatorio, vt alium ſcilicet ab eo igne cuius ſupra mentionem fecit: hoc argumento: *Ignis hic ſaluificans, non eſt ignis tentationum, nec ignis nouiſſimæ conflagrationis, nec ignis probans, nec ignis ærumnarum huius vitæ. Ergo eſt ignis Purgatorius, quo animæ poſt hanc vitam purgandæ ſunt.* Nego conſequens: cuius, adeóque totius argumenti, errores recenſeo. Primus error: quum in eodem orationis contextu & in loco per ſimilitudinem vſurpato idem vocabulum exponunt duobus modis inter ſe longo interuallo differentibus: & quod caput eſt, cùm ipſa orationis concluſio ad ſuperiora referri debeat, eam volunt aliquid continere, de quo nec in ſuperioribus, nec vſquam in Scriptura ſit mentio. Quod quidem eſt, Scripturam lacerare, non explicare. Eſt igitur error ex figura dictionis. Nec eos iuuant hæc Pauli verba quæ citant, *De peccato damnauit peccatum,* vbi dicunt vocabulum Peccati vſurpatum eſſe in alia atque alia ſignificatione. Quod vt demus, tamen id nihil ad hunc locum. Nam illic non proponitur commentitia quædam vocabulorum ſignificatio, quemadmodum hîc fingunt Monachi. Quin etiam nulla poteſt illic eſſe dubitandi ratio, quin idem vocabulum in eodem loco varia ſignificet: tum propter ipſum ſubiectum (quia quoties peccatum dicitur de Chriſto, nihil aliud poteſt ſignificare quàm hoſtiam pro peccato, ex idiotiſmo Hebræorum, vt 2.Cor.5.) tum propter vim oppoſitionis, quæ non patitur, Peccati vocabulum vtrobique eodem modo intelligi poſſe. Denique illic idem vocabulum variè vſurpatum in eadem Enunciatione. At hîc vocabulum Ignis in concluſione poſitum aliter intelligunt, quàm in antegreſſis, quod eſt planè ridiculum.

Errores nouæ interpretationis.

Rom.8.

Secundus error: dum in hac ſua remotione partium tollunt id quod manere debet. Nam ignis de quo hîc loquitur Paulus, eſt ille ipſe ignis probans, de quo antè mentionem feci: nempe ignis efficacitatis Spiritus ſancti & Euangelicæ prædicationis. Verùm inquiunt, omnes qui per hunc ignem ſaluificum tranſeunt, ſeruantur: non autem omnes qui probantur neceſſe eſt quoque ſaluos eſſe. Reſpondeo; Paulum non dicere eos ſeruari qui tantùm probantur, ſed qui ita probantur, vt libenter iacturam inanium laborum faciant, & in quibus ligna, fœnum & ſtipula exuruntur ab efficaciſſimo illo igne Spiritus ſancti & Euangelicæ veritatis.

Tertius error: dum *ignis* vocabulum propriè accipiunt cùm tamen per ſimilitudinem tantùm ab Apoſtolo vſurpetur, vt manifeſtum eſt, cùm ex toto orationis allegoricæ contextu, tum ex ipſa nota ſimilitudinis quam apponit Apoſtolus, ὡς, *Vt per ignem*, inquit. At, inquiunt, illa particula non ſemper ſignificat ſimilitudinem. Sic enim loqu. 1. *Vidimus gloriam eius tanquam vnigeniti.* Reſpondeo: Primùm, locum illum Ioannis non eſſe metaphoricum, vt eſt Pauli locus. Deinde hic apud Paulum, non eſſe tantùm, ὡς, ſed, οὕτως ὡς. *ſicut per ignem*, inquit. Affirmamus autem hoc loquendi genere ſemper ſimilitudinem ſignificari.

Quartus error: quia hæc interpretatio implicat contradictionem, ac propterea ſtare non poteſt. Nam ſi ligna, fœnum & ſtipula exuſta ſunt à probante igne, & rurſus ab igne Purgatorio exurenda ſunt: ſequitur, idem eſſe exuſtum, & non exuſtum. Paulus autem aſſerit, illa ab igne probante exuſta eſſe. Quare neceſſe eſt, nullam alium ignem ſupereſſe quo exurantur. Num obſecro te, quid tandem vis effici flammis illis Purgatoriis? Nónne vt lignum, fœnum & ſtipula, hoc eſt (quemadmodum Pontificij exponunt) leuiora peccata pœnis illis abſumantur? At iam non extant: quia Paulus affirmat illa omnia exuſta eſſe. Ex quibus relinquitur, ignem iſtum Purgatorium, aut nullum eſſe, aut profectò (vt aliquid illis largiamur) eſſe eiuſmodi vt non vrat. Quemadmodum igitur ignis pictus, qui non vrit, nihil eſt aliud quàm imago ignis: ita ille Purgatorius quem Pontificij ſibi cogitatione depinxerunt, nihil aliud eſſe poteſt, quàm vanum hominum commentum. Sed iam eos ad incommodum adigamus.

Ligna, fœnum & ſtipula quæ Paulus commemorat, aut ſignificant peccati culpam, aut pœnam: ſi culpam, non ingrediuntur in Purgatorium, ex Pontificiorum doctrina, vt antè dictum eſt. Si pœnam: ſententia erit minimè conſtans. Ecquis enim erit ſenſus huius orationis: ignis Purgatorij abſumit ligna, fœnum & ſtipulam, hoc eſt, peccatorum pœnas temporales: inferret autem potiùs, quàm abſumeret, ſiquidem verum dicerent Pontificij. Sed de hoc argumento nimis iam multa.

Abduct. ad incomm. ſuperioris obiectionis.

Dictum eſt Antiquis non occides: qui autem occiderit, reus erit Iudicio. Ego autem dico vobis (inquit Chriſtus) quòd omnis qui iraſcitur fratri ſuo temerè, reus erit iudicio: Qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio: Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Ex quibus Chriſti verbis ita argumentantur; *Si in futuro ſeculo primus & ſecundus gradus æterno ſupplicio non vindicantur, & tamen aliquo ſupplicio vindicantur: Ergo relegantur ad Purgatorium, quia poſt hanc vitam nullum aliud extat quàm Purgatorium, quod tamen occæcati illi nuſquam ſe in Scriptura vidiſſe clamitant.*

Obiect. 13.

Veniam dabunt lectores qui ſunt in Theologia exercitati, ſi in diſſoluendis eiuſmodi, non argumentis, ſed argutiis Sophiſticis, cogimur

Reſponſ.

S aliquantulum

aliquantulum immorari: quando quidem, ſi obiectiones iſtas ſilentio præterijremus, eſſet fortaſſis verendum, ne nos etiam iſti Monachi occæcatos dicerent, quod tam craſſa hæc argumenta non vidiſſemus. Pauca igitur nobis dicenda ſunt, vt appareat, atque ipſi etiam Monachi videant, viſis eorum argumētis, non propterea Purgatorium videri.

Errores ſuperioris obiect.

Locus Matthæi exponitur.

Nego conſequens, propter errores totius argumentationis. Primus error: quia dum citant verba Chriſti, ab eius tamen ſententia, & ab argumento quod illic tractatur, plane recedunt. Chriſtus enim ibi refellit falſas Scribarum & Phariſæorum interpretationes, quibus legem Dei corrumpebant, in eo præſertim, quòd ea demum peccata eſſe ſtatuerent, quę in ipſum externum actum erumpunt: vt, exempli cauſa, in hoc legis caput: *Non occides*, illi tantùm peccarent (Scribis & Phariſæis interpretibus) qui re ipſa hominem occidunt. Contrà, docet Chriſtus, odium, iram, contumeliam & reliqua eiuſmodi quæ homicidium præcedunt, & ſunt quaſi gradus ad ipſum homicidium, eſſe peccata: & (vt ſimile à Chriſoſtomo in hoc loco vſurpatum meritò laudemus) *non tantùm ramos arboris excindendos eſſe monet, verùm ipſas etiam fibras ac radices euellendas*. Eſt enim radix homicidij, iracundia. Cùm autem varia eſſent apud Iudæos iudiciorum genera, Chriſtus ad varios illos gradus alludens, docere voluit, longè falli Scribas & Phariſæos in æſtimandis hominum peccatis: quandoquidem ea quæ illi minima putant eſſe, imò ne in peccatis quidem numerant ſi ad Diuini iudicij regulam exigantur, non minus ſunt grauia coram Deo, quàm ſolent hominibus grauia videri ea peccata, de quibus etiam in ſupremo foro iudicatur. Hic eſt huius loci ſenſus, vt plerique doctiſſimi Theologi cenſuerunt. Quid hoc verò ad Purgatorium?

Secundus error: quia perperam argumentantur ex vocabulis per alluſionem vſurpatis. Quis enim non videt, *Iudicium & Synedrion* eſſe, non pœnæ, ſed iuriſdictionis nomina: & viciſſim gehennam ignis, non eſſe nomen iuriſdictionis, ſed pœnæ.

Tertius error: quòd ſequeretur, ex iſtorum argumentatione, odium intus concluſum non promereri pœnas æternas, cùm tamen Ioannes dicat, *eum qui fratrem odit eſſe homicidam*.

Quartus error: ex figura dictionis. Nam repudiata vocabulorum vera ac propria ſignificatione, nouas illi, inauditáſque ſignificationes affingunt: quippe qui nomine *Concilij ſiue Synedrij* Purgatorium intelligant. At conſtat *Synedrion* olim fuiſſe conſeſſum iudicum in Iudæa, qua de re plura hoc loco dicere nihil attinet. Hi verò Iudices quid, obſecro, habent negotij in Purgatorio? Quare cùm *Synedrion* ſignificet conſeſſum multorum iudicum pari poteſtate iudicantium (quod ſatis indicat *etymon* ipſius vocabuli) abſurdum eſt, nomen illud accōmodare Purgatorio, vbi ipſi Pontificij tradunt, ſolum Deum ſedere iudicem. niſi forte velint iſti Monachi, Purgatorium eſſe *Synedrion*, eò quòd Pontifices Romani illic etiam iudicent, & ſuis diplomatibus hos vel illos abſoluant, prout tamen pœnæ, numerata pecunia redimuntur.

Quintus error: in falſo cōſequenti. Chriſtus hîc agit de foro ſpirituali conſcientiæ, inquiunt: Ergò quæ dicit ſunt de futuro tantùm ſeculo intelligenda.

telligenda. Quaſi verò in hoc ſeculo nullus Deus iudicia exerceat. Item, Chriſtus hîc recenſet varios humanorum iudiciorum gradus, quę varijs in locis ac ſedibus exercebantur: Ergo idem ſtatuendum eſt de iudicijs Dei poſt hanc vitam futuris. Ridiculum: nam humanorum iudiciorum varię ſedes, habent etiam varias perſonas à quibus exercentur: at in foro ſpirituali conſcientię vnum iudicem agnoſcimus. Item, Si ſunt quędam peccata quę non puniantur gehenna ignis, Ergo illa ſunt igne Purgatorio exurenda, &c.

Sextus error: quòd iſta argumentatio ne cum ipſorum quidem Pontificiorum ſententia poteſt conuenire. Atque vt id magis pateat, proponamus ipſas *Contradictiones*, quibus Pontificiorum argumenta, quaſi Madianitico gladio, ipſa ſe mutuò confodiunt. Si verba Chriſti de *Iudicio & de Synedrio*, ad Purgatorium pertinent: ergo falſum eſt quod Pontificij dicunt; non culpam ſed pœnam in Purgatorium venire. Nam in *Iudicio & Synedrio* de culpa agebatur. Item, falſum eſt quod Pontificij dicunt, Purgatorium eſſe locum ſupplicij. Nec enim *Iudicium & Synedrium* fuere ſuppliciorum loca. Item, Falſum eſt quod illi ipſi monachi Pſeudonymi dicunt, vt ſententiam Pauli 1. Cor. 3. (de quo ſupra egimus) ad Purgatorium detorqueant, nempe Purgatorium non eſſe ipſum iudicialem actum, ſed locum illius ſupplicij quod in actu iudiciali irrogatum eſt. Nam vocabula *Iudicij & Synedrij* ad iudicialem actum referuntur, non autem ad locum ſupplicij. Eſt autem aliud iudicari, quàm iudicij pœnam ſubire. Quare niſi Pſeudonymi efficiant, *Synedrium & Golgatha* olim rem vnam eandémque ſignificaſſe, neceſſe eſt, eos vel huic loco Matthæi renuntiare, vel purgatorium ſine ſupplicio & pœna, hoc eſt, ſine Purgatorio conſtituere. Item, Falſum eſt quod Pontificij dicunt, vnum eſſe Purgatorium. Nam, ſiquidem valet hæc argumentatio, ecce tibi duo Purgatoria locis ac ſedibus diſtincta. Vt enim Synedrij locus alius eſt à loco gehennæ ignis: ita profectò Iudicij locus alius eſt à loco Synedrij. Atque vt iſti Monachi contendunt *Synedrium*, ſiue, *Concilium* differre à gehenna ignis; ita ego viciſſim contendo, *Iudicium* (cuius meminit Chriſtus) differre à *Synedrio*: ita vt illa duo non poſſint eſſe vnũ numero. Quòd ſi poſſint, ruit igitur tota monachorũ argumẽtatio, quæ nititur iſtorũ graduũ diuerſitate. Sed vereor ne mihi lectores ſuccenſeant, qui tempus terã in eiuſmodi nugis refellẽdis. Quare hæc ſit ſumma. In hac Monachorũ obiectione multos errores occurrere, eóſq; grauiſſimos. Nam ſententiã Chriſti in alienum ſenſum detorquent: ex verbis per alluſionẽ vſurpatis argumentantur, non ex ſententia totius cõplexi. Sumunt tanquã à nobis conceſſum, In illo Matthæi loco agi tãtummodo de Iudicijs Dei in futuro ſeculo exercẽdis (quod poſtulatũ non eſt, [illegible], ſed potius [illegible]: agũt enim de dimetiendis locis illis ſubterraneis, in quibus Purgatoriũ collocarũt: porrò Diuina iudicia cũ humanis iudicijs confundũt: affingũt vocabulis eas ſignificationes, quæ non modò non ſunt propriæ, ſed ne per ſimilitudinẽ quidẽ ad Purgatoriũ referri poſſunt. Denique ſe ipſi in laqueos induunt, ſua retractant, ſibi aduerſantur, & dum pro purgatorio pugnant, purgatorium oppugnant: & quamuis nihil tale cogitent, eius tamen errores ita detegunt, vt Purgatorium ipſum propemodum purgare videantur.

Obiectio.14.
1.Cor.15

Alioqui quid facient qui pro mortuis baptizantur, ſi omnino mortui non reſurgunt? inquit Paulus.

Si veteres Chriſtiani baptizabantur pro mortuis, hoc eſt, ſeſe pro mortuis affligebant, ieiunabant, orabant, atque ea omnia præſtabant quæ habent vim expiandi: Ergo credebant, defunctorum animas eſſe in Purgatorio. Conſequentia patet. Aſſumptum probatur ex ſuperioribus Pauli verbis, quorum expoſitio rurſus probatur Luc. 12. Sed Baptiſmo oportet me baptizari, & quomodo conſtringor vſquequo perficiatur? & Marci. 10. Poteſtis calicem bibere quem ego bibo, aut Baptiſmo quo ego baptizor baptizari? inquit Chriſtus.

Reſponſio.

Hoc argumentum aberrat à propoſita quæſtione. Hoc enim inter nos agitur: ſintne peccatorum pœnæ temporales poſt mortem in Purgatorio ab illis perſoluendæ, qui eas in hac vita non perſoluerint. Nunc autem eò ſpectant Monachi, vt, ſi poſſint, nobis probent, vetuſtiſſimum hunc morem in Eccleſia fuiſſe, vt ſe viui pro mortuis afflictarent. Veruntamen locum Pauli nobis obiectum iam expendamus. Quis ſit verus ac genuinus ſenſus verborum Pauli non ſatis conſtat inter ipſos interpretes, tum veteres, tum recentiores: neque noſtri eſt inſtituti in hanc ingredi diſputationem. Nobis enim ſatis erit oſtendere, iſtam interpretationẽ quã Pſeudonymi proferunt, non eſſe veram: atque omnino nihil eſſe in hoc Pauli loco vnde poſſint aliquid ſubſidij ſuo Purgatorio comparare. Reſpondeo igitur, nihil eſſe in hoc connexo quod non claudicet. Ipſa enim conſequentia infirma eſt, vt ſuo loco videbimus: longè verò infirmiſſimum eſt Aſſumptum quod iam excutio. Quærunt iſti, quid ſibi velit hoc loquendi genus, *Pro mortuis baptizari*, & exponunt idem eſſe, ac pro mortuis orare, ieiunare, vigilare, humi cubare, denique affligi (miror quòd non addant miſſam pro defunctis canere: ſed non auſi ſunt, ne fortè in cantu dolorem & afflictionem conſtituere videantur.) Rationem ſuæ interpretationis hanc afferunt, quòd *baptizari* aliquando in Scriptura ſignificet affligi atque cruciari, ex .12. Lucæ & 10. Marci. Atqui non quæritur inter nos quid ſignificet verbum *baptizandi*, & quàm varijs modis, non propriè tantùm, ſed etiam metaphoricè vſurpatũ legatur: ſed quid ſignificet totum hoc complexum, *baptizari pro mortuis*. Porrò negamus verbum *baptizandi* vſquam ſignificare, ieiunare, & ſeipſum vltro afflictare. Nam apud Lucam & Marcum nomine *Baptiſmi* non ſignificatur vel precatio, vel ieiunium: vel ſpontaneus cruciatus: ſed ſignificantur dolores acerbiſſimi ab aliis inflicti, ac denique mors ipſa: *quia Chriſtus nomine Baptiſmi mortem ſuam ſignificauit, propter ſubſecuturam peccatorum expiationem*, inquit Chryſoſtomus. Et quod ad filios Zebedæi attinet, idem Chryſoſtomus verba Chriſti ita exponit: *magna vobis verè bona prædico, inquit; martyrij enim coronam potiemini & violenta morte, ſicut & ego, è vita decedetis, & in hoc mihi communicabitis*. Hæc ille. Quare ſi Monachi velint ex his Chriſti verbis locum Pauli interpretari, ſequeretur, non tam precandum aut ieiunandum pro mortuis, ſed pro iis eſſe moriendum. Quod Baptiſmi genus, Monachi ſua ſponte, tam pro viuis, quàm pro mortuis ſuſcipere nunquam velint: ſed quantum in ipſis eſt, dant operam, vt ij qui puram Euangelij doctrinam

Locus Pauli exponitur.

Errores ſuperioris obiectionis.

In Matth. hom.66.

doctrinam amplexi ſunt, bibant calicem quem biberit Chriſtus, & Baptiſmo quo baptizatus eſt, baptizentur. Rurſus exoritur alia quoque difficultas: cùm enim exponant, baptizari pro mortuis, ieiunare, orare & ſeſe affligere pro mortuis: quæritur, an id vnquam Pauli temporibus factum ſit: neque id factum reperitur. Longè enim aliam ſolationem Paulus docuit Theſſalonicenſes, qua & luctum pro mortuis imminuerent, & ſpem futuræ reſurrectionis teſtarentur. Contrà, qui dicunt olim prauum illum morem fuiſſe, vt quidam baptizarentur pro mortuis illis, qui nondum Baptiſmo tincti, deceſſerant: habent vetuſtiſſimos authores, quibus probant, priſcis illis temporibus morem illum aliquandiu viguiſſe: neque propterea Apoſtolo probari, quòd non refutet. Aliud eſt enim probare, aliud, non refellere: præſertim cùm ea de re agatur, quæ ne refutatione quidem egeat. Nec mirum videri debet Pontificijs, ſiqui olim pro defunctis baptizati ſunt, cùm illi ſe quotidie myſterium Euchariſtiæ dicunt pro defunctis celebrare, & mortuorum ſepulchra aqua ſua luſtrali ſoleant perfundere. Qui verò exponunt hoc loquendi genus de iis qui ſub horam mortis baptizabantur, ita vt non iam viuis illis ſed mortuis Baptiſmus eſſet profuturus: id dicunt quod olim factum fuiſſe nemo negat, & illis fauet verbum futuri temporis: *quid facient?* inquit, non autẽ, *quid faciunt?* ita vt ad illos ipſos res hæc pertinere videatur. Iſti verò Monachi nihil proferũt præter ſuum ſomnium: quia nõ conſtat, craſſiſſimum illum errorẽ viguiſſe Pauli temporibus in Corinthiorum Eccleſia. Multiplex igitur eſt hic error.

Chryſ. & Ambroſ. In 1. ad Cor. cap. 15. Tert. de reſ. car. & cõncr. Marc. 15.

Aug. de Ciuit. Dei lib. 20. cap. 9. Cyp. lib. 4. Epiſt. 7.

Primus, in figura dictionis, quum verbo baptizandi affingunt nouam & incognitam ſignificationem.

Secundus error, quòd hæc Monachorum interpretatio falſi conuincatur, quandoquidem affirmant, id tum inter Corinthios factum fuiſſe, quod factum non fuit.

Tertius error: Petitio principij. Nam id aſſumunt de quo diſputatur. Nos enim Apoſtolicis temporibus Eccleſiam fuiſſe precari ſolitam pro mortuis, pro illis ieiunaſſe, ſe excruciaſſe ad expiationem mortuorum & cætera eiuſmodi factitaſſe quæ longo poſt tempore Satan inuexit, id verò pernegamus. Imò verò, inquiunt, is fuit Iudæorum ritus, vt ſiquis ciuium è viuis exceſſiſſet, quàm legali expiatione potiretur (de qua Num. 19.) tum genere propinqui legalem aſperſionẽ ſibi per ſacerdotes adhiberi curabãt. Qui mos etiam Pauli temporibus obtinebãt: nec eũ improbat, ſed in reſurrectionis teſtimoniũ allegat. Hæc illi. Verùm quid audio? Ecce igitur magna ex parte confirmata eorũ interpretatio, qui locum Pauli exponunt de peruerſo more baptizandi pro iis qui ante Baptiſmum deceſſerant. Nam quod iſti volunt Iudaicum morẽ fuiſſe approbatum ab Apoſtolo, falſum eſt, & ab ipſius Pauli ſententia alieniſſimum. Quid verò, ſiquis dicat Paulum argumentari ex hoc Iudæorum ritu, vt magis pudeat Chriſtianos negare mortuorum reſurrectionẽ, quàm vel corruptiſſimi tum Iudæi agnoſcebant: quemadmodum hoc ritu, quanquam peruerſo & planè à lege Dei alieno, profitebantur? Nec enim opus fuit Apoſtolo apud Chriſtianos illum errorem Iudæorum refellere, quippe craſſiſſimum & manifeſtiſſimum. At fortaſſe hanc interpretationẽ adiuuabunt ij qui hæc Chriſti verba apud Matthæum, *Si per Beelzebub eiicio dæmonia, filij veſtri per quem eiiciunt?* ita intelligunt, vt non propterea Chriſtus planè morem illum tum approbarit, ex eis quæ commemorat Lucas Act. cap. [illegible] adeò vt commemorare, nec refellere, non inferat approbationem, ex neceſſitate. Verumenimuero hanc rem totam interpretes doctiſſimi diſpicient.

Aug. de Ciuit. Dei lib. 20. cap. 9. Cyp. lib. 4. Epiſt. 7.

Quartus error in falſo conſequenti. Fac n. verũ eſſe quod iſti ſomniãt, ſuperſtites olim ſe pro defunctis excruciaſſe, vt ipſorum peccatorum peccata expiarent. Num inde ſequeretur, Purgatorium vllum futurum eſſe poſt hanc vitam? quaſi verò hæc ſint conſectaria: *Viui patiuntur pro mortuis: ergo mortui ipſi patiuntur: viui ergo patiendum eſt in Purgatorio: viui, ergo ſuperſtites debent ipſi pati pro mortuis.* At ego contrà ita concluderem: Si qui olim ſeſe pro defunctis excruciarunt, vt ea ratione peccata defunctorum expiarent: certè illi crediderunt peccata hominum non poſt hanc vitam, ſed in hac vita eſſe expianda: quippe qui tantoperè conarentur ea ſupplere quæ alij dũ in viuis eſſent, prætermiſerant. Itaq; non ſequitur: [illegible] pro mortuis, ergo crediderunt eſſe Purgatorium (vt ſupra diximus & infra quoq; ſumus dicturi.) Rurſus non ſequitur: crediderunt eſſe Purgatorium: Ergo nobis etiam credendum eſt. Ad ſummam: cùm nec conſequentia, nec aſſumptum ſuperioris obiectionis valeat, vt ſpero, ex iis quæ diximus, eſſe manifeſtum: obſecro vos, ô Monachi, qui Purgatorium illam incudem certatim ac magno labore, tanquam cyclopes [illegible], iampridem tunditis, vt ne poſthac noua [illegible] argumenta, nouaſq; & alienas locorum interpretationes fabricetis, Scripturam in contrarium ſenſum detorquentes: ſed quum agatur de fidei capitibus, [illegible] Scripturæ locis dilucidis ac perſpicuis conſtituatis: neue interpretationes perplexas, dubias, ac titubantes, tanquam columnas veſtræ ſententiæ ſuffulciatis: neue ea argumenta proferatis, quæ ſola negatione conuellantur.

Obiectio. 15.
Matt. 3.

Ego baptizo vos aqua in pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt: ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni, cuius ventilabrũ in manu ſua eſt, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Ergo [illegible] Purgatorium [illegible] *eſt, quia ille Baptiſmus ignis,* [illegible] Purgatorium [illegible]

Locus obiectus exponitur.
Act. 1.

At nobis illud multò verius eſt, quod dixit Chriſtus, locum verborum interpres locupletiſſimus: *Ioannes* inquit, *baptizauit quidem aqua: vos autẽ baptizabimini in Spiritu ſancto non multo poſt hos dies.* Tum ſequitur cap. 2. *Et viſæ ſunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.* Quare non ſunt conſtituendi duo Baptiſmi, nempe, *Spiritus* & *ignis*. Nam vnus eſt idemque Baptiſmus: ſed ignis vocabulum additum, vt ſumma efficacia Sp. ſancti magis ſignificetur. Ex quo fit clarè, vt in ipſo extiteri dono viſibili Sp. ſancti linguis apparentes in ſpecie ignis. Neque igitur conſequens.

Error ſuperioris obiectionis.
Retorquetur Obiect.

Error eſt ex ignoratione elenchi. Nihil eſt enim apud Matthæum, quod vel tantillum accedat ad Purgatorium. Quin [illegible] locum in Monachos detorqueamus. Si Baptiſmus ignis, eſt ignis Purgatorius (vt dicunt Monachi) Et Chriſtus ſolus Baptiſmo ignis baptizat (ſic docet

Scriptura) Sequitur, nos à Chriſto ſolo purgari: & Chriſtum ſolum eſſe noſtrum Purgatorium. Chriſtum, inquam, qui etiam poſtremis hiſce temporibus, ventilabrum ſui verbi in manus ſumere dignatus eſt, vt aream Eccleſiæ permundet, & puram doctrinam ab hominum erroribus & corruptelis ſecernens, Purgatorij, Indulgētiarū & reliquas eiuſmodi Pōtificias paleas ab Eccleſia diſcutiat, igni inextinguibili cōburendas.

Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo. Ergo dogma de Purgatorio recipiendum eſt. Conſequentia patet: nam ſi nomine Inferni, nec locus damnatorum, nec Patrum limbus, nec rurſum limbus puerorum intelligitur: Ergo Purgatorium intelligatur neceſſe eſt. Obiect. 16.

Falſa eſt conſequentia. Primus error, ex defectu diuiſionis. Nam Inferni vocabulo mors etiam & ſepulchrum ſignificantur, vt, *Dolores Inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis.* Item, *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.* Sic interpres Syrus, In hoc loco Infernum pro ſepulchro dixit: vt ſit ſenſus, Chriſtum non potuiſſe detineri in ipſo Sepulchro. Reſpons. Errores ſuperioris obiectionis. Pſal. 18. Gen. 37.

Secundus error, Ex figura dictionis. Nec enim vocabulū quod vſurpat Lucas ſignificat infernum, ſed mortem, licet vetus interpres ita conuerterit. Sic enim Lucas λύσας, inquit, τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, hoc eſt, ſolutis doloribus mortis. Quod autem iſti affirmant in vetuſtis omnibus Græcis exemplaribus legi ᾅδου, non θανάτου: miror ſaluóne pudore id dicant: quum hæc noſtra lectio conſtanter in omnibus exemplaribus inueniatur, & ita veteres Græci Theologi locum hunc citarint. Quambrem non tantopere fuit laborandum in perquirendis varijs inferni ſignificationibus (infauſtum ſanè Purgatorio argumentum, ſi infernum habet pro fundamento) quandoquidem Lucas, mortis non *Inferni* vocabulo vſus eſt. Atque ita Monachorum obiectio euanuit. Quis ſit autē horum verborum ſenſus, quæri ſolet. Atque (vt id mihi liceat obiter dicere) illi omnium rectiſſimè exponere videntur, qui hic Hebraiſmum cognoſcunt, quo quidem mors ipſa ſignificatur, eáque acerbiſſima. Sic enim, *Circumdederunt me dolores mortis, & angustiæ ſepulchri inuenerunt me:* & paulò poſt, *Eripuiſti animam meam à morte.* Et, *Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes improborum terruerunt me: dolores ſepulchri circumuenerunt me, & me laquei mortis anteuerterunt.* Vocabulum autem doloris Hebraicum, ſumptum eſt à funis ſimilitudine, quod & alijs linguis vſuuenit: homines enim à dolore tum conſtringi, tum relaxari vulgò dicimus. Cæterū vulgato dicendi vſu dicuntur ſolui dolores mortis, quando aliquis mortem euaſit, vt in locis citatis. Sed quum Petrus ait, Chriſtum reſurrexiſſe ſolutis mortis doloribus, ſignificat, eum quidem fuiſſe prehenſū à morte, ſed reſurgendo, ſeſe morti eripuiſſe. Atque ita (inquit Chriſoſtomus in hunc locum) vt non ſit amplius moriturus. Sic enim Paulus, *Scimus Chriſtum excitatum ex mortuis non amplius mori, mortem ei non amplius dominari.* Sed nonne (inquis) omnes dolores mortis in cruce paſſus eſt? Certè: ſed in reſurrectione ipſos dolores mortis ſoluit, hoc eſt, diſſoluit mortis laqueos, vincula perfregit, robur mortis vbiſque ſuperauit: denique mortem ipſam pedibus conculcauit, aſſumpta ea vita quæ iam morti obnoxia eſſe non poteſt. Ac de

Locus exponitur. Pſal. 116.

Pſal. 18.

huius loci expoſitione hactenus: iam eos incommodo vrgeamus.

Abſurd. ſuperioris obiect.

Si Petrus loquitur de doloribus quos ipſe Chriſtus ita perpeſſus eſt, vt eos ſua virtute ſuperarit, & illi dolores ſunt dolores Inferni, hoc eſt, Purgatorij (vt iſti Monachi intelligunt) Ergo Chriſtus pœnas purgatorias paſſus eſt, aut pro ſe, aut pro alijs. Si dicas pro ſe, blaſphemabis. Si pro alijs, non igitur conuenit ratio quā ſubjicit Petrus: Eo quòd, inquit, impoſſibile erat ipſum ab ea detineri. Rectè enim monent Philoſophi medium debere eſſe οἰκεῖον non heterogeneum, & ea quæ afferuntur ad alicuius rei probationem, omnino ad rem ipſā quam probant eſſe referenda. Alioqui iam non erunt rationes, ſed (vt mihi liceat hoc etiam à Philoſophis mutuari) veluti inanes, ac volitantes Dædali imagunculæ: quibus quidem præſtigijs & captionibus iſti recentiores Monachi nos a rebus chariſſimis depellere conantur. Sed iam in eos ſuum argumentum regeramus.

Retorquetur obiectio.

Si vocabulum *Inferni* eſſet à Petro vſurpatum, & eo Purgatorium ſignificaretur, Actum eſſet de Purgatorio. Conſequentia patet: Quia Chriſtus non diceretur ſoluiſſe animas è Purgatorio, ſed ipſius Purgatorij dolores ſoluiſſe: ex quo efficeretur, nullum ſupereſſe Purgatorium: quippe quod ſine doloribus eſſe non poſſit.

Obiect. 17. Luc. 16.

Facite vobis amicos de mammona Iniquitatis, vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula inquit Chriſtus: vnde ita concludimus:

Si, qui eleemoſynas cæteraque charitatis officia proximo egenti impenderant, quū defecerint, videlicet, per mortem, & ſubſidia ad tantum iter expeditè conficiendum neceſſaria illis defuerint: Si, inquam, eiuſmodi homines recipientur in æterna tabernacula precibus amicorum, quos ſibi compararunt, ſiue adhuc ſint in viuis, ſiue cum Chriſto iam in cælis triumphent: Ergo ſtatuendum eſt aliquod Purgatorium poſt hanc vitam.

Conſequentia patet: quia qui ſunt omni ex parte perfecti, nō his indigēt adminiculis, vt in æterna tabernacula recipiantur: rurſus damnati nō poſſunt illis ſubleuari. Reſtat igitur vt eiuſmodi ſubſidiis adiuuentur illi qui in Purgatorio pœnas luunt.

Reſponſ. Locus exponitur.

Ecce autem qui Purgatorium nuper quærebant in Inferno, nunc illud ipſum quærunt in æternis cæli tabernaculis. Antequam autem reſpondeo, expono locum quem nobis obijciunt. Chriſtus vt nos ad beneficentiam egenis præſtandam excitaret, parabolam propoſuit de *iniuſto illo œconomo, qui ſibi in futurum proſpexit, vt quum amotus fuiſſet à diſpenſatione, haberet qui ipſum reciperent.* Ad hanc igitur parabolā alludens, iubet nos eſſe in egenos liberales, cūm hæc charitatis officia fructum ſuum habitura ſint. Hæc eſt huius loci ſententia, vbi propter alluſionem verbum *recipiendi* repetitur. Iam ſupereſt, vt ad argumentum Monachorum accedam.

Errores ſuperioris obiectionis.

Conſequentia quidem non valet: quia non rectè connectitur, & eſt medium heterogeneum: ſed præcipui errores manant ab Aſſumpto, quod nunc excutio. Aſſumptum duo continet: nempe verba Chriſti, & ipſorum verborum expoſitionem. De veritate verborum Chriſti maximè certi ſumus: de falſitate huiuſce expoſitionis minimè dubitamus. Quare videndum eſt, num verba Chriſti poſſint efficere id quod iſti volunt. Si Chriſtus *nos iuſſit facere amicos de mammona iniquitatis, vt quum defecerimus recipiant nos in æterna tabernacula:*

Ergo ſtatuendum eſt aliquod Purgatorium poſt hanc vitam. Hic nemo non videt nullã eſſe cohærentiã. Quare videamus ecquod medicamẽtum iſti afferant ſuæ concluſioni. *Deficere*, exponunt tã de morte, quàm de operibus; nimirum quum nobis morientibus deeſt illa operum perfectio quæ requiritur, inquiunt, vt in æterna tabernacula recipiamur. Hoc poſterius de operibus vnde tandem hauſerunt? aſſumunt igitur id quod eſt inter nos maximè controuerſum. Affirmamus enim, non aliquos tantùm ſed omnes pios & fideles ita migrare ex hac vita, vt non ſuorum operum perfectione, ſed Dei miſericordia & cumulatiſſima Chriſti iuſtitia freti, in æternam vitam recipiantur. Manet enim fixum quod dixit Pſaltes, & ab Apoſtolo fuit vſurpatum, *Ne intres in iudicium cũ ſeruo tuo, quia in conſpectu tuo nullus viuens iuſtificabitur*, Item, *Donũ Dei vita æterna* & conſimiles ſentẽtiæ pluſquam aureæ, quæ paſſim occurrunt. Neq; poſſumus nõ libenter audire præclaras haſce veterum ſententias: *Tota ſpes mea*, inquit Auguſtinus, *nõ niſi in magna valde miſericordia tua, ô Domine*. Et Ambroſius: *Non gloriabor*, inquit, *quia iuſtus ſum, ſed gloriabor quia redemptus ſũ: non quia vacuus peccatis ſum, ſed quia remiſſa ſunt peccata: non quia profui, neq; quia profuit mihi quiſquam, ſed quia pro me Aduocatus eſt Chriſtus, & eius ſanguis pro me effuſus eſt &c*. Ex quibus efficitur, pios omnes morientes, ex ſe ipſis quidem deficere, ſed nihilominus acceptos eſſe & cenſeri perfectos in vno Chriſto propter perfectã eius iuſtitiã fidelibus imputatã. Verùm fac nos de iſta expoſitione ſanè quàm longa & multiplici, nullam tamen mouere controuerſiam: quid tandẽ aſtruis? Purgatorium, inquis. At ego contrà, ex hoc ipſo loco & ex hac tua interpretatione Purgatoriũ deſtruo. Quonam, inquis, modo? Quia ſi illi qui benigni in proximos extitere, quum migrant è vita, licet non omni ex parte ſint perfecti, tamẽ ab iis amicis quibus charitatis officia exhibuerunt, in æterna tabernacula recipiuntur, vt vis: Certè nõ diuertunt in Purgatoriũ, quod æternorũ tabernaculorũ nomine abſit vt intelligatur. Quare quum nullũ aliud diuerſorium piis hinc diſcedentibus conſtituatur, præterquam ipſa æterna tabernacula, ſequitur piorum reſpectu, nullum locum Purgatorio ſupereſſe. Sed de hac obiectione hactenus, quæ ne tam longam quidem reſponſionem merebatur.

Ratio Monachorum refellitur.

Pſal.143.
Rom.3.
Rom.6.

Confeſſ. lib.1.
Cap.29.
De Iac. & vit. bea. lib.1.c.6.

Si quis viderit fratrem peccare peccato non ad mortem, petet, & dabitur ei vita, peccantibus (inquam) non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roges quis, inquit Ioannes. vnde ita concluditur.

Obiectio.18.
1.Ioan.5.

Si pro cuiuſuis ſceleris relaxatione Deum Opt. Max. interpellare licet, dum peccatur in vita: at hoc agit. Ergo Iohannes loquitur de iis peccatis in quibus quiſpiam vita defungitur; ſic quos videremus vel criminaliter tantum peccaſſe, vel ſcelerati ſint, certa tamen pœnitentiæ ſigna dediſſe, pro illis orandum non ſolum viuis, ſed etiam defunctis. Purgatorium igitur conſtituendum eſt. Aſſumptum probatur ex ſententia Auguſtini qui peccare ad mortem definiuit, in infidelitate aut alio crimine ad mortem vſque perſiſtere, & exiſtimauit de nullo peccatoribus deſperandum, ſed pro omnibus precandum eſſe.

De Corr. & gr. cap.12.
Enchir. ad Laur. cap. 82.
&c.

Hoc verò eſt ſine ratione ratiocinari. Ecquis enim vnquam præterquam Monachis in mentem venire poſſit, ex his Iohannis verbis *Si quis viderit fratrem ſuum peccare, &c.* nos pro mortuis precari iuſſos eſſe: quaſi

De peccato ad mortem: & de veterum ſententia.

quaſi cum mortuis verſemur, eorúmque opera videamus. Argumentũ igitur eſt ἀσύστατον nec dignum longiori reſponſione. Sed quia Auguſtinum appellant, pauca quædam de illius ſententia nobis dicendã ſunt: Quid ſit peccatũ ad mortem variè definitum eſt cùm à veteribus, tum à recentioribus Theologis. Maior pars tamen ab Auguſtino diſſentit, & qui id faciunt ducuntur apertiſſimo hoc Ioannis loco, *Siquis viderit*, inquit (ita poſtulante natura contradictionis) itémque, ex duobus locis Epiſt. ad Heb. cap. 6. & cap. 10. Denique ex his Chriſti verbis Matth. 12. *Non remittetur neque in hoc ſeculo nec in futuro.* Nã ſi non remittitur in hoc ſeculo, ſequitur neceſſariò in hoc ſeculo commiſſũ eſſe. Ego verò iſtos Monachos demiror, qui poſteaquam nobis obiecerunt illum Matthæi locum, & ſæpe hæc verba inculcarunt, *Neque in hoc ſeculo neque in futuro*, nunc contrariam planè ſententiam defendant. Saltem ipſi ſe audiant, ne ab alijs & à ſeipſis quoque diſſidere videantur. Sed, vt ad rem redeam, qui cum Auguſtino peccatũ in S. Sanctum definiunt, *perpetuam impœnitentiam*, non video quid ſint reſponſuri ad illum locum Epiſtolæ ad Hebræos, vbi Apoſtolus loquens de ijs qui ad mortem peccabant: *Impoſſibile eſt*, inquit, *eos renouari ad pœnitentiam*: quod de futuro ſeculo intelligi qui poteſt? Nam pœnitentiæ tempus, huius vitæ cancellis circumſcribitur. Quis porrò ferat hoc loquendi genus? Impoſſibile eſt, eum quem nunquam pœnitet, pœnitere. Quod eſſet manifeſtè ταυτολογίαν & inanem eiuſdem rei repetitionem proponere. Quare ſatius eſt cum alijs veteribus ſtatuere, peccatum ad mortem, quodcunque tandem ſit (nec enim de re diſſerere noſtri eſt inſtituti) ante mortem admitti. Sic Athanaſius, Chryſoſtomus, Hieronymus, Baſilius, Ambroſius & alij plerique cenſuerunt. Iam venio ad Monachorum argumentum, in quo non tantùm nullã conſequentiam, ſed ne vllam quidem Conſequentiæ vmbrã animaduerto. Peccat enim non ſolùm in materia, ſed etiam in forma: nam ex vna negata colligit multas affirmatas. Non eſt precandum pro eo qui peccat ad mortem: Ergo precandum eſt pro ijs defunctis qui non ad mortem peccauerunt. Peccant etiam in Coniunctione diſtrahendorum. Fac enim verum eſſe, expectandum mortis tempus, vt de peccato ad mortem iudicare poſſimus, num etiam erit expectandum tempus mortis, vt iudicemus de alijs peccatis, quæ quotidie contrahuntur? Sic concludendum eſſet potius: Si non licet precari poſt mortem pro ijs qui ad mortem peccarunt, quippe quum ante mortem peccatum illud cognoſci non poſſit: Certè, licebit precari pro viuis fratribus non peccantibus ad mortem, quandoquidem peccatum quod non eſt ad mortem in hac vita cognoſci poteſt, idque ex ipſorum monachorũ ſententia. Deniq; ſibi contradicunt. Nam Ioannes, quem citant, loquitur de remiſſione culpæ: *Dabit ei vitam*, inquit. At culpam hic, non in Purgatorio remitti, ipſi Pontificij tradiderunt. Ad ſummam, tantùm abeſt vt videri poſſint argumentari ex loco illo Ioannis, vt potius in ipſum Ioannis locũ manifeſtè argumententur. Sic enim Ioannes: *Siquis viderit*, inquit, *peccantẽ*: At illi affirmant, in hac vita videri non poſſe, ſiquis peccet peccato ad mortem. Rurſus Ioannes: *Eſt peccatũ ad mortem*, inquit, *non pro illo dico vt roget quis*. At illi dicunt, pro cuiuſuis ſceleris

leris relaxatione precari eſſe licitũ: Et Ioannis verba ita exponunt *Non dico vt roget*, nempe inquiunt, *poſt mortem*, ſcilicet hoc habent à magiſtro ſuo Lombardo: quod nos repudiamus, tanquã addititium ac planè contrarium verbis & circunſtantiæ illius loci. Nã ſi ex præcepto Ioannis debeo in hac vita precari pro eo quem video peccare peccato nõ ad mortem: certè ex eiuſdẽ præcepto, non debeo in hac vita precari pro eo quẽ video peccare peccato ad mortem: nec dixit Ioannes, *peccaſſe*, ſed, *peccare*. Veruntamen hic, ſi vſquam alibi, cauendũ eſt à temerariis iudiciis.

Abſurd ſupe. obiect.

Sed iam ad incommodum adigamus. Si peccatum ad mortem cognoſci non poteſt in hac vita, & peccatum non ad mortem in hac vita cognoſci poteſt (quod vtrumque dicunt Monachi) Ergo Contrariorũ non eſt eadem ſcientia. Nam qui fieri poteſt, vt dignoſcam peccatũ quod non eſt ad mortem, ſi peccatum, quod eſt ad mortem, non poſſum cognoſcere? Item, Peccatum ad mortem aut cognoſci poteſt in hac vita, aut non poteſt: Si non poteſt cognoſci, fruſtra prohibemur pro eo precari. Si cognoſci poteſt, falſum eſt igitur quod iſti dicunt. Verùm, inquiunt, eò cognoſcimus quòd peccator ante mortem nullum dedit ſignum pœnitentiæ. Quid audio? Nullane eſſe poterit pœnitentia niſi ea ſignis externis cognoſcatur? At longè aliud exiſtimant Theologi, adeóque ipſi Scholaſtici, qui huius rei cognitionem difficillimam eſſe exiſtimant. Nos igitur retorqueamus argumentum in hunc modum. Si debemus *precari pro iis quos videmus peccare peccato non ad mortem, vt Dominus det eis vitam* (vt Ioannes docet) & verum eſt quod ait Cyprianus *poſt hanc vitam* [illegible]: Certè Ioannes hîc loquitur de iis precibus, quas Deo offerre debemus pro fratribus noſtris in hac vita conſtitutis.

Reſponſio Monachorum refellitur. Scot. in 4. ſent. Diſt. 5.

Retorquetur obiectio.

Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, iuſtus pro iniuſtis, vt nos ad Deum adduceret, mortificatus quidẽ carne, viuificatus autẽ Spiritu, per quẽ etiam ſpiritibus qui erant in carcere profectus prædicauit, olim incredulis &c. inquit Petrus. *Ergo poſt hanc vitam eſt Purgatorium, vbi tanquã in carcere ſpiritus detinentur.*

Obiect. 19. 1. Pet. 3.

Hactenus Pontificij ſoliti ſunt locum hunc citare ad ſui Limbi confirmationem (ſed), vt iam pridem audis, Limbus & Purgatorium iam ſibi mutuas præſtant operas. Ad exponendum Antecedens non [illegible] longam orationem, lectorem remitto ad doctiſſimas Domini Bezæ Annotationes in hunc locum: tantùm docebo, Conſequens nullam vim habere: & proferam aliquot rationes quæ omnino Pontificios vetant locum illum in Purgatorii ſubſidium detorquere. Prima ratio. Nondum conſtat inter Pontificios, vtrum ne Purgatorium veteris Teſtamenti temporibus [illegible] Limbo [illegible] quod tamen omnino oportet fuiſſe, ſi Petri locus de Purgatorio eſſet intelligendus. 2. Nomen *carceris* vbi de ſpiritibus agitur, ex vſu Scripturæ reproborum pœnas ſignificat. *Soluetur Satanas è carcere ſuo*, inquit Ioannes. Sic dicuntur *diaboli traditi æternis caliginis*. Itemque *vinculis æternis alligati*, quod quàm parũ Purgatorio conueniat, vel ipſi pontificij ſatis vident. 3. Chriſtus dicitur *Spiritu prædicaſſe iis qui fuerũt in carcere*, quod de Purgatorio intelligi nõ poteſt, in quo prædicatũ fuiſſe Euangeliũ, aut prædicandum nemo hactenus dicere auſus eſt. Id eò n. prædicatur, vt credat-

Reſponſ. Errores ſuperioris obiectionis.

Apoc. 20. 2. Petr. 2. Iud. 1.

tur. At fides non poteſt in Purgatorio comparari vel ipſis Monachis aſſentientibus. 4 Concluſi in illo carcere dicuntur *infideles & immorigeri,* quum tamen ſolis fidelibus Pontificij Purgatorium aſſignent. 5 Si de Purgatorio Petrus ageret, non tantùm de ijs loqueretur, *qui Noachi tēporibus vixerant*, quos ſolos in Purgatorio fuiſſe, vel ſolos fuiſſe Chriſti beneficio liberatos, nec verum eſt, nec veriſimile. Quòd ſi Chriſtus re ipſa ad illas animas deſcendit (quemadmodū iſti putant) vt eas ex Purgatorio liberaret, miror cur nō idē hodie neceſſarium eſſe tradant. Niſi fortè duplex Purgatorium conſtituant: vnū veteris, alterum noui Teſtamenti. 6 Fidei dogmata non ſunt confirmanda ex locis Scripturæ, modò in hanc, modò in illam ſententiam detortis: ſed ex planis ac perſpicuis Scripturæ teſtimoniis. Hîc autem, de Purgatorio, de pœnis ſatisfactoriis & id genus, nullū verbū, ſed omnia potius repugnant. Quis enim ferat ita locū Petri exponi, vt *carcer* ſignificet Purgatorium: *Prædicatio Chriſti*, precationem pro defunctis: *Immorigeri*, ſint fideles, & cætera eiuſmodi, quæ ne refutatione quidem egent? Quamobrem ita retorqueamus hunc locum in Monachos recentiores.

Retorquetur obiectio.

Si Petrus nomine *carceris* ſignificat Purgatorium, & in eo carcere nō Noachus, aut quiſpiam ex eius familia fuiſſe dicitur, ſed ſoli immorigeri, qui temporibus Noachi vixerunt: Certè Purgatorium non pertinebat tunc ad Noachi familiam. Et vi Conſequentis, ad Eccleſiam, quæ tunc extra Noachi familiam nulla fuit. Quod ſi non tunc, certè ne nunc quidem. Quæ quum ita ſint, nobis exorandus eſt Deus, vt Pontificiorum animos flectat, ne ſint immorigeri & contumaces in puram Euangelij prædicationem, ſed potius carcerem illum immorigeris deſtinatum refugientes, ſeſe nobiſcum in arcam Noachi, hoc eſt, in veram Eccleſiam, recipiant. Atque hæc quidem de Scripturæ locis quibus Pontificij ad extruendum ſuum Purgatorium abutuntur. Addunt etiam quędam argumenta deprompta ex humana ratione, quibus humanum hoc de Satisfactionibus humanis commentum probent. Et quanquam humana ratio in Theologicis diſputationibus leuiſſima eſt, ſi Scripturæ locis deſtituatur, ac ne audienda quidem (rectè enim vetat nos Chryſoſtomus *rationis humanæ tempeſtatibus fluctuare*) ne tamen hanc partem à nobis neglectam planè eſſe conquerantur, excutiemus etiam aliquot eiuſmodi argumenta: eáque adeò quæ illi maioris eſſe momenti ac ponderis exiſtimant.

Obiect. 20. Argum. Pontif. ex humana ratione.

Si cælum nihil pollutum admittit, & ipſi etiam iuſti interdum impingunt, & multi tanta celeritate ſæpe ex hac vita rapiuntur, vt de [illegible] nullam cogitationem inſtituere valeant: Ergo ſupereſt, vt in Purgatorio perpurgentur antequam in cælum recipi poſſint.

Reſponſ. Error ſuperioris. Obiect. 1. Ioan. 1.

Conſequens non valet. Error eſt in falſo conſequenti. Nec enim ſequitur, ſi purgandi ſumus antequam fiamus cœleſtis vitæ participes, id in Purgatorio faciendum eſſe. Nam peccatorum noſtrorum purgationem, non in noſtris pœnis ſtatuimus, ſed in vno Chriſto, *cuius ſanguis,* inquit Ioannes, *purgat nos ab omni peccato.* Vt autē de morientium cogitationibus temerarium eſt hoc vel illud ſpeciatim affirmare: ita dubitandum non eſt, quin Deus ita cum ſuis agat, vt illis ante mortē iam [illegible] cogitationem, quam ſcit illis ad vitam æternam eſſe neceſſariam, noſtra verò ſalus non pendet ex noſtrarũ cogitationum, noſtræque fidei ac pœnitentiæ virtute & perfectione, ſed ex ſola & gratuita Dei miſericordia in Chriſto Ieſu, *qui factus eſt nobis Iuſtitia, Sanctificatio, & Redemptio,* vt ait Paulus. Retorqueamus igitur argumentum.

Retorquetur Obiect.

Si Purgatorium iis deſtinatum eſt, qui tanta celeritate ex hac vita rapiuntur, vt de peccatis cogitare non poſſint: Ergo peccatorum culpa in Purgatorium ingreditur, quæ, ſine peccatoris pœnitentia, non remittitur. At id Pontificij negant. Item, ſi ſola peccati culpa polluit animam, & omnis peccati culpa in hac vita remittitur fidelibus, quod etiam Pontificij admittunt: Ergo hæc ratio, *quòd cælum nihil pollutum admittit,* non impedit, quominus omnes fideles migrantes ex hac vita in cœlum recipiantur.

Argum. 2. ex humana ratione.

Deut. 32.
Rom. 12.
Heb. 10.

Si qui grauiter proximos ſuos læſerunt, nec hac vita puniuntur, & in vltimo vitæ ſpiritu reſipiſcunt, ſtatim ad cæleſtem beatitudinem transferuntur: Ergo tum non habet effectum quod dixit Dominus, *Mihi vindicta & ego retribuam. Conſequentia patet quia nec in hac vita, nec poſt hanc vitam Deus vlciſcitur iniurias quas illi proximis intulerunt.*

Reſponſ.

Error ſuperioris obiectionis.

Locus obiectus exponitur.

Deut. 32.

Heb. 10.

Ineptum concludendi genus. Fallit Conſequentia in ignoratione elenchi. Hæc enim comminatio Domini, qua ſe illatas iniurias vlturum eſſe denuntiat, tum habet locum, quando qui iniuriam fecere, non reſipiſcunt. Atque hanc conditionem ineſſe Diuinis comminationibus, non ignorant ij qui vel mediocriter in Theologia ſunt exercitati. Locum autem quem illi citant non poſſe trahi ad pœnas temporales etiã remiſſa culpa ſubeundas (quod ipſorum eſt commentum) ſatis declarat contextus ſeries. *Fel draconum,* inquit, *vinum eorum, & venenum Aſpidum crudele. Labetur pes eorum & dies perditionis eorum prope eſt.* Et Apoſtolus ad Hebræos accommodat hanc ſententiam aduerſus eos qui peccant in Spiritum ſanctum, & quos manet horrenda expectatio iudicij & ignis feruor qui deuoraturus eſt aduerſarios Dei. Nouimus enim, inquit, eum qui dicit, *Meum eſt vlciſci, ego rependam.* hæc Apoſtolus: qui non de Purgatorio, ſed de æterno igne grauiſſimam hanc Dei comminationem expoſuit. Quod etiam ſatis manifeſtum eſſe poteſt, ex vocabulo, *vltionis.* Nam vltio & vindicta Domini propriè quadrat in Dei hoſtes, ex vſu Scripturæ. Quamobrem in obſtinatos conuenit hæc ſententia: *Mea eſt vindicta, & ego retribuam.* Ad eos verò qui reſipiſcũt, hæc ſententia pertinet: *Peccatorum tuorum non amplius recordabor,* & conſimiles, quas ſuo loco recenſuimus. Atque hæc de Monachorum argumentis ex humana ratione petitis. Nam quæ illi addunt ex ſimilitudine terrenorum iudiciorum deprompta: nullam reſponſionem deſiderant: quandoquidem nemo eſt adeò rerum Diuinarum ignarus, vt neſciat, Dei iudicium non eſſe ad humanas leges, & ad terrena iudicia exigendum. *Solent,* inquit Ruffinus, *Pagani cum irriſione aduerſum nos dicere, quòd ipſi nos decipiamus, qui putemus crimina quæ opere commiſſa ſunt, verbis poſſe purgari. Sed ad hæc melius fide quàm ratione reſpondeo. Rex eſt omnium qui hoc promiſit,* &c. hæc ille. Iam audiamus quid nobis ex veterum Doctorum ſcriptis obiiciant.

Eſai. 43.
Ezech. 18 & 33.

Concluſio.

In Symbol. apud Hieron.

CAP.

CAPVT V.

CVm Monachorum, qui ſub ſignis Purgatorij militant, in anguſtū cogantur copiæ, quoties ex ſolis Scripturæ locis decertandum eſt: ac propterea ſeſe inde ſubducere ſoleant, vt in veterum doctorum campo expatientur: nunc de veterum teſtimoniis nobis eſt differendum: Primùm igitur excutiamus Veterum teſtimonia, quæ illi proferunt ad confirmandas humanas Satiſfactiones: deinde ad ea teſtimonia deueniemus, quibus ſpeciatim in cauſa Purgatorij niti ſolent.

Obiectiones Ex Veterum ſcriptis, pro humanis Satiſfactionibus.

Veteres in ſuis ſcriptis ſæpiſſime Satiſfactionis meminerunt. Ergo dogma de humanis Satiſfactionibus recipiendum eſt. Aſſumptum patet ex ſequentibus. Tertullianus. *Offendiſti, ſed reconciliari adhuc potes. Habes cui ſatiſfacias, & quidem volentem, &c. Confeſſio, Satiſfactionis conſilium eſt, diſſimulatio, contumaciæ.* Cyprianus. *virgas & flagella ſentimus, qui Deo nec bonis factis placemus, nec pro peccato ſatiſfacimus.* Idem. *Intermiſſis precibus quibus Deus longa & continua ſatiſfactione placandus eſt.* Hieronymus. *Affligendum corpus quod multis vacauit deliciis, mollia linteamina aſperitate cilicij compenſanda; &c.* Ambroſius. *Grande ſcelus grandem neceſſariam habet ſatiſfactionem.* Auguſtinus. *Non ſufficit morem in meliùs commutare, & à factis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt ſatiſfiat Deo, per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, &c. Sic Athanaſius, Baſilius, Chryſoſtomus, Nazianzenus & complures alij veteres cenſuerunt. Nec enim, inquit Chryſoſtomus, vulnerato ſufficit ad ſalutem tantummodo ſpicula de corpore euellere, ſed etiam remedia adhibere vulneribus. Synodus Nycæna. Quicunque cum omni timore & lachrymis perſeuerantibus & operibus bonis conuerſionem ſuam, non verbis ſolis, ſed opere & veritate demonſtrant: quum tempus ſtatutum ab iis fuerit impletum, & orationibus iam cœperint communicare, licebit Epiſcopo aliquid humanius circa eos cogitare, &c.*

De pœnit.
Lib. 4.
Epiſt. 40.
In Epiſt.
Paulæ.
Ap Virg.
Lapſ. cap. 8.
De pœnis
med. cap. 5. &
50. homiliar.
hom. 50. cap.
13
In illud
Heb. 6.
Impoſſib.
eſt, &c.
In illud Pſal.
110. miſer. c.
Indic. cant.
In ca. 3. Mat.
Orat. de Bap-
tiſ. cap. 11.

Superiores
obiect. refel-
luntur.
Reſponſio
generalis.

Excutio ſuperius Connexum. Falſa eſt Conſequentia. Nos enim fidei dogmata non ex veterum Doctorum ſententiis, ſed ex ſacra Scripturæ autoritate eſſe ſtatuenda credimus, atq; adeò ipſi veteres crediderunt, vt copioſius à nobis probatū eſt, in noſtra diſputatione, *De Verbo Dei ſcripto aduerſus hum. Trad.* Nunc venio ad Aſſumtum. Vocabulum *Satiſfactionis*, variè ab ipſis vſurpatum legitur. Primùm enim, idq; frequentiſſimè, nomine Satiſfactionis, Veteres publicam exomologeſin intelligunt, quæ pertinet ad Eccleſiaſticam Diſciplinam: & quia hęc ratio publicè ſatiſfaciendi Eccleſię (modò maneat intra limites verbi Dei) ab ipſius Dei Spiritu profecta eſt: fit vt Veteres aliquando id dicant, eos qui ſic Eccleſię ſatiſfaciunt, Deo quoq; ſatiſfacere, hoc eſt obſeruare quod à Deo inſtitutum eſt. Dende nomen Satiſfactionis aliquando à veterib. ita latè vſurpatur, vt ipſam pœnitentiam atq; inprimis ſeriam cordis Contritionem (vt Schola loquitur) ſignificet, & pietatis ſanctimoniæque ſtudium: vnde Auguſtinus, *Pœnitentia vera eſt,*

De vocabulo
Satiſfactionis
à Veteribus
vſurpato.

inquit, *pænitenda non admittere, & admiſſa deflere. Satiſfactio Pœnitentiæ eſt, cauſas peccatorum excindere, earum ſuggeſtionibus aditum indulgere.* Poteſt & illud vocabulum in alia fortaſſe ſignificatione vſurpatum legi in veterum Doctorum ſcriptis: ſed quod ad me attinet, nuſquam in illis reperi nouam iſtam ſignificationem, quam Scholaſtici Pontificij inuexerunt: nempe vt, *Satiſfactio*, ſignificet redēptionem ſolius pœnæ temporalis poſt remiſſam peccati culpam. Proferant locum, ſiquem habent Monachi, præſertim Recentiores, qui ſibi videntur reliquorum omnium acutiſſimi. Iam vt noſtra hæc reſponſio magis pateat, percurramus locos ſuperiores nobis obiectos. *Tertullianus* loquutus eſt de publica Exomologeſi, quam Veteres *Satiſfactionem* appellabant, vt dictum eſt: ac proinde Confeſſionem ad Satiſfactionem retulit. Sic porrò ille in eo ipſo loco. *Huius pœnitentiæ*, inquit, *quantò in arcto negotium eſt, tantò operoſior eſt, vt non ſola conſcientia præferatur, ſed aliquo etiam actu adminiſtretur. Is actus qui magis Græco vocabulo exprimitur & frequentatur, Exomologeſis eſt &c.* Quo nomine publicam illam Satiſfactionem veteres intelligebant ad diſciplinam Eccleſiæ pertinentem. Ibidem *Tertull.* eos reprehendit *qui publicationem ſui* (ſic enim loquitur) *ſuffugiebant.* Cyprianus in priore loco dixit, ſatiſfacere pro peccatis, h.e. peccata vera ac ſeria pœnitentia agnoſcere, eorumque veniam deprecari. Sequitur .n. in eodē loco. *Rogemus de intimo corde & de tota mente miſericordiam Dei,* &c. & aliquanto poſt. *Quantò nos magis inſiſtere precib. & orare, & primò ipſum Dominum rogare: tum deinde, per ipſum Deo Patri ſatiſfacere debemus? Habemus Aduocatum & deprecatorem pro peccatis noſtris Ieſum Chriſtum Dominum & Deum noſtrum, ſi modò nos in præteritum peccaſſe pæniteat, &c.* In poſteriore loco, *Satiſfactio* ſignificat Exomologeſin & publicam pœnitentiam, quā tum aliquot ex lapſis detrectabant, adhærentes Fœliciſſimo qui pacē Lapſis dabat, neglecta publicæ Satiſfactionis diſciplina. Sic enim in illo ipſo loco. *Eadem rurſus euerſio,* inquit, *per quinque Presbyteros Fœliciſſimo copulatos inducitur, vt non rogetur Deus, nec qui negauit Chriſtum quem denegauerat, deprecetur, poſt culpam criminis, tollatur & pœnitentia, nec per Epiſcopos & ſacerdotes Domino ſatiſfiat,* &c. & ad finem Epiſtolæ. *Si quis pœnitentiam agere & Deo ſatiſfacere detrectans, ad Fœliciſſimi & ſatellitum eius partes conceſſerit, ſciat ſe poſtea ad Eccleſiam redire, cum Epiſcopis & plebe Chriſti communicare non poſſe.* Hæc ille: atq; omnino locus adeò perſpicuus eſt, vt neminē latere poſſit, niſi planè rudē ac nouum in Cypriani ſcriptis intelligendis. Apud *Hieronymum*, ne *Satiſfactionis* quidem vocabulū vſurpatur. Verba ſunt Paulæ, quę molles ac ſericas veſtes ſacco & cilicio commutarat: vt ita concupiſcentiā domaret, ac ſeriā reſipiſcētiā teſtaretur. *Turpanda eſt* inquiebat, *facies, quam contra Dei præceptum purpuriſſo, & ceruſſa & ſtibio ſæpe depinxi: longus riſus perpetuo compenſandus eſt fletu &c.* Hic autē nō diſputo, quatenus iſta vel probanda ſūt vel imitāda: mihi ſatis eſt oſtendere, locū hūc Pōtificiorū ſententię de humanis Satiſfactionib. nō patrocinari. Nos certè ſāctas Chriſtianę pœnitentię Lachymas imprimis laudamus, probamuſq; pium ſtudiū in iis omnib. quæ ad carnis mortificationem pertinent, modò abſit tum ſuperſtitio, tum vana opinio meriti. Atque hortamur pios omnes, vt diligenter

Vocabulū ſatiſfactionis nuſquam reperitur apud Veteres probatiores in eo ſenſu quē affingunt Pōtificij. Reſpōſio particularis ad ſingula Veterum Teſtimonia nobis obiecta

De pœnit.

Vbi.ſup.

Ibid.

Vbi.ſup.

De lachrymis Chriſtianæ pœnitentiæ.

meminerint ſibi cauere ab eo errore quem Paulus reprehendit: nimirũ eorum *qui ex mandatis & doctrinis hominum ea ſectantur, quæ rationem quidẽ habent ſapientiæ, inquit, in cultu voluntario & humilitate, & eo quod corpori non parcant*, &c. Ambroſius loquitur de publica pœnitentia & Exomologeſi, quam indicit ipſe, ac præſcribit lapſæ virgini: Sic cap. ſeq. ei qui virginem illam corruperat, *Animam tuam in gemitibus, ieiuniiſq́; diſcrucies*, inquit, *ſanctorum petas auxilium, iaceas ſub pedibus electorum. &c.* quæ ad publicam pœnitentiam pertinebant. Ac ne quis exiſtimet Ambroſiũ eò ſpectaſſe vt redimerentur pœnę tantùm temporales peccatorũ (quę eſt Pontificiorum ſententia) audi quid in eodẽ loco ſubiiciat. *Peccator ſi ſibi non pepercerit*, inquit, *à Deo illi parcitur: & ſi futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo vitæ ſpatio compenſauerit, ſeipſum ab æterno iudicio liberat, &c.* Atq; id ad commentum Pontificiorum de pœnis temporalib. non pertinet, &, niſi cõmoda interpretatione leniatur, falſiſſimũ eſt, & theologia indignum: ipſis etiã Pontificiis aſſentientib. Quid ergo? Nempe pręſtat eiuſmodi Veterũ dicta ita interpretari, vt ſint referenda ad efficacitatẽ pœnitentię, quam Spiritus Dei in animis noſtris ingenerat, & efficit, vt beneficium Chriſti amplectentes, vitia pręterita perhorreſcamus. Hoc autem quia Veteres teſtabantur externis eiuſmodi afflictationib. inde factũ eſt, vt externis illis ritib. aliquando tribuerint, id quod toti pœnitentię, & ipſi Chriſti beneficio propriũ eſt. Sed (vt quod ſentio ingenuè profitear) malim hac in re Veteres illos interpretari, quàm imitari. *Auguſtinus* agit de publica pœnitentia & Exomologeſi vt patet ex eodẽ lib. ca. 2. & ſeq. *Qui ſeparari*, inquit, *à regno Cælorum timet per vltimam ſententiam ſummi Iudicis, per Eccleſiaſticam diſciplinam à Sacramento cæleſtis panis interim ſeparetur, &c.* Et in eo loco quem obiiciunt: *Multo eſt honeſtior humilitas*, inquit, *qua ſe quiſq; humiliat Eccleſię Dei, & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors æterna vitatur.* En tibi ruſus confutatio dogmatis Pontificiorum de ſolis pœnis temporalibus per humanas Satiſfactiones redimendis. Sic etiam *Tertul.* de pœnis æternis per exomologeſin vitandis locutus eſt: hæc autem verba ita expono vt ſuperiorem Ambroſij ſententiam. Ac ne ſim longior, euoluant Monachi ſcripta Veterum, qui modò probatiores habentur, & vix locum vllum reperient, quo ſuum iſtud commentum de Satiſfactione poſſint confirmare. Sæpe quidem Veteres Satiſfactionem nominant, commendant, vrgent: ſed nunquam eius fructum ac ſolius pœnæ tẽporalis liberationem remiſſa culpa reſtringunt: (quod faciunt Monachi) ſed tum culpæ remiſſionem, tum mortis æternæ liberationem nobis proponunt: adeò vt hanc ſententiam Pontificij in ſuos Canones retulerint, *Fleat pro te mater Eccleſia & culpam tuam lachrymis lauet, &c.* Hęc autem reb. externis tribuere, cum ſit nefas: relinquitur vt veterum ſententia intelligenda ſit de Chriſti beneficio iis collato, quos verè & ex animo peccatorum ſuorũ pœnitet, & qui interiorẽ penitentiam exteriore pœnitentia (vt illi quidem loqui ſolent) ſeriò teſtantur, vt ante diximus. Alij Veteres quos citant, ne Satiſfactionẽ nominant quidem: ſed diſſerunt de vera peccatorum conuerſione ac reſipiſcentia, & de veris pœnitentię fructib. cum admiſſa peccata ex animo deteſtamur, &

omni

Coloſſ. 2.

Vbi ſup.

Quomodo ſit exponenda Ambroſij & aliquot aliorũ veterum ſententia, ne cũ Veritate Chriſtiana apertè repugnet.

Vbi ſup.

De pœnit.

Ca. fleat. de pœnit. diſt. 1.

ſtudio ad virtutes illis vitiis contrarias incũbimus. *Pœnitentiam dico* (inquit Chryſoſt. in loco nobis obiecto) non ſolùm vt à malis prioribus deſiſtamus, ſed etiam vt bonorum operũ fructib. impleamur. Quomodo autẽ fructificare poterimus? ſi vtiq; peccatis aduerſa faciamus. Aliena rapuiſti? Incipe donare & propria, &c. Nec .n. vulnerato ſufficit ad ſalutem, tantummodo ſpicula de corpore auellere, ſed etiam remedia adhibere vulnerib. Hæc ille: quam ſimilitudinem etiam Nazianzenus vſurpauit. *At*, inquies, *Athanaſius dicit, cicatrices poſt pœnitentiam remanere. Inter pœnitentiam & Baptiſmum, inquies, non leue diſcrimen eſt. Quem enim pœnitet, is deſinit quidem peccare, ſed tamen retinet vulnerum cicatrices. Qui autem baptizatur, tum veterem hominem exuit, tum ſuperne renouatur, tanquam deintegro regeneratus ſpiritus gratia.* Hæc ille: cicatrices, intelligens (inquis) pœnas peccatorum temporales, quas poſt culpę remiſſionem luendę ſũt. Itáne tibi videtur? Quaſi verò non remaneant, etiam poſt Baptiſmum, vitæ pręſentis ærumnæ & alia eiuſmodi, quæ tu ſuprà obiiciebas eſſe pœnas peccatorũ temporales. Ego verò te contradicentem deprehendo, qui paulò antè citaris Chryſoſtomum, pœnitentiam nobis commendantẽ (quam tu Satiſfactionem eſſe putas) eò quòd illa remedia vulnerib. adhibeat: nunc autẽ, nomine cicatricum, pœnas tẽporales Satiſfactione redimendas intelligis. Obſecro te, idèmne tibi videntur, *curatio vulneris & cicatrix*, quę curato demũ ac ſanato vulnere, ſolet remanere? Itaq; vel hoc vnũ cicatricis vocabulum euertit tuum illud de Satiſfactione commentum. Quid igitur Athanaſius? nimirum comparat ea peccata quæ Infideles antè ſuſceptum Baptiſmum admiſerunt, cum iis quæ, ſuſcepto iam Baptiſmo, committuntur. Hæc .n. ſunt grauiora, atq; adeò, etiam poſt pœnitentiam, morſum doloris grauiorẽ relinquunt, qui eſt inſtar cicatricis, quoties in memoriam reuocas, te, poſt agnitam Dei veritatem ſanctiſſimo Dei myſterio initiatum, in peccatum prolapſum fuiſſe. Siue igitur hæc fuerit Athanaſij ſententia, ſiue alia commodior interpretatio afferatur: certè hoc manebit: verbis Athanaſij cum ſomno Pontificiorũ nihil eſſe commune. Quodſi vocabulũ cicatricis, ab Athanaſio vſurpatũ, omnino intelligas de pœnis temporalib. quas poſt peccatorum remiſſionẽ dicis eſſe perſoluendas: ego non tam Athanaſio, quàm tibi, opponam hanc Chryſoſtomi luculentiſſimã ſententiam: *Vulnere curato*, inquit, *cicatrix remanet: ſed Deus ita tollit peccatum vt ne veſtigiũ quidem remaneat.* Hæc ore pluſquam aureo Chryſoſtomus. Verũenimuerò, ne quid diſſimulem, Athanaſium velim, & quoſdam alios veteres, pleniùs, tũ de baptiſmo, tum de pœnitentia diſputaſſe. Quamuis enim vnicus eſt Baptiſmus, quod ad actionem attinet, nunquam iterandus: vis tamen Baptiſmi & eius efficacitas ad totam vitam porrigitur, nec eſt ab ipſa pœnitentia ſeparanda. Sed hoc ad aliam diſputationẽ pertinet. *Syn. Nicæna* apertè loquitur de Exomologeſi qua Eccleſiæ ſatiſfaciebant ij qui totam Eccleſiam offenderant. Sic .n. Auguſt. *Rectè*, inquit, *conſtituuntur ab iis qui Eccleſiæ præſunt tempora pœnitentiæ, vt fiat etiam ſatis Eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata.* Huius autem diſciplinæ legitimũ vſum, vt & permulta alia Apoſtolica ornamenta, Romani Pontifices iampridem Eccleſiæ detraxerunt. Sed de humanis Satiſfactionib.

In cap. Matth.

De Baptiſ. Orat.

In illud Heb. 6. impoſſibile eſt, &c. locus Athanaſij excutitur.

Monachorũ repugnantia.

Proœm. in Eſa.

Tri. ſup. Ench. ad Laur. c. 65.

hactenus. Iam eos teſtes audiamus quos Monachi pro ſuo Purgatorio producunt.

Obiectiones ex veterum ſcriptis pro Purgatorio.

Obiect. 1.

Vetus Eccleſia pro defunctis precata eſt. Quare credidit pias animas pœnis Purgatoriis cruciari. Et vi Conſequentis nobis idẽ quoq; credendum eſt, Vt probent Antecedens, ecce, ſyluam locorum ex Veterib. depromptorum oculis noſtris obiiciunt. Vt ex *Tertul. de Cor. mil. Cypr. lib. 1. Epiſt. 9. Auguſt. Confeſſ. lib. 9. Ambro. pro Theod. Valent. & fratre ſuo defunctis. Epiph. hær. 75. Aduerſus Aerium. Chryſoſt. hom. 3. ad Philip. &* eiuſmodi pleraque.

Eccleſiæ temporibus Apoſtolorum non precata eſt pro defunctis.

De cura pro mort. ger. c. 1.
Hæreſ. 75.

Cur Veteres precati ſint pro defunctis.
Ibid.
Ad pop. Antioch. hom. 70.

Pſal. 116.

Error ſuperioris obiect.

Confeſſ. lib. 9. cap. 12. &c.

De obi. Theo.

Excutio Antecedens: ac primùm vt aliquid de Eccleſia dicam, nego veterem Eccleſiam Chriſtianam, quandiu in ea Apoſtoli fuere ſuperſtites, precatam fuiſſe pro defunctis, quippe nunquam id facere iuſſam. Rem autem tanti momenti in Apoſtolorum ſcriptis prætermiſſam factitare non debuit, quam etiam Apoſtoli nunquam prætermiſiſſent, ſiquidem ea ad officium Chriſtianorum & ad Chriſtianæ religionis dogmata pertineret. Audio quidem Chryſoſtomũ veterẽ iſtã conſuetudinẽ ad Apoſtolos referentẽ: ſed Priſcorũ more, qui vetuſta eiuſmodi inſtituta, vt iis maiorem authoritatem conciliarent, Apoſtolis vulgò inſcribebant: ſed Auguſt. *Eccleſiæ conſuetudinem*, Epiphanius *ſtatutum Eccleſiæ* vocauit. Atq; omnino, malo quid Apoſtoli fecerint, aut faciendũ præceperint, ab ipſis Apoſt. & Euangeliſtis, quã ab vllis aliis diſcere. Præterea, ex illis ipſis veterib. cognoſcendũ eſt, quem in finẽ pro defunctis publicè precarentur. *Nempe*, inquit Epiphanius, *quòd crederent, eos qui diſceſſerant viuere apud Deũ, & quòd ita teſtarentur ſpem ſuã, vtpote qui adhuc in peregrinatione eſſent.* Et Chryſoſt. Quid *ſibi volunt hymni?* inquit, *nonne glorificamus Deum, & illi gratias agimus, quia iam defunctũ coronauit, & à laborib. abſolutum penes ſe retinet? hæc omnia ſunt gaudentium.* Hæc ille: quæ vt magis confirmet, recenſet Pſalmum in curandis funeribus dicantari ſolit: *Conuertere anima in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi.* De pœnis autem Purgatoriis nullum verbum; nec. n. illæ cum requie conuenirent. Quare, vt accedam ad Conſequens, nego vim vllam habere hoc Complexum: *Veteres precati ſunt pro defunctis: Ergo crediderunt purgatorium eſſe.* Error in falſo conſequenti: Nam eiuſmodi precationes erant, tum optantium vota, tum etiam gratiarũ actiones. Vt omittam, Veteres ea ratione luctũ ſuperſtitum leuare voluiſſe. Profero igitur multas inſtantias Auguſtinus .n. precatus eſt pro matre defuncta, nec tamen eã torqueri flammis Purgatoriis exiſtimabat. Sic n. ille: *Ne intres cum ea in iudicium Domine, ſuper exultet miſericordia iudicium, & credo iam feceris quod te rogo, ſed voluntaria oris mei approba Domine &c. Non reſpondebit illa ſe nihil debere, ſed reſpondebit dimiſſa debita ſua ab eo cui nemo reddit quod pro nobis, nõ debens, reddidit.* Audite Pontificij, & iam extinctis veſtri Purgatorij flãmis, à ſolo Chriſti ſanguine pro nobis effuſo peccatorũ purgationem, cum Auguſtino teſte veſtro, expectate. Audiamus & Ambroſiũ pro Theodoſio defuncto precantem quidem, ſed non propterea in Purgatoriis Pœnis eũ eſſe credentem: Sic. n. ille. *Abſolutus certamine*, inquit, *fruitur nunc Theodoſius luce perpetua, tranquillitate diuturna, ſanctorũq; coetib. gloriatur, &c.* Multa eiuſmodi in defunctorum laudationib. occurrunt. Quinetiam Græeorum Eccleſiæ, licet non admitterent dogma de Purgatorio, nihilominus iampridem pro defunctis precatæ ſunt, vt conſtat ex earum liturgiis. Verumenimuerò, dicat aliquis, vos neque Purgatorium eſſe creditis, neq; pro defunctis precamini. Certè: nec exiſtimamus veteres ipſos fuiſſe precaturos, ſi præuidiſſent quonam tandem vetus illud inſtitutum delapſum ſit. Nos credimus pios defunctos in æternam quietē propter Chriſtum, & cum ipſo Chriſto receptos, apud Deum viuere. Atq; luctū noſtrum, & eorum diſiderium qui è viuis ſublati ſunt, nō humanis inſtitutis, ſed Scripturæ fomentis adhibitis lenimus: & à Paulo admoniti, nobis imprimis beatiſſimam mortuorum Reſurrectionem proponimus, quam Tertullianus meritò appellat fiduciam Chriſtianorum.

Cur pro mortuis non precemur.

Progredior ad aliud Conſequens. Si vetus Eccleſia precata eſt pro defunctis, idē quoq; facere debemus. Quod quidē ego pernego. Legib. enim viuimus, non exemplis: fidei dogmata, non ex ritib. Eccleſiarum, ſed ex verbo Dei petenda ſunt. Quare audiant iam noſtras inſtantias. *Vetus Eccleſia precata eſt pro virgine Maria, pro Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, atq; martyribus.* At hodie Pōtificij abſtinent ab eiuſmodi precationib. Item, *Veteres precati ſunt etiam pro iis qui ſine fide deceſſerant, etiā pro valde malis*, inquit Aug. quod hodie Pōtificij nō probarent. Item, *Vetus Eccleſia obſeruauit morem offerendi pro Natalitiis, tanquam ab Apoſtolis deriuatum, qui iāpridē obſoleuit.* Deniq; (vt alia multa prætermittam) *vetus Eccleſia adhibuit in Baptiſmo mellis & lactis concordiā:* cuius rei nullum veſtigiū extat, ne apud Pontificios quidē. Quāobrem nō iam nos, ſed Pontificij ipſi negent neceſſe eſt ita rectè concludi: Si vetus Eccleſia hoc fecit, ergo & nos facere debemus. Nequid dicā de incertis eiuſmodi, ac proinde non veris precib. quippe fide deſtitutis. Nā, inquit, Augſt. *pro valde bonis gratiarū actiones: pro nō valde malis, propitiationes: pro valde malis ſunt viuorū conſolationes.* At hoc nō eſt precari, ſed (vt ſimilitudinem à Iacobo propoſitā vſurpemus) *inſtar maris vētis agitati fluctuare.* Ampliùs dico: Purgatoriū euerti ex illis precib. quib. olim veteres vſi ſunt, & quas magna ex parte Pontificij retinuerunt, vt eas ſuo Purgatorio accōmodarent. Nā in illis precib. ſibi veteres diem nouiſſimū proponebant, non intermediū illud tempus, quo pōtificij volunt animas flammis Purgatoriis vſtulari. Sic.n. extat in precib. pro defunctis. *Domine Ieſu libera animas omnium fidelium de pœnis inferni, & de profundo lacu, de ore leonis, &c. Abſolue Domine animas omnium fidelium defunctorū vt gratia tua illis ſuccurrēte, mereantur euadere iudicium vltionis.* Adde, quòd illi ad ſepulchra mortuorū aliquot teruntiis cōducti ſolent cantitare. *Libera me Domine de morte æterna, quando cœli mouendi ſunt & terra, quādo veneris iudicare viuos & mortuos & ſeculū per ignē.* Quòd ſi veteres Purgatoriū eſſe credidiſſent, nū obſecro ita precarētur? Nam ſi Pōntificios audias, animę in Purgatorio conſtitutę ſunt certę de ſalute ſua, nec iam ſunt ab æterna morte liberandę: deniq; iſti Purgatorio nihil eſt cum die nouiſſimo cōmune. Sed de hac quidem Obiectione hact.

Litur. Chriſo. Chryſoſto. in Ep. ad Phil. hom. 3. Euch. ad Lau. cap. 110 Tert. de Corona milit.

Vbi ſup. Iac. 1.

Purgatorium euertitur ipſis precibus pro defunctis, nedum illis poſſit confirmari.

Obiect. 2.

Veteres Doctores, verbis expreſſis de igne Purgatorio locuti ſunt, & id poſt hanc vitam futurum crediderunt: Quare nobis idem quoque credendum eſt. Vt probent nobis Antecedens, multa veterum dicta recenſent, quibus de futuro igne Purgatorio diſſeruerunt. *Auguſt. Encher. caput 69. & de*

Ciuit. Dei lib. 20. & 21. Hier. in Eſ. in fine. Ambr. in Luc. & in Pſal. 36. & 118. &c.

Quomodo veteres locuti ſint de igne Purgatorio. 1. Cor. 3. Ench. cap. 68. & 69. De Ciuit. Dei lib. 21. cap. 26.

In Pſal. 118 ſerm. 20.

In Eſa.

De Ciuit. Dei lib. 20. cap. 25.

Purgat. Pontif. non nititur Veterum teſtimoniis. Errores ſuperioris obiectionis

Vt ad Antecedens reſpondeam: fateor aliquando Veteres in hunc ſermonem *de futuro igne purgationis* incidiſſe: ſed affirmo, illos ea de re, non tanquam de fidei dogmate, ſed tanquam de re probabili probabiliter diſputaſſe: quæ Auguſt. nobis obiectus, ſuis verbis ita confirmabit: diſputans enim de his Pauli verbis, *Seruabitur, ſic tamen quaſi per ignem. Tale aliquid,* inquit, *etiam poſt hanc vitam fieri incredibile non eſt: &, vtrum ita ſit, quæri poteſt: &c. aut inueniri aut latere, &c.* Idem: *Si hoc temporis interuallo ſpiritus defunctorum eiuſmodi ignem dicuntur perpeti, nō redarguo: quia forſitan verum eſt.* Hæc ille. En igitur tibi præclarum fidei dogma, *quod forſitan verum eſt.* Porrò, Veteres exiſtimarunt, idque probabiliter (vt dictum eſt) *futurum eſſe ignem Purgatorium*, nempe, die nouiſſimo, poſt mortuorum reſurrectionem, quod profectò longè diſtat à Purgatorio Pontificiorum. Sic enim Ambroſius nobis obiectus. *Omnes oportet nos,* inquit, *ante tribunal Chriſti aſſiſtere, vt recipiat vnuſquiſque quod geſſit, ſiue bonum, ſiue malum: Vides quia ipſe Paulus aſſiſtet, vt ipſe commemorat: caue ligna ac ſtipulam tecum deferas, quia ignis exurat.* Et antea: *Omnes oportet tranſire per flammas, ſiue ille Ioannes Euangeliſta ſit, ſiue Petrus &c. ſed Ioanni citò verſabitur igneus gladius &c.* Idem. *Poſt conſummationem ſeculi futurum eſt Baptiſma, quando per caminum ignis iniquitas exuretur, vt in regno Dei iuſti fulgeant ſicut Sol, &c.* Hieronymus autem de nouiſſimo die & de mortuorum Reſurrectione diſſerens: *Omnium, inquit, ſanctorum oculis eorum ſupplicia monſtrabuntur, qui pro auro, & argento, & lapide pretioſo ædificarunt ſuper fundamentū Domini, fœnum, ligna, ſtipulam &c.* Et paulò pòſt: *Peccatorum atque impiorum, & tamen Chriſtianorum, quorum opera in igne probanda ſunt, atque purganda: moderatam arbitramur & mixtam clementiæ ſententiam iudicis.* Hęc ille: quę videant, an omnino probare velint Pontificij, & quanquam Auguſtinus videtur ea de re perplexè locutus, ſic tamen alicubi: *Videtur, inquit, euidentiùs apparere, in illo iudicio quaſdam quorundam Purgatorias pœnas futuras.* In ea quoque ſententia fuit Proſper diſcipulus Auguſtini & plerique alij ex veteribus: quorum quidem ſententiæ (vel coniecturę potius) non poſſumus aſſentiri: quippe expreſſis Scripturæ locis inde reuocati: & nouiſſimam conflagrationem ita futuram agnoſcimus, vt Scriptura prædixit: humana inſuper commenta omnia refugientes. Ex ſuperioribus tamen hoc habemus, Purgatorium Pontificiorum, vt ab ipſis proponitur, nullis veterum teſtimoniis niti, quantumlibet de illis glorientur. Quare negò ſuperius Conſequens. Error, Ex ignoratione elenchi. Item ex falſo Conſequenti: tum quia veteres probabiliter, non dogmaticè, de pœnis Purgatoriis diſputarunt: tum quòd de Purgatoriis pœnis loquuti ſint, quas die nouiſſimo totus homo pateretur. Poſtremò, quum ageremus *De Verbo Dei ſcripto*, docuimus hoc genus concludendi ab ipſis etiam veteribus fuiſſe repudiatum: Ita ſenſerunt veteres, ita igitur nobis quoque ſentiendum eſt: ne humana cum Diuinis exæquata eſſe videantur.

Quamobrem omnibus veritatem intuentibus videri neceſſe eſt argumenta ex veteribus deprompta, & à Pontificiis ad ſubleuandam Purgatorij cauſam adducta, nec firma eſſe, nec cum ipſo Pontificiorum Purgatorio conſentanea.

CAPVT VI.

SCitè Auguſtinus de Tertulliano verba faciens: *Quoniam eſt acutus,* inquit, *interdum contra opinionem ſuã viſa veritate ſuperatur.* Ex quo monendi ſumus, quoties in ſcriptis Veterũ verſamur, non tam quid eorum quiſq; ſenſerit, quàm qua de cauſa ita ſenſerit, conſiderare: vt ſiquando opinetur contra veritatem, ab eo diſcedamus: quũ autem fulſerit veritas ad oculos eius, & ipſe à ſeſe, viſa veritate, ſuperabitur: tum ad eum redeamus, nullis hominibus, ſed ſoli veritati adhærentes. Atq; vt ad propoſitam quæſtionem reuertamur: paulò ante ex Veteribus audiuimus quæ de pœnis Purgatorijs probabiliter, non apodicticè, diſputanda non credenda, & (quod eorum pace dictum velim) curioſè potius, quàm Theologicè propoſuerunt. Nunc illos ipſos Veteres audiamus de peccatorum remiſſione & purgatione, ac de piorum ſtatu poſt mortem, non iam probabilibus coniecturis, ſed certiſſimis Scripturę firmamentis verè ac Theologicè diſſerentes. Pauca verò delibabimus ex eorum ſcriptis, quę & noſtro argumento ſatisfacere, & lectori moleſtiam afferre non poſſe videbuntur. Chryſoſtomus. *Quum corripimur à Domino, magis eſt admonitionis, quàm damnationis: medicinæ, quàm ſupplicij: correctionis, quàm pœnæ.* Idem: *Si noſmetipſos diiudicaremus* (inquit Paulus) *Non dixit, ſi puniemus, ſi ſupplicium de nobis ſumemus: ſed, ſi diiudicaremus, hoc eſt, ſi tantum voluerimus noſtra peccata agnoſcere.* Idem: *Hanc pœnam admonitionis gratia nobis irrogauit: quia ſi ſciſſet, nos non peiores fieri impunè peccando, neutiquam vltra puniuiſſet, ſed vt reprimat noſtrum ad deteriora progreſſum, punit, &c.* Idem: *Vnum requiro, inquit Dominus, nempe, vt confiteantur homines peccata, & ab eis abſtineant, & non vltra inſero pœnam peccatis.* Idem: *Nolo mihi dicas, peccaui: quî nam potero eximi à tot peccatis? Tu non potes: Poteſt Dominus tuus: atque adeò tua peccata ſic obliterabit, vt ne veſtigium vnius ipſorum remaneat: idquod in corporibus non contingit. Nam ſanato vulnere, cicatrix remanet: at Deus ſimulatque eximit pœnæ, donat etiam iuſtitiam: Nam peccatorem efficit parem ei qui non peccauit.* Idem. *Donec hîc fuerimus ſpes habemus præclaras: ſimulatque verò illuc diſceſſerimus, non eſt poſtea in nobis ſitum pœnitere, neque commiſſa diluere.* Idem. *Qui in præſenti vita peccata non abluerit, poſtea conſolationem aliquam inuenturus non eſt. Hoc enim luctarum & certaminum tempus eſt: illud verò coronarum & præmiorum.* Auguſtinus. *Ipſa quippe affectio grauius animam etiam corpore exutam niſi quum in corpore eſt, per vnicum ſacrificium veri Sacerdotis expletur.* Idem, *Hîc eſt omnis remiſſio peccatorum: hîc tentationes quæ nos ad peccandum impellunt: hîc denique malum vnde cupimus liberari: illic autem nihil eſt iſtorum.* Idem. *Chriſtus ſuſcipiendo pœnam & non culpam, & culpam deleuit & pœnam.* Idem: *Non hîc ſumus ſine peccato: ſed exibimus hinc ſine peccato: & paulò antè. Hîc quid orandum eſt? Vt venia percipiatur. Quid agit venia? maculam extergit. Qui agnoſcit rugam, extendit. Et vbi extenditur ruga noſtra? &c. In cruce Chriſti. In ipſa enim cruce pro nobis ſanguinem fudit. Ecce*

Teſtimonia Veterum aduerſus humanas Satisfactiones & cõmentum de Purgatorio, cum Verbo Dei conſentanea.

In Gen. ad lit. lib. 10. c. 25.

In 1. Cor. hom. 28.

Ibid.

In Gen. hom. 18.

In Gen. hom. 44.

Proœm. in. Eſ.

De Lazar. hom. 2.

In Gen. hom. 5. & hom. 3. de pœnit.

De Gen. ad liter. L. 10. c. 14. Ench. ad Laur. c. 15.

De Verb. D. Ser. 37.

De Verb. Apoſt. Ser. 51.

quomodo ſit Eccleſia ſine macula & ruga, tanquam bene mundata &c. Idem: *Iniquorum vna mundatio eſt, ſanguis Iuſti & humilitas Dei.* Tertullianus. *Exempto reatu, eximitur & pœna, &c.* Cyrillus Alexan. *Credere debemus quũ à corporibus ſanctorum animæ abierint, non, vt peccatorum animas, ad inferos deferri: ſed in manus Patris euolare, itinere hoc nobis à Chriſto præparato, vt credamus nos in manibus Dei poſt mortem futuros, vitamque meliorem cum Chriſto victuros.* Ideo *enim Paulus deſiderauit diſſolui & eſſe cum Chriſto.* Origenes, *Haud dubiè ignem inextinguibilem ſentiemus, niſi petierimus à Domino nunc ignem nobis è cœlo Purgatorium mitti, quo deſideria mundi in mentibus noſtris penitus abſumantur.* Iuſtinus Martyr. *Narratio de Lazaro & diuite doctrinam hanc habet: poſt diuortium animæ à corpore, prouidentia & ſtudio nullo homines opem aliquam conſequi poſſe.* Cyprianus, *Quando hinc exceſſum fuerit, nullus iam locus pœnitentiæ eſt, nullus Satiſfactionis effectus.* Idem, *Per Chriſtum Deo Patri ſatiſfacere debemus.* Epiphanius, *Poſt mortem, qui decertarunt, quieſcunt: qui non decertarunt, non amplius adſunt: & omnia palàm conſummata ſunt poſt factum hinc diſceſſum.* Nazianzenus. *Sapientum verbis adducor vt credam, generoſam omnem, Deóque charam animam poſteaquam vinculis corporis ſoluta hinc exceſſerit, protinus bonum, quod eam manet, perſentientem, mirabili voluptate affici, hilaremque ad dominum ſuum conuolare.* Idem.

Poſt tempora noctis,
Poſtremæ, quum iam nemo ſuccurrere poſſit,
Flentibus, hîc etenim nobis eſt prompta medela.
Poſt autem, clauſa eſt omnis medicina ſalutis. Baſilius. *Anima in peccatis volutata, ecquonam modo debet ad Deum accedere? Firmiſſimè credens purgationem peccatorum ſuorum factam eſſe per ſanguinem Chriſti in multitudine miſerationum Dei, vt ille ipſe dixit, Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Idem, *Tempus huius vitæ, pœnitentiæ tempus eſt: Confeſtim vbi de hac vita migrauerimus, nobis benefaciendi facultas præciſa eſt.* Ambroſius. *Quum dies aduenerit, intrepidè pergamus ad ſanctorum cœtum: ibimus enim ad patres noſtros, & ad illos noſtræ fidei præceptores, vt etiamſi opera deſint, fides opituletur, defendat hæreditas, &c. Adoremus Chriſtum, vt ipſe dicat nobis, nolite timere à peccatis ſeculi, nec à fluctibus corporalium paſſionum: Ego ſum peccatorum remiſſio.* Idem, *Lachrymas Petri lego, ſatiſfactionem non lego.* Hieronymus, *Ignis conſumens appellatur Deus, vt quicquid in nobis vitiorum eſt, fœnum, ligna, ſtipulámque conſumat. Hunc puto ignem ſediſſe ſuper linguas Apoſtolorum.* Idem, *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates & quorum tecta ſunt peccata. Quod tegitur, non videtur: quod non videtur, non imputatur: quod non imputatur, nec punietur.* Bernardus. *Tria ſunt loca: Cœlum, terra, infernus: Cœlum habet ſolos bonos, terra mixtos, infernus ſolos malos, &c.* Idem. *Poſt mortem pœnitentia haberi poterit, agi non poterit, vbi enim deerit corpus, actus non erit: vbi autem nulla fuerit actio, nec ſatiſfactio quidem vlla poteſt inueniri.* Ac ne plane Scholam obliti eſſe videamur. *Si* inquit Lombardus, *rectè fidei intuitu in illum reſpicimus qui pro nobis pependit in ligno, à vinculis diaboli ſoluimur, id eſt, à peccatis, & ita à diabolo liberamur, vt nec poſt hanc vitam in nobis inueniat quod puniat: morte quippe ſua, vno veriſſimo ſacrificio, quicquid culparum erat, vnde nos diabolus*

ad

De Trinit. l.4.
De Bapti.
In Ioan. l.12. c.36.
In Leuit. l.9. apud Cyrill.
Quæſt. & Reſp. Quæſt.
Cont. Deme.
lib.4. Eph.4.
Hær.59. aduerſ. Cathar.
In laud. Cæſarij.
De reb. ſuis.
Reg. bre. Int. 10. & 13.
In Moral. Re. 1. c.2. & 5.
De bono mort.
In Luc. c.22. l.10. de Petr. neg.
In c.66. Eſa. & in Daniel. c.7.
In pſal. 31.
In Sentent. c.9.
De conuerſ. ad Cler. c.5.
Lib.3. Senten. diſtinct. 19.

ad luenda ſupplicia detinebat, Chriſtus extinxit. Scotus autem: *Non poteſt, inquit, ſatisfieri pro peccato, niſi in virtute Paſſionis Chriſti.* Deniq; Gloſſ. Decret. *Dic* inquit, *quòd nec cordis contritione, nec oris confeſſione peccata remittuntur: ſed tantùm gratia Dei: ſed ipſa cordis contritio, ſignum eſt, peccata eſſe dimiſſa: ſicut exterior Satiſfactio, ſignum eſt, cordis contritionis: gratia n. præcedit contritionem &c.* Quamobrem in legendis veterum ſcriptis cum debemus adhibere delectum, vt ijs quę ſunt conſentanea Scripturæ penitus adhæreſcentes, ea prætermittamus, quæ humano more illis exciderunt, dum vel æſtu diſputationis raperentur, vel curioſis quæſtionibus nimis indulgerent. Ac ne diſcedamus à Veteribus, præſtat ex eorum ipſorum ſententia ita concludere.

In lib. 4. Sent. diſtinct. 15.
Gloſ. in ca. 1. de pœn. diſt.

Si eatenus recipienda eſt Veterũ ſententia, quum de fidei capitibus agitur, quatenus ea ex ſacris literis confirmari poteſt: &c. ſi quid obſcurius in Scriptura occurrerit, ita intelligendum eſt, vt ijs quæ manifeſtè dicuntur in Scriptura, non videatur eſſe contrarium (quod vtrumque Veteres ipſi tradiderunt) *certè nobis dogma de Purgatorio reijciendum eſt.* Conſequentia patet. Nam illa opinio de Purgatorio nullis Scripturę locis confirmatur, & ſiqui proferãtur, obſcuri ſunt & in alienum ſenſum detorti, adeóque ab ipſis veteribus variè expoſiti: neque poſſunt Purgatorio accommodari, quum ſint contrarij plurimis alijs Scripturæ locis, qui manifeſtiſſimè totam peccatorum noſtrorum purgationem vni Chriſto tribuunt, quos recenſuimus in noſtra ſuperiori demonſtratione. Itaque nobis licebit ídque ex ipſa Veterũ ſententia, expreſſo Dei verbo arctiſſimé adhęreſcentibus, ea quæ Veteres verbo Dei conſentanea dixerunt, ſimul amplecti: illis repudiatis, quę ab eodem verbo Dei videbuntur eſſe aliena. Atque ita à Veteribus recedentes, ad veteres ipſos accedemus, ſemper in Scripturę finibus permanentes. Poſtremò, quia præclarè docet [illegible] tum demum errorum fontes penitus obſtrui, quum ad ipſam velut erroris ſcaturiginem aſcendimus: operæpretiũ eſt, errores primarios breuiter colligere, qui huic errori de Purgatorio occaſionem dederunt.

Diſputatio de Veterum teſtimoniis concluditur ex ipſorum Veterum ſententia.
Auguſt. Epiſt. 19. &c.
Aug. Ench. c. 68. & de octo dulci. queſt. 1.

1 Non intelligunt Pontificij quę ſit virtus & efficacitas mortis Chriſti: quid ſit ſatiſfacere pro peccatis, & quid ſit peccatorum remiſſio. Ipſa quidem vocabula vſurpant, ſed inani voce ſonant, nec ſatis expendunt, ſub his vocabulis quæ ſit ſubiicienda ſententia: nempe, ſolum Chriſtum pro nobis judicio Dei ſatisfeciſſe, & omnia peccata verè credentibus, beneficio ipſius Chriſti, planè ac perfectè remitti.

2 Satiſfactionem pro peccatis confundunt cum ipſius Satisfactionis applicatione.

3 Iudicium Dei ad humani forj regulam exigunt: cùm tamen, piorum reſpectu, Deus aſſumat perſonam, non iudicis damnantis, ſed Patris condonantis: ídque propter Chriſtum, qui pœnas peccatis noſtris debitas pro nobis perſoluit.

4 Non diſtinguunt inter caſtigationem & ſupplicium: quò ſit vt piorum cruciatus exiſtiment ita eſſe peccatorum pœnas, vt illis perferendis iudicio Dei ſatisfaciant.

5 Effecta cõfundunt cum cauſa: nam bona opera & ea quę ad mortificationẽ carnis pertinẽt, exiſtimant eſſe cauſam remiſſionis peccatorũ,

& Satisfactionem pro peccatis (quicquid tandem prætexant) cùm tamen ab ipsa remiſſione proficiſcantur.

6 Princeps autem & potentiſſima omnium cauſa, quæ Pontificios Monachos impellit & vrget, vt totis viribus errorem de Purgatorio retineant: eſt illa quam malorum omnium radicem Apoſtolus appellauit, nempe, φιλαργυρία, & auaritia quam idem Paulus idololatriam eſſe affirmauit. Nam ex Purgatoriis vanis & Panicis terroribus tantas ſibi diuitias compararunt, vt qui vocantur inter Pontificios Eccleſiaſtici, poſſint opibus cum ipſis etiam Regibus contendere: adeò vt ex Monachis facti Monarchæ eſſe videantur. Quæ cùm ita ſint, cùm noſtra ſententia expreſſis Scripturæ teſtimoniis nitatur, Pontificiorum autem commentum *de Satisfactionibus humanis & de Purgatorio* manifeſtè pugnet cum verbo Dei, & lucem beneficiorum Chriſti, quoad eius fieri poteſt, obſcuret: ea verò quæ Pontificij prætexerunt argumenta, cùm ex aliquot Scripturæ locis detorta, tum ex Veterum ſcriptis perperam accommodata, nullius eſſe momenti demonſtrauerimus; nobis exorandus eſt Dominus, qui poſtremis hiſce temporibus, ſui verbi myſteria magis ac magis patefacere dignatus eſt: vt tandem aliquando non iam ignem, ſed inanes illos Purgatorij fumos, luce clariſſima veritatis Euangelicæ diſcutiat: atque ita, nos omnes vno ore coniunctiſque animis puram Euangelij doctrinam profitentes, & (vt verbis Ioannis totam hanc diſputationem concludamus) Chriſti, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris per ſanguinem ſuum, gloriam ac potentiam celebrantes, agnoſcamus: *Solum Chriſtum eſſe Satisfactionem pro peccatis noſtris, & peccatorum noſtrorum purgationem.*

Concluſio totius diſputationis.

LAVS DEO.

SOPHISMATA F. TVRRIANI, ET RESPONSIONIS AD EADEM REPETITA DE Eccleſia & ordinationibus Miniſtrorum Eccleſiæ

PARS PRIMA.

Summa prioris diſputationis.

Ὑποκείμενον Turriani: ordinationes Proteſtantium eſſe irritas, & merè Laicas. Τὸ μέσον aſſumptum ad huius Propoſitionis confirmationem: Romanum

Pontificem eſſe caput viſibile viſibilis Eccleſiæ: Et ſub eo capite continuam eſſe debere ordinariam Epiſcoporum ſucceſſionem.

Complexum eſt eiuſmodi: Omnes legitimæ ordinationes nituntur ordinaria Epiſcoporum ſucceſſione, ſub viſibili totius Eccleſiæ capite Pontifice Romano.

Nullæ autem Proteſtantium ordinationes tales ſunt:

Quare nullæ Proteſtantium ordinationes ſunt legitimæ, ſed, ex ratione conſequentis, irritæ, nullæ, & merè Laicæ.

AD SVPERIORIS SOPHISMATIS ſolutionem ſequentia capita ſuis quæque locis tractabuntur.

VT Medium aſſumptum à Turriano tollatur, docendum eſt, 1 *Rom. Epiſcopum non eſſe caput viſibile Eccleſiæ: & Primatum Rom. Pontificis non Scripturæ teſtimoniis, ſed humanis tantùm inſtitutis confirmari.* 2 *Contrà, Expreßis Scripturæ locis euincendum eſt, Chriſtum eſſe vnicum Eccleſiæ caput: & qui aliud ſecundarium Eccleſiæ vniuerſæ caput conſtituunt, eos non tantùm in Theologia* ψευδογραφεῖν, verumetiam apertè βλασφημεῖν. 3 *Locorum aliquot Scripturæ à Turriano deprauatorum verus ac genuinus ſenſus ex ipſa Scriptura proferendus.* 4 *Atque vt veritas diluceſcat, explicandæ ſunt* ὁμωνυμίαι, *quæ ſæpe occurrunt in hac diſputatione.* 5 *Ipſum Eccleſiæ nomen exponendum, & docendum eſt, quid Eccleſia Catholica à ſingulis & particularibus Eccleſiis differat.* 6 *Diſcutiendum, num rectè Eccleſia catholica, viſibilis dici poſſit.* 7 *Explicandum nomen Succeßionis: vt* ὀνομαστικὴ *ab* ἀληθινῇ, *& adumbrata ac titularis tantùm ſucceſſio à vera legitimaq; ſucceſſione diſcernatur. Item ſucceßio doctrinæ à ſucceßione Miniſteriali diſtinguenda.* 8 *Proponendæ ſunt variæ mutationes, quibus Eccleſiæ ſtatus viſibilis eſt obnoxius, & ipſa Eccleſiæ ſubſtantia ab exteriori & viſibili forma diſtinguenda.* 9 *Quærendum, recténe dici poßit ordinaria ſucceßio, quando ordo Eccleſiæ collapſus eſt.* 10 *Quopacto dicendæ ſint extraordinariæ vocationes eæ, quibus ordo collapſus inſtauratur.* 11 *Quidnam dici poßit ordinarium, quidve extraordinarium fuiſſe in iis, qui Eccleſiam hac ætate ex præſcriptis Apoſtolicis reformârunt.* 12 *Confirmandum eſt Epiſcopum eundem planè eſſe cum Presbytero iure diuino, adeò vt non minus Presbyteri, quàm Epiſcopi ius ordinandi habeant.* 13 *Pontificios de Eccleſia Catholica per vniuerſum terrarum orbem diffuſa falsò gloriari.* 14 *Ne ipſos quidem Pontificios habere ordinariam ſucceßionem, ſed ſolum ſucceßionis ſimulachrum in ordinationibus Eccleſiaſticis, ſiue ordinandi formam, ſiue ipſius Miniſterij functionem ſpectes: adeò vt Turriani Medium non modò falſum ſit, vt quod falſis principijs nitatur: ſed etiam ineptum, cùm ſit commodè, & facilè in Sophiſtæ caput retorqueri poßit.* Ita euerſo Turriani Argumento, & diſcuſſa Sophiſtices nebula, ſubſtituenda eſt vera & aperta hæc contradictio.

Omnes ordinationes quæ legibus & præſcriptis Apoſtolicis, atque expreſſo Dei verbo nituntur, ſunt legitimæ:

At ordinationes, quæ fiunt in Eccleſia Reformata ſunt eiuſmodi: Quare Eccleſiæ re-

ſiæ reformatæ ordinationes ſunt legitimæ: &, ex ratione conſequentis, ratæ, veræ, & merè Eccleſiaſticæ.

Summa poſterioris diſputationis.

QVum Turriano propoſitum eſſet probare Proteſtantium Ordinationes eſſe irritas, nullas, ac merè laicas (hæc enim ſunt eius verba) id vt efficeret in ſuperiori diſputatione, adhibuerat hoc argumentum, *Eas demum eſſe legitimas ordinationes, quæ nituntur ordinaria Epiſcoporum ſucceſſione ſub viſibili totius Eccleſiæ capite Pontifice Romano. Quod cùm de Proteſtantium ordinationibus dici non poſſit, inde ſequi eas non eſſe legitimas.* Huius autem argumenti, duæ potiſſimum erant partes: vna, de Romani Pontificis primatu: Altera, de ordinaria Epiſcoporum ſucceſſione. Ad vtriuſq; confirmationem attulerat duodecim locos Scripturæ, quos ſigillatim excuſſimus in eo libello, quem aduerſus eius ſophiſmata ante três annos edidimus. Ecce autem poſt trium annorum ſilentium, pugnam inſtaurat Turrianus, atque ex duodecim illis Scripturæ locis tres tantùm nobis propoſuit, reliquos ſcilicet, quũ erit commodum, perſequuturus. In hoc igitur libro potiſſimũ agit de Pontifice Romano, quem Petri ſucceſſorem, ac propterea Eccleſiæ Catholicæ Paſtorem, & caput eſſe multis quidem verbis, nullis autem rationibus affirmat, vt ſpero ex hac noſtra diſputatione fore manifeſtum. Quia verò tres illi loci nihil habent cum Romano Pontifice cõmune, & ad eum, niſi per vim ac nefas, trahi non poſſunt (quippe quorum verus ſenſus doctorum noſtrorum ſcriptis luculentiſſimis iampridem ante omnium oculos verſatur) in hoc potiſſimùm laborat Turrianus, vt veritatem inuoluat ſophiſticis quibuſdam fallaciis veræ Philoſophiæ nomen ac titulum ementitus. Hinc fit vt longè ſæpius in hoc libro, quàm in ſuperioribus Ariſtotelem appellet, Ariſtotelem identidẽ inculcet, & nos modò ad Phyſica, modò ad Metaphyſica Ariſtotelis, nunc etiam ad eius Politica reuocet: idque tanta animi contentione, vt non iam Apoſtolicum, ſed Ariſtotelicum aliquod Eccleſiæ Catholicæ caput præficere velle videatur. Quò magis miror, quid huic Sophiſtæ in mẽtem venerit, vt quoties Ariſtotelis meminit (meminit autem ſępiſſimè) toties dicat ſe meum Ariſtotelem citare. At enim in meo libello Ariſtotelem ne nominaueram quidem, tantùm abeſt (quod iſte facere voluit, ſed nõ potuit) Ariſtotelem in hac cauſa patronum adoptare voluerim. Enimuerò licet Ariſtotelis ingenium admirer, & eos audiam libentiſſimè, qui ſummis Ariſtotelem laudibus extulerunt (vt qui mentis acie vim rerum, naturãq; viderit, qui flumen orationis aureum fuderit, qui fuerit in Philoſophia propè ſingularis, qui abundantia quadam ingenij præſtiterit, deniq; qui fuerit φιλοπονώτατος, εὑρετικώτατος, αἰτιολογικώτατος) abſit tamen, abſit inquam, vt Theologicas tractationes ex Ariſtotelis, vel ex vllius Philoſophi penu depromendas eſſe cenſeam, quæ potiùs vni verbo Dei nobis in ſacris literis exhibito ſunt addicendæ, quemadmodum in diſputatione de verbo Dei ſcripto aduerſus humanas traditiones, anno ſuperiore fuit à nobis copioſiùs explicatum. Quamobrem, hac quidem in parte, bis à Turriano peccatum eſt. Primùm dum Ariſtotelē identidem citando videtur quæſtiones Theologicas ex principiis Philoſophicis velle definire,quod neque Theologia patitur, nec ipſa etiam admittit Philoſophia, quæ iubet vnumquemq; adhibere eius ſcientiæ principia,in qua verſatur, potiùs,quàm(vt Philoſophicis verbis vtar)μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος. Deinde,quòd veram Philoſophiam in Sophiſticen conuertit, & quæ rectè ac præclarè ab Ariſtotele dicta ſunt,detorquet ad eorum confirmationem,quæ perperàm ab ipſo,& ineptiſſimè dicuntur. Atq; vt id oſtendam,quia mihi quædam dicenda erunt, quæ ad Philoſophiam pertinent, factum meum in eam partē accipi nolim,quaſi exiſtimē Philoſophiam cū Theologia confundendā,aut quæſtiones Theologicas eſſe ad Philoſophorū placita reuocandas. Nā Religionis & fidei capita ex ſolis Scripturis docenda,ac dicenda,difinienda eſſe credo & affirmo:Philoſophiam autē,ſi Scripturæ ſubſeruiat,non negligendā:ſi repugnet,non audiendā,vt(quemadmodū Tertullianus dicebat) *ita ſimus diſcipuli Naturæ, vt Prophetiæ credamus.* Itaq; quum aſtruo & affirmo noſtrā ſententiam, vtor tantùm planis & expreſſis Scripturę teſtimoniis,quæ ſunt certiſſima ac tutiſſima veritatis fundamēta:quum verò diruo ac refello Turriani ſentētiam,quę pręſertim ſophiſticis argumētis nititur, tū cogor etiā ex veræ Philoſophiæ legib.eius errores & fallacias redarguere.Quod vt mihi in hac diſputatione facere liceat concedi poſtulo à doctiſſimis Theologis, à quib.ipſa adeò Philoſophia hāc petit veniam, vt ſibi liceat in hoc theatrū Theologicū pauliſper ingredi, & Turrianū argutiis ſophiſticis, tanquā ſpinis ac vepribus obſeptū,inde quaſi extenta manu nudū extrahere, eiuſque futiles & inanes captiunculas ante omnium oculos cōſtituere. Atq; vt id faciliùs impetrare poſſim,fecit ipſe Turrianus,qui quoties Ariſtotelē,toties meū Ariſtotelem appellauit. Meúmne igitur Ariſtotelē(quādoquidē ita loquitur Turrianus)ab hoc hoſte Monacho patiar captiuū duci,atq; è vera Philoſophia,ſeu ex ſua poſſeſſione deiectū trahi in Monachorū caſtra,vt qui lux Philoſophię ad hūc vſq; diem fuit,ſit deinceps mancipium Sophiſtarū?Imò potiùs ſua laus Ariſtoteli maneat,Turrianus autē Sophiſta & calumniator, hoc eſt, talis, qualis eſt,ab omnibus habeatur. Vt autē quæ poſtea dicentur,faciliùs intelligi poſſint,antequam ad ſingulares Turriani tū obiectiones,tū reſponſiones accedam, operæpretium eſt ſummā totius diſputationis proponere,& tam vocabula,quàm res ipſas diligenter excutere,quibus intellectis, ea quæ poſtea ſequentur aut nullā habebunt,aut exiguam difficultatē.Quamobrem quia nos Turrianus cum ſententiarū pondere non poſſet, paginarū numero obruere voluit, ac proinde librū edidit prope ſeſquipedalē, Thraſonicis ampullis inflatum,&(vt aliquando Nazianzenus loquutus eſt)*magnum verbis,non factis:* idcircò nos huius defēſionis Turrianicæ analuſin ita confecimus,vt detractis cōuitiis,remotaq; inani loquacitate,quod ſuperfuit id totū cōprehenſum ſit tribus ſyllogiſmis ſequentib.

De reſur.car.

1 *Quicquid eſt forma eſſentialis Eccleſiæ Apoſtolicæ, id perpetuum eſſe debet in Eccleſia Apoſtolica.*

Hæc diſpoſitio Eccleſiæ, vt Eccleſia Apoſtolica habeat Apoſtolos, & in iis vnum principem, eſt forma eſſentialis Eccleſiæ Apoſtolicæ. Quare eiuſmodi diſpoſitio Eccleſiæ in Eccleſia Apoſtolica perpetua eſſe debet: &, vi conſequentiæ, *unum eſt caput viſibile totius Eccleſiæ Catholicæ, nempe Pontifex Romanus, Petri ſucceſſor.*

2 *Omne corpus viſibile unum caput viſibile habeat neceſſe eſt.*

Eccleſia Catholica eſt corpus viſibile. Quare Eccleſia Catholica unum caput viſibile habeat neceſſe eſt, nempe Rom. Pontificem, Petri ſucceſſorem.

3 *Conſtituto ſiue poſito fine Eccleſiæ, ea quæ ad illum finem referuntur, eſſe quoque neceſſe eſt.*

Sanctorum conſummatio eſt finis Eccleſiæ conſtitutus. Quare poſita conſummatione Sanctorum, ea quæ ad Sanctorum conſummationem referuntur, eſſe quoque neceſſe eſt. Porro, hæc ſunt quæ ad ſanctorum conſummationem referuntur: Apoſtoli, Prophetæ, Euangeliſtæ, Paſtores & Doctores: qui omnes ſunt, & manent in ſucceſſoribus ſuis: & inter Apoſtolos unus, ſuper quem perpetuò ædificatur Eccleſia uſq; ad conſummationem ſanctorum, cui ſingulariter datæ ſunt claues regni cælorum, & qui ſingulariter iubetur paſcere omnes oues Chriſti: is autem eſt Petrus, manens in ſucceſſore ſuo, Pontifice Romano.

Ecce tibi eorum omnium ſumma quæ Turrianus propoſuit: in quibus nullum prope verbum eſt, in quo non ſubſit aliquid fallaciæ & captionis. Itaque ne rudioribus imponant, ſubiiciam aliquot obſeruationes, quarum ope atque ductu quiuis facilè poſſit tres illos ſuperiores ſyllogiſmos redarguere.

Primi Syllogiſmi ſolutio.

AD diſſoluendum primum ſyllogiſmum 4. nobis intelligenda ſunt: *Primum, quid ſit forma eſſentialis, &c. An exterior diſpoſitio poſſit eſſe forma eſſentialis. Secundum, quid ſit Eccleſia Apoſtolica, & quænam fuerit exterior diſpoſitio, & forma Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus Apoſtolorũ. Tertium, an illa exterior diſpoſitio & forma Eccleſiæ Apoſtolicæ remanſerit. Quartũ, an ea forma exterior Eccleſiæ, quæ videtur eſſe magis ordinaria, poſſit aliquando interrumpi.*

1 Atque, vt de primo agamus, *forma eſſentialis* ea dicitur, quę dat eſſe rei, per quam res verè cognoſci poteſt, & quæ eſt (vt ita loquamur) rei quidditas: denique qua ſublata, rem ipſam tolli neceſſe eſt. Quamuis autem ſubſtantiæ verè ac propriè eſſe dicantur, tamen ipſa quoque accidentia ſuo modo dicuntur eſſe, quatenus in ſubiectis exiſtunt. Ex quo fit, vt non tantùm in ſubſtantiis, verumetiam in accidentib. forma eſſentialis poſſit quodammodo conſiderari: ita tamen vt ſubſtantiarum forma eſſentialis ſit interior, & mentis oculis perſpiciatur: Accidentium autem quorundam forma ſit eiuſmodi, vt quamuis ſignificet ipſorum accidentium eſſentiam, non alia tamen, quàm exterior & viſibilis eſſe poſſit. Exempli cauſa, homo, ſubſtantia eſt, itaque hominis forma eſſẽtialis non eſt exterior, nempe vel magnitudo, vel albedo, vel ipſa vultus atque oris compoſitio: ſed interior, nempe anima, quæ ſi abſit, homo eſſe deſinit, licet ad aliquod tempus exterior illa forma poſſit aliquatenus remanere, non iam in homine, ſed in cadauere. At in ſuperioribus illis Accidentibus forma eſſentialis exterior eſt, adeòq; illa ipſa accidentia nihil aliud ſunt, quam forma exterior, quemadmodum perſpicuè tradunt Philoſophi: vt qui limen dicit (hoc n. vtitur exemplo Turrianus) nõ certã ſubſtantiã deſignat, ſed ſignificat Accidens, hoc eſt, certam formã & diſpoſitionẽ in ſubiecto aliquo. Quibus intellectis, facile eſt cognoſcere formã eſſentialem Eccleſię non eſſe ex rebus externis

metiendam, ſiue de Eccleſia Iſraelitica, ſiue de Chriſtiana loquaris: nam vna eſt eadémque Eccleſia, quantum attinet ad formam eſſentialem; At olim dictam fuiſſe Iſraeliticam, nunc autem dici Chriſtianam, accidentia ſunt Eccleſiæ, non ipſius Eccleſiæ eſſentia. Ex quo efficitur, eum, qui dicit exteriorem Eccleſiæ formam eſſe formam eſſentialem Eccleſiæ, perinde loqui, ac ſi diceret limen vel ianuã eſſe formam eſſentialem ligni aut lapidis, aut alicuius eiuſmodi materiæ. Atque hæc eſt præclara Turriani Philoſophia, qui toties Ariſtotelem inculcauit: is.n. formam eſſentialem Eccleſiæ Chriſtianæ exteriorem eſſe opinatur, nos interiorem eſſe credimus.

Secundò videndum eſt *quo ſenſu dicatur Eccleſia Apoſtolica.* Licet .n. hoc nomen non extet in ſacris literis, tamen aliquoties à veteribus vſurpatur, nec tamen ſemper eodem ſenſu. Nam *Eccleſia Apoſtolica* apud veteres aliquãdo ſignificat Eccleſiam Chriſtianam, quæ nititur Apoſtolorum doctrina: & ita loqui ſolent Patres in vetuſtiſſimis ſymbolis, cùm dicunt ſe *credere Eccleſiam Catholicam Apoſtololicam*, ac videntur ad eũ locum reſpexiſſe, vbi Apoſtolus dicit *fideles eſſe ſuperſtructos ſuper fundamentum Apoſtolorum*, & Act. 2. *Erant perdurantes in doctrina Apoſtolorum.* nos Eccleſiam Chriſtianam vulgò dicimus: Turrianus autẽ renouatam, inuſitato, nec ſatis apto vocabulo. Dicuntur etiam numero multitudinis *Eccleſiæ Apoſtolicæ*, in quibus Apoſtoli docuerunt, & quæ doctrinam ab eis traditã ſeruarunt: *ſonantes Apoſtolorũ vocem* (inquit Tertullianus) *& repræſentantes faciẽ uniuſcuiuſq;*. Itẽ, quæ ab illis propagatæ ſunt vnitate doctrinæ: *Tot ac tantæ Eccleſiæ*, inquit, *vna eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes. ſic omnes primę, & omnes Apoſtolicę, dum vnam omnes probant vnitatem.* Itẽ: *vnde extranei & inimici Apoſtolis & hęretici, niſi ex diuerſitate doctrinę, quã vniſquiſq; de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos aut protulit, aut recepit? Illic igitur & Scripturarũ & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas inuenitur doctrinæ.* In hac autem ſignificatione, quę doctrinã ac fidẽ reſpicit, *forma eſſentialis Eccleſiæ Apoſtolicæ* nõ exterior eſt, ſed interior. Nã quemadmodũ ſub vetere Teſtamento fideles ex Prophetica doctrina crediderunt in Chriſtum ſuo tempore exhibendũ, ita ſub nouo Teſtamento fideles ex Apoſtolica doctrina credunt in Chriſtum ſuo tẽpore exhibitum: Quare idem eſt Chriſtus, eadem doctrina, eadem fides, ſi ſpectes eſſentiam: temporum autem & diſpoſitionis varietas & reliqua eiuſmodi accidentia, formam eſſentileam Eccleſię nõ mutarunt: quo fit vt Paulus dicat, *Euangelium fuiſſe promiſſum in lege & Prophetis*: & alibi profitetur ſe *nihil dixiſſe extra ea quæ Moſes, & Prophetæ futura prædixerunt.* Præclarè igitur Auguſtinus: *omnes*, inquit, *qui ab initio ſeculi fuerunt iuſti, caput Chriſtum habent. Illi .n. venturum eſſe crediderunt, quem nos veniſſe credimus, & in eius fide & ipſi nati ſunt, in cuius & nos, vt & eſſent ipſi totius corporis ciuitatis Hieruſalem omnib. communicantis fidelibus ab initio vſq; ad finẽ.* Hæc ille. quib. expreſſit quod aliquando dixerat Iuſtinus Martyr, *legem eſſe Euangelium prænunciatum & viciſſim Euangelium eſſe legem completam.* Alio etiã modo *Eccleſia Apoſtolica* apud veteres pro eo ſtatu Eccleſię qui fuit Apoſtolorum temporib. vt nos vulgò primitiuam Eccleſiam dicimus. Atq; ita non ſignificatur quid ſit Eccleſia, ſed qualis fuerit, ac proinde

Synod. Nicæn. Synod. Conſtant. 1.
Ephes. 2.
De præſc. hæret.
Ibidem.
Rom. 1.
Act. 26.
In Pſal. 39.

non agitur de eſſentiali, ſed de exteriori forma Eccleſiæ. Exempli gratia, ſiquis reſcire velit qualis fuerit Eccleſia Chriſtiana priſcis illis Apoſtolorum temporibus, colliget ex ſcriptis Apoſtolicis ea omnia quæ ad illam rem facere videbuntur, præſertim ex libro Lucæ, de Actis Apoſtolicis. Adde hunc Pauli locum, *Dedit alios quidem Apoſtolos, & alios Prophetas, alios Euãgeliſtas, alios Paſtores & Doctores.* Et alio in loco, *Alios conſtituit Deus in Eccleſia, primũ Apoſtolos, deinde Prophetas, tertio Doctores: Deinde poteſtates, deinde dona ſanationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarũ &c.* hæc igitur omnia ſignificant nõ ipſam eſſentiam Eccleſiæ Chriſtianæ: ſed modũ, rationem & ipſa inſtrumenta primùm adhibita ad Chriſtianam Eccleſiam colligendam: adde etiam chariſmata extraordinaria, & prȩſtantiſſima illa donorũ ornamenta, quibus tum oportuit Eccleſiã excellere, vt Gentes in eam cooptarentur. Quæ cum ita ſint facilè cuiuis perſpicuũ eſſe poteſt, quàm Turrianus, dum vult alios fallere, longè ipſe fallatur, vt qui exiſtimet illam externam formam, & eum ſtatum Eccleſiȩ, qui fuit Apoſtolorum temporibus, eſſe formã eſſentialem Eccleſiæ Chriſtianæ. Nam ſi ita eſſet, quandoquidem forma eſſẽtialis eſt ipſa rei quidditas, ſequeretur, ſiquis ita rogaret, Quid eſt Eccleſia Chriſtiana? ita reſpondendũ eſſe: Sunt, Apoſtoli, Prophetæ, Euangeliſtæ, Paſtores, Doctores, poteſtates, dona ſanationũ, genera linguarum, &c. Quod quàm abſurdum ſit, puto vel ipſum Turrianũ iam agnoſcere. Nec enim Eccleſia in ſolis Doctoribus conſiſtit.

Ephes. 4.
1. Cor. 12.

III. Tertiò, quærendum eſt, *an illa ipſa exterior forma, quȩ luxit in Eccleſia Chriſtiana primordiis, ſemper remanſerit* quemadmodum Turrianus exiſtimat, eo ſcilicet argumento ductus, quòd eiuſmodi diſpoſitio Eccleſiæ Chriſtianæ fuerit ipſius forma eſſentialis: at id quàm falſum ſit, paulò ante demonſtrauimus. Quare cum ipſa ratio, tum vſus & experientia ſatis docuit initia Euãgelicæ prædicationis multa eximia & ſingularia habere debuiſſe, vt ita cõmodiùs Eccleſiæ Chriſtianæ fundamenta iacerentur: quibus conſtitutis, tum aliam formã exteriorẽ Eccleſiæ ſubſequutã eſſe. Nam vt ea quæ ſtatuta ſunt ab Apoſtolis, vt infirmitati Iudæorũ inſeruirent, quæ iampridẽ obſoleuerunt: certè paulatim ipſi Apoſtoli è viuis ſublati ſunt, neque diu remanſerũt Euãgeliſtæ, & ipſa prophetiæ linguarũ & miraculorũ dona, qualia fuerũt primis illis temporib. in Eccleſia, paulò poſt eſſe deſierunt. Manſerũt aliquãdiu veri Paſtores & Doctores: ſed (fatendũ eſt n.) poſt Apoſtolorum mortẽ, tanquã ſub occaſũ clariſſimorũ ſyderũ, diffuſæ ſunt vmbræ, quæ paulatim ita creuerunt lõgè lateq; diſperſæ, vt tandẽ vniuerſus propè terrarũ orbis in Pontificijs erroribus, tanquã craſſiſſima nocte multos annos verſatus ſit, donec luce poſtremis tẽporib. reducta Euangelij luce clariſſima Eccleſiæ quoq; facies lõgè pulchrior apparuit. Sed quia poſtremũ hoc diſplicet Turriano (eſt. n. eorum ſimilis, qui dicuntur in Euangelio *potius tenebras dilexiſſe, quàm lucẽ, eò quòd eorũ opera ſunt mala.*) idcircò ſibi perſuadet illam ipſam formã exteriorem Eccleſiæ, quæ fuit Apoſtolorũ temporibus, ſemper remãſiſſe, atq; etiam hodie manere in Eccleſia Romana: & exiſtimat ſcilicet Pontificẽ, Cardinales presbyteros, Cardinales diaconos, Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Chorepiſcopos, Parochos

chos, Archidiaconos, Diaconos, minutos Presbyteros & ſacrificulos (vah piget reliquos cõmemorare) illos, inquam, omnes Turrianus exiſtimat eſſe Apoſtolos, Prophetas, Euangelij Paſtores & Doctores? Nimirum ſimiliter faciens, vt ſiquis nocte intempeſta & obſcuriſſima vociferans affirmaret ſe Solem meridianum ſuis oculis intueri, cuiuſmodi hominibus pharmaco potiùs, quàm diſputatione opus eſt. Nam vt inquit ille [illegible], quam ſententiam in nos alicubi coniectam, ſibi Turrianus ſeruare & accõmodare debuit.

IIII. Quartò, quandoquidem conſtat ex ſuperioribus, exteriorem Eccleſiæ formam temporib. Apoſtolicis multa ſingularia habuiſſe, propter certas illorum temporum circunſtantias, quæ quidem poſtea deſierunt, ipſa rerum natura ita poſtulante: quæri poteſt, *an illa forma exterior, quam Apoſtoli ſuis ſcriptis, tanquam Eccleſiæ ordinariam inſtituerunt* (& quæ nihil habet cum Pontificiis erroribus commune) *ſit etiam mutationi obnoxia: an verò ita ſit Eccleſiæ neceſſaria, vt ab ea diuelli nullo modo poſſit.* Hoc autem facilè poteſt definiri: primùm veteris Iſraelitarum Eccleſiæ exemplo, in qua Circumciſionis vſus per annos quadraginta fuit interruptus, templũ Hieroſolymitanũ ſub idololatris regibus aliquando clauſũ, atque etiam idololatriã pollutũ, denique templo exuſto, & populo apud Babylonios exulante, notum eſt victimas, ſacrificia, oblationes, & cætera eiuſmodi, quæ ad cultũ Dei legalem pertinebant, eſſe deſiiſſe, donec poſt annos ſeptuaginta populus ex captiuitate rediit. Quare cùm Eccleſia Iſraelitica & Eccleſia Chriſtiana ſit vna numero, & illa non fuerit ad exteriorem formã, quantumuis licet ordinariã, alliganda: Deinde, cùm ipſi Apoſtoli ſæpe multa prædixerint de variis Eccleſiæ Chriſtianæ mutationibus, & ea non poſſint intelligi de ipſius Eccleſiæ eſſentia, quippe quam certum eſt firmiſſimam permanere (pertinet enim ad Electos, vt patebit ex hac diſputatione) relinquitur vt accipiamus eiuſmodi mutationes de exteriore Eccleſiæ forma. Poſtremò ipſa loquitur experientia, ſi temporum ac rerum diſſimilitudinem conſideremus. Nam in ſcriptis Apoſtolicis nihil reperies de Archiepiſcopis, de Primatibus, de Cardinalibus (de quibus paulò ante) nihil de ſummo aliquo Pontifice, qui in omnes Eccleſias imperium habeat, nihil de monachorum exercitu iampridem variis quotidie naſcentibus, & (niſi Deus malum hoc auertat) identidem naſcituris. Ex quibus omnibus perſpicuum eſt, Eccleſiam ad nullam exteriorem formam, quæcunque tandem illa ſit, aſtringendam ita eſſe, vt plane negetur eſſe Eccleſia, quoties forma illa non extabit, qua de re ſupra tractauimus in locis Scripturæ, ordine 9, & 10.

Act.20.
1.Tim.4.
2.Tim.3.
2.Tim.4.
2.Theſſ.2.&c.

Errores primi Syllogiſmi.

Iam excutiamus primum Syllogiſmum, collectum ex Turriani diſputatione. Maior propoſitio habet inſidias in vocabulo *Eccleſiæ Apoſtolicæ*: nam *Apoſtolicæ* nomine, intelligit eam diſpoſitionem exteriorem, quæ primùm apparuit in Eccleſia Chriſtiana, & cùm ea diſpoſitio ſit accidens, (vt diximus) non poteſt eſſe forma eſſentialis Eccleſiæ Chriſtianæ. Itaque Turrianus nouo modo, & philoſophis incognito, miſcet & confundit formam eſſentialem rei cum forma exteriore accidentis in re ipſa: vt ſi quis limen ita definiat, *Limen eſt lignum ſic ſitum*, exiſtimet ſe formam eſſentialem ligni propoſuiſſe, cùm tantùm exteriorem formam propoſuerit.

Minor propoſitio in multis peccat. Primus error, quòd formam illam exteriorem Eccleſiæ, quæ fuit Apoſtolorum temporibus, cùm multis de cauſis extraordinaria fuerit, exiſtimet fuiſſe ordinariam. Secundus error, quòd putet exteriorem formam ordinariam eſſe formam eſſentialem Eccleſiæ. Tertius error, quòd loco formæ illius exterioris, quæ fuit Apoſtolorum temporibus, nouam ille formam ſupponit, cùm nobis profert ſuum Pontificem Romanum, ſuis Cardinalibus, Archiepiſcopis, & reliquis eiuſmodi cohortibus ſeptum vndique & munitum, vt ita ſcilicet, nobis formam Eccleſiæ Apoſtolicæ repræſentet. Ita igitur euerſis duabus præmiſſis propoſitionibus, ſua ſponte ruit Complexio, neque vim vllam habet illud conſequens, tum de capite viſibili totius Eccleſiæ, tum de ipſo Pontifice Romano. Iam ad ſecundum ſyllogiſmum progrediamur.

Secundi Syllogiſmi ſolutio.

Ad ſolutionem ſecundi Syllogiſmi ſequentia nobis erunt conſideranda. *Primum: an eadem ſit analogia in Theologicis, atque in rebus Phyſicis & naturalibus.* *Secundum: quo ſenſu nomen Eccleſiæ Catholicæ à Veteribus vſurpatum ſit.* *Tertium: quo pacto Eccleſia dicatur viſibilis atque inuiſibilis.* *Quartum: an Eccleſia Catholica habeat rationem Generis an Totius.* *Quintum: an Eccleſia Catholica viſibilis dici poſſit.* *Sextum: an caput Eccleſiæ Catholicæ viſibile dici poſſit, & ſatiſne rectè ac Theologicè homo dicatur caput Eccleſiæ Dei.* Primùm igitur videamus quatenus analogia à rebus naturalibus deducta *valere debeat in tranſlationibus Theologicis.* Cùm enim *Scriptura ſoleat res diuinas verbis humanis proponere, diligenter cauendum eſſe monuit Auguſtinus, ne figuras pro rebus recipiamus, quam miſerrimam animi ſeruitutem eſſe dixit. Quandoquidem* (inquit Chryſoſtomus) *in rebus diuinis nomina ſemper, verba ſunt rebus infirmiora.* Ex quo fit, vt ea argumenta, quæ nituntur analogia rerum naturalium, niſi certis quoque expreſſiſque Scripturæ locis fulciantur, nullum in Theologia locum habere debeant, ne res humanas cum diuinis exæquare videamur. Atque, vt in rem præſentem veniamus, Scriptura ſæpe vocat *Eccleſiam corpus*, non ſignificatione naturali & propria, ſed metaphorica: nempe propter quandam analogiam. Sed quænam ſit hæc analogia ex eadem Scriptura diſcendum eſt, neque in analogia Phyſica ſubſiſtendum. Quare prætermiſſis illis, quæ non ſunt huius inſtituti, poſſum Theologicè concludere: quandoquidem Eccleſia vocatur corpus, neceſſe eſſe vt Eccleſia caput aliquod habeat. Vnde id efficio? num ex Phyſica analogia tantùm? Minimè: ſed ex illa ipſa Scriptura, quæ non ſolùm dicit *Eccleſiam eſſe corpus*, verumetiam addit, *Eſſe corpus Chriſti, & viciſſim, Chriſtum eſſe caput huius corporis.* Quare cum ſit relatio inter caput & corpus, & Scriptura doceat Chriſtum eſſe caput huius corporis, nempe Eccleſiæ, certè qui comminiſcitur alios terminos huius relationis, præter eos qui ponuntur in Scriptura, eum affirmo extra Theologiam vagari, & eſſe ἀθεόλογον, impium, blaſphemum. Et quemadmodum ſiquis roget, quodnam ſit corpus Chriſti, quatenus Chriſtus eſt caput, nihil aliud reſpondere poſſis, quàm Eccleſiam: ita ſiquis roget quodnam ſit caput Eccleſiæ, nullum aliud ex Theologia proferre poteris quàm Chriſtum ipſum. Id ſtatuit Scriptura, ſuadet ratio, dictat ipſe

Ephes.1. & 5.
Col.1. & 2.

verus diſſerẽdi modus: deniq; id vident omnes & agnoſcũt præter Rom. Põtificem, & Rom. Pontificis aſſentatores, qui ſunt illius corpus, & ille viciſſim eorũ caput: adeò vt iam mirum non ſit, *ex capitis & corporis analogia*, ſi Pont. ſuos illos aſſẽtatores alat & foueat, vt viciſſim ab illis ſuſtẽtetur. Itaq; non puduit Turrianum omittere planã ac dilucidã Scripturę ſententiã de capite Eccleſię, vt aliam nouã & commentitiam obtruderet. Sed nos Auguſtinum potius audiamus de capite Eccleſię, ex verbo Dei ita diſſerentem: *Congregantur fideles in vnum corpus* inquit, *cuius vnum caput eſt Chriſtus. Talis congregatio ædificatio eſt templi Dei, talem congregationem non generatio carnalis, ſed regeneratio ſpiritualis facit.* At Turrianus vrget Phiſicam analogiam, perinde ac ſi de craſſo quodam & phyſico corpore loqueretur: quod quàm ineptè faciat, paucis demonſtrandum eſt. Scriptura cùm agit de arctiſſima illa coniunctione, quæ Eccleſiæ cum Chriſto intercedit, varias adhibet ſimilitudines ad myſterium illud explicandum. Eæ petuntur *à viti, ab inſitione, à coniugio, ab ædificio, à corpore, à grege,* & ſi quæ ſunt conſimiles: In quibus omnibus diligenter animaduertendum eſt, ne ex ſingularum ſimilitudinum analogia extra Scripturæ terminos ratiocinemur. Atque vt de corporis ſimilitudine agamus, Eccleſia modò comparatur cum Toto quantitatis continuæ; vt quum dicitur *corpus Chriſti*: modò cum Toto quantitatis diſcretæ, vt quum vocatur grex, cuius Chriſtus eſt verus Paſtor. Hîc mirũ quid faciat Turrianus cum ſua analogia phyſica. Nam illud vehementer repugnat, idem Totum eſſe ſimul continuum & diſcretum. Nimirum ſpectandę ſunt vniuſcuiuſque ſimilitudinis circumſtantię, & analogia non ex rebus naturalibus, ſed ex ipſo Dei verbo petẽda. Itaque, licet centies reclamet analogia phyſica, tamen omnes pij agnoſcunt & credunt Chriſtum non tantum eſſe caput totius Eccleſię, ſed etiam huius & illius particularis Eccleſiæ, videlicet Electorum, qui ſunt in hac vel in illa Eccleſia: adeòq; huius & illius electi. *Chriſtus eſt omnis viri caput*, inquit Paulus. Nec obſtat quòd Chriſtus in terris nobiſcũ non verſetur, neq; iam ſit nobis viſibilis. *Nec enim propterea ab Eccleſia ſeparatur, cùm eius Maieſtas* (inquit Auguſtinus) *vbique diffuſa ſit*. & alibi, *Membra Chriſti hîc ſunt, caput ſurſum*, inquit: *aſcenditur ad caput, diſcenditur ad mẽbra*, &c. Non enim agimus de phyſico, ſed de Myſtico corpore: quemadmodum Veteres loquuti ſunt: quod vel ſolum vocabulum debuit Turrianũ ab hac argumẽtatione reuocare. Nam ſi myſticum eſt corpus, non igitur cenſendum ex analogia naturalis corporis: & rurſus qui myſticum dixerunt, certè inuiſibile corpus ſignificare voluerunt. Non igitur pugnat in Theologia corporis viſibilis inuiſibile eſſe caput, vt viciſſim non pugnat viſibilis capitis corpus nondũ videri, vt alicubi docuit Auguſtinus his verbis: *Quod eſt caput? Ipſe Chriſtus. Corpus quod eſt? Ipſa Eccleſia. Videbant ergo diſcipuli caput, & corpus non videbant.* Poſtremò, ſi valeret hoc argumentum analogicũ, ſequeretur viſibilis corporis caput non poſſe eſſe inuiſibile, ac propterea Chriſtum, quatenus nobis eſt inuiſibilis nõ eſſe caput piorum, quamdiu ſunt in terris (tunc enim ſunt viſibiles) quod abſit vt vel cogitemus. Quare ſi debemus ex rerum naturaliũ analogia, duce Scriptura, argumentari, ita dicemus. Quẽadmodum natu-

Epiſt. 50.

Ioan. 10.

1. Cor. 11.

Ad Dard.

De verb. Apoſt. Serm. 33.

tale corpus non habet duo capita, vnum viſibile, & alterum inuiſibile: ita Eccleſia quæ habet vnum caput, nobis quidem nunc inuiſibile, ſed tamen præſens potentia & virtute, nempe Chriſtum, non poteſt habere alterum illud caput viſibile, de quo iampridem diſputat Turrianus. Atque hæc quidem de eo, quod primum conſiderandum eſſe diximus.

Eccleſia Catholica quæ ſit.

Secundò videamus, *quo ſenſu nomen Eccleſiæ Catholicæ vſurpetur*. Ac primum conſtat vocabulum *Catholicæ* non extare in ſacris literis, in quibus tota Eccleſia ſignificari ſolet nomine Eccleſiæ ſimpliciter. Sed Veteres nomen illud introduxerunt, & per Eccleſiam Catholicam ſignificarunt vniuerſam electorum Eccleſiam, quæ cœpit ab initio mundi, & abſoluetur die illo, quum Chriſtus veniet viuos ac mortuos iudicaturus. Sic in Symbolo Apoſtolorum, *Credo ſanctam* Eccleſiam *Catholicam*, deinde, *Sanctorum communionem, &c.* Et in Symbolo Nicæno: *vnam ſanctam, Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam*: Quum ſanctam dicit, & quæ non poſſit à ſanctorum communione ſeparari, neceſſariò Electorum Eccleſiam ſignificat: & videntur Patres illi ad locum illum Apoſtolicum alludere voluiſſe de *Hieruſalem quæ ſurſum eſt, & quæ eſt mater omnium noſtrû*,

Gal. 4.

inquit Paulus. Hoc autem veteres cenſuiſſe, manifeſtum fit ex ſequentibus. *Expectamus iudicem viuorum & mortuorum*, inquit Auguſtinus, *hoc eſt caput Eccleſiæ. Corpus huius capitis Eccleſia eſt, non quæ hoc loco eſt, ſed quæ & hoc loco & per totum orbem terrarum: nec illa quæ hoc tempore, ſed ab ipſo Abel vſque ad eos qui naſcituri ſunt vſque in finem, & credituri in Chriſtum, totus populus Sanctorum ad vnam ciuitatem pertinentium: quæ ciuitas corpus eſt Chriſti, cui caput eſt Chriſtus*. Idem, *Eccleſia eſt populus Dei per omnes gentes, quod eſt corpus eius, cui adiunctus & coaggregatus eſt omnibus Sanctis, qui etiam ante eius aduentum in hoc ſæculo vixerunt*. Idem, *Cœleſtis Hieruſalem ciues ſunt omnes ſanctificati homines qui fuerunt, qui ſunt, & futuri ſunt*. Idem. *Ipſa eſt Eccleſia quæ intra ſagenam Dominicam cum malis piſcibus natat, à quibus corde ſemper & moribus ſeparatur atque diſcedit, vt exhibeatur viro ſuo glorioſa, non habens maculam neque rugam*.

In Pſalm. 90. conc. 2.
De Catechi. rudib.
Ibid.
Epiſt. 48.

Cyprianus autem, *Etſi ſuperba*, inquit, *& contumax multitudo eius qui audire noluerit diſcedat, Eccleſia tamen à Chriſto non recedit*. Idem: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, &c. Significans Eccleſiam quæ in Chriſtum credat, & quæ ſemel id quod cognouerit, teneat, nunquam ab eo omnino diſcedere, & eos eſſe Eccleſiam qui in domo Dei permanent. Plantationem verò plantatam à Deo patre non eſſe, quam videmus non frumenti ſtabilitate ſolidari, ſed tanquam paleas diſſipantis inimici ſpiritu ventilari: de quibus Ioannes in Epiſtola ſua dicit, Ex nobis exierunt, ſed non fuerant ex nobis: Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum*. Idem. *Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit: hæc nos Deo ſeruat, hæc filios regno, quos generauit, aſſignat*.

Lib. 4. Epiſt. 2.
Lib. 1. Epiſt. 3.
De vnit. Eccl.

Sic porro Hieronimus. *Eccleſia*, inquit, *quæ eſt ſanctorum omnium congregatio, pro æterna ſibi in Domino ſtabilitate columna, & fundamentum dicitur veritatis*. Idem, *Eccleſia eſt parens omnium Chriſtianorum*. Et alibi: *Eccleſia Catholica veteris & noui Teſtamenti, vnum aſſerit prouidentia, nec diſtinguens in tempore quos conditione ſociauit. Omnes ædificati ſumus ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, &c.* Huc ſpectant hæc verba Chryſoſtomi de Eccleſia: *Oſculetur me*, inquit, *oſculo oris ſui. Deſponſata ſum cœleſti*

In Iob c. 16.
Ad Geront.
In cap. 4. Epiſt. ad Gal.
Hom. de virt.

ſponſo per legem & Prophetas. Quæ Eccleſia [illegible] *de-ſiderat, Chriſtum expectans,* [illegible]. Denique ſine eandem ſententiam Ambroſius (ne mihi ſint omnes commemorandi) *Omnem Eccleſiam docens Apoſtolus, ſummam cæli, inquit,* [illegible] *quod in cælo eſt & in terris, vt in nomine* [illegible] *confiteatur hunc eſſe per quem facta à Deo ſunt, ſubijciuntur enim illi* [illegible] *ex quo trahant originẽ, vt omnia in omnibus adimpleat. Illi Eccleſia eſt* [illegible] *viuentium, domus ſpiritualis, ciuitas quæ* [illegible]. Ex quibus omnibus & plerisq; locis [illegible] manifeſtum eſt, Veteres nomine *Eccleſiæ Catholicæ* intellexiſſe omnium Electorum congregationem, tandem aliquando die nouiſſimo [illegible], adeò vt ex ipſorum veterum ſententia Eccleſiam Catholicam ita definire poſſimus, *Vt ſit multitudo omnium Electorum Dei qui ſunt, qui fuerunt, & qui futuri ſunt nouiſſimo die planè congreganda.* Nec verò ſum neſcius, alias etiam ſignificationes huius nominis aliquoties apud veteres occurrere (nã aliquando per *Eccleſiam Catholicam* intelligunt omnes Eccleſias orthodoxas per vniuerſum terrarum orbem diſperſas, aliquando hanc vel illam Eccleſiam orthodoxam: ſæpe etiam ſingulos homines orthodoxos Catholicos appellant: deniq;, Concilia Oecumenica ſibi nomen Eccleſiæ Catholicæ tribuere ſolent) ſed illa ſuperior ſignificatio eſt propria, & cum Scriptura conueniens, vt patet ex iis quæ antè dicta ſunt. At Turrianus, vt & reliqui Pontificij, nomine Eccleſiæ Catholicæ ſignificat omnes illas Eccleſias, quæ Romani Pontificis iugo ſubiectæ ſunt: ex quibus, miro quodam modo congregatis, [illegible] corpus viſibile, quod vni capiti viſibili, nempe Rom. Pontifici ſubiacet. Atqui ita excludit ab *Eccleſia Catholica*, omnes Eccleſias Chriſti nomen profitentes, quotquot ſunt reliquæ, tum in Aſia, tum in Africa (nam illæ Rom. Pont. non agnoſcunt) itemque omnes Eccleſias Euangelicam reformationẽ amplexas, ac iam per totam Europam ſummo Dei beneficio longè lateq; propagatas, quæ Rom. Pont. tyrannidẽ [illegible] tum in ipſis eſt, deteſtantur. Atque hæc de nomine *Eccleſiæ Catholicæ*.

Iam hic certum nobis expediendum eſt, [illegible] *Eccleſia viſibilis, itemque inuiſibilis dici poſſit.* Prouocamus, ex [illegible] Eccleſia quandiu in terris verſatur, eſſe viſibiles qui negaret, ille non mentis ſolùm, ſed etiam corporis oculis captus eſſe videretur. Quo fit vt ſingeant ioci Turriani, quos tantopere cauillator ille in ſuis libris affectauit, de ſpiritibus carnem & oſſa non habentibus, iuxtaque de his verbis apud Lucam: *Vocem quidem audiimus, perſonam autem* [illegible]. Pios autem & electos eſſe aſpectabiles, quatenus homines ſunt, dum nobis probat Turrianus, vtitur in re non dubia teſtibus non neceſſariis. Veruntamen vero Eccleſiæ Dei definire ac metiri humanis ſenſibus, & in carne atque oſſibus hærere, chirurgi eſt agere, non Theologi. [illegible] igitur totã ipſam Eccleſiã Dei, quæ eſt corpus & ſponſa Chriſti, quæ in Simbolo *Catholica* dicitur, & quã Paulus dicit [illegible] electorũ Eccleſiã eſſe ex verbo Dei ſtatuimus, at propterea [illegible] quidẽ cõprehẽdit electos omnes, qui fuerũt, qui ſunt, & qui futuri ſunt vſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Neque beatos illos [illegible] qui [illegible] recepti ſunt in cæleſtẽ

quietem,

In Epiſt. ad Epheſ. cap. 1.

Eccleſiæ definitio.

Eccleſia viſibilis & inuiſibilis.

quidem, ab Ecclesia Catholica separamus (quod Turrianus facit contra ipsa theologię rudimenta) sed Electos omnes affirmamus, siue sint in vita, siue in patria (vt loquuntur Scholastici) ad vnam Ecclesiam [illegible] omnium esse referendos. Hic autem bonus scilicet Theologus, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, & ipsam virginem Deiparam reliquosque spiritus iam beatos ab Ecclesia Catholica excludit. Alioqui, aut duas constituat Catholicas (quod fieri non potest, & Symbolum agnoscit vnam Catholicam Ecclesiam) aut fateatur necesse est vnam Catholicam esse inuisibilem, licet pij electi in terris versantes sint visibiles. Haec igitur Ecclesia est nobis inuisibilis, non tantùm quia Electio Dei est inuisibilis (vt Turrianus existimat) sed quia maxima pars Electorum, humanis sensibus non patet, nec erit visibilis Ecclesia Catholica ante diem nouissimum: quae si nunc visibilis esset, non satis propriè diceretur, in Symbolo, *Credo Ecclesiam Catholicam.* Non enim visibilia creduntur, sed inuisibilia, siquidem Theologicè loqui volumus. Ex quibus efficitur Turrianũ disputantem de Ecclesia Catholica visibili, aut non credere, quod ipse in Symbolo confitetur: aut si credit, aliud dicere quàm credat, quod vulgò solent assentatores. Visibilem autem Ecclesiam dicimus, hanc vel illam particularem Ecclesiam, cuiusmodi fuit Corinthiorum, Ephesiorum, Thessalonicensium Ecclesia, quas quidem omnes Ecclesias particulares visibiles appellamus, non tantùm quia homines, ex quibus constant, sunt visibiles: sed propter ipsũ ordinem & formam exteriorem Ecclesiae: quae quidem forma facit vt Ecclesia sit visibilis. Nec [illegible] *septem hominum millia, qui non flexerant genua coram Baal,* licet ea non videret Elias, propterea fuisse inuisibiles [illegible] Turrianum nos carnem & ossa habere, qui [illegible]) sed [illegible] in Ecclesia visibili, hoc est habente formam [illegible] tum tempore [illegible] pars Ecclesiae Catholicae [illegible] multos electos & fuisse, & esse posse extra ipsam Ecclesiam visibilem, qui nihilominus ad Ecclesiam inuisibilem pertinent. Porro [illegible] *mixta est, constat quidem ex* [illegible] *propter Electos: & ipsa Ecclesia* [illegible], inquit Augustinus. Quemadmodum enim aceruus frumenti (vt res haec agrariis similitudinibus adumbretur) licet admixtas habeat paleas, non tamen, paleae, sed frumenti aceruus dicitur, quia propter frumentum aceruus est: similiter dolium vini, licet habeat admixtam faecem, non tamen faecis, sed vini dolium appellatur, quia propter vinum dolium est, ita Ecclesia propter Electos dicitur Ecclesia. Atque, vt ad similia Euangelica reuertamur, *agri illius in quo zizania* [illegible] *apparuerunt,* nemo vnquam zizaniorum agrum appellasset, sed agrum tritici, cuius gratia ager ille cultus fuit. Itaque Christus parabolam illam exponens, *Mittet,* inquit, *filius hominis angelos suos, qui colligent ex regno eius omnia offendicula, & eos qui faciunt iniquitatem.* [illegible] est, reprobos ad tempus esse in regno Christi [illegible] nequaquam esse de regno illo: [illegible] non dicitur regnum propter Reprobos, sed propter Electos, in quibus Christus regnat suo ſpiritu. Itaque Paulus, *Omnia ſuſtineo*, inquit, *propter Electos. 2. Timoth. 2.* & alibi Paulus, inquit, *Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum fidem Electorum Dei. Tit. 1.* Hinc fit vt ipſis Eccleſiis particularibus ea tribuantur, quæ ſunt Electorum propria. Primùm quia propter Electos ſunt Eccleſiæ, vt dictum eſt. Deinde: quia nos iubet charitas bene de fratribus iudicare. Sic Paulus Corinthios vocat *ſanctificatos* Dei. Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes *ſanctos* ſalutat, & aliquantò pòſt, *Induimini*, inquit, *vt Electi, ſancti, & dilecti, viſceribus miſerationum.* Et ad Theſſalon. *Scientes* inquit, *veſtram Electionem à Deo.* Et Petrus eos, ad quos ſcribit, *electos* vocat, atq; omnino ſexcenta ſunt huiuſcemodi exempla. Quamobrem hæc à nobis dicta ſint *de Eccleſia, tum vniuerſali, tum particularibus*, poſthac Turrianus ſuo more [illegible] in vocabulis, vt [illegible] ſophiſmatibus tanquam nebulis offuſis, res aliqui clariſſimas obſcuriores [illegible].

1. Cor. 1.
Col. 3.
1. Theſſ. 1.
1. Pet. 1.

Quartò, quærendum eſt, *habeatne Eccleſia Catholica rationem Vniuerſalis an Totius.* Nam hac de re multis diſputat Turrianus, & identidem Ariſtotelem appellat, vt aliquid [illegible] Philoſophiæ [illegible] accipiat. Etenim ſi dicamus, licet Electorum hominum cœtum Eccleſiam eſſe aliquid ſupra leges Phyſicas conſtitutum, neque [illegible] generis, nec Totius Phyſici rationem habere, certè vno verbo [illegible] hæc quæſtio fuerit, atque ita nullius momenti tota hæc Philoſophiæ quaſi leuis armaturæ excurſio & [illegible] cum aliquo [illegible] Sophiſtico [illegible] incubuit. Sed ne ſic fortaſſe [illegible] riam eſſe Philoſophiam, atque ea ratione [illegible] etiam aliquid de hac re diſſeremus. Quum Turrianus aduerſus Lipſienſem Academiam ante octo annos diſputaret [illegible] Philoſophorum, atque imprimis Ariſtotelis doctrinam [illegible] (vt mos eſt hominis) ebullire lego in libello [illegible] ſuperiore enim [illegible] verbum dixeram de *vniuerſalibus*, [illegible] in mentem reuocarem quod toties Ariſtoteles tradit, [illegible] eſſe aliquid verè extra mentem ſubſiſtens, vt ſunt primæ ſubſtantiæ, atque ita ſentires qui Ariſtotelis patrocinium [illegible] Ariſtotelico gladio iugulari eum illa ſua Catholica Eccleſia viſibili, pro qua tanta animi contentione decertabat. Nam cum Eccleſiæ [illegible] ſtigaret, debuit certè ad ipſum *vniuerſale* [illegible], quandoquidem omnes definitiones ſunt vniuerſales, prætermiſſis accidentibus [illegible] rebus, quæ temporis cauſſa tribuuntur. Hinc verò, [illegible] Turriani diſputatio de *vniuerſali*, dominæ quidem Philoſophiæ [illegible] ſophiſticè [illegible] ſicuti ſperamus, quum ſingulatim eius reſponſionibus & obiectionibus [illegible] mus, facilè patefactum iri. Vt igitur [illegible] Solus Deus res omnes & ſingulas [illegible] videt & cognoſcit: hominis autem [illegible] cognoſcendi modo res ſingulas [illegible] & cognoſcit [illegible] ideirco inſtituta ſunt, [illegible] cognitione habere poſſimus. Tum enim demum intelligimus quid ſit hic homo, quum intelligimus quid ſit homo. [illegible] Vniuerſalia [illegible] generis [illegible] propriè dictum [illegible] mia

Nullus homo mortalis dici poteſt caput Eccleſiæ Dei.

Epiſt. 57.

[illegible], ideò & Vniuerſale dici poteſt Totum, quia ſub ſe multa complectitur: ita tamen vt Totum latiùs pateat, quàm vniuerſale. *Eſt enim vniuerſale*, inquit Ariſtoteles, *Totum quid*, quem locum citauit quidem Turrianus, ſed non intellexit. Omne igitur *vniuerſale* dici poteſt Totum ea ratione, quam dixi: ſed non viciſſim omne totum dici poteſt *vniuerſale*: quod tamen opinatus eſt Turrianus. 1.Cor.1 Nam totũ continuum Col.3. *vniuerſale* dici non poteſt: nec enim quiſquam vnquam domum Catholicam dixerit, aut corpus Catholicum, ſed totam domum potiùs, & totum corpus. 1.Theſ.1. Totum autem diſcretum quantitatis, vt grex, ſi fortè col- 1.Pet.1. lectum fuerit ex [illegible] eiuſdem generis ſimul aggregatis, vt qui ex multis gregibus in gregẽ vnum, tum illud Totum Vniuerſale quodammodo dici poteſt, non quidem quatenus eſt actu hoc vel illud totum *particulare* (repugnat enim idem eſſe *particulare*, & *vniuerſale*) ſed quatenus operatione mentis [illegible] præcedentium regredientis conſideramus ea tota ſingulorum aggregatione Totum illud conſtat. Ex quibus eluceſcit *vniuerſale* eſſe in mente, non autem viſibile, aut vllis corporis ſenſibus ſubiectum, quemadmodũ cenſet Turrianus, nouam & Philoſophis omnibus incognitam *vniuerſalis* cognitionẽ introducens. Sic enim tradũt Philoſophi, *Senſum eſſe ſingularium, intellectum Vniuerſalium*: Vniuerſale, non eſſe ſubſtantiã primam: Non eſſe *particulare*: Aut nihil eſſe, aut poſterius eſſe: Non eſſe extra animã, & eiuſmodi pleraq; ſcitu digniſſima, quæ quidem omnes Philoſophiæ candidati ita amplectuntur, vt qui de iis dubitauerit, eum à Philoſophorum choro tollendum eſſe exiſtiment. Vt igitur quæſtionem propoſitam definiamus: Ex iis quæ paulò antè à nobis dicta ſunt de nomine *Eccleſiæ Catholicæ*, ſatis manifeſtum eſſe arbitror, *Eccleſiam Catholicam* neque Generis, neque Totius Philoſophici habere rationem. Nam quia Eccleſia quatenus pios & electos ſignificat, non eſt aliquid in mente tantùm adumbratũ ac volitans, ſed verè eſt, & ſubſiſtit extra, idcirco non eſt vel genus, vel ſpecies. Quid igitur, inquies? Totum? Certè: ſed Totum Theologicum non Phyſicũ, idq; facilè demonſtrari poteſt hac ratione, quòd nullum totũ Phyſicum eſt Quantitatis continuæ & Diſcretæ ſimul. At Eccleſia habet ſimul rationẽ Totius vtriuſq; Quantitatis. Vocatur enim corpus & grex, cuius rei nullum exemplum extat in rerum natura. Quamobrẽ non ſine cauſa Maiores noſtri *Eccleſiã corpus Chriſti myſticũ appellarunt*. Et de hoc quidẽ hactenus.

Eccleſia Catholica non eſt viſibilis.

Hinc ſua ſponte emergit eius rei definitio, quæ loco quinto propoſita eſt, nempe, *An Eccleſia Catholica ſit viſibilis*. Primùm enim, quia Eccleſia Catholica (vt dictum eſt) Electos omnes comprehendit, adeóq; beatos illos ſpiritus, qui iam ad cœleſtẽ patriam peruenerunt, nemo non videt quàm ineptum ſit eiuſmodi Eccleſiam conſtituere viſibilem. Deinde hoc etiam nobis ſatis ſuperq; eſſe debet: Quòd nullum totum, quod ſimul habet rationẽ quantitatis Continuæ & Diſcretæ, ſit viſibile: hæc enim repugnãt aliquid ſimul videri Continuũ & Diſcretũ, ita inquam, repugnant vt nullo ſophiſmatũ vinculo, nullis artibus Turrianicis compingi vnquam poſſint. Itaque huius ſeculi cancellis Turrianus circumſcribit *Eccleſiam Catholicam*, quod quàm falſum ſit iam ſæpiùs à nobis dictum eſt) aſſirmo ne hoc quidẽ ſenſu Eccleſiã Catholicã eſſe viſibilẽ. Quid enim aliud erit Ecclesia Catholica iuxta mentem Turriani, quàm aggregatio omniũ Ecclesiarũ visibiliũ. Itaq; quemadmodũ ipsæ particulares Ecclesię sunt visibiles, ita illa aggregatio omniũ visibiliũ Ecclesiarũ est inuisibilis: fit enim sola mentis operatione. Aliqui si actu visibilis esset, iam desinerent esse Ecclesię particulares quę quidem simul aggregatę non iam plures essent, sed vna visibilis, nec plures particulares essent, sed vna tota Ecclesia, neque Totũ *particulare*: ac propterea non Catholicũ, nisi (vt antè dictũ est) agitatione mẽtis, nempe quũ mens nostra regrederetur, & cõsideraret omnes Ecclesias, & Totũ ex præcedẽtibus, ex quarũ compositione Totũ illud Catholicũ cõstaret. Exempli causa, proponãtur decem aceruí seorsim collocati ac dissiti, possis quidẽ mẽtis operæ conficere vnum aceruũ Catholicũ ex aceruis omnibus: verũm hęc aggregatio non erit actu & re ipsa, sed cogitatione tãtũm; ac propterea non erit visibilis. Quòd si reuera & actu omnes in vnum colligas decẽ aceruos, tum dices non iam esse decem aceruos, sed vnum aceruum visibilem ex omnibus illis collectum. Ex quibus intelligi potest, quãdiu particulares Ecclesię erunt visibiles, vt particulares, Catholicam Ecclesiam non esse visibilem: & vicissim, cum Ecclesia Catholica, hoc est, tota erit visibilis, tum particulares Ecclesias non iam futuras visibiles vt particulares. Itaq; Catholica Ecclesia, ne eo quidẽ sensu quo Turr. loquitur *visibilis* est, ac ne id quidẽ licet per Philosophiã, cuius auxiliũ Turr. implorauit.

Sextò & postremò quærendũ est, *rectène dicatur homo mortalis quicunq; tandem sit, caput Ecclesiæ Dei*: vt ita faciliùs intelligi possit quanta sit huius propositionis falsitas, quę affirmat *vnum esse visibile caput Ecclesię Catholicę, nempe Pontificem Romanum*. Cum nusquã in Scriptura, siue de tota Ecclesia, siue de particularibus Ecclesiis agatur, nomen capitis Ecclesię vlli alij quàm Christo tribuatur, mira est Pontificiorum insolentia; qui, quod Christi propriũ est, homini mortali (& quali homini!) tribuũt. Nec verò sũ oblitus quod Turr. [illegible] superioribus excogitauit, & aliquoties in sua Defensione [illegible], hominẽ dici caput Ecclesię apud Paulũ 1.Cor.cap.12. his verbis, *Nec potest caput dicere pedibus, non estis mihi necessarij*: quę bonus ille Pontificiis [illegible], ad suũ Pontificem accomodauit, nimirũ longè dissentiens ab Augustino, qui hunc eũ locũ ad Christũ Ecclesiæ caput retulit. Veruntamen verò si nomine pedũ Monachos intelligat Turr. eò quòd in corpore illo Pontificio sunt omniũ infimi (ac tum ego minutos istos Iesuitas inter pedis articulos reponerẽ) fateor Papam non posse dicere istis pedibus, Non istis mihi necessarij: quandoquidẽ illi propemodũ soli, tum scriptis, tum declamationibus, vtrisq; verò impudentissimis, tremulum illud ac iam nutans caput, quoad eius fieri potest, sustentant. Sed totum hoc Turr. argumentum copiosius refutauimus in libello nostro, in loco Scripturæ, ordine septimo, adeò vt quæ illic dicta sunt, non hic videantur esse repetenda. Maneat igitur quod proposuimus, neminem vocari caput Ecclesiæ in Scriptura: addo etiam neminem vocari sponsum Ecclesiæ præter Christum. Ministri quidem Ecclesiarum dicuntur *Ecclesiarum Pastores*, communicato cum illis nomine, quod imprimis Christo conuenit: sed ita tamen, vt *solus Christus dicatur summus Pastor uniuersalis, & Pastorum*

Nullus homo mortalis dici potest caput Ecclesię Dei.

Epist. 57.

1.Pet.5.

principe, ipso etiam Petro affirmante, tantum abest vt aliquid de Christi dignitate detractum velim. Quæ autem quædam Christi nomina cum hominibus communicentur, quædam verò minimè: cùm multæ aliæ rationes afferri possunt, tum hæc imprimis, quòd ea nomina, quæ propriè ad ministerium respiciunt, possunt quidem hominibus tribui (suo tamen modo,) at ea nomina quæ significant arctissimam illam Christi & Ecclesiæ coniunctionem, cuius beneficio virtus spiritualis & viuifica manat à Christo ad Ecclesiam (vt Capitis & Sponsi nomina) neque possunt, neque debent ad vllos homines transferri. Quamobrem si quos interdum Veterum fecisse reperias nomen Capitis Ministris Ecclesiæ tribuentes, meminisse oportet eos cum sine Scriptura, impropriè & abusiuè loqui: ita vt ex illo loquendi genere Catholicum caput non debuerit Turrianus argumentari. Quinetiam mirum est eum non videre, ne hac quidem propositione argumenti sui causam suam vllo modo subleuari. Nam si rogarem quonam modo intelligat Catholicam Ecclesiam (quam scilicet ille contra Scripturam nobis describit) esse visibilem: Nempe responderet, visibilem esse, quia omnes particulares Ecclesiæ sint visibiles. Cur igitur, suo falso argumento ductus, non concludit, vnum caput visibile *Ecclesiæ Catholicæ* esse in particularibus ipsis Ecclesiis visibile, videlicet singula Ecclesiarum capita (vt loquitur) hoc est, singulos Ecclesiarum Pastores? Vt enim (ita ratiocinante Turriano) omnes Ecclesiæ particulares simul aggregatæ vnam Catholicam visibilem constituunt: ita quoque singularum Ecclesiarum capita simul aggregata vnum caput visibile constituunt, vt ita maneat analogia *vniuersalis*, & sit *corporis Catholici caput Catholicum*. Ecce quo tandem procedat argumentum Turrianicum: nec vlterius, hoc est, ad Pont. Romanum extendi potest: alioqui periret analogia inter corpus & caput, quæ necessariò postulat, vt qua ratione corpus visibile dicitur, eadem & caput visibile esse censeatur.

De simp. Præla.

Atque hæc fuit Cypriani sententia de Ministris Ecclesiasticis (si nomen capitis tollas) quum diceret, *Episcopatum esse vnum, cuius à singulis in solidum pars tenetur*: quem Cypriani locum, vt & multos alios, Turrianus corrupit, vt infra suo loco videbimus. Verùm miro quodam & inexplicabili modo Turrianus nobis proponit Romanum Pontificem caput Ecclesiæ Catholicæ, & Romanæ simul, quæ est particularis Ecclesia (siquidem est Ecclesia) vt ita idem caput simul sit Catholicum & particulare. O mirificam Turriani Philosophiam. Quibus omnibus expositis iam excutio secundum Syllogismum ex Turriani Disputatione collectum.

Secundi syllogismi errores.

Maior propositio valet in Physicis & naturalibus corporibus. At Ecclesia Catholica non est corpus Physicum & naturale: ex quo fit, vt hoc Theorema ad præsentem Disputationem accommodari propriè non possit: nam est alienum & heterogeneum. Minor propositio scatet multis erroribus. Primus error, quòd vrgeat nomen Catholicæ Ecclesiæ, & in vocabulo *Catholicæ* vim suæ argumentationis constituat: quod tamen vocabulum nusquam extat in Scriptura: atque ita vult apodicticè argumentari in Theologia extra Scripturam: quod fieri nō potest. 2 Error, quòd dū vult sequi Veteres qui vocabulū illud vsurparunt, à nobilissimorū Veterū, adeoq; ab ipsius Symboli vetustissimi sententiā ſuadat, vbi nomen *Eccleſiæ Catholicæ* vniuerſam Electorum Eccleſiam ſignificat, ac proinde inuiſibilem: ille autem *Catholicam Eccleſiam viſibilem eſſe affirmet.* Tertius error [illegible] homonymia [illegible] *Inuiſibilis.* Quartus error: quòd *Eccleſiam Catholicam* circumſcribat huius ſeculi finib. atq; ita inde Prophetas & Apoſtolos excludat. Quintus error: quòd non diſtinguat qua ratione *Eccleſiæ particulares* dicantur *viſibiles*. Exiſtimat enim *ideo fieri tantùm, quòd hominum conſpectui viſibiles*: cùm tamen potiùs *viſibiles* dicantur propter formam exteriorem, & ordinem Eccleſiaſticum. Sextus error in Philoſophia (cuius opera vti voluit ad ſuam ſententiam explicãdã) quòd ſtatuat *vniuerſale eſſe pluralitatem*, & confundit *vniuerſale* cum eo quod dicitur particulare, atque adeò non intelligat quomodo *Eccleſia Catholica* habeat rationem Totius. Itaque nullam vim habet complexio, quæ etiam peculiarem habet hunc errorem, quòd vlterius progrediatur, quàm præmiſſæ propoſitiones: ac deueniat ad Romanum vſque Pontificem: atque ita redarguenda eſt, non ſolùm ex regulis peritè diſputandi, ſed etiam ex ipſa Scriptura, quæ non patitur vt homo mortalis caput Eccleſiæ dicatur.

Tertij Syllogiſmi ſolu.

AD Syllogiſmi tertij ſolutionem hęc erunt nobis explicanda. Primùm *de fine, & de iis quæ ad finem referuntur, & quomodo neceſſe ſit illa ſemper eſſe. Secundum: quis ſit Eccleſiæ finis, & quæ ſint ea, quæ ad eum finem referuntur. Tertium: An ea, quæ ad finem referuntur, neceſſe ſit eadem eſſe & permanere vſque dum ad finem peruentum ſit. Quartum: An ſeriis verè dicatur aliquid per ſucceſſionem & ordinationem vicariam idem eſſe & permanere. Quintum: An ſuper Petrum Eccleſia ſit perpetuò ædificanda, & an ſingulariter Petro data ſint claues regni cælorum, & ſingulariter iuſſus ſit Petrus paſcere oues Chriſti.*

Quia nos hoc etiam loco Turrianus ad Philoſophiam reuocat, vel ad Sophiſticã potiùs, nomine ac ſpecie Philoſophiæ exornatam, detegenda eſt eius fallacia, propoſitis iis quę de *fine & mediis ad finem*, [illegible] Philoſophi tradiderunt. Primum igitur licet nomen *finis*, variè admodum vſurpari ſoleat, in hac tamen quæſtione, duas tantùm eius ſignificationes proferam, quæ ad rem præſentem pertinent. Prior ſignificatio hęc eſt, vt *finis* vocabulo, aliquando perfectio intelligitur: quũ ſcilicet res abſoluta eſt, & conſtat ſuis omnibus partib. & eſt terminus ſiue vltimum in quo deſinit generatio. *Nam extremum eſt vniuſcuiuſq; finis,* inquit, Philoſophus: *tale autem eſt id, ad quod per motum iter, & non id, à quo fit profectio. Nam perfecta ſunt,* inquit ille, *quæ proprium finem habent, in quibus nulla pars eius magnitudinis, quæ ſecundum naturam competit, deſideratur.* Et rurſus: *quæ perfecta ſunt, eo quòd finem habent perfecta ſunt & dicuntur.* Itaq; *in Phyſicis forma ipſa dicitur finis generationis: & in artificialibus opus ipſum abſolutum, finem operationis vulgò appellamus.* Atque hæc quidem prior eſt ſignificatio vocabuli *finis*. Poſterior autem ſignificatio eſt eiuſmodi, vt *finis* ſignificet cauſam, cuius gratiâ aliquid fit, quemadmodum Philoſophi definiunt. Atq; duas haſce ſignificationes ita diſtinctas eſſe oportet, vt qui eas confuderint, eos neceſſe ſit in magna rerum ignoratione perpetuò verſari, & de fine diſputantes ſine fine vagari & errare, quemadmodum fecit Turrianus, vt ex ſequentib. patebit. Porrò ea, quæ ſpectant ad perfectionem & abſolutionem cuiuſque rei, ſunt in fieri (ſic

Phyſ.2.c.17.
&c.
1.Pet.1.
Senten.lib.
1 Diſt.1.

Epheſ.4.
Apoc.21.

enim Philoſophi loquuntur) quemadmodum ipſe finis, hoc eſt, perfectio finis eſſe, ita vt *ipſum fieri* ad *eſſe* tendat atque referatur. Media quoque ad cauſam finalem pertinentia, ſunt omnes eæ rationes, quæ ex ipſius finis natura adhibentur, vt eum nobis comparare poſſimus. Ex quib. facilè perſpicitur quemadmodum intelligendum ſit quod dicitur, *ſi finis eſt, ea quoq; eſſe quæ ad finem referuntur*: nempe vt fert natura & ratio cum finis, tum eorum, quæ ad finem ſpectant. Nec enim neceſſe eſt illa ipſa media eadem ſemper eſſe & permanere *in fieri*, vſque dum ad finem peruentum ſit, ſed verum eſt ſemper eſſe quædam media, quæ ad finem referantur, donec finem ipſum aſſequuti ſimus. Exempli gratia, proponatur ædificatio domus. Finis, propter quem ædificatur domus, eſt habitandi cõmoditas, at finis ſeu extremũ ipſius domus eſt id, in quo deſinit ædificatio. Ea verò, quæ ad finẽ hunc tendunt, ſunt, initiũ ædificandi, & progreſſus, vt quum iaciuntur fundamenta, ædificantur parietes, & ita deinceps quouſque exędificata ſit domus. Hic videmus quę ad finem tendunt, non ſemper illa ipſa eſſe, & permanere *in fieri*. Nã ſi ſemper fundamenta iacerentur, nunquam ædificarentur parietes: & qui perpetuò in parietib. ſubſiſteret, nunquam is ad tectum perueniret. Sic etiam docent Philoſophi *motum eſſe diuiduum in partes, ita vt partes ſint poſt partes*. Quare, vti diximus, licet verum ſit, eſſe media quæ ad finem referuntur, tamen falſum eſt illa ipſa media ſemper eadem eſſe atq; permanere *in fieri*. Illa autem, quæ externa adhibentur, vt inſtrumenta, & ea quæ media efficientia appellantur, varia quoq; ſunt ex ſuperiori ratione, & pro variis rerum ipſarum circumſtantiis varia & mutabilia. Ac de primo quidem hactenus.

Secundò, vt ea quæ in genere dicta ſunt ad rem præſentem accommodentur, diſpiciendum eſt, *quis ſit Eccleſiæ finis, & quænam ad eum finem referantur*. Ex iis, quæ antè explicata ſunt, perſpicuum eſt, finem Eccleſiæ dici duob. modis: vno modo finis Eccleſiæ dicitur is, ad quem ipſa Eccleſia tendit, hoc eſt, extremum illud & vltimum bonorum, ad quod pij omnes erectis intentíſq; animis contendunt, vt eo vno acquieſcant, qui Deus eſt: *in cuius conſpectu*, inquit Pſaltes, *eſt gaudiorum ſatietas, nempe illa cæleſtis hæreditas, quæ nec perire poteſt, nec contaminari, nec marceſcere*, vt ait Petrus. Quare hanc Auguſtini ſententiam rectè Lombardus Scholaſticorum pater amplexus eſt: *Nos reliquis rebus vti, vt uno Deo perfruamur*. Sed de eo fine nunc nobis ſermo non eſt. Altero igitur modo *finis Eccleſiæ* dicitur, ipſa Eccleſiæ perfectio & abſoluta conſũmatio, quę nempe ſuis omnibus partibus conſtabit. Cùm autem de vniuerſa & tota Eccleſia diſſeramus, certum eſt tum perfectam fore, ſuíſq; numeris omnibus conſtantem Eccleſiam, quum *Chriſtus nouiſſimo die in gloria apparebit, quando congregabuntur Electi à quatuor ventis, à cælorum extremo, ad eorum extremum, vt ait Chriſtus* apud Matthæum: ac tum demum omnes *occurremus in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum ad menſuram ſtaturæ adulti Chriſti*, quemadmodum docet Paulus. Quod vt nobis Ioannes ante oculos ponat, deſcribit *Hieruſalem cæleſtem ſuis omnibus ornamentis inſtructam, poſtquam primum cælum & prima terra abierunt*. Ex quo fit vt mirari ſatis non poſſim, quamobrẽ Turrianus conſummationem

Pſ.16.& 17. &c.
1.Pet.1.
Senten.lib. 1.Diſt.1.
Eph.4.
Apoc.21.

Sanctorum non in futuro ſeculo conſtituat, ſed præſentis vitæ finibus includat: quo nihil dici potuit ineptius & Theologo indignius: niſi forte quum de Romana Eccleſia ageret, quam ille Romæ videt quotidie luxu & omni deliciarum genere in hac vita diffluentem, non exiſtimarit eam ad futuram Sanctorum conſummationem, de qua Paulus loquitur, pertinere. At nos agimus de tota Chriſti Eccleſia, quæ Electorum eſt, ac propterea plenam eius conſummationem die nouiſſimo futuram expectamus, ad eámque votis omnibus aſpiramus. Iam ſiquis quærat, quænam ad hunc Eccleſiæ finem, hoc eſt, perfectionem referantur, ita habeat: Eccleſiam (vt ſæpe dictum eſt) non eſſe definiendam rebus vel Phyſicis, vel artificialib. ſed illis tantùm poſſe adumbrari. Itaq; quemadmodum in rebus terrenis, fieri tendit ad eſſe, ita dicere licebit, *Fieri Eccleſiæ Catholicæ* referri & ſpectare ad *Eſſe*: ita vt eius initium & progreſſus ea ſint, quæ ad finem & conſummationem ipſius referantur: quæ quidem, quia ſunt varia (ita poſtulante rerum natura) ita quoque varia ſunt externa inſtrumenta, & efficientia media, per quæ Eccleſia ad ſuam illam perfectionem adducitur, pro varia temporum, aliarúmque circumſtantiarum ratione. Porrò, quænam ſint illa externa, cùm ex aliis Scripturæ locis, tum (quia Turrianus agit tantùm de Eccleſia noui Teſtamenti) ex his potiſſimùm intelligi poteſt: *Chriſtus dedit alios Apoſtolos, alios verò Prophetas, alios autem Euangeliſtas, alios Paſtores & Doctores, ad conſummationem Sanctorum, ad opus miniſterij, ad ædificationem corporis Chriſti, &c.* Item: *Alios quidem conſtituit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, deinde Prophetas, tertiò Doctores, deinde poteſtates, deinde dona ſanationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, &c.* quæ nomnia non abſurdè fortaſſe nomine Miniſterij Eccleſiaſtici ſignificari poſſint.

Ephes.4.

1.Cor.12.

Tertiò videndum eſt, *an illa externa media nempe quæ ad Miniſterium Eccleſiaſticũ pertinent, neceſſe ſit ſemper eadẽ eſſe & permanere in Eccleſia*. Cuius rei definitio eluceſcit ex iis quæ antè à nobis tractata ſunt. Cùm enim initium Eccleſiæ ab eius progreſſu, multis ac variis circumſtantiis differat, nihil mirum ſi alia fuerit ratio Miniſterij Eccleſiaſtici in Eccleſiæ primordiis quàm in progreſſu. Atque vt taceamus de Eccleſia quę fuit temporibus veteris Teſtamenti (quàm primum oraculis, deinde lege ſcripta Deus inſtituit, adhibitis Sacerdotibus Leuiticis ordinariis, & quoties ita viſum eſt, Prophetis etiam prȩter ordinem excitatis) certè nemo non videt in primordiis Eccleſię Chriſtianę aliam rationem Miniſterij Eccleſiaſtici extitiſſe, quàm antea, cùm nimirum tunc ipſa rei circumſtantia ſingularem quandam Miniſterij ratioem poſtularit. Eò pertinet quòd Chriſtus ipſe doctrinam Euangelij propoſuit, & duodecim Apoſtolos elegit, quos & immediatè ab ſe vocatos, & extraordinariis ſancti Spiritus donis inſtructos ac munitos per vniuerſum terrarum obrem miſit, Euangelicam doctrinam promulgaturos. Prima igitur illa forma Miniſterij Euangelici omnino decuit prima Euangelicæ Prędicationis fũdamenta. Huc refero quę Paulus dixit de Apoſtolis, Prophetis, Euangeliſtis: itèmq; de miraculorũ donis quę acceſſerant ad primã illã Euãgelij prędicationẽ, vt ea ratione attẽtiores homines redderẽt, & ad recipiẽdã Chriſti doctrinã paratiores. Itaq; nõ immeritò Ioan.

ita deſcribit

Apoc. 21. *deſcribit Hieruſalem cœleſtem, vt murus vrbis habeat fundamenta duodecim,*
in quibus ſunt duodecim nomina Apoſtolorum Agni. At quæ ſubijcit Paulus
de Paſtoribus, & Doctoribus, ea ad Eccleſiæ progreſſum pertinere, tum
ordo & circumſtantia verborum Pauli in Epiſt. ad Ephe. tum ipſa experientia
comprobauit. Ita igitur ſtatuamus, *Apoſtolos, Prophetas, Euangeliſtas,*
Paſtores & Doctores referri quidem ad conſummationem Eccleſiæ, ſed vnumquemq;
pro ratione temporum & ordinis ædificationis Eccleſiæ.
Ac proinde non neceſſe eſſe, vt ſemper fuerint & ſint Apoſtoli, Prophetæ,
& Euangeliſtæ, quia non ſemper fundatur Eccleſia, neque ſemper
ſubſiſtit in ſuis initiis. Quocirca videmus ipſa miracula, cuiuſmodi fuit
Prophetiæ & linguarum donum, atque alia eiuſmodi, iampridem in
De ciuit. D. l. 22. c. 8. Eccleſia deſiiſſe. Nam (inquit Auguſtinus) *Quiſquis adhuc prodigia, vt*
credat, inquirit, magnum eſt ipſe prodigium, qui mundo credente, non credit. Itaq;
conſtitutis iam Eccleſiis, Apoſtoli præfecerunt Paſtores, quos vt
plurimum Epiſcopos vel Presbyteros appellarunt, in quorum etiam numerum
pleriq; ex veteribus Doctores eos retulerunt, quorum mentionem
fecit Apoſtolus. Neq; ſanè vſquam legimus Apoſtolos elegiſſe alios,
aut in poſterum eligendos præcepiſſe (obſtabat n. & certus ac præfinitus
Apoſtolorum numerus, & eorum immediata vocatio, cum aliis
1. Tim. 3. propriis attributis Apoſtolatus, de quibus alio in loco loquuti ſumus)
Tit. 1. ſed quoties ordinarium Eccleſiæ miniſterium inſtituerunt, toties Epiſcopos,
1. Pet. 5. 5. Presbyteros, & Diaconos nominarunt, nulla de aliis Apoſtolis
Act. 14. ordinandis mentione facta. Sic Paulus præcepta tradit *de Epiſcopis &*
Diaconis eligendis. Sic Petrus *Presbyteros ad præſtandum officium cohortatur.*
Sic denique *Paulus & Barnabas per ſingulas Eccleſias Presbyteros crearunt.*
Porrò, huius Miniſterij Eccleſiaſtici, ad progreſſum Eccleſiæ pertinentis,
non vnus ſemper fuit, vel erit ſtatus: quod & Apoſtoli prædixerunt,
& ipſa tandem experientia nimis teſtata eſt. Huc illa referenda ſunt:
Erit tempus, cùm ſanam doctrinam non tolerabunt: ſed auribus prurientes ipſi ſibi
2. Tim. 4. *pro ſuis cupiditatibus coaceruabunt doctores, & à veritate quidem aures auertent*
ad fabulas verò conuertentur. Item: *Noui poſt diſceſſum meum lupos graues*
2im. 4. *non parcentes gregi, ingreſſuros eſſe in vos, & ex vobiſipſis exorituros, qui*
loquantur peruerſa, vt diſcipulos poſt ſe abſtrahant. Item, *Non adueniet*
2. Theſ. 2. *dies Chriſti, quin venerit defectio priùs, & reuelatus fuerit homo ille ſceleratus,*
filius ille perditionis, ſeſe opponens & efferens aduerſus quicquid dicitur
Deus aut numen: adeò vt in templo Dei tanquam Deus ſedeat, præ ſe ferens
ſe eſſe Deum, & loci conſimiles: qua de re in libello noſtro egimus in locis
Scripturæ ordine 9, & 10. Itaque concludamus, quamuis ſemper vſq;
ad conſummationem ſeculi futuri ſint, qui doctrinam Euangelij doceant,
id tamen non ſemper eodem modo, nec eadem exteriore forma
futurum eſſe. Nam & publicè & priuatim, liberè & ſub cruce, Euangelium
doceri poteſt.

Quartò quærendum eſt, *An rectè dicatur aliquid per ſucceſſionem aut*
vicariam ordinationem idem eſſe aut permanere. Nam hæc eſt arx & turris
Pag. lib. Turriani 272. illa Turriani, in quam omnem Pontificiam gazam conijcit. Sic enim ille
hanc rem explicat, vt *quia Apoſtoli morte impediebantur permanere, idcirco*
permanerent in ſucceſſoribus, atque ita vt Petro Romanus Pontifex, reliquis

Apoſtolis Archiepiſcopi, qui ſunt Epiſcopi maiores, Prophetis Epiſcopi minores, Euangeliſtis Diaconi, Paſtoribus Parrochi, Doctoribus Presbyteri ſuccedant vicaria ordinatione. Agè verò expendamus an hoc loquendi genus implicet contradictionem (vt vulgò dicitur.) *Aliquid idem eſſe & manere per ſucceſſionem, aut vicariam ordinationem*. Atque id certè deprehendent vel ij, qui vix dum procul ipſam artem diſſerendi ſalutarunt. Quid enim aliud ſucceſſio ſignificat, quàm eum non eſſe amplius, cui ſucceditur? Ecquis porrò ſenſus eſt *vicariæ ordinationis*, niſi aliquem ordinatum eſſe in locum & vicem alterius? Quare, qui dicit Petrum in Pontifice Romano ſucceſſore eſſe & manere: & Apoſtolos in Epiſcopis ſucceſſoribus, & profectò dicit aliquid ſimul abeſſe & adeſſe. Nam ſi ſucceditur Apoſtolis, abſunt igitur Apoſtoli: ſi Apoſtoli hic ſunt & manent, non igitur Apoſtolis ſucceditur. Ineptum igitur hoc eſt, & ſecum pugnans loquendi genus (niſi hyperbolicè intelligatur) Apoſtolos eſſe & manere in Eccleſia, quæ verſatur in terris. Addo, neque hoc ferendum eſſe, ſiquis dicat Paſtores & Doctores eos, qui primi fuerunt ab Apoſtolis inſtituti, eſſe in Paſtoribus & doctoribus qui nunc ſunt: ſed ita dicendum potius ipſum Miniſterium eſſe, hoc eſt, eum ordinem, quem Apoſtoli inſtituerunt. Neque iuuat Turrianum ineptè de Relatis ſentientem Sophiſticus ille laqueus quem toties reponit: ſi eſt Miniſterium, eſt igitur qui miniſtrat. Nam intelligo non huius vel illius, ſed publicum Eccleſiæ Miniſterium, qua de re plura ſuo loco dicemus. Ex quo intelligi poteſt, ſiquidem vera eſſet Turriani ſententia, eam ita enunciandam eſſe. Apoſtolatum in Eccleſia eſſe & manere exercendum ab hominibus vicaria ordinatione in ipſo Apoſtolatu ſuccedentibus. Dicet fortaſſe Turrianus ſe id omnino velle, atq; intelligere: ſed ſi ita eſt, rurſum ſequitur falſum eſſe quod affirmat, Epiſcopos ſiue maiores ſiue minores, Apoſtolis ſuccedere. Ita enim dicendum eſſet, ſequentes Apoſtolos prioribus Apoſtolis ſuccedere, vt Paſtores Paſtoribus, ſiue Epiſcopi Epiſcopis, vel Presbyteri Presbyteris ſuccedere dicuntur nomine non mutato. Atqui nemo vnquā ex Pontificiis eò impudentiæ prorupit, ac ne Turrianus quidem (quanquā impudentiſſimus) vt diceret Apoſtolos Apoſtolis ſuccedere: ſed Apoſtolorum dicunt Epiſcopos eſſe ſucceſſores: quod ferendum eſt, quatenus veri Epiſcopi vel presbyteri Euangelicam doctrinā ab Apoſtolis annunciatam ita, vt decet, annunciant (quod certè ad Pontificios Epiſcopos non pertinet) nec tamen propterea Apoſtolis in Apoſtolico munere ſuccedunt. Totam igitur quæſtionem abſoluamus hac ratione concluſionis:

Si *Apoſtoli non poſſunt eſſe, & manere in Eccleſia; quin ſit & maneat Apoſtolatus: & qui Epiſcopatum exercent non exercent Apoſtolatum (differt enim Apoſtolatus propriè ſumptus, ab Epiſcopatu, vt patet ex his verbis Apoſtoli differentis de ordinariis Eccleſiæ Paſtoribus, Siquis Epiſcopatum deſiderat, inquit, 1.Tim.3.) Certè cùm Epiſcopi Apoſtolatum non exerceant: ſequitur Apoſtolatum per Epiſcoporum ſucceſſionem in Eccleſia eſſe & manere non poſſe.* Quamobrem cum Turrianus nobis proponat eoſdem ſimul abeſſe & manere, duodecim Apoſtolos in Epiſcopis innumerabilibus, æquales in maioribus & minoribus, optemus iſti viro mentis ſanitatem: qui, vt alios falleret, ipſe ſibi vanis ac propè febrilibus ſomniis illud paſſus eſt.

Reſtant ea, quæ de Petro Turrianus affirmat ex tribus Scripturæ locis deprauatis, vt infrà copioſius dicendum erit. Ea ſunt huiuſmodi, *Super Petrum perpetuò ædificandam Eccleſiam: Petro ſingulariter datas eſſe claues regni cælorum:* Denique, *Petrum ſingulariter iuſſum eſſe Paſcere oues Chriſti.* Hic non diſputo de vera locorum expoſitione. Nam id à nobis fiet ſuo loco, & *hic oſtendenda ſunt potiùs, quàm imprimenda vulnera* (vt illud Tertullianicum vſurpemus) ſed tantùm quæro, quænam vis & quis ſenſus eſſe poſſit verborum Turriani: iſta, inquam, loquendi genera nunc diſcutio: vt ita pateat, ea quæ Turrianus dicit, ſtare non poſſe, quippe non cum verbo Dei tantùm, ſed ſecum ipſa etiam pugnantia. *Ait* igitur *in Petro Eccleſiam eſſe perpetuò ædificandam*, quod ego contendo falſum eſſe, non modò quia impium, & à verbo Dei alienum eſt, adeoq; Chriſtum ſpoliat ſua gloria, & Eccleſiæ ſalutem labefactat (quę quidem omnia nondum vrgeo) ſed etiam quod per ſe ſtare non poſſit: & ſit ab ipſa etiam humana ratione alienum: atque ita omnes videant Turrianum, gigantum more, cum Deo & cum Natura ipſa bellum gerere voluiſſe. Nec propterea hoc diſputandi modo admitto, quæ dicit Turrianus (quemadmodum ille ſibi falſò perſuadet) ſed varios eius errores excutio & patefacio: quia vt veritas habet τὸ ἁπλοῦν: ita mendacium habet τὸ ποικίλον: quæ omnia in accuratam diſputationẽ venire debent. Quamobrem ita Turrianus exiſtimet, eum, qui falſa refellit, falſa non probare, & qui varios errores redarguit, nulli ex illis erroribus aſſentiri. At, vt id quod nobis propoſitum eſt, expediamus,

2 *Si ſuper Petrum ædificatur Eccleſia: Petrus eſt igitur Eccleſiæ fundamentum.* Et rurſum, *Si fundamentum eſt, per ſe igitur maneat neceſſe eſt: alioqui fundamentum non eſt fundamentum: differt enim ædificatio à fundamento, quia hoc vbi ſemel iactum eſt ſuo loco, ipſum per ſe manet: illa autem continuatur vſque dum ad faſtigium peruentum ſit, ac tum ceſſat ædificatio, hoc eſt, actio ædificandi, cùm ipſum ædificium perfectum eſt. Quare continuatio in fundamento non eſt, ſed in ædificatione ipſa, alioqui ſequeretur totum ædificium eſſe fundamentum: & hæc eſt natura corporis continui, in quo partes omnes continuantur & cohærent, non autem vna pars, nempè hæc vel illa: quæ ſi continuaretur, certè pars illa totum eſſet: quo nihil vnquam dici vel cogitari poteſt ineptius.* Ex quo fit, vt, ſi Petrus eſt fundamentum, Petrus igitur per ſe maneat: quod ſi verò Petrus per ſe non maneat, non ſit igitur Petrus fundamentum. Nam vt aliæ partes ædificij manent in fundamento, quo nituntur, ita fundamentum per ſe manet, aut conſtituendum erit fundamenti fundamentum. Quamobrem quum Turrianus toties inculcat, *Eccleſiam perpetuò ædificandam ſuper Petrum*, ſe ipſe non audit, neque poteſt percipere hinc non ſequi Pontificium principatum. Aliud eſt enim Eccleſiam perpetuò ædificari, aliud perpetuò fundari: quod poſtremum, ſi verum eſſet, Petrus igitur ſolus eſſet tota Eccleſia, quia totum ædificium nihil aliud eſſet quàm fundamentum, quod vel ipſa cogitatio reſpuit. Iam quod addit Turrianus, *Petrum eſſe & manere in ſucceſſoribus vicaria ordinatione conſtitutis*, exigit planè Petrum eſſe fundamentũ, quod quidem eſſe non poteſt, niſi per ſe maneat, vt diximus. Quòd ſi maneat Petrus per vicariam or-

dinationem,

dinationẽ, ergo non iam ipſe Petrus, ſed vicaria ordinatio erit Eccleſiæ fundamentũ. Erit enim fundamẽtũ Petri, quia per eam manet Petrus; At ipſa ſucceſſionis & vicariæ ordinationis vocabula manifeſtò pugnãt cum natura fundamenti, quod in perpetuo fluxu & mutatione eſſe non poteſt, ſine qua tamen non eſt ſucceſſio nec vicaria ordinatio. Ecce igitur quàm præclarè de Eccleſia meritus ſit Turrianus, quam facit putris alicuius ædificij ſimillimam, cuius fundamentum decimo quoque anno aut minore etiam temporis ſpatio ſit renouãdum, nempe quoties mortuo Pontifice Romano, Cardinales iſtius fundamenti fabricatores alium Pontificẽ ſubſtituunt paulò pòſt etiam (quẽadmodũ illi & volũt & ſperant) interiturum: atq; ita de ſolo eiuſmodi fundamẽto cogitant, de reliqua ædificatione parùm ſoliciti. Atque hæc de Turriani verbis ineptis, pugnantibus, *[illegible]*, quibus tamen conatus eſt præbere ſe mirificum quendam, non Eccleſiæ Dei, ſed Pontificiæ Tyrannidis, hoc eſt, Babylonicæ turris, architectum.

Sequitur aliud loquendi genus, quo dicit *Petro ſingulariter datas eſſe claues, & Petrũ ſingulariter iuſſũ eſſe paſcere oues Chriſti.* In quib. nunc tantùm expendo vocabulũ (*ſingulariter*) vt videamus quàm ex eo aptè ratiocinetur. Id alicui *ſingulariter* tribui dicitur, quod illi ipſi vni, & eidem numero, ac proinde ſoli tribuitur: id verò *vniuerſaliter* attribui dicitur, quod omnib. eiuſdẽ generis aut ſpeciei conuenit. Nã ſingularia opponi vniuerſalibus non potuit Turrianus ignorare, qui in cãpo illo Philoſophico toties exultat. At quum ego verba Chriſti apud Matthæum & Ioannẽ cõſidero, video quidẽ Petrũ nominatim cõpellari: ſed ſimul facilè intelligo aliud eſſe nominatim cõpellare, aliud eidẽ aliquid *ſingulariter* tribuere. Quę dũ Turrianus confundit, nę ille mihi non minus videtur indoctus, tũ Grãmaticus, tũ Dialecticus, quàm paulò antè viſus eſt imperitus architectus. Porrò, quod longè grauius eſt, ita loquitur magnus iſte diſputator, vt ſi illi credas, iam non ſit ei amplius credendũ. Nam ſi verũ eſt, *Petro ſingulariter datas eſſe claues,* aut, *Petrũ ſingulariter iuſſum eſſe paſcere oues Chriſti,* ſequitur falſũ eſſe quod affirmat Turrianus, Romanis Pontificibus datas eſſe claues, & eos iuberi paſcere oues Chriſti: quandoquidẽ Petrus nõ eſt idẽ numero cum Pontificibus. Chriſtus autẽ ſingulariter dedit Petro (inquit Turrianus) nõ igitur etiã dedit Petri ſucceſſoribus, quia tunc dediſſet Petro cõmuniter cũ ſucceſſoribus. At *ſingulariter* dedit Petro, ita affirmãte atq; adeò cẽties repetẽte Turriano: quare centies quoq; ex eodem Turriano concludã, nihil hic eſſe quod ad Petri ſucceſſores pertineat. Nec.n. eum iuuat toties decãtata *ſucceſſio & vicaria ordinatio*, quæ locũ non habet in ijs quæ ſunt eadẽ numero, quę quidẽ nullã ſucceſſionẽ vel vicariam ordinationẽ agnoſcunt. Poſita enim ſucceſſione, idẽ numero tollatur neceſſe eſt. Quod autẽ *ſingulariter* tribuitur, id ſoli & eidẽ numero tribuitur, quia nec vniuerſaliter aut pluraliter tribuitur. Ex quo efficitur, *Si Petro & Petri ſucceſſorib. datæ ſunt claues regni cœlorũ, Petro ſingulariter nõ eſſe datas: et ſi Petrus & Petri ſucceſſores iuſſi ſũt paſcere oues Chriſti, Petrũ ſingulariter nõ eſſe iuſſũ.* Hoc.n. loquẽdi genus Petrus & Petri ſucceſſores collectionẽ ſignificat, quę pugnat cũ eo, quod dicitur ſingulare. Sed quia quę perſpicua ſũt lõga eſſe non debent (inquit ille) iam hæc quæſtio ad exitum perducta ſit. Atque ex iis, quæ antè à nobis excuſſa & explicata ſunt, tertium Syllogiſmum Turrianicum hoc modo diſſoluimus.

Tertij Syllogiſmi errores.

Maior propoſitio fallax eſt. Primum eſt homonymia in vocabulo *Finis*: ita enim proponitur, vt ſi de cauſa finali ageret, cùm tamen agat de perfectione, quę eſt rei perficiendæ finis, & vltimus terminus, vt dictum eſt. Deinde verbum *eſſe* inſidiis non caret. Nam quanuis ſemper ſint quę ad finem referantur, tamen non neceſſe eſt illa ipſa eſſe atque eadem permanere *In fieri*, quod vult Turrianus, quocunque modo vocabulum finis accipiat.

Minor propoſitio ita intelligenda eſt: Sanctorum conſummationem nouiſſimo die futuram, illum finem eſſe, hoc eſt, eam perfectionem, ad quam initia & progreſſus Eccleſiæ tendunt. Sed Turrianus conſummationem Sanctorum concludit in hac vita, atque ita iuxta ſenſum eius minor illa propoſitio eſt plane abſurda. Itaque nullam vim habet ipſa complexio, quę multos etiam alios errores admittit. Primus error, quòd plura concludat, quam præmiſſę contineant. Secundus error, quòd non rectè aſſignet ea quæ ad perfectionem Eccleſiæ referuntur. Nec enim proponit initia & progreſſus ædificationis Eccleſiæ quę ſunt *In fieri*. Tertius error, quòd locum Pauli ad Epheſios deprauans exiſtimet illum ordinem, cuius meminit Paulus, debere eſſe in Eccleſia perpetuum. Quartus error, quòd à Petro ad Pontifices Romanos, & ab Apoſtolis ad Epiſcopos digrediens, ſomniet Petrum in Pontifice Romano, & Apoſtolos in Epiſcopis perpetuò eſſe & manere: nempe, quos ſimili ſomnio illis ſucceſſores aſſignauit. Quintus error: quòd illa ipſa loquendi genera à Turriano vſurpata, contradictionem implicent, dum ſimul ponunt & tollunt ſucceſſionem atque vicariam ordinationem, quemadmodum ſuis quęque locis à nobis notata ſunt. Quæ cùm ita ſint, diſſolutis tribus Syllogiſmis, ac proinde euerſa Turriani ſententia, quæ tota in illis Syllogiſmis continetur: nos viciſſim tres Syllogiſmos veros & certos, atque omni Turrianica exceptione maiores, tribus illis ſuperioribus opponimus.

1 *Nullum accidens Eccleſiæ quod ad exteriorem formam & ordinem & ad aliquod tempus neceſſarium pertinet, debet perpetuò permanere.*

Hæc diſpoſitio Eccleſiæ, vt Eccleſia Chriſtiana initio haberet Apoſtolos ipſius Chriſtianæ Eccleſiæ fundatores, fuit accidens Eccleſiæ, ad exteriorem formam & ordinem ad aliquod tempus neceſſarium pertinens. Quare, eiuſmodi diſpoſitio Eccleſiæ non debet perpetuò manere.

2 *Nullum corpus quod nunc ſolis mentis oculis cernitur ac fide creditur, & habet caput in cælis, poteſt habere caput viſibile in terris.*

Eccleſia Catholica eſt corpus, quod nunc ſolis mentis oculis cernitur ac fide creditur, & habet caput in cælis. Quare, Eccleſia Catholica non poteſt habere caput viſibile in terris.

3 *Nihil quod ad initia Eccleſiæ Chriſtianæ propriè ſpectauit, debet manere in Eccleſia Chriſtiana vſque ad ipſius conſummationem, nec per ſe, nec per ſucceſſionem, aut vicariam ordinationem.*

Apoſtoli, Prophetæ, & Euangeliſtæ, de quibus Paulus locutus eſt, ad initia

Eccleſiæ Chriſtianæ propriè ſpectamus. Quare Apoſtoli, Prophetæ & Euangeliſtæ, de quibus Paulus locutus eſt, non debent manere in Eccleſia uſque ad ipſius conſummationem, nec per ſe, nec per ſucceſſionem aut vicariam ordinationem.

Hi tres Syllogiſmi ſunt veriſſimi, & nituntur certiſſimis Theologiæ principiis: quorum contrarium cùm tribus ſuperioribus Syllogiſmis contineatur, quibus Turriani ſententia expreſſa eſt: ſequitur tres illos ſuperiores Syllogiſmos falſos eſſe & theologia indignos.

Sed vt ea, quę tanquam in typo diximus, faciliùs ab omnibus intelligi poſſint, iam ſingulas Turriani tum reſponſiones, tum obiectiones, ipſius Turriani verbis (quoad eius fieri potuit) expreſſas, diligenter expendamus.

LOCVS PRIMVS MATTH. XVIII.

DIc Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, &c. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

24

Sophiſma Turriani.

Pagina 10. libri Turriani.

Eccleſia eſt cœtus & congregatio fidelium, qui in nomine Domini congregati ſunt: illi verò demum in nomine Domini congregantur, qui ab Epiſcopo ſuo congregantur, atque ita vt Eccleſiæ, quæ vna Catholica eſt, & Præpoſito eius, nempe Pontifici Romano adhæreant. Quod cùm de proteſtantium Eccleſiis dici non poſſit, efficitur, eas non eſſe veras Eccleſias, & ordinationes, quæ in illis fiunt, non eſſe Eccleſiaſticas.

Solutio ſuperioris Sophiſmatis.

Fundamentum diſputationis.

Eccleſiæ definitio à Turr. propoſita.

Homonymia vocabuli Eccleſiæ.

HOc Argumentum Turriani, ductum ab Eccleſiæ Definitione, primo loco recenſui, vt ita verum huiuſce diſputationis fundamentum ſubſterni poſſit. Definit autem Eccleſiam, fidelium cœtum & congregationem, factam ab Epiſcopo ſub vno viſibili capite, nempe Pontifice Romano: ex quo infert, noſtras Eccleſias, cùm eo modo non ſint congregatæ, non eſſe veras Eccleſias. Reſpondeo, vocabulorum homonymiam eſſe remouendam, priuſquam illa rectè definiri poſſint. Itaque nomen *Eccleſiæ* (quatenus quidem huic diſputationi conuenit) à ſacris ſcriptoribus variè ſolet vſurpari. Primùm enim ſignificat congregationem electorum Dei, vt 1. *Timoth.* 3. *Eccleſia eſt Domus Dei, columna, & ſtabilimentum veritatis. Epheſ.* 5. *Eccleſiam non habentem maculam aut rugam.* Et paulò pòſt, *Myſterium hoc magnum eſt, de Chriſto & de Eccleſia. Et* 1. *cap. Eccleſia eſt corpus Chriſti, complementum eius qui omnia implet in omnibus*: & ſi qui ſunt loci conſimiles. Deinde, *Eccleſiæ* nomen tribuitur ſingulis & particularibus Eccleſiis, in quibus ordo Eccleſiaſticus ex Dei verbo inſtitutus eſt: cuiuſmodi fuit *Eccleſia Corinthiorum, Epheſiorum, Theſſalonicenſium, &c.* quibus ſingulis tribuit nomen Eccleſiæ Paulus. Atque ita, poſcente loquendi vſu, nomen Eccleſiæ indefinitè

Homonymia vocabuli Fidelis.

Homonymia vocabuli congregationis.

indefinitè vſurpatum, ſignificat vnamquamque ex Eccleſiis particularibus, vt 1. Corinth. 10. *Eſtote ſine ſcandalo Iudæis & Græcis, & Eccleſiæ Dei.* Hæc de nomine Eccleſiæ. Rurſus dictio *fidelis*, homonymos dicitur. Nunc enim conuenit ſolis electis: vt 1. Tim. 4. Nunc iis omnibus, qui Religionem Chriſtianam profitentur, vt 1. Corinth. 7. &c. Poſtremò *Congregationis* vocabulum habet etiam *Homonymiam*, quandoquidem modò ipſos congregatos, modò actionem congregantis ſignificat.

Definitio à Turriano propoſita diſcutitur.

Eccleſia.

Ita igitur diſcuſſis *Homonymiis*, quæro ex te, Turriano, quam *Eccleſiam* hoc in loco definias: electorumne? At loqueris de *Eccleſia ab Epiſcopis, Apoſtolorum ſucceſſoribus, & ab ipſis Apoſtolis Congregata.* Conſtat autem Apoſtolos non ſolos electos congregaſſe, ſed ſimul etiam multos hypocritas, qui ad electionem Dei non pertinebant. Nam Apoſtolica prædicatio ſimilis fuit ſagenæ iactæ in mare, & quæ ex omni genere congregauit, vt conſtat ex Chriſti verbis. Matth. 13. Ergo non definis Eccleſiam electorum, alioqui definitio erit latior definito, quod vetant eæ regulæ, in quarum cognitione & vſu videri cupis inprimis verſatus, qui in tertio quoque verbo Proteſtantes in arenam diſputationis prouocas. Quid ergo? aliquámne particularem Eccleſiam definis? id verò negas, cùm indefinitè loquaris. Reſtat igitur vt eam definitionem proponere volueris, quæ vnicuique ex particularibus Eccleſiis conueniat. Hoc igitur primùm requiro in tua definitione, quod non addideris, te de viſibili Eccleſia loqui, vt omnis Homonymia tolleretur. Tu verò (vt ex ſerie huius diſputationis patebit) data opera ita loquutus es, vt quoties ea quæ ſunt Electorum Eccleſiæ propria, *cum Eccleſiam viſibilem conſideres*, facilius poſſes ſub velo Homo. latêre.

Fidelium.

Eccleſia non fuit ante Propheticam doctrinam, pa. 1.

Congregatio.

Exponitur locus Matt. 18.

Ais præterea *hanc congregationem eſſe fidelium*, quæ dictio non minus etiam fuit explicanda. Iam enim ſupra confecimus in definitione Eccleſiæ viſibilis, *fideles* intelligi, non ſolos electos, ſed eos omnes qui veram religionem profitentur. At vera religio poſtulat puritatem doctrinæ, ſinceram Sacramentorum adminiſtrationem, rectam inuocationem nominis Dei, & cætera eiuſmodi, quæ ſunt ad veram religionem conſtituendam neceſſaria. Ex quo efficitur iis omnibus deficientibus, non poſſe dici Eccleſiam: quia eiuſmodi congregatio non erit fidelium congregatio, id eſt, eorum qui profitentur veram religionem, vt diximus. Ita facilè concludimus falſum eſſe quod initiò dixiſti, Eccleſiam fuiſſe ante propheticam & Apoſtolicam doctrinam, id eſt, ante verbum Dei ab hominibus receptum. Nam ſi Eccleſia eſt congregatio fidelium, & fideles dici non poſſunt abſque fide, neque fides poteſt abſque verbo Dei conſiſtere, conſequitur verbum Dei eſſe prius Eccleſia. Quòd ſi ad leges rectè diſputandi reſpexiſſes, vidiſſes Eccleſiam referri ad verbum Dei, tanquam *menſuratum ad menſuram*: hoc autem eſſe prius illo. Sequitur porrò in tua definitione, *fideles eſſe in Chriſti nomine congregandos*, ex hoc Matthæi loco cap. 18. *Si duo ex vobis conſenſerint, &c. Et 1. Cor. 5 vobis & meo Spiritu congregatis.* Verùm Chriſtus illic loquitur de ipſa cùm animorum, tùm corporum coniunctione, ac præſertim de cœtu Eccleſiaſtico, cuius fructum promittit fore præſtantiſſimum. Sed cùm Eccleſiaſtici cœtus non ſemper ac iugiter habeantur (non enim id patitur humanæ infirmitatis ratio) quæro num propterea Eccleſia, id eſt, fidelium congregatio eſſe deſinat? minimè ſanè. video igitur te perperam fidelium congregationem, id eſt, cœtum, & actum ipſum congregationis reſtringere, *habitum* cum *actu* confundentem: atque ita longè reſilire à ſuſcepta Eccleſiæ definitione. Illic enim Chriſtus proponit, non, Quid faciat Eccleſiam: ſed, Quid ipſa Eccleſia faciat, quando in ipſius nomine congregetur ad offerendas preces, & ad exercendam Eccleſiæ diſciplinam. Quare tua hæc fallacia in congregationis vocabulo latitans, fuit nobis digito commonſtranda, ne cuiquam imponat.

Poſtremò dicis, *eos demum congregari in nomine Chriſti, quos Epiſcopus congregauerit: atque ita, eos Eccleſiæ, quæ vna Catholica eſt, & Epiſcopo eius adhæreant, horùmque eſſe & dici Eccleſiam.* Atqui, Turriane, hic eſt error in definiendo longè maximus, petere veram definitionem ex rebus externis, vt ab inſtrumentali cauſa, nempe ab Epiſcopis Eccleſiam congregantibus, non autem ab ipſa rei definitæ ſubſtantia. Interim tam ſecurè illud pronuntias, quàm ſi expreſſum aliquem Scripturæ locum totidem verbis recitares: hoc tamen præpoſterè dicitur, eos congregari in Chriſti nomine, qui ab Epiſcopo congregantur, cùm ita potiùs dicendum ſit, eos demum ritè & legitimè ab Epiſcopis, id eſt, ab Eccleſiæ Miniſtris congregari, qui in nomine Chriſti congregantur: vt quod minus dignum eſt, à digniore: & inſtrumentum ab artifice pendeat. Sed iam audiamus locum Matthæi quem citaſti cap. 18. *Quæcunque ligaueritis ſuper terra erunt ligata in cœlo, &c. Quibus dedit Chriſtus poteſtatem eijciendi ex Eccleſia, inquis, eiſdem dedit quoque poteſtatem congregandi Eccleſiam, vt ratio conſequentiæ poſtulat.* Reſpondeo, primùm hoc ineptum eſſe, initia Eccleſiæ quærere in doctrina Excommunicationis, quæ cùm demum locum habet, cùm Eccleſia iam conſtat ſuis omnibus partibus. Verùm de iſtis Chriſti verbis, & de tota hac quæſtione fortaſsis alias. Nunc tantùm hoc dico, te perperam omittere eam contradictionem quæ eſt in contextu, nempe ligandi & ſoluendi, & aliam in hoc [illegible] verbum. Ita igitur argumentum de Chriſti verbis nectendum eſt. *Ad quorum officium pertinet excommunicare, ad eos etiam pertinet reconciliandi ac recipiendi excommunicatos poſt reſipiſcentiam.* Quorſum autem hoc ad hanc noſtram diſputationem? Ipſum certè meridiem obſcuras tuis tenebris. Nemo enim negat Eccleſiam Chriſtianam fuiſſe primùm ab Apoſtolis congregandam: quamuis id non ſequatur ex tuo argumento, ſed ex his verbis, *Ite prædicate, Mat. 28.* Cùm autem dicis *Eccleſiam eſſe quoque ab Epiſcopo* congregandam, quæro ecquonam pacto Epiſcopus congreget Eccleſiam? ſi munus Epiſcopi hoc loquendi genere comprehendis, non ſatis propriè loqueris: quandoquidem Epiſcopi munus eſt, non tam congregare Eccleſiam, quàm eam congregatam alere, fouere, confirmare, & ea omnia præſtare quæ recenſet Apoſtolus in Epiſtolis ad Timotheum, & ad Titum. Verùm maluiſti ita loqui, nempe vt inſidias ſtrueres in illo *congregandi* vocabulo: quas vt detegamus, nobis explica quid ſibi velis, cùm ais Eccleſiam congregari ab Epiſcopo. An id fieri cùm primùm illic conſtituitur Ec-

Quos Epiſcopus congregauerit. pag. 10.

Error Turriani in Eccleſiæ definitione.

Argumentatio Turriani ex Matt. loco diſcutitur Pag. 11.

cleſia, vbi non erat: verùm id pugnat cum locis à te citatis: nam Chriſtus loquitur de ordinariis Eccleſiæ cœtibus, vt antè dictum eſt: & de Pauli verbis 1. Cor. 5. nulla eſt, ne ipſis quidem ſophiſtis, dubitandi locus: alloquitur enim Corinth. inter quos [illegible] Eccleſia iampridem fuerat inſtituta. Quanquam tantum abeſt vt Epiſcopi dicantur propriè Eccleſias congregaſſe, vt eos potius dicat Paulus *in ipſis Eccleſiis conſtitutos.* Act. 20. *Attendite,* inquit, *gregem, in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit Epiſcopos ad paſcendam Eccleſiam Dei* (non autem, ad congregandam) Itaque ſanè leuis eſt error in Theologia, non diſtinguere inter Apoſtolos & Ordinarios Eccleſiæ Paſtores, vt patet Epheſ. 4. Quòd ſi hoc congregandi vocabulo, quanquam impropriè, ea tamen omnia intelligis, quæ ad munus Epiſcopi pertinent, ergo deueniendum eſt ad puram Euangelij prædicationem & adminiſtrationem Sacramentorum (vt ſuprà dicebamus) quæ omnia officio Epiſcopi continentur. Ita igitur aduerſus Turrianum ex ipſius fundamento concludamus.

Apoſtoli & eorum ſucceſſores Eccleſiam congregarunt & congregant in Chriſti nomine, & hoc eſt illud [illegible] Pontifex Romanus, & quotquot ex eius [illegible] Epiſcopi, non modò non congregant Eccleſiam in Chriſti nomine, ſed eam [illegible] & à Chriſto [illegible], verùm ſibi ſuiſque commentis addicunt. Ergo Pontifex Romanus, & eius Epiſcopi non ſunt Apoſtolorum ſucceſſores, & Eccleſia ab iis congregata, non eſt vera Eccleſia, ſed potius in eos quadrat quod ait Chriſtus Matth. 12. Qui non congregat mecum, ſpargit. Ex his quoque ſequitur ſophiſtam Turrianum non leuiter errare, cùm in initio libri ſui dixit *Eccleſiam non prius fuiſſe, quàm Aaron Pontifex factus eſſet, nec [illegible] prius appellatam Eccleſiam, quàm cap. 8. Leuitici.* Nec enim [illegible] hæret in Græco vocabulo, ſed venit ad autographum Hebræum: vbi ſi animaduertiſſet vocabula [ghedah kahal] (quæ Græci per nomē *Eccleſiæ* interpretati ſunt) longè antea fuiſſe vſurpata, vt Exod. 12. 16. 17. &c. Quæ quidem vocabula ponuntur etiam in eo loco Leuitici quē citauit, [illegible] Turrianus è portu ſoluere, in ipſo portu [illegible] videmus. Sic enim pugnat & cum ipſo Hebraico contextu, & cum doctiſſimis quibuſque, qui [illegible] ætates Eccleſiæ deſcribunt, ſolent ab Adamo incipere, vt fecit Auguſtinus quæſt. ſuper Iudic. 49. ne dicam etiam perperam ipſam Eccleſiæ ſubſtantiam, cum eius exteriore forma, fuiſſe hoc pacto à Turriano confuſam.

Pag. 2.
An Eccleſia dicta ſit ante Aaronem ſummum Pontif.

Supereſt in tua definitione limitatio, ſine qua negas vllam Eccleſiam eſſe poſſe: *[illegible] ita congregantur,* inquis, *vt Eccleſiæ, quæ vna Catholica eſt, & [illegible] vnius adhæreant.* Hic mentionem facis veſtræ *Eccleſiæ Catholicæ, & Propoſiti eius. Atqui Eccleſiæ Catholicæ* nomine intelligimus inuiſibilem illum electorum [illegible] cuius caput eſt Chriſtus, & [illegible] ſumus certiſſimis Scripturæ teſtimoniis, Coloſſ. 1. Epheſ. 1. & 5. &c. Et, ſi quidem propriè loqui volumus, tunc demum abſoluta & perfecta erit *Eccleſia Catholica,* cum Chriſtus veniet viuos & mortuos iudicaturus. Tu verò contra Scripturam intelligis *totum aliquod corpus viſibile, ex omnibus Eccleſiis viſibilibus conflatum, cuius caput ſit Petrus in ſucceſſore ſuo, id eſt, Pontifice Romano.* Atqui etiam Turriane, non iam no-

Limitatio Turriani.

Quid intelligendum nómine Eccleſiæ Catholicæ.

biſcum, ſed cum ipſa rerum natura diſputas. Nam omnium particularium & viſibilium Eccleſiarum viſibilem congregationem eſſe vnquam, vel fuiſſe, vel in hac vita eſſe poſſe, ne fando quidem, auditum eſt. *Definis Eccleſiam fidelium congregationem*: itaque ſi ſtas tuæ definitioni, non poterit eſſe Eccleſia viſibilis, quin congregatio quoque ſit viſibilis: nec Eccleſia Catholica viſibilis Eccleſia, quin eius congregatio ſit etiam viſibilis. Dices omnes particulares Eccleſias eſſe viſibiles, atque inde ſequi viſibilem quoque eſſe illam vnam Eccleſiam Catholicam, quæ ex omnibus conflatur. Ego verò libenter hoc à te percontari velim, egregie diſputator, ex qua tandem vel Philoſophiæ vel Dialectices penu deprompſeris, vniuerſalia aliis, quàm mentis oculis videri poſſe? licet enim particulares omnes Eccleſiæ ſint viſibiles, quoties tamen à nobis reducuntur ad vnam Eccleſiam, propter eandem fidem, eadem Sacramenta, & cætera eiuſmodi, illud vniuerſale non iam oculis, ſed ſola mentis cogitatione percipitur. Atque vt id magis intelligas, cedò, Cur omnes Eccleſias vnam eſſe dicis? nonne quia omnes, ſiquidem ſunt veræ Eccleſiæ, eiuſdem fidei atque Religionis arctiſſimo vinculo continentur? Ergo omnium Eccleſiarum vnitas non magis videri poteſt, quàm fides atque religio. Et realis totius Eccleſiæ catholicæ congregatio viſibilis, in nouiſſimum diem differenda eſt. Itaque cùm Eccleſiæ omnes dicuntur vna Eccleſia, non id fit, quòd vnus quidam cœtus reipſa ex ipſis omnibus Eccleſiis componatur (quòd ne Turrianus quidem vnquam vidit, niſi per ſomnium) ſed vna dicitur, propter vnitatem doctrinæ & religionis. Quo fit, vt dum concludit Catholicam Eccleſiam eſſe viſibilem, quia omnes Eccleſiæ ſunt vna eademque Eccleſia, fallat à cauſa ad non cauſam. Quo magis miror ſophiſtam omnia propemodum ſuæ cauſæ præſidia, in hoc vno ſophiſmate, tanquam in arce munitiſſima, collocaſſe: nempe, *cùm Eccleſia Catholica ſit viſibilis, eam neceſſariò caput viſibile habere, vt caput ſuo corpori reſpondeat*. Hoc autem arripit tanquam clauam Herculeam ad debellanda Eccleſiarum Proteſtantium, & Confeſſioniſtarum (ſic enim loquitur) monſtra πολυκέφαλα. Hinc iſtæ verborum ampullæ, Proteſtantium Doctores omnes fuiſſe à Turriano fractos, reuictos, & ad palinodiam compulſos. Bona verba, Turriane, ac vide ne in te quadret quod ait Dauid *de eo qui efflat in ſuos aduerſarios, tanquam eos ſolo flatu proſtraturus*. Atenim, vt videas nondum nos ad palinodiã redactos eſſe, ita hoc tuum argumentum in tuum caput retorquemus: *Si Pont. Romanus, cùm ſit viſibilis, non poteſt eſſe caput inuiſibilis Eccleſiæ, vt caput corpori reſpondeat: Eccleſia autem Catholica eſt inuiſibilis, quia Catholica: (vt antè demonſtratum eſt) Sequitur Pont. Romanum non poſſe eſſe caput Eccleſiæ Catholicæ.*

Pag. 301.

Epiſt. Nunc. & Pag. 279.

Concluſio.

Ex his igitur omnibus efficitur, definitionem Eccleſiæ à Turriano propoſitam, eſſe (vt Philoſophorum verbis vtar) apparentem quidem, ſed reuera non exiſtentem, id eſt, planè ſophiſticam. Quare ſubſtituamus veram Eccleſiæ viſibilis definitionem, & eam conficiamus, non ex ſola inſtrumentali cauſa (quod fecit Turrianus, dum totus hæſit in Miniſtris Eccleſiam congregantibus) ſed proferamus ea quæ ſunt

Vera definitio Eccleſiæ viſibilis.

eſſentialia Eccleſiæ, nempe doctrinam & Sacramenta, quæ vt anima corpori, ita Eccleſiæ vitam infundunt, & eam conſeruant: vt ita *ipſum eſſe* Eccleſiæ verè exprimatur. *Eccleſia Chriſti viſibilis eſt cœtus hominum Euangelium Chriſti profitentium, in quo per Miniſtros ad hoc vocatos, Euangelij doctrina purè traditur, & Sacramenta ex Dei verbo adminiſtrantur.* Hæc definitio ſimplex eſt, & apertè nititur verbo Dei, quemadmodum ex ſerie totius diſputationis manifeſtum erit. Iam opponamus falſæ Turriani concluſioni veram & demonſtratiuam concluſionem. *Cùm in Eccleſia noſtra ex verbo Dei reformata, & Euangelij doctrina purè traditur, & Sacramenta per Miniſtros ad id vocatos ſyncerè adminiſtrentur: ſequitur ex ſuperiori definitione, noſtram Eccleſiam eſſe Chriſti Eccleſiam: & ex ratione conſequentis, Paſtores noſtros eſſe veros ac legitimos Eccleſiæ Miniſtros.*

RESPONSIO ET OBIECTIONES TVRRIani ad ſuperiorem Antonii Sadeelis Diſputationem.

Eam definitionem proponere volui, quæ vnicuique ex particularibus Eccleſiis conueniat. Cur igitur reprehendis, ſi te homonymia non impediuit quo minus intelligeres cuius Eccleſiæ definitionem proponere voluerim?

1. Pag. 2.

Quum F. Turrianus libros ſuos ſuperiores inſcripſiſſet de Eccleſia: Et in illis definitionem Eccleſiæ propoſuiſſet: ſpem aliquam afferre videbatur, fore, vt qui aduerſus Lipſienſem Academiam ſcriberet, tractationem ſuam inſtitueret ex legibus rectè & accurratè diſſerendi, quę docent res eas, de quibus tractatur, eſſe imprimis definiendas, vt intelligatur id de quo diſputatur. Sed cùm Eccleſiæ vocabulum dicatur multis modis, & definitio ab eo propoſita non videretur librorũ inſcriptioni reſpondere: poſtularâm, vt diſcuſſis homonymiis, nobis explicaret ecquam ille Eccleſiam definierat. Quę quidem poſtulatio quãuis iuſtiſſima, iſti tamen Turr. (cui quæ iuſta ſunt placere non ſolent) adeò diſplicuit, vt hinc facere voluerit ſuæ defenſionis initiũ. Verumenimuerò, Turriane, me quod æquum fuit poſtulaſſe, vel hinc apparet: quòd nę admonitus quidem, Eccleſiam de qua tractas, definieris. Nam cùm & in libris tuis ſuperioribus, & in hac tua cuiuſque Pontificis defenſione, de Eccleſia Catholica tractationem ſuſceperis: Et vnam Eccleſiam Catholicam prædices, vnam vrgeas: conſtat tamen ex his tuis verbis te Eccleſiam Catholicam minimè definire. Si enim (vt agnoſcis) eam definitionem Eccleſiæ proponere voluiſti, quæ vnicuique ex particularibus Eccleſiis conueniat, certè tua iſthęc definitio non eſt definitio Eccleſię Catholicę: alioqui ſequeretur vnamquamq; ex Eccleſiis particularibus eſſe Catholicam Eccleſiam: ſiquidẽ verum eſt quod doctiſſimi tradiderunt, *cui definitio conuenit, eidem definitum conuenire.* Nec verò inter nos hoc controuerſum eſt: an vnaquæque ex particularibus Eccleſiis ſit viſibilis: ſed, an Eccleſia Catholica viſibilis dici poſſit: quod poſterius cùm affirmes, eã tibi fuit proponenda definitio, quæ non vniuſcuiuſque ex particularibus Eccleſiis, ſed eſſet Eccleſiæ Catholicæ propria: ne de Vniuerſali tractans, & particularẽ definiens, facile tuam proderes in rebus tractandis imperitam negligentiam:

atque efficeres, vt hic tuus liber non cauſæ tuæ defenſio, ſed erroris accuſatio eſſe videretur. Ecce igitur, Franciſce, & quid ab initio facere debueris, & quid non feceris: quemadmodum te iam ſentire exiſtimo. Atque iſtud quidem peccandi genus (quandoquidem identidem repetis me Græcis ſummopere delectari) Græci vocant [illegible] ἁμαρτάνειν. Huius autem diſputationis fauſtum nobis, tibi vero infauſtiſſimum eſſe initium hinc cuiuis perſpicuum eſſe poteſt: quód vt Eccleſiam Catholicam nobis demonſtrares, voluiſti ab his Chriſti verbis initium facere, in quibus duorum aut trium mentionem facit, *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic ſum in medio eorũ*, inquit Chriſtus. I nũc Tur. & aude negare vſquam eſſe Eccleſiã, niſi vbi apparet exterior illa Catholicę Eccleſię facies, quã nobis in tuo libro depinxiſti.

TVRR. *In te neceſſariò deſideratur quod à me inaniter requiris: nã cùm velis* II
tollere homonymiam, quare Eccleſiam, quæ in cælis eſt prætermiſiſti? quam Ioannes Pag.4.
vidit deſcendentem è cælo Apoc.21. ad quam acceſſimus per communionem
ſanctorum, quam in Symbolo confitemur, ſicut Paulus in Epiſt. ad Hebr.
Acceſſiſtis, inquit, ad Sion montem, &c. Et Coloſſ. 1. qui dignos nos fecit in
partem ſortis ſanctorum in lumine. Sortem ſanctorum vocat beatitudinem
ſanctorum, & Baptiſmum lumen. Prętermiſiſti etiam varias rationes Diſpoſitionis Pag.5.
Eccleſiæ in lege Naturæ, in lege Moſis, & in Euangelio. Prætermiſiſti Pag.6.
quoque Eccleſiam, quæ à Propheta magna Eccleſia vocatur, quæ nunc ſecundum
Apoſtolicam traditionem Catholica dicitur Pſal.34. Confitebor tibi in
Eccleſia magna: de qua Cyprianus in lib. de vnitat. Eccleſiæ: ex illo loco Ioannis
Erit vnus grex & vnus Paſtor. Porro prætermiſiſti Eccleſiam perfectiorum Pag.9.
ex Methodio: de qua 2.Cor.11. deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere
Chriſto: verùm huiuſmodi Eccleſia facile potuit à te præteriri. Dicitur Pag.9.
quoque Eccleſia clericorum, & Eccleſia Laicorum ex doctrina Clementis lib,8.
cap.1. Dicitur quoque Eccleſia malignantium, Pſal.1. Pag.10.

SADEEL. Dixi me agere de *Eccleſiæ vocabulo quatenus quidem huic Diſputationi conuenit* (hęc enim mea ſunt verba) neque volui vagari extra orbẽ diſputationis, quod dignũ reprehenſione non fuit. Nam quę dicis à me prętermiſſa, aut non prętermiſſa ſunt, aut certè pretermitti debuerunt. Atque id, vt magis pateat, tuas obiectiones ſigillatim excutiam. *Eccleſiam quæ in cælis eſt*, non prætermiſi, cúm dixi Eccleſiam ſignificare congregationem Electorũ Dei, in quorum numero niſi felices ac beatos illos ſpiritus recenſes, qui in cœlis verſantur, dignus es certè quem vrbs Roma & ipſa Pontificis aula iampridẽ aluerit pro terrena ipſius felicitate toto animi impetu decertantem. Quia vero identidem mihi obiicis me non intelligere quid dicam: atque bellis huiuſmodi loquendi formulis repetendis in immenſum tuus ille liber excreuit: amabó te, videamus, num ipſe quid diceres intellexeris, quum citaſti locũ ad Hebreos. Vt enim diceres Eccleſiam piorum in terris verſantium ſeparari ab electis qui iam fruuntur cœleſti vita, profers Apoſtolum affirmantem pios Hebręos ad Hieruſalem cœleſtem acceſſiſſe. Ex quo
manifeſtum eſt, Electos tum in hac, tum in futura vita conſtitutos,
ad vnam Hieruſalem cœleſtem pertinere, quam idcirco Paulus ad Galatas Galat.4.
matrem omnium noſtrũm appellauit. Eò etiam ſpectat locus ad Col. quẽ

non noſtræ, ſed tuæ ſententiæ obiecisti: Vbi tamen malè exponis vocabulum *lucis* de Baptiſmo, cum opponatur potiùs iis quę poſtea de tenebris dicuntur. Varias autem diſpoſitiones Eccleſiæ in lege Naturæ, in lege Moſis, & in Euangelio, non adieci: tum quòd id non pertineret ad explicationem vocabuli (aliud eſt enim de re ipſa tractare: aliud rei nomen exponerè) tum quia quæcunque tandem fuerit Eccleſiæ diſpoſitio, ſemper ibi nomen Eccleſiæ exponendum fuit vno ex iis modis, quos protuli. Itaque quantum video, mira eſt tua, Turriane, inſcitia, qui non intellexeris, vt me redargueres, demonſtrandum fuiſſe, Eccleſiam ante Legem, ſub Lege, & ſub Euangelio non ſignificaſſe vel congregationem Electorum Dei, vel particularem aliquam Eccleſiam, vel indefinitè vnamquamque ex particularibus Eccleſiis: quæ ſunt variæ acceptiones nominis Eccleſiæ à me propoſitæ. Quod addis de *Eccleſia magna*, ex Pſalmo 35. in alienum ſenſum detortum eſt: nempe tuo more: quem affirmare poſſum nullum Scripturæ locum in hoc libro citaſſe, quin eam deprauâris: quemadmodũ ipſa progreſſio docebit. *Confitebor tibi in Eccleſia magna*, inquit Pſaltes, hoc eſt, in frequentiſſimo Eccleſię cœtu. Vt ſtatim ſubiicit: *In populo valido ſiue multo laudabo te.* Et quia tuam linguę Hebraicæ imperitiam agnoſcis, adeòque tibi propemodum laudi ducis pag. libri tui 54. debebas eos conſulere qui hebraicè ſciunt, vt hunc tibi locum exponerent, potiùs quàm inquirere de meo nomine, cuius etymon quiſpiam excogitauit vt te deluderet, atque ita videres nomen Eccleſiæ ſignificare actum ipſum congregationis: nempe celeberrimum piorum cœtum, in quo Pſaltes profitetur ſe Dei gloriam, & immenſa eius beneficia pleno ore prædicaturum. Atque id, mi homo, nihil ad hanc quæſtionem pertinet: in quâ non agimus de Eccleſia, quatenus eſt actu hæc vel illa congregatio Eccleſiaſtica, quæ ſtatim dimiſſa concione eſſe deſinit: ſed de ea Eccleſia quæ manet, neque reſtringitur ad actum ipſum congregationis, ne tot nobis facias Eccleſias, quot erunt actu Eccleſiaſticæ congregationes. Dices fortaſſe locum illum extendi allegoricè ad Eccleſiam Chriſtianam: neque ſum neſcius, Veteres librũ Pſalmorum vulgò ad nouiſſima Euangelij tempora accommodare: ſed ex illis allegoriis firmum aliquod argumentum deduci poſſe, id verò pernego: qua de re nos Auguſtinus admonitos voluit: cuius ſententiam Lyranus Scholaſticus amplexus eſt: & ipſe Thomas, *ſymbolicam dixit non eſſe argumentatiuam.* Quis, inquit *Auguſtinus*, *non impudentiſſimè nitatur aliquid in allegoria poſitum pro ſe interpretari, niſi habeat & manifeſta teſtimonia, quorum lumine illuſtrentur obſcura?* quinetiam licèt Auguſtinus hunc locum allegoricè exponat, cum tamen refert ad Eccleſiam Electorum: *in graui populo laudabo te, quem*, inquit, *ventus tentationis non aufert. In his Deus laudatur: nam in palea blaſphematur ſemper. Hæc ille.* Addis, *hanc Eccleſiam magnam* (nempe ex falſa tua illa interpretatione) *ſecundum Apoſtolicam traditionem, Catholicam dici.* De traditionibus egimus in noſtra Diſputatione *De Verbo Dei ſcripto.* Catholicæ verò Eccleſiæ ſignificationem in Summa huiuſce Diſputationis excuſſimus. Itaque affirmo nobiliſſimos quoſque Veteres, & ipſa inprimis Symbola Religionis Chriſtianæ,

Lyr. in 1. cap. ad Hebr. In proem.
Epiſt. 48.
In Pſal. 34.

non

Chriſtianæ, nomine *Eccleſiæ Catholicæ* ſignificare congregationem Electorum Dei, quam vocant ſanctam, & in qua viget Sanctorum communio. Si quorum igitur Veterum authoritate duceris, eos inprimis ſequi debes, qui nomine Catholicæ Eccleſię, congregationem electorum ſignificarunt. Hanc autem Eccleſiæ ſignificationem cùm adſcripſerim: malè me & imperitè redarguis: cùm te potiùs ipſa rei veritas conuictum teneat, qui nomen Eccleſiæ Catholicę reſtringis ad eos qui in terris verſantur, contra ipſam veritatem: contra Veterum doctorum teſtimonia: denique contra ipſorum Pontificiorum fidem: qui, mirum ſi te diutiùs ferre poſſint, Deiparam virginem, Apoſtolos, Martyres & reliquos Sanctos in cœlis agentes, ab Eccleſia Catholica excludentem. Nec te iuuat Cyprianus extra propoſitum citatus: ibi enim Eccleſiam Catholicam ne nominat quidem. Tu verò iam oblitus es, te nondum de re ipſa, ſed tantùm de vocabuli ſignificatione diſputare. *vnam* autem *Eccleſiam* agnoſcimus, non plures, propter fidei & Religionis vnitatem: non propter illum vnum Pontificem Romanum, de quo ſemper loqueris, & de quo nunquam Cyprianus cogitauit: cui ſi credas, actum eſt de Romani Pontificis principatu: vt infrà nobis fuſius dicendum erit, quum hæc verba Chriſti exponemus: *Paſce oues meas:* (loco Scripturę, ordine 3.) vbi etiam docebimus hęc verba apud Ioannē: *Erit vnus grex & vnus paſtor,* de ſolo Chriſto, vnius gregis vno paſtore, eſſe intelligenda. *De Eccleſia perfectiorum & imperfectiorum* à me (vt ais) prætermiſſa, me ſimul & accuſas & abſoluis: in quo poſteriore vt te adiuuem, hoc vnum addam, mihi non fuiſſe propoſitum eas omnes nominis Eccleſiæ ſignificationes recenſere, quæ apud varios authores reperiri poſſunt, ſed tantùm quæ extant in ſacris literis. Cæterùm, cùm Methodius loquatur de Eccleſiis particularibus, in quibus alij ſunt aliis prouectiores: non video quamobrem hanc ſignificationem à me prætermiſſam dicas, qui facio de Eccleſiis particularibus mentionem. Locum autem ad Corinthios perperàm ad perfectiores reſtringis: quandoquidem Paulus totam Corinthiorum eccleſiam compellans: *Preparaui,* inquit *vos, quos vni viro, vt virginem puram, ſiſtam, nempe Chriſto:* & virginitatem opponit corruptis mentibus & deſciſcentibus à puritate Euangelij, vt ſequitur in contextu: verſ. 3 & 4. Atque id non ad ſolos perfectiores pertinet: ſed ad pios & fideles omnes quoſcunque tandem progreſſus in fidei doctrina fecerint. Nam ſi non ſunt ex eorum numero, qui puritatem doctrinæ retinent, & dicuntur ſponſa Chriſti, certè non ſunt de Eccleſia Dei: falſum eſt igitur, & tuum eſt commentum, ſolos perfectiores vocari virginem ſponſam Chriſti: cùm illud nomen ad totam piorum Eccleſiam pertineat: vt docent Theodoretus & Baſilius, quos teſtes aduerſus te produxiſti. Ambroſius autem *virginis* vocabulum refert ad doctrinæ puritatem, vt & hæc verba Ioannis in Apocalypſi: *Virgines enim ſunt.* & Chriſoſtomus hunc locum exponens, *Omnis,* inquit, *Eccleſia virgo eſt.* *Ais Eccleſiam dici quoque tum Clericorum, tum* Laicorum, ex tuo Clemente: vbi tuo more nugaris, & tempus teris inutilibus ac ſuperfluis teſtimoniis Veterum proferendis: nempe vt illa libri tui farraginem quouis tandem modo componeres. Paucis re-

2.Corr.11.

Theod.in 2. Cor.cap.11.
Baſil in 1.cap Eſa.
Ambro.in 2.Cor.cap 11.
Chryſ.ibid.
Apoc.14.

ſpondeo: primùm Clericos & Laicos cõtineri in particularib. Eccleſiis, quarũ ego memini, licet eiuſmodi nomina non probem: deinde me non pluris facere tui Clementis & reliquorum eiuſmodi Monachorum ſomnia, quàm tua deliria: ne poſthac (tibi .n. parco) tantopere deſudes & elabores in eiuſmodi nugis, vel Græcè vel Latinè recitandis. *Poſtremò profers Eccleſiam malignantium*: quã fateor me prætermiſiſſe de Eccleſia dei differentem. Tu verò de tua tuorũmq; Monachorũ Eccleſia differens, Eccleſiam malignantium prætermittere noluiſti, nec etiam debuiſti.

III. Pag. 10.

TVRRIANVS. *In homonymia vocabuli* fidelis *explicanda omiſiſti, quod frequenter ſignificat eum qui inuiolatè Dei leges ſeruat. Luc. 12. Quis putas fidelis ſeruus & prudens, &c.*

SAD. Quum dico fidelis nomine modò Electos ſignificari, modò generaliter eos omnes qui Chriſtianam Religionem profitentur: non prætermiſi eam ſignificationem, quæ eſt apud Lucam: quippe cùm ad Electos pertineat. Atque ita perſpicuum eſt, te non cogitaſſe quid ſcriberes, modò multa ſcriberes.

IIII. Pag. 11.

TVRR. *Perperam exiſtimas locũ Pauli 1. Tim. 3. Eccleſia eſt domus Dei, columna & fundamentum veritatis, eſſe intelligendum de Eccleſia Electorum quæ inuiſibilis eſt. Nam de Eccleſia viſibili dictum eſſe probo his rationibus. 1. Vt ſcias, inquit, quomodo oporteat te in Eccleſia conuerſari. Eccleſia igitur in qua conuerſandum ei erat cum hac ſcientia neceſſariò viſibilis erat.*

Leuit. 26.
Ierem. 31.
2. Cor. 6.
Heb. 3

SADEEL. Iam hoc ſumis probandum, locos eos quos citaui de Electorum Eccleſia, eſſe perperam citatos: nec ad Electorum Eccleſiam pertinere. Ac primum agis de his Pauli verbis: *Eccleſia eſt domus Dei, columna & firmamentum veritatis*, quæ dicis nõ de Electorum Eccleſia, ſed de viſibili Eccleſia accipienda eſſe. Quid ſit Electorum Eccleſia, & quomodo ſit inuiſibilis, explicatum eſt in Summa huiuſce Diſputationis, quò fit vt hîc non repetam. Tu verò, Franciſce, ſi rudiméta Theologiæ teneres, facilè ſcires eam Eccleſiam quæ eſt domus Dei, eſſe Eccleſiam Electorum, in quib. ſolis *Deus habitat per ſpiritum* (vt docet Scriptura) nõ autẽ in reprobis & hypocritis. *Eſt .n. Deus & Pater eorũ in quib. habitat*, inquit Propheta, & poſt Prophetã Apoſtolus. Et alibi, *Chriſtus*, inquit, *vt filius domui ſuæ præeſt*: cuius domus ſumus nos: ſi fiduciam & ſpẽ illã de qua gloriamur, ad finẽ vſq; firmũ tenuerimus. Porrò nec rectè nec Theologicè opponis viſibilẽ Eccleſiã Electorum Eccleſiæ: quandoquidem viſibilis Eccleſia conſtat etiam, & inprimis ex Electis, tanquam digniſſimis: & propter quos (vt antè diximus) Eccleſia vocatur: addo etiam propter eos Eccleſiæ tribui, vt ſit *domus Dei columna & firmamentum veritatis*. Nam, obſecro te, tribuiſſe hoc tam præclarum Eccleſiæ elogium reprobis & hipocritis? at repugnat, eſſe hypocritam, & eſſe columnam & firmamentum veritatis: niſi fortè exiſtimas inconſtantiam, mendacium & veritatem eadem eſſe. Quod ſi non tribuis hipocritis & reprobis: reſtat vt ſolis Electis tribuendum ſit. Quemadmodum etiam Veteres intellexerunt. Nam Chryſoſtomus locum exponit de ipſa veritate, quæ ſit columna & firmamentum. Idem Hieronymus. Auguſtinus autem, ipſa eſt, inquit, *prædeſtinata columna & firmamentum veritatis*: adeòque Thomas ipſe, quanquam maximus dignitatis Pontificiæ

In locum Apoſt.
Hieron. ibid.
Augu. in Pſal. 103.
In prior. ad Tim.

patronus, verba hæc Apoſtoli refert ad ea quæ dicuntur Rom. 8. *Quos prædeſtinauit, eos vocauit: quos vocauit, eos etiam iuſtificauit, &c.* Et Ioan. 17. *vt & ipſi in nobis ſint vnum*, quę omnia de electis dicuntur. Atenim audiamus tuam obiectionem: Loquitur, inquis, de Eccleſia in qua verſandum erat Timotheo. Ergo de Eccleſia viſibili. Quid? tune præſtantiſſimum hoc elogium Eccleſiæ, ad eas Eccleſias reſtringes in quibus Timotheus verſatus eſt? At illæ iampridem interierunt. Ignoráſne ea, quæ in genere de Eccleſia Dei dicuntur, ad hanc vel ad illam Eccleſiam poſſe accommodari? Nónne porrò animaduertis Pauli ſententiam eſſe generalem? Sic igitur habeto, quia particulares Eccleſiæ habent Electos, hinc fieri, vt elogia totius Electorum Eccleſiæ de ſingulis particularibus Eccleſiis dicantur: non quia ſunt viſibiles (vt tu exiſtimas) ſed quia illæ viſibiles Eccleſię Electos habent propter quos etiam Eccleſię dicuntur. Sic dicuntur Hebræi illi, ad quos ſcripſit Apoſtolus, *acceſſiſſe ad Hieruſalem cæleſtem, & myriadas Angelorum, conuentum & concionem, ſiue Eccleſiam primogenitorum, qui conſcripti ſunt in cælis. hoc eſt ad Eccleſiam Electorum.* Sic dicuntur Epheſij *ciues ſanctorum, & domeſtici Dei.* Sic Corinthij *ſanctificati*: ſic Philippenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes dicuntur *ſancti*: denique ſic illi, ad quos ſcribebat Petrus, dicuntur *electi*, vt antè diximus. Quę quidem omnia viſibilibus Eccleſiis tribuuntur: & nihilominus ſunt Electorum propria. Vt enim de vite dici poteſt eam proferre vinum ad vitam hominis tuendam accómodatum, neque id tamen ad aridos ac ad mortuos palmites, ſed ad ſolos frugiferos erit referendum: ita quod hîc dicitur de Eccleſia, & multa alia conſimilia, ita dicuntur de Eccleſiis viſibilibus, vt ad ſolos Electos, non autem ad reprobos & hypocritas, pertineant. Rectè enim Hieronymus: *Nihil intereſt*, inquit, *de corpore quid dicatur an de membris: cùm & corpus diuidatur in membra, & membra ſint corporis.* Quamobrem duo tibi fuerunt conſideranda, Turriane, quæ te ab hoc inepto concludendi genere reuocarent. Vnum, hypocritas & reprobos propriè non eſſe partes conficientes, ſed, vt ita dicam, deficientes, vel potiùs eſſe partes *homonymos* quando Eccleſię viſibiles dicuntur conſtare ex Electis & reprobis. Alterum, ne in ipſis quidem veris partibus totum ſuum verè conſtituentibus ſtare poſſe tuam ratiocinationem. Ea eſt enim natura Totius, vt de toto etiam dicatur, quod tamen vni eius parti tantùm conuenit: vt quum dicimus hominem intelligere & ſapere: quod ad ſolum animum, non autem ad corpus referri debet. Perperam igitur ita concludis: Si de viſibilibus Eccleſiis dici poteſt, eas eſſe *domum Dei, columnam & firmamentum veritatis*: ergo hoc elogium non eſt Electorū proprium, quandoquidem Eccleſiæ viſibiles conſtant ex Electis & reprobis: quod etiam minus eſt quàm ſi ita diceres: ſi de homine dici poteſt eum eſſe diſciplinæ capacem: ergo hoc attributum non eſt animi proprium: quandoquidem homo conſtat ex animo & corpore. Ergo tu non cauſam pro cauſa ſumis, & partium proprias affectiones in Toto ipſo confundis: vt tuos errores ex præceptis [illegible] redarguam: At nos ita concludamus. *Si (eſſe domum Dei columnam & firmamentum veritatis) ab Eccleſia ſeparari non poteſt: Ergo Romana Eccleſia*

Heb. 12.

Epheſ. 2.
1. Cor. 1.
Phil. 1.
Coloſſ. 1.
1. Theſſ. 1.
1. Pet. 1. &c.

In Epiſt. ad Gal. cap. 2.

non verè dicitur Eccleſia: quia nec domus Dei eſt: nec eſt columna & firmamentum veritatis. Et hæc eſt vera nota, ex qua diſcernendæ ſunt Eccleſiæ viſibiles, non autem ex Pontificum & Epiſcoporum catena, longâque illa ſucceſſione nobis toties obiecta à Turriano, quæ profectò videtur ſimilis precatoriis globulis, quibus vtuntur Pontificij, longo quidem, at tenui filo, pendentibus.

Pag.13. TVRRIANVS. *Primus gradus eſt, viuere in Eccleſia viſibili, ſecundum mandata Domini, quod eſt fieri in area triticum & non paleas. &c. Quo modo priore & antecedente gradu, qui in Eccleſia viſibili ponitur, relicto, de poſteriore & ſequente qui in Eccleſia inuiſibili collocatur, Apoſtolus poterat cum ratione* Pag.14. *meminiſſe. Eccleſia viſibilis dicitur columna & fundamentum veritatis propter fidem quam corde & ore viſibili profitetur & prædicat: quæ fides ita firmat Ec-* Pag.15. *cleſiam credentium, vt portæ inferi nunquam aduerſus eam præualeant. Non ob aliam cauſam meminit hîc Apoſtolus de Eccleſiæ columna & fundamento veritatis, niſi vt Timotheum admoneret de ædificatione Eccleſiæ ſuper Petrum facta, vt ſiquando opus eſſet, & de aliquo dogmate certum habere vellet, adiret Petrum illum, exemplo ipſius Pauli.*

SAD. Poſteriorem gradum collocas in æterna vita. Priorem autem ita nobis deſcribis: *Primus gradus eſt,* inquis, *viuere in Eccleſia viſibili ſecundum mandata Domini, quod eſt fieri in area triticum, & non paleas.* Atq; ita, mi Franciſce, tuæ iam ſententię renuncias. Nam eſſe triticum & non paleas, Electorum eſt proprium. Itaq; ex te ipſo concludo, locum Pauli etiam de Eccleſiis viſibilib. intellectum, ad Electos pertinere: quod etiamnum magis confirmas, cùm ſubiicis: *Eccleſiam dici columnam veritatis propter fidem, quæ ita firmat Eccleſiam credentium, vt inferorum portæ aduerſus eam non præualeant:* quod ſatis vides ad ſolos Electos eſſe referendũ. Iam quod addis *de Timotheo admonito, vt ad Petrum recurreret:* hoc verò eſt iocari, addo etiam ſomniare, fingere, comminiſci, nugari denique, non autem Theologicè diſſerere.

VI. Pag.19. TVRRIANVS. *Galat. 2. qui videbantur columnæ eſſe. At ſi columnas Electorum dicere voluiſſet, non ſic dixiſſet qui videbantur, nam eos nemo præter Deum, & cui voluerit reuelare, videt. Conclude ergo, Antoni, ſicut iſti Apoſtoli in Eccleſia viſibili columnæ eſſe videbantur, ſic Eccleſiam quam dicit Apoſtolus eſſe columnam veritatis, intelligendam eſſe viſibilem Eccleſiam. Contulit itaq; Paulus cum Iacobo, Petro, & Ioanne, qui videbantur columnæ eſſe: ſed cum Petro quidem ſecundum locum & dignitatem gradus, in quo à Domino poſitus fuerat: quod non obſcurè ſignificauit, quum eum locauit Medium, & Cephas vocauit: contulit, inquam, vt ab eo firmaretur, qui erat à Petra vocatus Cephas. Nec eſt intelligendum fuiſſe in Iacobo, aut in Ioanne, aut in vtroq; authoritatem approbandi Pauli prædicationẽ, ſed in Petro tantũ, qui hoc fecit adhibitis duob. ex primariis Apoſtolis: quem morem, ab Apoſtolis traditum ſeruat Pontifex Romanus, vt in maiorib. cauſis in collegio Cardinalium decernat: quòd ſi aliis aliter videatur, contradicitur Pontifici, tamen cum omni, & quidem libenti reuerentia: ſicut Paulus Petro, & quidem libenti, contradixit: vide Tertull. lib. contra Marcio.*

SAD. Quid audio, Turriane? hęccine eſt tua illa linguę Gręcę cognitio, quam tantopere oſtentas? Participiũ δοκοῦντες in illo Pauli loco tunc ad ſenſum corporis externũ retuliſti? Et quia me toties ad meam Acad.

reuoccas, ego viciſſim te ad tuam Academiam reuocarem: ſed audio te ex Academico factum Peripateticum, qui relicta ſede tua Hiſpanica, Romanis iampridem deambulationibus delectaris. Verumtamen mea Academia, quam toties appellas, iubet te adire Romanum illud collegium Neophytorum, cuius infrà meminiſti, quum nobis tui Pontificis laudes mirificè prædicares, vt ibi diſcas ſignificationem Participij δοκοῦντες. Videri igitur apud Paulum non refertur ad oculos corporis, ſed ad opinionem & exiſtimationem. Videbantur, hoc eſt, habebantur: alioqui ſequeretur aut ibi tum fuiſſe inane aliquod ſpectrum, aut reipſa Apoſtolos fuiſſe columnas: ſiquidem columnę videbantur. Atque id, Turriane, tuis templis relinquimus: in quibus non viuam Apoſtolorum doctrinam, ſed ſolas Apoſtolorum ſtatuas habetis: atque ita ſcilicet viſibiles Apoſtolos retinetis. Quid porrò tibi vis, quum Petri dignitatem ex eo colligis, *quòd Paulus eum medium locauerit, nempe inter Iacobum & Ioannem?* Sic enim Paulus: *Iacobus, inquit, & Cephas, & Ioannes.* Vndénam obſecro vos Ieſuitaſtri, qui perpetuò errantes ad vltimas vſque terras excurritis, nobis nouam hanc Dialecticen attuliſtis? An ex illis Indię populis, quos mihi toties obiecistis: & apud quos veſtra miracula edere ſoletis; quibus vos in Europa nati, nondum tamen Europam dignati eſtis? niſi fortè pro miraculis habeantur veſtra iſta ratiocinandi monſtra, quibus vos Pontificium primatum aſſerere ſoletis. Cuiuſmodi fuit hoc Turrianicum: *Petrus numeratur inter Iacobum & Ioannem, & vocatur Cephas: Ergo Petrus eſt princeps & caput Eccleſiæ catholicæ.* Scilicet Iacobus & Ioannes (quos tu cum Cardinalibus comparas) erant legati non iam à latere, ſed à lateribus, cùm haberent Petrum in loco medio collocatum. Tu verò Sophiſta, ſic habeto: falſa eſſe illa omnia quæ addis de tuo, contra Pauli, tum verba, tum ſententiam, qui nominatim in illa epiſtola, & in poſt. ad Corinth. cap. 12. profitetur *ſe non eſſe vel Petrò, vel vllis Apoſtolis inferiorem:* tantum abeſt, vt firmandus fuerit á Petro, vt tu ſomnias, & ab eo petierit prædicationis ſuæ confirmationem. Vt de Auguſtino taceam, qui dicit alicubi *omnes* In Pſal. 140.
Apoſtolos fuiſſe columnas. Cui aſſentiens Hieronymus, *[illegible]*, inquit, In Epiſt. ad Gal. c. 2.
tam Apoſtolos omnes, quàm credentes, quia ipſam quoque Eccleſiam columnam in Scripturis appellari: & nihil intereſſe de corpore quod dicitur in membris, ſiue corpus diuidatur in membra, & membra ſint corporis. Hæc Hieronymus. Tertullianum autem falſò citas, qui in illo loco nullam Petri mentionem nominatim facit, ſed generaliter loquitur de Apoſtolis.

TVRRIANVS: *Cant. 5. Eccleſiam deſcribens firmitatem ſponſæ: crura* VII. Pag. 19. & ſeq.
illius, [illegible] columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Ergo [illegible] intelligere debemus [illegible] Eccleſiæ eſſe columnas fundatas ſuper baſes aureas, quæ ſignificant firmitatem in Eccleſia, [illegible] proprię, ſed communicatæ: ſed, quare Scriptura non eſſet, ſed crura vſurpantur [illegible] propter rectitudinem & firmitatem, vnde fides orthodoxa dicitur. Deinde quia [illegible] ad ſinum orthodoxum venire eum, qui velit fieri membrum ſponſæ Chriſti. [illegible] quidem eſt viſibilis, vt conſtat cap. 4. cantici Canticorum: Sicut vitta [illegible], & eloquium tuum dulce. Quare eſt Eccleſia ſponſa Chriſti os ha-
bet

bet & loquitur, & quod ore loquitur omnes vbique audiuerunt, & audiunt, id eſt Euangelium prædicatum, in vniuerſa creatura quæ ſub cœlo eſt: non eſt igitur inuiſibilis. Quomodo enim Eccleſiam audirent niſi loquentē? Quomodo loquitur & prædicat, ſi non videtur prædicare? Nunquid ſic auditur, ſicut ſcriptum eſt de iis, qui Paulum comitabantur, audientes quidem vocem, neminem autem videntes? aut vt populus Deum loquentem, qui erat in caligine non videbat? Exod. 19. *Imò non aliter Chriſtum nunc loquentem audimus, niſi in ſponſa Eccleſia. Crura igitur myſtica ſibi amputarunt Proteſtantes, & tanquam noui Samſonis columnas Eccleſiæ ſuæ, quæ pars erat Catholicæ, euerterunt. Omnia dilatamus & ad omnia occurrimus, vt calumnias Antonij effugiamus.*

SADEEL. Iam nos adortus argumento allegorico, quod depromit ex Cantico Solomonis in hunc modū. *Eccleſia ſponſa Chriſti habet myſtica crura tanquam columnas marmoreas ſuper baſes aureas, quibus columnis firmitas Eccleſiæ ſignificatur: hæc verò ſponſa eſt viſibilis, quia habet labia & loquitur. Ergo firmitas illa ad Eccleſiam viſibilē pertinet: ac proinde verba illa Pauli ſuperiora: Eccleſia eſt columna & firmamentum veritatis: exponenda ſunt de viſibili Eccleſia.* Quis non miretur acumen hoc tuū, Turriane, quo teipſum pungis, & quidē vltrò laborans, vbi nihil opus eſt. Firmitatē Eccleſiæ agnoſcimus, eámque Chriſto acceptam referimus: licet id male colligas ex verbis Solomonis. Conſtat quidem ſponſū & ſponſam eſſe duos in carne vna, ſed propterea crura ſponſi eſſe crura ſponſæ, ne fando quidem auditum eſt, adeò vt frigeat hæc in parte tua allegoria. Porrò Electos in Eccleſiis particularib. eſſe viſibiles, nunquam negauimus. Itaq; nihil attinebat proponere Eccleſiam loqui: vt inde probares Eccleſiam eſſe viſibilem: quæ quidem ratio nihil potuit quàm riſum excitare. Neq; quid tu inde efficias, videmus. Ecquis enim vnquam præter te, dubitauit Eccleſiam dici ſponſam Chriſti propter ſolos Electos? Audi Paulum ita de hac re diſſerentem: *Membra,* inquit, *ſumus corporis eius ex carne eius* Ephes. 5. *& ex oſſibus eius: propterea derelinquet homo patrem ac matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne una. Myſterium hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* Hæc Paulus. Ex quibus eluceſcit, quàm arcta ſit ſpiritualis illa coniunctio, quæ inter Chriſtum ſponſum & Eccleſiam intercedit: ita vt verè dicere poſſimus vitam, iuſtitiam, ſanctitatem, merita denique, omnia ſponſi in ſponſam Eccleſiam eſſe collata. Hoc autem ad reprobos transferre, quis vnquam poſſit ſine ingenti blaſphemia, Chriſtúmue eſſe arctiſſimè cum hypocritis coniunctum? Hypocritáſue eſſe omnium meritorum Chriſti participes? Abſit hoc vel à te, Turriane, qui nihil tale cogitans, affirmas tamen hanc ſponſam eſſe ſolos Electos. Sic enim ratiocinaris: Crura ſponſi, hoc eſt, te interprete, firmitatem ſponſi eſſe ſponſæ firmitatem, non virtute propria, ſed virtute communicata. Sic igitur [illegible] Turriane [illegible]ciamus. *Nulli reprobi & hypocritæ habent firmitatem à Chriſto communicatam: Eccleſia Chriſti ſponſa, de qua loquitur Solomon, habet firmitatem à Chriſto communicatam. Quare Eccleſia Chriſti ſponſa de qua loquitur Solomo, non eſt intelligenda de reprobis & hypocritis: ac proinde de ſolis Electis intelligenda eſt.* Cant. 4. 6. Atque id clariſſimè patet ex eodem Cantico, cùm multis aliis locis, tum ex ſequentibus: *Tota, inquit, pulchra es amica mea, & macula non eſt* *in te.* Item, *hortus concluſus, ſoror mea ſponſa.* Item: *Ego ſum Dilecti mei & Dilectus meus mihi eſt proprius.* Item: *Vna eſt columba mea, perfecta mea: quæ eſt illa quæ prodit quaſi aurora, pulchra vt Luna, Electa vt Sol, & multa alia in eandem ſententiam.* Ex quibus manifeſtum eſt, Eccleſiam à Solomone deſcriptam, eſſe Electorum Eccleſiam, quemadmodum etiam Veteres cenſuerunt. Sic enim Origenes, interprete Hieronymo, hoc Canticum explanans: *Hæc omnia,* inquit, *noli foris quærere: noli extra eos qui prædicatione Euangelij ſaluati ſunt: Chriſtum ſponſũ intellige, Eccleſiã ſponſam ſine macula & ruga, de qua ſcriptum eſt, Vt exhiberet ſibi glorioſam.* &c. Ipſe autem Hieronymus: *hunc ſponſum,* inquit, *ad quem ſponſa feſtinat, Paulus cum eum Pontificem maximum dicit, ita de eo ſcribit, quaſi qui non in cælis ſit, ſed pertranſierit omnes cælos, & illuc quoque eum hæc ſua perfecta ſponſa ſectetur, imò illuc, adhærens ei & coniuncta, conſcenderit: eſt enim facta cum eo vnus Spiritus.* Item: *aduerte Eccleſiam cætum omnium Sanctorum. Hæc ergo quaſi omnium vna perſona loquitur,* &c. Et Epiphanius, *Columba mea, perfecta mea: hoc eſt, ipſa ſancta ſponſa Catholica Eccleſia, columba quidem propter manſuetudinem, innocentiam ac vitæ puritatem: perfecta verò, quia perfectam ex Deo accepit gratiam ac ſcientiam ab ipſo Saluatore per Spiritum Sanctum.* Quin Bernardus, alioqui magnus Romanæ ſedis laudator, ita aliquando locum hunc Solomonis explanabat. *Quæ eſt ſponſa,* inquit, *quis eſt ſponſus? Hic Deus noſter eſt: & illa, ſi audeo dicere, nos ſumus, cum reliqua quidem multitudine captiuorum, quos ipſe nouit. Ipſa eſt enim Eccleſia Electorum: de quibus Paulus: Omnia,* inquit, *propter Electos. Quid eſt ſponſa niſi congregatio iuſtorum?* Et alibi: *Inuenerunt me vigiles. Non dubium eſt,* inquit, *quin voce omnium Electorum iſta dicantur, & ipſi Eccleſia ſunt,* & pleraq; conſimilia. Quia verò, Turriane, tu ſponſã Chriſti Pontificiis Epiſcopis addictam eſſe iubes: audi tuum Bernardum ita illos nobis deſcribentem: *quem dabis,* inquit, *de numero præpoſitorum, qui non plus inuigilet ſubditorum vacuandis marſupiis, quàm vitiis extirpandis? Propterea relinquamus iſtos non inuentores ſponſæ, ſed venditores:* Hæc ille. Quid verò tibi faciemus, mi Franciſce, tam infœliciter in hac columnarum allegoria verſanti? *Vis crura cum columnis comparata ſignificare firmitatem, itemque inceſſum, eò quòd ad Eccleſiam veniendum ſit,* quæ quidem miro quodam modo à te dicta ſunt, cui firmiter ſtare, & incedere, idem videntur: & rurſus *exiſtimas Eccleſiam habere crura, non quibus ipſa ingrediatur, ſed quibus alij ad ipſam Eccleſiam veniant.* Præterea, quæro ex te, cur tantopere labores, vt efficias *ſponſam Chriſti eſſe viſibilem.* Nam ſi tibi non videtur abſurdum, vt Chriſtus inuiſibilis ſit ſponſus viſibilis Eccleſiæ, cur tantopere vrges tuam analogiam Phyſicam, qua dicis corporis viſibilis caput viſibile eſſe debere. Quòd ſi fortè obiicias tuum Pontificem eſſe ſponſum viſibilem viſibilis Eccleſiæ Catholicæ, te reum blaſphemiæ peragam. Nã etiamſi concederemus Pontificem eſſe legitimum & verum Paſtorem Eccleſiæ Romanæ (quod abſit vt dicamus) nuſquam tamẽ Scriptura tribuit nomen *ſponſi* Eccleſiæ vlli alteri, quàm Chriſto: Miniſtros autem vocat *ſponſi amicos.* Poſtremò vide quantũ profeceris hac ſimilitudine columnarũ & crurum: Paulus in hoc loco de quo diſputas, *columnã veritatis* dixit numero ſingu. Tu addidiſti

In Cantic. hom. 1.

Proœm. in Cant. hom.

Contra hær. hær. 53.

Super Cant. hom. 68.

Super Cant. Serm. 77.

ex loco Cantici duas columnas & crura totidem. Denique ex Epiſtola ad Galatas nobis tres columnas obiecciſti, *Iacobum, Petrum & Ioannem, qui videbantur eſſe columnæ:* ita fit vt ſi pergas in illa crurum & columnarum ſimilitudine, & illa crura tuæ Eccleſiæ accommodes, iam mirum non ſit, ſi Pontificiorum Eccleſia claudicet, cui tu modò vnum, modò duo, nunc etiam tria crura attribuas. Verumenimuerò ne planè à nobis repudiatus diſcedas, demus hoc tibi: verba Solomonis, quum ait, *columnas illas eſſe ſuper baſes aureas,* abſq; vllo miſtico ſenſu Eccleſię Pontificiæ conuenire: quę non ſuper verba Dei, ſed ſuper humanam potentiam & ſuper ampliſſimas diuitias variis artibus hinc inde comparatas & corraſas, tanquam ſuper baſes aureas, fundata eſt: atq; hoc quidem modo vos Pontificij diligentiſſimè omnia veſtra dilatatis. Cur autem dicas, Proteſtantes ſibi crura myſtica amputaſſe, non video, quorum doctrina ita Dei beneficio procedit, vt vos de tanto profectu tantaque celeritate conqueri ſoleatis. Denique quum eos cum *Samſone* comparas, non ita vt decet rem exponis. Nec enim Samſon templi idolorum columnas euertit quod proteſtantes fecerunt, & quotidie faciunt, non ſuis viribus, ſed ſumma veri illius Samſonis virtute, in cuius morte ſita eſt noſtra de omnibus hoſtibus victoria.

VIII.
Pag. 24.

Tvrrianvs. *Quare vna eſt ſponſa Christi, & non duæ, mixta ex Electis & reprobis, ex Auguſtino lib. 3. de doctr. Chriſtiana, cap. 32. in hæc verba: Fuſca ſum & ſpecioſa, vt tabernacula Cedar. Cantic. 1. vtrumque ſe eſſe dixit propter vnitatem temporalem bonorum & malorum. Et paulò antè: Hypocritæ non ſunt dicendi eſſe in corpore Chriſti: quamuis in eius videantur eſſe Eccleſia: tanquam vnum ſit vtrorumque corpus propter temporalem commixtionem & communionem Sacramentorum. Hæc Auguſtinus. Itaque cùm Scriptura Eccleſiam Electorum & reproborum, tanquam vnum corpus ſit; ſponſam Chriſti faciat: & ſponſa Chriſti mori non poſſit: conſequens neceſſariò eſt: vt Eccleſia viſibilis interrumpi, id eſt mori non poſſit: Et Electorum Eccleſia non poteſt conſiſtere niſi in communione viſibili Sacramentorum permanentium.*

Sadeel. *Vnam eſſe ſponſam Chriſti,* veriſſimum eſt: *eam autem eſſe mixtam ex Electis & reprobis,* falſiſſimum: vt paulò antè diximus. Locum autem Auguſtini ita nobis obiicis, vt non fronte ſolùm, ſed oculis etiam carere videaris. *Quamuis,* inquit, *hypocritæ propter temporalem commixtionem, & communionem Sacramentorum videantur eſſe in Eccleſia Chriſti, tanquam vnum ſit vtrorumque corpus: tamen non ſunt dicendi eſſe in corpore Chriſti.* Is eſt ſenſus verborum Auguſtini: quæ tu ita intelligis, vt ſi affirmaret Electorum & reproborum eſſe vnum corpus: quod tamen apertiſſimè negat. & quia locum Auguſtini malè citaſti, & peius intellexiſti: nos verba Auguſtini apponamus. Reprehendens igitur

Lib. 3. de doctr. Chriſt. Cab. 32.

Ticonium, qui bipartitum corpus Chriſti dixerat: *Non ita,* inquit, *debuit appellari: non enim reuera Domini corpus eſt, quod cum illo non erit in æternum: ſed dicendum fuit de corpore Domini vero atque permixto: aut vero atque ſimulato: vel quid aliud. Quia non ſolùm in æternum, verumetiam nunc hypocritæ non cum illo eſſe dicendi ſunt, quamuis in eius eſſe videantur Eccleſia. Quæ regula lectorem vigilantem requirit: quando Scriptura cum ad alios iam loquatur, tanquam ad eos ipſos ad quos loquebatur, videtur loqui, vel de ipſis*

ſi

ſis, cùm de aliis iam loquatur, tanquam vnum ſit vtrumque corpus propter temporalem commixtionem & communionem Sacramentorum. Hæc Auguſtinus. Turrianus autem *vtrobique* ſcripſit: ſed dum *vtrumque* dixit Auguſtinus, manifeſtè duo corpora conſtituit, quorum vnum eſt Chriſti, nempe verum corpus, alterum eſt Antichriſti, nempe ſimulatum corpus: cui, mi Turriane, ſi tuum Pontificem, tanquam caput imponere volueris, tum habebis nos hac in parte conſentientes. Hanc autem Ticonij regulam ſi intelligeres: non dubitares ad ſolos Electos pertinere: quod videtur dici de tota Eccleſia permixta. Quòd ſi ne nunc quidem Auguſtinum intelligis: aperiat ipſe tibi ſuam ſententiam alio in loco his verbis: *Malos,* inquit, *nequaquam pertinere ad ſanctam Eccleſiam Dei, quamuis intus eſſe videantur, ex hoc apertiſſimè apparet, quia iſti ſunt auari, raptores, &c. Illa autem columba vnica, pudica, & caſta, ſponſa ſine macula & ruga, hortus concluſus, fons ſignatus, & cætera, quæ de illa ſimiliter dicta ſunt: quod non intelligitur niſi in bonis, & ſanctis, & iuſtis, &c.* Nec verò opus eſt alias expoſitiones loci Solomonis proferre, eorum præſertim qui *fuſcam Eccleſiam ſpecioſam exiſtimant dici propter eius pœnitentiam,* vt Origenes: *aut propter afflictiones, & ſpeciem externam contemptam abiectamq́;* vt Bernardus interpretatus eſt. Hoc enim ſatis eſt quod Auguſtinus, quem pro te citaſti, contra te pronunciauit: ac propterea nullius ſit momenti conſequens illud quod ad finem attexuiſti.

De Bapt. contra Donat. li. 6. cap. 3.

Hom. in cant.

Serm. 25.

IX.

TVRRIAN. *Gratulor tibi Antoni, & gratias ago Deo, quòd locum Euangelij Matt. 16. de Eccleſia ſuper hanc Petram ædificanda, non putaſti ad Eccleſiam Electorum pertinere: alioqui adiunxiſſes eum aliis quatuor locis quos citaſti. Gratulatus ſum tibi quòd hunc locum Matthæi de Eccleſia Electorum inuiſibili accipiendum eſſe non putauiſſes, ſed fefelliſti opinionem meam: retractanda eſt gratulatio.*

Pag. 18.

Pag. 155.

SADEEL. Hic & ingenium tuum, & vim tuæ diſputationis, paucis verbis tanquam in tabula nobis depingere voluiſti. Ais, negas: gratularis, non gratularis: Videndo non vides: loquendo non cogitas quid loquaris: & quod vna manu ſcripſiſti, altera deles: ſic nimirum Ieſuitæ, Demonſtratiuè diſputant. Quia verò oportet Theologum in differendo ſemper eſſe ſuum, ſibique perpetuò conſtare: hinc facilè iudicamus iurene an iniuria, tu in Theologorum numero cenſearis.

X.

TVRRIAN. *Locum ad Epheſ. Eccleſiam non habentem maculam neque rugam, falſa interpretatione deprauaſti, quaſi non ad Eccleſiam viſibilem pertineat, ſed ad Eccleſiam Electorum. Nam ſi tum, Auguſtino exiſtimante id futurum in cœleſti gloria, non pertinebit tamen hic locus ad Eccleſiam Electorum, quæ in terris eſt. Siue verò impleri hîc exiſtimas: neceſſe eſt maculam & rugam accipere pro his peccatis, quæ Ioannes peccata ad mortem vocat; atque ita locus hic ad Eccleſiam viſibilem pertinebit, huc ſpectat 1. Cor. 5. verſ. 11. 1. Tim. 5. verſ. 24. Clemens lib. 2. cap. 43. & cætera quæ ad doctrinam Excommunicationis pertinent. Ergo Apoſtolus ſatis clarè oſtendit, fuiſſe prius Eccleſiam maculatam & rugis exaratam: hoc eſt, Electis & Reprobis promiſcuè conſtantem: fatemur Eccleſiam iuſtorum verè & propriè eſſe Chriſti ſponſi Eccleſiam, & corpus & hanc ab eo diligi: iniuſtos verò non ſic eſſe Eccleſiam Chriſti, ſed membra eius mortua & ei odioſa.*

Pag. 25.

Pag. 26.

Pag. 27. 28. 29

Pag. 30.

SADEEL. Perperam & ineptè concludis: ſi futurum eſt in cœleſti gloria, vt *Eccleſia ſit ſine macula aut ruga*; idcirco locum Apoſtoli ad electorum in terris agentium Eccleſiam non pertinere: quaſi verò non pertineat ad Electos vita hîc Chriſtum amplecti vera fide, vt ſemper contendant ad ſummum illud ſanctitatis & gloriæ faſtigium, ad quod tandem ſolutis corporis vinculis, adeóque in ipſa mortuorum reſurrectione peruenient. Eò ſpectat hoc loquendi genus, *vt eam ſibi ſiſteret*, inquit, *glorioſam*: quod ad futuram ac beatiſſimam illam vitam nobis in cœlis repoſitam referendum eſt: quemadmodum & verba Pauli demonſtrãt, & ipſi veteres probatiores intelligunt. Nec ſatis video quamobrem Auguſtinum hîc reieceris, atque ſis oblitus huius diſtinctionis, quam adhibent Scholaſtici in hac quæſtione: nempe *Eccleſiam eſſe hîc immaculatam per gratiam, & in futuro ſæculo per gloriam*. Quod Recentiores doctiſſimi ita faciliùs explicant: in hac vita inchoatam eſſe ſanctitatem Eccleſiæ: in futura, eſſe planè perficiendam. At tu mauis Eccleſiam eſſe in terris glorioſam ſine macula & ruga. Atque vt id efficias, *maculam & rugam exponis de peccatis [illegible], pro quibus rogare non debemus: ſed ſunt excommunicatione punienda*. Tum excurris in locos aliquot, vbi traditur Excommunicationis doctrina: nempe (vt illud à Tertulliano mutuemur) *Nihil ad Andromacham*. Nec te iuuat inanis ille tuus labor in ſcrutanda vocabulorum Græcorum Etymologia: nemo enim præter te ignorat in corpore etiam formoſo, poſſe eſſe maculam aut rugam, quæ longè diſtat à turpitudine ac deformitate. Paulus autem perſequens eam *ſponſæ* ſimilitudinem quam propoſuerat, dicit huius ſponſæ, nempe Eccleſiæ, pulchritudinem & gloriam tantam futuram eſſe, vt ne macula quidem aut ruga, aut aliud eiuſmodi appareat: quod poſtremum expendere noluiſti. Quamobrem multis modis peccas in hac tua inter-

Errores.
1 pretatione: primùm, quòd *maculam & rugam* tanquam peccata grauiſ-
ſima opponas leuioribus peccatis. Paulus enim maculam opponit
2 perfectæ ſanctitati & gloriæ. Deinde, quòd non aduertas ad ea quæ
ſubiicit Paulus: ſed, inquit, *vt ſit ſancta & irreprehenſibilis*, [illegible], in cuius
3 Græci vocabuli Etymologia, videbis num aliquid ſcrutari poſſis. Præ-

terea, tua interpretatio falſum continet, nempe non eſſe rogandum pro iis, qui eiuſmodi habent maculam aut rugam, hoc eſt, peccata Excommunicatione plectenda. Nam *Excommunicatio eſt gladius non hoſtis perimentis, ſed [illegible]*, vt Veteres dixerunt. Et ille inceſtus Corinthius quem obiicis, fuit reconciliatus Eccleſiæ, 2. Corinth. 2. Tibi reſponſum dedimus, ſola peccata in Spiritum ſanctum erunt coercenda Excommunicatione: atque omnino locum ex Epiſtola Ioannis de peccato ad mortem corrupiſti, de quo ſuo alibi; ne ſine more extra propoſitum digrediamur. Denique, non vides tuum commentum ſponte ſua ruere, quum dicis *Eccleſiam non habere maculam aut rugam, quia eiiciuntur ſceleratiſſimi ex Eccleſia per excommunicationem*. Sic enim contendo: *Si vſque ad finem mundi vſus excommunicationis debet vigere in Eccleſia (quemadmodum contendis quando ex loco Matth. [illegible], vbi Excommunicatio ſancita eſt, colligis Eccleſiæ viſibilis ſtatum perpetuum) inde ſequitur ſemper futuram eſſe in Eccleſia maculam aut rugam, quæ Excommunicatione coerceatur. At Paulus hîc loquitur de illa Eccleſia quæ non habet maculam aut rugam*. Ergo loquitur de *ea Eccleſia quæ non habet opus remedio Excommunicationis.* Ex quo efficitur Paulum ibi agere de illo ſtatu ad quem Eccleſia tandem in futuro ſæculo peruentura eſt. Quid quod pag. libri tui 29. exponis *Eccleſiam maculatam & rugis exaratam, de Eccleſia communi ex iuſtis & peccatoribus, ex electis & reprobis promiſcuè conſtante?* Quòd ſi ita eſt: quandoquidem omnes Eccleſiæ particulares ac proinde viſibiles, conſtant ex Electis & reprobis: conſequitur locum Pauli non eſſe de viſibilibus Eccleſiis intelligendum ſed de inuiſibili Electorum Eccleſia. Eſt autem á theologo alienum quod ſubjicis, improbos eſſe membra Chriſti mortua & ei odioſa. Ecquod eſt enim caput, cui ſua membra odioſa ſint? ac ne longè abeamus audi Paulum in hoc ipſo loco ita ratiocinantem. *Nullus, inquit, vnquam ſuam carnem odio habuit.* Quare cum tu ita diſtinguis Eccleſiam iuſtorum eſſe propriè & verè Eccleſiam & corpus Chriſti: inde ſequitur, vel te aſſentiente, me propriè & verè de Eccleſia locutum eſſe: Contrà te impropriè & falsò meæ ſententiæ contradicere.

Ephes. 5.

X I. Pag. 33.

TVRRIANI. *Quum Apoſtolus loquatur hîc de ea Eccleſia quæ per Baptiſmum mundata eſt, & per Baptiſmum regeneratur, hæc autem Eccleſia viſibilis eſt; ergo locus Pauli non pertinet ad Eccleſiam Electorum, quam ſolum Deus videt: quibus poſitis ſequitur hanc Eccleſiam viſibilem interrumpi non poſſe, alioqui interrumpi poſſet regeneratio, quæ fit per Baptiſmum. Contra Zachariæ 13. Erit fons patens domui Dauid. Si obiicias Baptiſmum hæreticorum qui extra Eccleſiam ſunt verumtamen Baptiſmum eſſe, reſpondeo: eum qui baptizatur, ſemper in fide Eccleſiæ Catholicæ baptizari: ſiue Baptiſmus à Catholico, ſiue ab hæretico, qui eſt extra Eccleſiam, miniſtretur: itaque ita Eccleſia Catholica viſibilis eſt, quæ regenerat per Baptiſmum, tanquam mater & Chriſti ſponſa.*

Pag. 34.

SADEEL. Ecce, addis aliquod etiam argumentum præter ſuperiorem Etymologiam vocaculorum *maculæ & rugæ*: hoc autem eſt eiuſmodi. *Paulus loquitur de Eccleſia quæ per Baptiſmum mundata eſt, & per Baptiſmum regeneratur: ergo loquitur de Eccleſia viſibili.* Reſpondeo: electos eſſe viſibiles in Eccleſiis particularibus, vt ſæpe dictum eſt: ſed non propterea ſequi, ea quæ ſubjicit Paulus de perfecta Eccleſiæ gloria & ſanctitate, eſſe de Eccleſiis viſibilibus intelligenda: in quibus ita baptizantur electi, vt tandem ſui Baptiſmi fructum pleniſſimè in futura vita percipiant: ſic enim Paulus: *Vt ſiſteret eam ſibi glorioſam, &c.* Ecce finis cuius Baptiſmus eſt initium. Tu verò poſtulas neceſſariò, vt ibi ſit finis, vbi eſt initium. Deniq; quod tuo more h.e. extra propoſitum, colligis: *Eccleſiam viſibilem non poſſe interrumpi, quia Baptiſmus interrumpi non poteſt,* ex loco Zachariæ: non ſatis rectè concluditur, quia Baptiſmus poteſt ſeruari & retineri, licet aliquando non adſint ea omnia, quæ ad conſtituendum ordinem exteriorem Eccleſiæ requiruntur. Porrò aliud eſt interrumpi, aliud planè tolli. Nam, in Iſraelitica Eccleſia, Circumciſio (cui ſucceſſit Baptiſmus) annos circiter quadraginta interrupta eſt, ſed non propterea ſublata. Locus autem Zachariæ non eſt reſtringendus ad exteriorem Baptiſmi formam, ſed intelligendus de tota Euangelij prædicatione, & inprimis de iis omnibus, quæ pertinent ad gratuitam peccatorum noſtrorum remiſſionem:

Ephes. 5.

vt perſpici poteſt ex ſimili loco apud Ioelem cap. 3. quemadmodum etiam agnouit Hieronymus. In Ioel. 3. Atque hunc fontem, iuxta Prophetiam Zachariæ, Apoſtoli nobis aperuerunt, quem tui Pontifices ſuis Indulgentiis, Satisfactionibus, Purgatorio & conſimilibus commentis, obſtruere iampridem tentarunt, atque id etiam hodie omnibus viribus moliuntur. Quod poſtremò dicis *de Baptiſmo hæreticorum:* pugnat cum iis quæ in ſuperioribus libris ſcripſeras: quum tu duplici mendacio affirmares, & nos eſſe hæreticos, & nullum apud nos eſſe Baptiſmum. Nunc fortaſſe à ſuis caſtigatus (videbaris enim Stephani Romani Epiſcopi ſententia relicta, ad partes Cypriani tranſire) agnoſcis Baptiſmum etiam ab hæreticis miniſtrari. Atque ita planè euertis tuum illud ſuperius argumentum de Succeſſione, quam vis niti exteriore Baptiſmi forma. Verum, inquis, *Eccleſia Catholica generat eum qui baptizatur.* Quòd ſi ita eſt: & Eccleſia Catholica non poteſt eſſe extra particulares ſuas Eccleſias, in quibus per Baptiſmum generat: ſequitur aut Eccleſiam Catholicam non generare in Eccleſiis hæreticorum, aut ſi generat, hæreticorum Eccleſias eſſe quoque partes Eccleſiæ Catholicæ, quam tu deſcribis. Nos autem, Deo gratia, nec hæretici ſumus, & Baptiſmum habemus non ex Pontificiis additamentis, ſed ex pura Chriſti inſtitutione miniſtratum.

XII. Pag. 36. TVRRIAN. *Citas etiam ex eodem cap. Myſterium hoc magnum eſt, de Chriſto & Eccleſia: quod ad electorum Eccleſiam pertinere affirmas, ſed loquitur de eadem Eccleſia, de qua ſupra.*

SADEEL. Molli brachio locum hunc Pauli tractaſti, ne te offenderes. Verumenimuerò cùm ſublime hoc myſterium noſtræ cum Chriſto coniunctionis admiretur Paulus, ſatis declarat, tantam eſſe illam coniunctionem, vt neque cogitatione percipi, neque vllis verbis ſatis dignis exprimi queat. Ex quo efficitur coniunctionem illam cum ſolis Electis intercedere: quandoquidem reprobi non poſſunt dici vna caro cum Chriſto abſque blaſphemia, quam tamen te non puduit in hoc libro ſæpius repetere. Longè meliùs Cyprianus. Lib. 2. Epiſt. 8. *Cum, inquit, Apoſtolus dicit: Sacramentum iſtud magnum eſt: Chriſti pariter atque Eccleſiæ vnitatem indiuiduis nexibus cohærentem ſanctiſſimè teſtatur.* Et Hieronymus colligit ex hoc loco, In cap. 5. ad Epheſ. *Chriſtum Eccleſiam de ſuo latere fabricatum eſſe.* Et Chryſoſtomus: In Epiſt. ad Epheſ. hom. 20. *Chriſtus, inquit, ad ſponſam venit, & factus eſt in Spiritum vnum: qui adhæret Domino, vnus eſt Spiritus.* Sed cur non te reuinctis manibus pertraho ad tuum magiſtrum Lombardum, vt te pœnis, quibus dignus es, caſtiget? Sent. lib. 4. diſt. 26. ſic enim ille: *Matrimonium, inquit, expreſſam & plenam tenet figuram coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ: figurat enim illam vnionem Chriſti & Eccleſiæ quæ eſt in charitate.* Hæc Lombardus: quæ tu videris poſſintne ad aliam, quàm ad Electorum Eccleſiam pertinere.

XIIII. Pag. 36. TVRRIAN. *Citas denique Epheſ. 1. Eccleſia eſt corpus Chriſti, complementum eius qui omnia implet in omnib. Malè interpretaris πλήρωμα: quia implere eſt etiam verbum patiendi, & Scriptura tribuit capiti quod eſt membrorum & corporis: idque fiet in patria cæleſti. Potui non excurrere huc: ſed lectorem admonere volui.* Pag. 36. 37. *Non poſſum ſatis mirari te ita oſcitanter hallucinari, vt quum Apoſtolus dicat ſuper omnem Eccleſiam, tu ſuper Eccleſiam Electorum interpreteris.*

Annon Hieruſalem cæleſtis eſt Eccleſia? Item: vnde probas Eccleſiam viſibilem, quæ eſt inſtar ſagenæ bonos & malos piſces colligentis, non eſſe ſponſam Chriſti? proba tu Eccleſiam Electorum eſſe omnem Eccleſiam. O cæcam & impiam temeritatem! Sic Auguſtinus: Scriptura, inquit, de vero Chriſti corpore & de ſimulato, ſiue de permixta Eccleſia loquitur, tanquam vnum ſit vtrunque corpus, &c. vna ſponſa & non duplex. de Doct. Chr. lib. 3. cap. 32. Deinde dicis me non definire Eccleſiam Electorum: alioqui, inquis, Definitio erit latior Definito: at debuiſti ſic dicere, alioqui Definitio non erit æqualis Definito. Pag. 38.

Sadeel. Non eſt mea interpretatio, ſed doctiſſimorum huius ætatis interpretum, quorū ſcriptis legendis longè proficeres meliùs, quàm ſqualidis illis & obtritis Monachorum rhapſodiis ex Bibliotheca Vaticana depromptis, quibus tuum librum infarcire maluiſti. Lego igitur apud Apoſtolum, *Chriſtū implere omnia in omnibus:* non *impleri:* & ita actiuè legit Syrus interpres noui Teſtamenti. Nec nouum eſt verbum illud ſub Media voce eſſe actiuè exponendum: ſic enim aliquis dixit πληροῦσθαι pro πληροῦν: & πληρωσάμενος τριήρη. Quòd ſi vera genuináque eſt illa interpretatio, quæ eſt analoga non tantum fidei, ſed etiam contextui: nihil video cauſæ quamobrem doctiſſimorum hominum interpretationem hanc, quam ego ſecutus ſum, tam faſtidioſè reiicias. Primùm enim, nihil continet quod non ſit Scripturæ conſentaneum. Deinde ita congruit cum ſerie & verbis ipſius contextus, vt alium ſenſum, niſi vim contextui facias, ſequi non poſſis. *Eccleſia,* inquit, *eſt corpus Chriſti, complementum eius qui implet omnia in omnibus:* quod ſi exponas paſſiuè: neſcio ſatiſne conuenienter dicas, Chriſtum impleri omnia: cuius locutionis poſtulo mihi ſimilem dari in Scriptura: Nam quod citas ex capite tertio, tibi planè aduerſatur: *Vt impleamini,* inquit, *in omnem plenitudinem Dei.* Vbi plenitudo Dei dicitur, non qua Deus impletur, ſed qua implet: adeò vt ſimili ratione in hoc dicendum ſit, qui implet, non qui impletur. Deinde ſi dicitur Chriſtus impleri in perſona Eccleſiæ (vt dicis, & ita exponunt vulgò qui paſſiuè legunt) ſequitur Eccleſiam eſſe ſuiipſius complementum, quod abſit; hoc enim accipit à Chriſto. Atque omnino, ſi paſſiuè interpretaris, quæro quiſnam impleat: quidquid enim impletur, ab aliquo impletur. Hîc mihi Chriſtum reſpondeas neceſſe eſt, vnde efficio ſemper huc redeundum eſſe denique, *Chriſtum implere omnia in omnibus.* Miror autem cur tibi diſpliceat hæc interpretatio, quæ ſenſum Apoſtoli nobis clariſſimè proponit. Eſt enim iucundiſſima hæc correctionis ſpecies, quum *Eccleſia dicitur Chriſtum implere, qui tamen complet omnia in omnibus,* ne quid propterea de Chriſti gloria detrahatur. Quinetiam cùm ita & Ambroſius legat, & Auguſtinus, nempe *implet* actiuè, neceſſe eſt vt non meum errorem, ſed tuam ipſe negligentiam redarguas. Quare (vt tua verba tibi regeram, Turriane) poteras non huc excurrere: nec enim lector tua opera hoc in loco opus habuit. Sed pergamus ad tuam admirationem. *Non poſſum,* inquis, *ſatis mirari te ita oſcitantem hallucinari: vt cùm Apoſtolus dixerit ſuper omnem Eccleſiam, tu ſuper electorum inuiſibilem Eccleſiam, interpreteris.* Deſine verò mirari, mi homo: nec enim in hoc loco potui hallucinari, qui Apoſtoli verba ſequutus ſum. Sic enim Paulus de Chriſto: *Ipſum,* inquit, *conſtituit caput*

Xenophon. ἑλλην. lib. 6. Plutarc. in Alcibiad.

In Epiſt. ad Epheſ. cap. 1. De ciuit. Dei lib. 22. cap. 28

Epheſ. 1.

ſuper omnia ipſi Eccleſiæ: nempe, vt intelligamus Chriſtum ita eſſe Eccleſiæ caput, vt ipſe ſupra omnia longè emineat. Tuam potiùs mirare craſſam illam vel negligentiam, vel imperitiam, qui Græca hæc verba tam malè interpretatus ſis: cùm tamen Greculus haberi velis, qui miſellas paginas Græcis rhapſodiis recitandis, identidem oneras. Nec enim potuiſti ignorare ita conſtanter legi in omnibus codicibus: ſed veterem interpretem Latinum maluiſti ſequi paucis mutatis (ſic enim ille: *ſupra omnem Eccleſiam*) atque ita non ex Pauli, ſed ex illius interpretis verbis in me argumentari. Quid dico argumentari? imò verò tragicè & Turrianicè exclamare: *ô cæcam,* inquis, *& impiam temeritatem!* Bona verba, quæſo, ac potiùs nobis explica ecquoſnam oculos habueris, qui tria illa Græca vocabula non videris: & cuius hoc pietatis, cuius prudentiæ fuerit veterē interpretem ipſi autographo anteferre? Quin etiam, ſi Paulus *πᾶσαν* ſcripſiſſet, non *πάντα*: meliùs tamen & rectiùs diceretur: ſuper totam Eccleſiam. Denique nuſquam negaui quin hæc vel illa viſibilis Eccleſia dicatur *ſponſa Chriſti* ſuo modo: nempe propter electos, qui ſunt in illa Eccleſia: quemadmodum dicebat Paulus de Corinthiorum Eccleſia: 2.Cor.11. & huc ſpectat regula illa Ticonij, quam Auguſtinus propoſuit *De permixta Eccleſia:* De doct. Chr. lib.3.cap.32. & quam mihi paulò antè obiecisti, locum Auguſtini non intelligens. *Multa enim videntur dici de tota Eccleſia permixta, quæ tamen ad ſolos Electos pertinent.* Quum autem dicimus indefinitè, Eccleſiam eſſe *ſponſam Chriſti:* tum affirmo, nomine Eccleſiæ ſignificari vniuerſam Electorum Eccleſiam: qua de re iam antè à nobis multa dicta ſunt. Quod attinet ad locum Auguſtini: iam patefeci tuam hac in re inſcitiam, qui ſtructuram verborum Auguſtini non intellexeris: ſed & hoc addam, mihi, ſi velim, licere optimo iure exclamare: cæcam & impiam Turriani temeritatem, qui Chriſto vero Eccleſiæ capiti corpus non verum, ſed ſimulatum affinxerit, *temerè turgens carnis ſuæ ſenſu* Coloſſ.2. (vt hæc Pauli verba in eum meritò accommodemus) *neque obtinens caput ex quo totum corpus per commiſſuras & compages ſuppeditatum & compactum augeſcit Dei augmento.* Iam quod maluiſti me dicere Definitionem non eſſe æqualem definito, & ineptum eſt & ridiculum. Nam inæquale dicitur quod eſt aut maius aut minus: rectè verò dixi, ſi electorum Eccleſiam definias, tuam Definitionem eſſe latiorem definito: plures enim continet quàm Electos. Nam tua definitio complectitur etiam reprobos admixtos: ac proinde latior eſſet definito, nempe Eccleſia Electorum, ſiquidem eam definires.

XIIII. Pag.40.41. TVRRIAN. *Obiicis Antonius me dixiſſe Eccleſiam fuiſſe ante Propheticã & Apoſtolicam doctrinam: & ita exponit, ante receptum ab hominibus verbum Dei. Sed ego dixi ante Prophetiam; non autem ante verbum Dei, quod latiùs patet quàm Prophetia. Dicit etiam Antonius menſuram eſſe priorem menſurato; miror ſi Academiam tuam inſcitiæ tuæ non pudeat. Tradit tuus Ariſt. Relata eſſe naturâ ſimul. Licet, inquis, non in omnibus videtur eſſe verum ſimul eſſe natura, vt in ſcibili & ſcientia. Erras etiam cum dicis verbum Dei eſſe menſuram Eccleſiæ: nam verbum Dei ſignificat locutionem Dei, quæ eſt emanatio Dei ad creaturã & habitudo media inter emanantē, & vt ita dicam, emanatũ. Quare ſi verbum Dei eſt menſura Eccleſiæ tanquam menſurati: neceſſe eſt vt ſit ſimul natura cum* *menſurante & menſurato, quorum eſt habitudo intermedia.*

Sadeel. Nomine *Propheticæ doctrinæ* Theologi intelligunt totam doctrinam & omnem exhibitionem verbi Dei ſub vetere Teſtamento. Perſpicuus eſt locus in Epiſt. ad Heb. *Multifariam*, inquit, *multiſque modis* Heb. 1. *Deus olim locutus patribus per Prophetas, &c.* Ne me igitur ſed teipſum accuſa, qui non ſatis rectè locutus ſis. Sed ecce, me ad Philoſophiam reuocas, adeoque ad ipſas Categorias: qui dixerim menſuram eſſe prius quàm menſuratum *quandoquidem*, inquis, *Relata ſunt natura ſimul*, ex Ariſtotele. Deinde quaſi pedem referens, *licet* (inquit Ariſtoteles) *non in omnibus videtur eſſe verum, vt ſint ſimul naturâ: vt in ſcibili & ſcientia.* Ita igitur manifeſtum facis, Turriane, longè aliud eſſe, Ariſtotelem citare vel legere, quàm Ariſt. intelligere: quę ſi intelligeres facilè videres his poſtremis verbis, quæ ex Ariſtotele ſubieciſti, illud ipſū affirmari quod dixi, & quod tu me reprehendens negas. Quare Academia mea me iuſſit non ſubſiſtere in Categoriis, ſed conſulere Philoſophum in libris de prima Philoſophia de Relatorum natura diſſerentem? Lib. 5. prim. Philoſ. Vbi cùm aſſignaſſet *tria Relatorum genera, nempe per numerum, per potentiam, & vt menſurabile ad menſuram:* ſubjicit *hoc poſtremum à duobus aliis differre, quod illa ſint ad aliquid eo ipſo quòd ſint, quod de hoc poſtremo dici non poteſt: ſunt enim Relata tertij generis ratione quidem ſimul, ſed non naturâ.* Nam id cuius eſt ſcientia fuit antequam eſſet eius ſcientia. Et hodie, multa ſunt ſcibilia, quorum tamen nondum eſt vlla ſcientia. Atque vt ad Categorias reuertamur (quandoquidem ita iubes) ſi illas aliquando didiciſſes, nunquam περὶ τῶν πρός τι. tibi iſta dubitatio incidiſſet. Sic enim Philoſophus *videntur*, inquit, *ea quæ ad aliquid dicuntur eſſe ſimul naturâ: atq; id quidem in permultis verum eſt, in nonnullis autem, falſum*. Et paulò poſt profert exemplum ſcibilis & ſcientiæ, vt doceat vnum eſſe naturâ prius altero: *Videtur poſſit*, inquit, *ſcibile prius ſcientia;* quæ verba citaſti quidem, ſed non intellexiſti. Eſt enim loquendi genus Ariſtotelicum, quo affirmat, non autem objiciendo negat, vt tu malè opinatus es. Atque id ſatis patet ex ſequentibus, vbi probat etiam non exiſtente ſcientia, eſſe tamē ſcibile. Tu verò riſu dignus es, qui nihil tale cogitans aduerſus Ariſtot. diſputas, & ais ſcibile non eſſe prius naturâ quàm ſcientiam: quia ſcientia eſt cū ſcibili, ſi non actu, at potentia, inquis. Atenim mi homo, nulla dicuntur eſſe ſimul potentia in Philoſophia: conſule Ariſtotelē in cap. De iis quę ſunt ſimul & in 4. lib. primæ Philoſophiæ. Quod cùm non intelligas miror te in arenam hanc philoſophicam deſcendiſſe. Sed de hac re hactenus. Audiamus autem quid præterea objicias: Nempe *verbū Dei non eſſe menſuram Eccleſiæ, quia verbum Dei eſt emanatio Dei ad creaturam*, inquis; Scilicet non intelligis quid ſit verbū Dei. Quum .n. dicimus verbū Dei eſſe menſurā Eccleſiæ: per verbum Dei non ſignificamus emanationē illam, de qua loqueris, nō intelligens profectò quid dicas. Sed ſignificamus doctrinā illam, quam Spiritus ſanctus hominibus exhibuit. Nam illa emanatio Eſa. 40. quam profers, eſt temporanea, ita vt eam intelligis. *Verbum autem Dei* 1. Pet. 1. *manet in æternum*, inquit, ipſum Dei verbum. h.e. Scriptura ſacra. 1. Ioan. 2. &c.

XV. **Tvrri.** *Dicis doceri in hoc loco Euang. Mat. 18, non quid faciat Eccleſiam, ſed quid ipſa Eccleſia faciat. Proba quod dicis, ne, vt Parmenianus apud Auguſt.*

dicere & non probare videaris: neque reſtrinxi congregationem ad actum ipſum congregationis, quum Eccleſiam definiui: quia vſus ſum etiam vocabulo cœtus.

SADEEL. Nihil erat cauſæ quamobrem me cum *Parmeniano* comparares. Nam propoſui paucis ſenſum vtriuſq; loci, ex quo emergit eorum quæ dixi confirmatio. Ille igitur cenſendus eſt *dicere & probare*, qui locorum Scripturæ lucem clariſſimam in medium proponit, ex quibus ſolis petenda eſt quęſtionum Theologicarum probatio. Sic igitur Chri-
Matth. 18. ſtus: *Dic Eccleſiæ, ſi Eccleſiam non audierit, &c.* Quibus verbis dixi ſignificari non eſſentiam Eccleſię, ſed actionem Eccleſię iam conſtitutæ. Sic apud
1. Cor. 5. Paulum: *Vobis,* inquit, *& meo ſpiritu congregatis, eiuſmodi hominem tradere Satanæ, &c.* Hæc verba ſunt de ipſa Eccleſiæ actione intelligenda. Nec enim hic vides quidnam conſtituat Eccleſiam, ſed potiùs quidnam Eccleſia viſibilis iam conſtituta & conſtans ſuis partibus faciat; nimirum cùm exercet Eccleſiaſticam diſciplinam. Itaque rectè obieci te reſtringere fidelium congregationem, id eſt, *cœtum*, ad actum ipſum congregationis. Nec te iuuat quod *cœtum*, dicas: quia ille cœtus Eccleſiæ, de quo loquuntur loci à te citati, ad actum ipſum congregationis refertur: qui quidem actus tamdiu durat, quandiu cœtus Eccleſiaſticus habetur: imò tu ipſe ita exponis his verbis, pag. libri tui 41. *Ego,* inquis, *hoc verbo congregationis ſic vſus ſum, vt conſuetudo familiaris quotidiani ſermonis vtitur: vt quum dicimus, ille non fuit in congregatione.* Itaque teipſum debebas, non me reprehendere, qui non potui aliter iudicare de tua ſententia, quàm ex locis iis quos profers ad ſententiæ tuæ confirmationem: qui cùm intelligendi ſint de ea congregatione Eccleſiæ, in qua exercetur ipſius Eccleſiæ diſciplina, perperam inde colligis tuam illam eſſentialem Eccleſiæ definitionem; qua dicis Eccleſiam eſſe congregationem & cœtum fidelium, quos Epiſcopus congregauit, &c. Ex quibus omnibus colligo, teipſum eſſe *Parmeniano* ſimilem (quod tamen mihi ſine cauſa obiecisti) qui tua tuorumq; Epiſcoporum & Monachorum ſomnia, clariſſimis Scripturæ teſtimoniis anteponis. Nam (vt Auguſtini verbis vtar) *quum Ticonius proferret diuini Teſtamenti tonitrua, hoc eſt, aper-*
Cont. Epiſt. Parm. lib. 1. cap. 2. *tos Scripturæ locos: Parmenianus opponebat narrationes conſacerdotum ſuorum* (inquit Auguſtinus) quod idem facit Turrianus aduerſus Sadeelem diſputans.

XVI. Pag. 44. TVRRIAN. *Definio Eccleſiam ex ipſa rei ſubſtantia, id eſt, ex Diſpoſitione Eccleſiæ noui Teſtamenti, quæ diſpoſitio eſt forma eius & ſubſtantia. Eſt quidem ſubſtantia Eccleſiæ vnus Spiritus fidei colentium Deum. 2. Cor. 4. habentes eundem ſpiritum fidei, alia tamen fuit diſpoſitio Eccleſiæ in lege Naturæ, alia in lege veteri, alia in lege noui Teſtamenti. Eccleſiam enim noui Teſtamenti ita diſpoſuit Chriſtus, vt daret ei ſicut Apoſt. ait, quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios autem Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad conſummationem Sanctorum, &c. Itaque neceſſe eſt eſſe nunc in Eccleſia alios qui Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedant, alios qui Prophetis, alios qui Euangeliſtis, alios qui Paſtoribus & qui Doctoribus, quia ſemper ædificatur*
Pag. 272. *corpus Chriſti. Omnes quidem Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum: ſed maiores Epiſcopi maioreſq; Prophetæ prius ſuccedunt, tum minores. Hæc Diſpoſitio ad Eſſentiam Eccleſiæ pertinet: quæ quidem Eccleſia eadem numero à principio per-*

manet: & hæc diſpoſitio facit, vt ſit non quidem Eccleſia, quæ iam antè erat, ſed Eccleſia noui Teſtamenti ſiue Eccleſia renouata. Hæc igitur diſpoſitio externa eſt Eccleſiæ ſimpliciter: non enim conſtituit Eccleſiam ſimpliciter tanquam Differentia vnde ſumitur forma: ſed conſtituit Eccleſiam Apoſtolicam, ſicut diſpoſitio ligni in Ianua, forma eſt liminis, vt ait tuus Ariſtoteles lib. 8. de prima Philoſophia. Quæ quidem Diſpoſitio externa eſt ligno, quod prius erat, ſed non limini. Imò eſt ſubſtantia eius: limen enim eſt, inquit Philoſophus, lignum ſic ſitum. Idcirco in Epiſcopo, qui non eſt res externa Eccleſiæ, ſed intima, continetur Differentia vltima, quæ eſt forma & ſubſtantia Eccleſiæ nouæ, ſicut dixit Cyprianus Eccleſiam definiens: Eccleſia eſt plebs fidelium Epiſcopo ſuo, Catholico ſcilicet, adhærens, id eſt, talem habens diſpoſitionem, cuius diſpoſitionis caput eſt Epiſcopus, qui eam in ſe poteſtate continet.

Pag. 43.
Pag. 44.

SADEEL. De forma eſſentiali, & de forma externa fuſè à nobis tractatum eſt in ſumma huiuſce diſputationis: nunc tantùm paucis tuos errores perſtringam. Mirum eſt eò te inſcitiæ prolapſum, nec ſaltem ab vno ex tuis ſodalibus, quibuſcum hac de re communicaſti, ſuſtentatum fuiſſe, vt formam eſſentialem Eccleſiæ in exteriore diſpoſitione ac forma collocares, quo ne tu quidem ipſe aliquid abſurdius cogitare potuiſti. Ac vide in quot te laqueos induas. *Vis Eccleſiam veteris & noui Teſtamenti eſſe vnam numero, & tamen habere diuerſas ac differentes formas eſſentiales:* quod in Philoſophia non iam erratum, ſed ſcelus aliquod & flagitium putandum eſt. Deinde, ſi definis *Eccleſiam Catholicam,* cuius Chriſtus caput eſt, & quæ vna eſt, non duplex aut triplex: certè, Eccleſia veteris Teſtamenti non debet aliena eſſe à tua definitione: nam pertinet ad Catholicam Eccleſiam, quam idcirco Epiphanius *principium omnium appellarit.* Sic *Abrahamus dicitur omnium credentium pater, adeóque omnium noſtrûm,* inquit, Paulus, & alibi: *Chriſtus,* inquit, *eſt pax noſtra, qui vtraque fecit vnum & intergerini parietis ſeptum ſoluit.* Ne mihi plerique alij loci conſimiles recenſendi ſint. Præterea non animaduertis Eccleſiam, tum Iſraeliticam, tum Chriſtianam, habuiſſe varias formas exteriores, vt in Summa diſputationis dictum eſt. Nec porrò rectè cenſes *eam diſpoſitionem cuius meminit Paulus Epheſ. 4. eſſe, aut eſſe debere in Eccleſia perpetuam:* cùm ea fuerit Eccleſię Chriſtianę primordiis accommodata, vt patet vel ex nomine Apoſtolorum, quos non dicitis vos habere, ſed eorum Succeſſores tantùm, vt ais, quum nobis obtrudis tuos Epiſcopos maiores & minores. At, *ſi Apoſtoli erant forma eſſentialis Eccleſiæ,* eos ipſos manere oportuit, Eccleſia Chriſtiana manente. At non manſerunt: non igitur erunt forma eſſentialis Eccleſiæ. Tu verò ſucceſſores nobis proponis, atque ita pergis confirmare (de quo tamen non iam amplius dubitamus, præſertim poſtquam legimus tuam hanc defenſionem) tibi cum Philoſophia, quam oſtentas, nihil eſſe commune. Quænam enim vnquam fuit vel erit *forma eſſentialis* alicuius rei, quæ non per ſe, ſed per aliud maneat in re ipſa? Ecquis æquo animo patiatur monſtra tua illa Indica, quæ tum in Theologia, tum in Philoſophia noua, quotidie nobis profers? vt de tua India dicamus quod olim de Aphrica dictũ accepimus. Qui etiam ſi te ipſum in conſilium adhiberes, nunquam id diceres. Nam cùm nobis de Apoſtolis loqueris, vnum ani-

Cont. hær. in princ.
Rom. 4.
Epheſ. 2.

mium conſtituis, nempe Petrum, quem vis, fuiſſe Apoſtolorum principem, vt profeſſus es in ipſa libri tui inſcriptione. Reliquos verò Apoſtolos æquales hactenus feciſti, quid poſtea facturus ſis, neſcio: tu ipſe videris. Iam *Succeſſores* debent iis reſpondere quibus ſuccedunt: cur tu *maiores & minores Epiſcopos facis Apoſtolorum ſucceſſores*, quum Apoſtolos maiores & minores ne ipſe quidem conſtituas, vno Petro excepto, cuius ſucceſſionem vni Romano Pontifici aſſignas? Vides igitur ex longa illa tua ratiocinatione conſequi, in ipſa Eccleſia Chriſtiana fuiſſe varias formas exteriores: niſi fortaſſe *maius & minus*, idem tibi planè eſſe videantur: aut *Epiſcopos illos maiores, & minores* negas ad Eccleſiam Chriſtianam pertinere. Atque vt *formam illam* de qua tamdiu, & tam ineptè diſputas, non iam nos, ſed ipſi tui Doctores tibi dipingant, vide quid Lombardus, quid Gratianus, & pleriq; alij ſcripſerint de veſtris *Archiepiſcopis, Primatibus & Metropolitanis*, & vnde originem duxerint. Nempe, *ab exemplo Gentilium:* vt notaui in loco Scripturæ, ordine 12. Agè porrò, vnde tandem hauſiſti bellum hoc loquendi genus? *formam de qua loqueris eſſe exteriorem & intimam Eccleſiæ*, quod ſine contradictione dici non poteſt: adeò quod redolet Mercurium illum Paſſonis, cuius Philoſophi meminerunt. At enim citas ex Ariſtotele, *limen eſſe lignum ſic ſitum:* atq; ita non diſtinguis inter formã exteriorem, quæ eſt Accidens, & ſubiectum ipſum Accidentis. Nã forma liminis accidit ligno: & qui limen definit, non definit ſubiectũ nempe lignum, ſed definit tantũ Accidens in ſubiecto. Quid verò Eccleſię Chriſtianæ cõmune eſt cum hoc tuo limine? quo quidem rei, de qua inter nos agitur, veritatem ab ipſa ſi poſſes libenter excluderes. *Dicis te Eccleſiam Apoſtolicam definire.* Cedò, definiſne tantùm Apoſtolicã, an etiam Eccleſiam ſimul? ſi vtrumq; ſimul, quorſũ igitur exemplum tui liminis? Qui enim dicit lignũ ſic ſitum, definit formam & diſpoſitionẽ ligni, ſed non lignum: ac proinde ex hoc exemplo non definires Eccleſiam, ſed tantùm hanc Eccleſiæ diſpoſitionẽ & formam exteriorem: adeò vt qui mihi initio obieceris nomen *finitoris* ex familiari tuo Plauto fabularum ſcriptore, ſatis ipſe declares te peſſimũ eſſe finitorẽ, qui Eccleſiam tam malè definias. Cæterùm cùm liminis forma non ſit aſtricta huic vel illi ſubiecto (poteſt enim eſſe non minus in lapide &c. quàm in ligno) quæro ex te, bone Philoſophe, qui definitionem tuæ Eccleſiæ ab Ariſtotelis prima Philoſophia arceſſere voluiſti, nũ Apoſtolica illa diſpoſitio de qua loqueris, poſſit eſſe in alio ſubiecto quàm in Eccleſia. Ex quo fit vt tuum iſtud limen, & hæc ianua Ariſtotelica à te producta extra huiuſce diſputationis cardines vertatur: nec iã te exaudiat ipſa Philoſophia à te peſſimè acceſſita. Ac ne lectorib. moleſtus ſim iis repetendis quæ in Sũma diſputationis explicata ſunt, hoc vnum addã: Si verum eſt quod dicis, in Epiſcopo contineri intimã formam Eccleſię, relinquitur, eſſe in Epiſcopo conquieſcendum, vt perfectam Eccleſiam cum ſua forma Eſſentiali habeamus. Ac proinde tuum Pontificem Romanũ minimè pertinere ad formam eſſentialem Eccleſiæ: niſi fortè cum aliis omnibus Epiſcopis Eccleſiam ex tua definitione congregantibus, æquo iure eſſe cenſeatur. Venio ad locũ Cypriani quẽ nec benè citas & malè intelligis, dũ cum tuis additamẽtis more tuo obſcuras.

Sentent.lib. 4.diſt.24. Can.Decretis diſt.21.

Ad Pupianum lib.4.Epheſ.9.

ſcuras, Sic enim Cyprianus grauiſſima obiurgatione Schiſmaticum Pupianum caſtigans: *Etſi, inquit, contumax ac ſuperba obaudire nolentium multitudo diſcedat: Eccleſia tamen à Chriſto non recedit: & illi ſunt Eccleſia, plebs ſacerdoti adunata & paſtori ſuo grex adhærens*: hæc ille. Tu verò de tuo addidiſti, Epiſcopo ſcilicet Catholico: fortè vt exponeres Cyprianum: vel potius vt ambiguo luderes atq; imponeres rudioribus qui nomine Catholici Epiſcopi Papam intelligunt. Plana eſt autẽ Cypriani ſententia: Eos demũ cenſẽdos eſſe de Eccleſia, qui ſpretis reiectiſq; ſchiſmaticis, vero ſuo Paſtori adhærent, atq; ita vt à Chriſto non recedant. Quid verò id tuum Pontificem adiuuat, quem ſequi non poſſumus, quin à Chriſto recedamus? falleris autem dum exiſtimas hanc eſſe definitionẽ eſſentialem Eccleſiæ à Cypriano propoſitam. Nam loquitur de Eccleſia iam exiſtente & præclarè conſtituta: cuius hoc eſt attributum, adhærere veris ac piis ſuis Paſtoribus intra verbi Dei fines manentibus. Quare docet Cyprianus nõ propriè quid ſit Eccleſia, ſed qualis ſit Eccleſia, ita vt decet conſtituta, & loquitur de ſua Eccleſia, nempe Carthaginienſi, quæ Pupiani & aliorum ſchiſmaticorum partes non ſequebatur, ſed vero ſuo Paſtori, hoc eſt, ipſi Cypriano, iuxta Dei verbum adhærebat.

XVII.
Pag.45.& ſeq.

Tvrrian. *Dicit Antonius ita potius dicendum eſſe, eos demum ritè & legitimè ab Epiſcopis, id eſt ab Eccleſiæ miniſtris congregari, qui in nomine Chriſti congregantur, ſed ego à notiſſimo ad non notum deſcendi, ille ab æqualiter obſcuro in obſcurum. Mendacium eſt quod ais me omittere eam antitheſin quæ eſt in contextu, nempe Ligandi & Soluendi; ſic enim dixi: Qui eſſent quibus hanc poteſtatem excommunicandi daret, ſtatim docuit ſubiungens: Amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis, &c. Si enim non dediſſet poteſtatem conuocandi & congregandi Eccleſiam, quomodo habere poſſent Eccleſiam unde eiicerent?*

Pag.47.48.

Sadeel. *Dicis te à notiſſimo incipere maluiſſe, nempe ab Epiſcopo*: cuius nomen equidem fateor eſſe notiſſimum: ſed te tuoſq; Epiſcopos neſcire, aut nolle ſcire, quæ vis ſit huic voci & nomini ſubiecta, ipſa experientia ſatis demonſtrat. Verùm ex his tuis verbis colligo, te veram definiendi rationem neſcire. Licet enim cauſæ *τῶν* ſint longè difficiliores effectis: inde tamen vera definitio petenda eſt. Itaque *congregare in nomine Chriſti*, id eſt, iuxta eius verbum, eſt cauſa, cur veri Paſtores Eccleſiæ rectè congregare Eccleſiam dicantur. Id autem quod dicis, falſum eſt, nedum poſſit eſſe cauſa *τῶν*. Nec enim ſequitur: *Epiſcopus congregat, ergo in nomine Chriſti congregat*, vt patet Act. 20. ver. 30. patet etiam ex tuis Epiſcopis iampridem non homines, ſed hominum bona & facultates congregantibus & ad ſe rapientibus. Dixi porrò te omittere illam antitheſin, quę eſt in contextu nempe quum Eccleſiam definis: alioqui ſi inde argumentareris, tu tantùm differeres de hominibus tum excommunicandis, tum ad pacem Eccleſiæ admittendis: huc enim ſpectat Antitheſis quæ eſt in contextu. Sed tu qui nec communionis, nec Excommunicationis veram doctrinam, vſumque legitimum vnquam noſti, longè aliter ratiocinaris hoc modo: *Si Epiſcopus eiicit ex Eccleſia, ergo Eccleſiam congregat.* Quod dico non eſſe conſectarium: multi enim ex Eccleſia eiiciunt, qui Eccleſiam illam non congregarunt: Immo hoc fuit Apoſtolorum proprium Eccleſias congregare, quas

Epiſcopi ſiue Paſtores Eccleſiaſtici poſtea fouerent ſuo munere ita vt decet exercendo: vt in noſtra ſolutione diximus. Verùm dicis te verbum *congregandi* non referre ad primam conſtitutionem Eccleſiæ, ſed te ita vſurpare vt apud Paulum: *vobis*, inquit, *congregatis*. Ergo refers ad actus ipſos ſingulares congregationis, ex quibus non fuit definienda Eccleſia; quam oportet iam exiſtere, antequam illos actus producat, vt patet vel ex hoc Matthæi loco quem citaſti: *Dic Eccleſiæ*, inquit: quibus verbis ſignificat Eccleſiam eſſe conſtitutam. Et tu ſcilicet egregius finitor (Megaricorum illorum ſimilis, qui videbantur dicere tum demum eſſe oculatum hominem quum videret: quos Ariſtoteles reprehendit libro 9. primæ Philoſophiæ) *definis Eccleſiam ex forma intima & eſſentiali Eccleſiæ*, vt ais, nempe ex actibus ſingularibus, qui tibi videntur formam eſſentialem Eccleſiæ conſtituere. Quod perinde eſt ac ſi diceres, hominem eſſe definiendum ex eo quod nunc mouetur, nunc cogitat, nunc diſputat & ratiocinatur; quod quàm ineptum ſit, non audeo ſanè dicere te videre, qui tam multa alia manifeſtiſſima non videas.

XVIII. Pag.49. TVRRIAN. *Dediſti, licet inuitus, eſſe Epiſcoporum congregare Eccleſiam in Chriſti nomine: at Proteſtantes non habent Epiſcopos, ergo non habent Eccleſiam: ſic enim ſcripſiſti: Apoſtoli & eorum ſucceſſores Eccleſiam congregarunt, & congregant in Chriſti nomine, &c.*

Pag.49. SADEEL. Somnia tua narras non meam ſententiam. Ego enim ex teipſo in teipſum, ſum argumentatus, non vt tibi aliquid darem ac concederem: ſed vt tibi auferrem potius ac detraherem falſam illam perſonam Pontificiæ ſucceſſionis, cuius inani fuco vos rudiorum oculos perſtringere ſoletis. Repete quæ ſcripſi in locis Scripturæ ordine, 9. 10. 11. & 12. Vt intelligas me non agere de tuis, ſed de veris Epiſcopis.

XIX. Pag.50.51. TVRRIAN. *Quæſo, Antoni, quis te conſtituit iudicem Pontificis Romani & omnium Epiſcoporum Eccleſiæ Catholicæ. Nolite, inquit, iudicare, & non iudicabimini. Iudicare, arguere, increpare, ſolis Epiſcopis conueniunt. Quòd ſi Lutherum & Miniſtros Proteſtantium iudicamus, ſecundum Scripturam facimus, 1. Corinth. 14. Si conueniat vniuerſa Eccleſia in vnum, & omnes prophetent: intret autem quis infidelis vel idiota: conuincitur ab omnibus: diiudicatur ab omnibus.* Pag.11.art.7. *Quòd autem eos maledictis inſectamur, hoc item ſecundum Scripturam facimus, & Apoſtolorum exemplo: vt cùm Paulus dixit in Elymam, Plene omni dolo: & Stephanus vocat Iudæos homicidas & proditores &c. Proſequi enim benedi-* Pag.89. *ctionibus eos, qui nos inſectantur, non eos qui Religionem, præceptum eſt. Iuſta conuitia ſunt, quæ pro defenſione fidei iaciuntur.*

SADEEL. Non noſtram, ſed Dei ſummi iudicis, ſententiam ex ipſi- 2. Theſſ. 2. us verbo petitam pronuntiamus: ſic enim ὁ ἀντικείμενος de quo Paulus loquitur, eſt interficiendus ſpiritu oris Chriſti. Dum autem vis Epiſcopos (ac præſertim tuum Pontificem) iudicare poſſe, & non iudicari, non iam diſputas, ſed adularis, vt faciebat ille apud tuum Plautum, *quem offa monebat*, vt eius verbis vtar. Miror autem tuam impudentiam, cùm in re ipſa, tum in eo argumento quod profers, corrumpendo locum Pauli, vt aſſentationi tuæ fidem facias, & nos ſcilicet cum infidelibus & idiotis compares: *Conuincitur*, inquis, *ab omnibus*, hoc eſt, interprete Turriano, à ſolis Epiſcopis, qui ius habent iudicandi: hæc enim ſunt tua verba: *iudicare, arguere, increpare, ſolis Epiſcopis competiunt.* At Paulus loquitur de efficacitate verbi Dei, non peregrina & ignota lingua recitati (vt apud vos fieri ſolet, qui linguis peregrinis & exoticis vtentes, ſæpe etiam ſubmurmurantes ſacra veſtra redditis, ſcilicet *peregrino ritu, quod Paganorum eſſe proprium* dicit Ambroſius) ſed ita propoſiti, vt etiam ab idiotis intelligi poſſit. Quo fit vt verè afficiantur audito perceptoque Dei verbo: *Nimirum* (inquit Hieronymus) *doctrina eorum conſcientias pulſante.* Hoc verò, Turriane, quid ad propoſitum tuum, & ad illa veſtrorum Epiſcoporum tribunalia, vnde Chriſti doctrinam, & Chriſtum ipſum quotidie condemnant, eius iudicium grauiſſimum ipſi aliquando ſubituri? Quamobrem (vt ad locum Apoſtoli quem obiicis alludam) nihil mirum eſt, ſi tu infidelis & idiota (quantumuis licet ſophiſticè agens) in Chriſti veram Eccleſiam non ingrediens, ſed impetum faciens, conuinceris ab omnibus, & diiudicaris ab omnibus: vt in te quadret, quod mihi falſò obiecisti, inſcientiam tuam omnibus eſſe patefactam. Quod tamen ſubiicis, libenter agnoſco: nempe, vos Monachos, qui nullas alias niſi dentatas chartas exaratis, maledicendi & conuitiandi licentiam, vobis iampridem veſtro iure vendicare. At dum veſtræ maledicentiæ exemplum Apoſtolorum prætexitis, hoc verò non iam nobis eſt maledicere, ſed Apoſtolis ipſis, quorum facta egregia & à Spiritu Dei profecta, nihil habent commune cum Monachorum, non tantùm conuitiis, ſed furoribus etiam (quoties id licet) ſummaque in ſanctos ac pios homines crudelitate.

In 1. Cor. 14.

Ibid. in 1. Cor. 14.

XX. Pag. 52. 53.

TVRRIAN. *Dicis Pontificem Romanum Eccleſiam diſſipare: Dic tu, bone Antoni: veſtrum Euangelium peruenit ne ad Indos? At Eccleſia Catholica per cunctum orbem propagata eſt, atque etiam gratulamur gentibus, & populis Indorum quòd peruenerit ad eos Euangelium, ſicut in vniuerſo mundo eſt. Credíſne Antoni, vos habere apud Indos qui congregent Eccleſiam Lutheri ad audiendum Euangelium eius. Nauiga illuc cum merce iſta dogmatica tui Euangelij: & experieris an frigeat ibi tuum Euangelium, an caleat.*

SADEEL. Tandè me ad *Indos* ablegas: credo quòd hîc tibi aliquantulum ſim moleſtus. Et neſcio quos ſpiritus Indi (quorum nomine Americanos, & remotiſſimos quoſque populos intelligere ſoletis) vobis Ieſuitis aliquot abhinc annis attulerunt, qui de veſtris ad remotiſſimas illas gentes profectionibus, libros etiam edatis, vt ita ſcilicet magis magiſq; teſtemini veſtrum ſtudium erga Romanum Pontificem, quem cum præuideatis, vrgente Euangelij veritate, propediem ex hoc terrarum orbe expulſum iri, maturè de hoſpitio cogitatis, ac nouum illi mundum conquiritis, in quo, veſtra opera, veſtriſque artibus, dominetur. Verumenimuerò quia *oportet mendacem eſſe memorem*, non poſſum ſatis mirari quid tibi in mentem venerit, vt me ad Indos amandares, qui in ſuperioribus tuis ſcriptis, & in tua ad Illuſtriſſimũ Principem Landgrauium Epiſtola, me ad *Bonifacium* reuoces, *quem honoris cauſa Germaniæ Apoſtolum appellas.* At hic Germaniæ Apoſtolus nullos eſſe credidit populos, qui Polum Antarcticum viderent. Quinetiam quum Vergilius quidam, tum in Mathematicis aliquantum exercitatus de Antipodibus verba fecisse, idq; Bonifacius Papæ renuntiasset, audi quemadmodum Papa Stephanus aduersus eum fulminarit (commemorante Auentino in Boiorum Annalib.) *Vergilium, inquit, Philosophum (si sacerdos sit nescio) à templo Dei & ab Ecclesia depellito, sacerdotio in concilio abdicato, si illam peruersam doctrinam fuerit confessus.* Hæc Romanus Pontifex, nimirum vix ac ne vix quidem Turrianum toleraturus, qui me ad longinquissimos illos populos iubet proficisci. At enim si quid hoc ad causam de qua agimus, pertineret: proferre possemus pios aliquot viros, qui in America illa remotissima, puram Euangelij doctrinam & professi sunt, & suo etiam sanguine obsignarunt. Miror autem qui inter vos conuenire possit: cùm tu neges vllos esse apud Indos qui nostrã Religionẽ profiteantur: & sodales tui scriptis editis conquerantur ex suis plerosq; cũ merce illa sua Põtificia, nempe cum imaginibus, reliquiis & consimilib. nugis ad Indos aduẽtãtes, fuisse à nostris cæsos & in mare coniectos, vt patet ex eorum sodalium Epistolis: in quibus inter infinita propè mendacia, hoc vnum verum esse reperi, quod narrant sibi fuisse à nostris obiectum, propriam Iesuitarum affectionem paucis hisce verbis explicantibus: *O veteratores Iesuitæ, per vos stat quominus conspirent vniuersi mortales atque consentiant, sublatisque dissidiis ac tumultibus, tranquilla omnes pace atque otio perfruantur: vestro scelere non modò Germania & Gallia, verùm etiam Brasilia, atque adeò toto terrarum orbe praua doctrina diffunditur.* Hæc illi. Quamobrem, mi Francisce, inepta hæc fuit tua postulatio, dum me ad Indos nauigare voluisti, cùm eiusmodi profectionem sodales tui sibi maximæ laudi ducere soleant, quam ego illis præreptam nolim. Tuam verò, qui tamdiu Romæ in otio versaris apud Cardinalem illum tuum, ignauiam purgare potius debuisti, cùm solitis & vsitatis Romę deliciis frui malis, quàm dare operam nouis apud Indos miraculis fabricandis.

Auent. lib. 3. de Annal. Boiorum.

Ex Epist. Frãcis. Henrici Iesuitæ.

XXI.
Pag. 54. & seq.

TVRRIA. *Dicis Sophistam Turrianum non leuiter errasse, cum dixit Ecclesiam non fuisse appellatam priusquam Aaron Pontifex factus esset, nec enim debuit hærere in Græco vocabulo, sed venire ad autographum Hebraicum, &c. Ego, Antoni, vt iudicis, non veni ad autographum Hebraicum: quia nec Hebraicè scio, neque mihi hoc loco Hebraicè scire opus erat: non est obseruatio mea, sed Cyrilli Hierosolymitani, cuius antiquitatem neglexisti: & quod longè grauius est, authoritatem sanctissimorum Apostolorum repudiasti. Existimabam Ministros Protestantium non ignorare, quàm diuina esset Septuaginta Interpretum ex Hebraico translatio. Contemnere Septuaginta & Hebraicum præferre, nihil aliud est, quàm assentari Iudæis. Quidam author valde eruditus notauit Apostolos & Euangelistas quingenta insignia testimonia, non ex autographo Hebraico, sed ex interpretatione Septuaginta protulisse.*

SANE quidem Tuam Hebraicarum literarum ignorantiam, quam præ te fers, satis video: atque etiam, quando ita vis, facilè patior, modò ne mihi tua isthæc inscitia fraudi sit. Hæc enim est, vt grauissima, ita iniustissima simul, & impudentissima accusatio, me, quia te ad autographũ Hebraicum reuocaui, propterea antiquitatem neglexisse, & Apostolorum authoritatem repudiasse. Num enim obsecro, qui eius sophismata redarguit, is vel antiquitatem negligit, vel quod longè grauius est (vt tu ipse dicis) authoritatem Apostolorum repudiat? Certè cum tu lit-

rudib teras

teras Hebraicas flagellantem viderem reuocaui in memoriam quæ aliquando popularis tuus Simenius Hiſpanus Cardinalis ſcripſerit, vt Latinæ, hoc eſt, Romanæ Eccleſiæ gratificaretur: *inter Hebraicam veritatem, inquit, & ſeptuaginta Interpretum editionem, nos Latinam tranſlationem velut inter Synagogam, & orientalem Eccleſiam poſuimus, tanquam duos hinc & inde latrones, medium autem Ieſum, hoc eſt, Romanam ſiue Latinam Eccleſiam collocantes.* Hęc Simenius, quibus bonus ille Cardinalis Ieſum Chriſtum in Eccleſia Romana crucifigebat. Tu verò paulò æquior interpretationi 70. multa commemoras ad Græcam illam interpretationem confirmandã, quaſi ea res inter nos agatur, aut quaſi ego 70. Interpretes reprehenderim, cùm te vnũ reprehendi, qui argumentatus ſis, nõ ex eo quod nõ ſcripſerunt ſeptuaginta interpretes, ſed ex eo quod non ſcripſerunt: nempe quia non toties vſurparunt vocabulũ [illegible] quoties voluiſti. Ergo totum hoc tuum eſt [illegible], vt permulta alia in ſcriptis tuis: tibi enim ſatis eſt citare, quicquid tandem citas. Veruntamen à te prouocatus hoc vnum dicã: Apoſtolos ita fuiſſe vſos interpretatione Græca, quæ vulgò ad ſeptuaginta illos interpretes referri ſolet, vt ſe ad ipſa verba non aſtrinxerint, qua de re & de 70. interpretatione vide Hieronymum: cui ſi crederes, *ad autographum Hebraicum quoties opus eſſet, venires.* Nec in ea re longè diſtat ab Hieronymo Auguſt. alioqui ſeptuaginta interpretibus inprimis addictus. Verùm quid opus eſt pluribus? Tu ipſe nobis eo nomine Pontificem mirificè cõmendas, quòd *Romæ Collegium Neophytorũ inſtituerit, vbi Hebraicæ linguæ cognitio traditur, vt Neophyti poſtea bene eruditi* (agnoſcis credo tua verba pag. lib. [illegible]) *Chriſtũ Iudæis ex lege & ex Prophetis demonſtrent.* Iam igitur accuſa tuum Pontificẽ quòd antiquitatem negligat, quòd Apoſtolorum authoritatem repudiet, denique quòd interpretationem Septuaginta planè reiiciat. Atque hæc quidem de tua ignorantia nobis dicta ſint. Porrò cùm ipſe fatearis *in varijs Eccleſiæ formis deſcribendis Eccleſiam fuiſſe in lege Naturæ* (vt loqueris) certè apertè retractas ſuperiorem illum tuum errorem cùm diceres Eccleſiam ab Aarone Pontifice initium habuiſſe.

Simen. in Præfat. in Bibl. Complut.

De opt. gen. Interpret.

In cap. 3. Malach.

Epiſt. ad Auguſt. &c.

De doct. Chr. lib. 2. cap. 10.

XXII.

Pag. 52.

Pag. 58.

TVRRIAN. *Dicis me Eccleſiæ ſubſtantiam cum eius exteriore forma confundere, ſed* [illegible] *formæ, quia ad illam vnam Eccleſiam ab Adamo cœptam* [illegible] *forma exterior, quæ ſibi* [illegible] *Et ſubſtantia ſiue Eccleſia quæ ab Adam cœpit, ſubſtantia quidem & numero vna* [illegible] *ad conſummationem ſeculi* [illegible] *continuanda,* [illegible] *Dauid* [illegible]*, ſed eiuſdem vnius Eccleſiæ variæ fuerunt diſpoſitiones.*

SADEEL. [illegible] bis antè diſputatum eſt. Tu verò [illegible] *conſtituunt.* Ita, ſi tibi credimus, puer non eſt eiuſdem ſpeciei cuius eſt adoleſcens: & rurſum ſenex à viro ſpecie diſcrepabit: & quia vir eſt homo, adoleſcentes & ſenes non erunt homines. Nunquámne, miſer, diſtingues varias ſpecies diſtinctionis alicuius rei vna & eſſentiali formæ. Diſce igitur Turriane, eius rei quæ vna eſt numero [illegible] poſſe eſſe plures formas eſſentiales: adeò vt Turrianus ipſe, & quum fuit adoleſcens, & quum eſt ſenex, ſemper habeat vnam formam eſſentialem, niſi quis fortè neget illum eſſe hominem. Ac, ne teipſe fallas, cùm dico, vt tuo Pontifici inſeruias, te in varias formas conuertere: non loquor de vera & eſſentiali forma, ſed de fallacibus illis formis, quas aſſentatores induunt *propter offam*, vt dixit Plautus in tua Comœdia Pyrgopolynice, aut ſi mauis Pyrgopolymorpho Milite glorioſo.

XXIII. Pag.60.61.62 TVRRIAN. *Damus, Antoni, Eccleſiam quam definimus, vniuerſalem eſſe: vt eſt vniuerſalis, extra mentem non eſſe, ac proinde non eſſe ſic viſibilem: ſed [illegible] ignorare vniuerſale re ipſa non ſeparari à ſingularibus, quod tuus Ariſtoteles libro de Anima ſignificabat, cùm dixit vniuerſale aut nihil eſſe, aut poſterius eſſe. Si igitur non ſeparatur à ſingularibus, aggregatio omnium ſingularium erit quoddam totum ſenſibile, conſtans ex ſingularibus omnibus, quæ ſunt eius partes ſenſibiles: vt exempli cauſa, homo, quod eſt vniuerſale, reipſa non ſeparatur à ſingularibus hominibus, quorum omnium vniuerſus numerus vbicunque ſint [illegible] quoddam eſt, quod vocari ſolet Integrale, conſtans ex omnibus ſingularibus hominibus, tanquam partibus ſuis. Concedis ſine iſtos ſingulares homines vbicunque ſunt, viſibiles eſſe, & totum illud ex iſtis ſingularibus integratum, non eſſe viſibile? At dicis, neminem vnquam vidiſſe totum illum vniuerſum hominum totius mundi: [illegible] viſibilem pari ratione, nec ipſi ſingulares homines ſunt viſibiles, [illegible] ſingulares vidit. At [illegible] ſingulares homines eſſe viſibiles, qui ſunt illius partes, [illegible] ex ipſis conſtans: magis enim [illegible] in Quantitate Diſcreta Ordine, quàm Turriano quid te vertis, Antoni? Sic [illegible] de Eccleſia [illegible] dicimus, vniuerſale, reipſa non ſeiungi à ſingularibus Eccleſiis, quas tamen certis viſibiles eſſe. Quarum omnium vniuerſa multitudo totum quoddam eſt conſtans ex ſingularibus Eccleſiis tanquam partibus ſuis, quod totum [illegible] eſt vniuerſalis, vt Ariſtoteles tradit, lib. 5. primæ Philoſophiæ. Itaque quæ [illegible] ſingularia vniuerſale in mente, [illegible] in re per ſe totius. [illegible] ergo te, [illegible] quæcunque communis eſt vel ſpecies, poſſit ne videri extra mentem [illegible] reſpondebis. At eadem in atomis cernitur, ſentitur, tractatur: ad eundem modum dicendum eſt, Eccleſiam communem, quatenus communis eſt, ſolum animo [illegible]: quatenus verò propter [illegible] indiuiduitatem [illegible], non ſub aſpectum cadit, neque reipſa à ſingularibus Eccleſiis ſeparari poteſt, [illegible] ſenſibilis, quæ vniuerſalis [illegible] eſt, Catholica Eccleſia nominatur. Quum ipſum Eſſe conſideratur cum propriis differentiis [illegible], loci, temporis, [illegible] Eccleſiæ, non communis [illegible] in mente ſolum eſt, quatenus communis eſt, ſed eſt [illegible].*

SADEEL. Tandem aliquando poſt multos errores ad hunc portum appuliſti, vt agnoſcas vniuerſale non eſſe extra mentem, ac proptereà non eſſe viſibile: ſed hic miror [illegible] diſtinctionem proponis, [illegible] vniuerſale vt eſt vniuerſale, [illegible] *ſed vt eſt reipſa, eſſe viſibile, quia reipſa non ſeparatur à ſingularibus.* Nam Ariſtoteles dixit (inquis) *Vniuerſale aut nihil eſſe, aut poſterius eſſe.* Mirum [illegible] diſtinguendi [illegible] intelligeres, quid ſit Ariſtoteli, *poſterius eſſe*, aut Ariſtotelem [illegible] diſtinctionum profeſſorem. Nam illud *eſt poſterius* Ariſtoteli, quod neque videri, neque tangi, neque vllis corporis ſenſibus [illegible]. Quis autem [illegible], aut vllum [illegible] eiuſmodi eſt.

Thom. de vniuerſa. in opuſc.

Sic enim Thomas, melius Ariſtotelem intelligens, *Vniuerſale*, inquit, *aut nihil eſt, aut poſterius, quoniam talis vniuerſalitas in re nihil eſt*. Tu verò ita diſtinguis, *vniuerſale, vt eſt vniuerſale, non videri, ſed tamen videri reipſa*: quod perinde eſt, ac ſi dicas, vniuerſale eſſe duob. modis. vno, vt vniuerſale, hoc eſt, vt loquitur Philoſophus, *vt poſterius: Altero, reipſa.* Nonne hìc vides & ſentis te à tuo vel à meo potius (vt dicere ſoles) Ariſtotele iugulari, qui vno tantùm modo Vniuerſale eſſe affirmat: & alterũ tuum illum modum ait nihil eſſe? *aut nihil eſt, inquit, aut eſt poſterius. Eſt autem poſterius cùm eſt vt vniuerſale, nempe ſecunda Subſtantia:* ſupereſt igitur vt alio modo nihil ſit. At tu quidem ita nobis Ariſtotelem exponis: *Vniuerſale nihil eſt*: hoc eſt, *vniuerſale reuera eſt: quia reuera non ſeparatur à ſingularibus*: audi, mi homo, ſi vniuerſale reipſa non ſeparatur à ſingularibus ergo non eſt Vniuerſale: quia Vniuerſale eſſe non poteſt, niſi per abſtractionem à ſingularibus. Rectè enim Boëtius dixit: *Vniuerſale dum intelligitur, ſingulare dum ſentitur*, alioqui ſingulare eſſet vniuerſale, quod quam aptè & eruditè dicatur amabò te, diſce ab iis ſodalibus tuis, qui ſunt te doctiores in Philoſophia. Quia verò in Summa noſtræ diſputationis hac de re copioſiùs tractauimus, nunc paucis tuos errores commemorabo. Quo me igitur vertam, Turriane, (ſic enim de me valdè ſollicitus ſcilicet exclamas) dum tibi videris (vt ad tuum Plautum reuertamur) *legiones difflare ſpiritu*, quò me vertam, inquam, aut vnde initium faciam vt recenſeam tuos errores, quorum numerus memoriam obruit? Primus igitur hic ſit tuus error: quòd quum dicis *vniuerſale reipſa non ſeparari á ſingularibus*, & ambiguè ludis & impropriè loqueris: cùm ita dicendum ſit potiùs, Singularia reipſa quidem eſſe quia ſunt primæ Subſtantiæ: at Vniuerſale non alibi eſſe, quám in mente, quæ ipſum contemplatur. Alioqui ſi reipſa non ſeparatur Vniuerſale á ſingularibus, certè viciſſim ſingularia re ipſa non ſeparantur ab Vniuerſali: ita vt eadem ratione ſingularia ſint inuiſibilia in Vniuerſali, qua Vniuerſale erit viſibile in ſingularibus, adeòque nullum erit Vniuerſale, quod non ſit Totum diſcretum: atque ita non admodum opus erit Categoria Subſtantiæ, quia Genera & Species ad Quantitatem referentur, ſi tibi credimus. Alius error tuus, cùm dicis *omnium ſingularium aggregationem eſſe quoddam totum ſenſibile conſtans ex ſingularibus omnibus, quæ ſunt eius partes ſenſibiles.* Nam vt ſit Animal, non neceſſe eſt eſſe aggregationem ſenſibilem eorum omnium, quæ in animali continentur: idem dico de homine vniuerſaliter. Licet enim indiuidua ſint ſenſibilia propter materiam, tamen Vniuerſale non eſt ſenſibile, quia eſt materiæ expers. Tertius error tuus; eò quòd in tuo exemplo *confundis ſpeciem cum toto integrali, quod* factum non oportuit: quia Vniuerſale totum eſt, nempe ὅλως ὅλον: quòd æquè participatur Totum ab illis de quibus predicatur in Quid. At toti integrali nullo modo id conuenit: nec enim pes vel manus dicitur corpus, cùm tamen de omnibus ſingularibus hominibus homo dicatur. Quòd ſi velis conficere Totum integratum ex omnibus hominibus, quod ſit reipſa totum & viſibile, neceſſe eſt omnes homines, non per ſomnium, vt facis, ſed reipſa ſimul & vnà congregati, alioqui Totum integrale non erit: quod quidem non in diuulſis ac ſeparatis, ſed in coniunctis partibus conſiſtit. Quinetiam licet omnes homines congregares, non tamen efficeres vnum hominem ex illis omnibus, vt ita cognoſcas quam infœliciter in hoc argumento verſeris. Nam omnes Eccleſiæ congregatæ, efficerent quidem vnam Eccleſiam, ſed omnes homines congregati non efficerent vnum hominem. Itaque nugæ ſunt, meræ inquam nugæ quæ dicis omnia, & quæ nobis in memoriam reuocant monſtrum illud Cabaliſticum & Rabbinicum de magno quodam homine, qui omnes homines comprehendit: itémque de magna quudam aui ex omnibus auibus compoſita, quæ expanſis alis eclipſim efficiat. Ad iſta deliria quàm propè accedas ex eo patet quòd affirmas omnium hominum cœtum, quem nemo vnquã hactenus vidit, eſſe nihilominus viſibilẽ & eſſe vniuerſalẽ. Quartus error dum dicis, *Omne magis conuenire in Quantitate diſcreta, quàm Totum* quod in ratione diſſerendi quàm falſum ſit, vel ipſis adoleſcentib. notũ eſt. Siquidẽ *Omne* dicitur de Genere & Specie: *Totum* de tota ſiue ſit Cõtinuæ, ſiue Diſcretæ Quantitatis. Nam hæc Enuntiatio: Omnis homo viuit, aliud ſignificat, quàm hæc: Totus homo viuit. Itèmq; ſi dicas omnem gregem (quod perinde eſt ac ſi dicas omnes greges, inquiunt Philoſophi) aliud dixeris, quàm ſi Totũ gregem diceres, Nam illic eſt vniuerſale, hic eſt Totum. Quintus error, quod velis *multitudinem omnium Eccleſiarum Particularium, eſſe totũ vnum quoddam Diſcretæ Quantitatis viſibile, licet reipſa non vnà congregentur*: quod eſt dicere, eſſe Totum & non Totũ: quia non ſufficit rerum multitudo, vt ſit aliquod earũ Totum, ſed oportet res illas ſimul reuera & viſibiliter eſſe coniunctas, vt totũ integratũ viſibile conſtituãt. Exẽpli gratia: magna eſt quidem militũ multitudo in Germania, Gallia Hiſpania, &c. Sed vt ex illis militibus componatur vnus exercitus, neceſſe eſt, non tantùm eſſe militũ multitudinẽ, verumetiã multitudinẽ militũ in vnũ exercitũ conuenire. Ecquis.n. dux adeo demens fuerit, vt iactet ſe magnũ habere exercitũ, eò quòd magna ſit vbiq; militum multitudo? Diceres enim eos in vnum exercitũ eſſe congregandos: poſſis tamen opera mentis Totũ aliquod tibi adumbrare, quod reuera non erit, ac propterea erit inuiſibile: vt quum animus Eccleſias particulares in vnam Eccleſiam colligit, quam ſuis tantùm oculis intuetur. Sextus error quando perperam citas Ariſtotelem in lib. 5. primę Philoſ. Nec enim ille dicit *Totum eſſe ſimile Vniuerſali*, vt ais: ſed potius, *vniuerſale eſſe vt quoddam totum*: hac videlicet ratione, quia inferiora continet. Latius igitur patet totum, quám Vniuerſale: ita vt, licet verè dicamus: *Omne vniuerſale eſſe ſimile Toti*, non tamen viciſſim dicendum ſit, *Omne totum eſſe ſimile Vniuerſali*: adeoque longè minus ita tibi argumentandũ fuerit: ſi aliquo modo Vniuerſale ſimile eſt Toti: ergo eſt aliquod totum ſimile vniuerſali, quod oculis corporis videri poſſit: imò verò, ſi eſt ſimile vniuerſale, in hoc certè non erit, quod ſit viſibile, quandoquidem vniuerſale, viſibile non eſt. Septimus error eſt, cùm ais *ſingularia Vniuerſalis, quod eſt in mente, fieri in re partes totius*. Nam vt fiant in re partes Totius, oportet Totum reipſa conſtitui: alioqui ſi cùm dicis *in re*, nihil aliud dicis, quàm quod mente tibi & animo dipingis, ipſis certè vocabulis abuteris. Iam vt reipſa ex omnibus Eccleſiis vnam colligas Eccleſiam viſibilem, oportet reipſa omnes Eccleſias in vnam Eccleſiam, ceu in totum vnum aggregari. Quis autem videt, eiuſmodi aggregationem, non reipſa, ſed animi tantùm cogitatione fieri? Octauus error, quòd ſentias *Eccleſiam Catholicam (tu communem dicis) quatenus Catholica eſt, non videri, ſed quatenus proprietatibus Indiuiduantibus (quas vocant) afficitur, videri: quemadmodum natura humana, vt ſpecies, non cernitur, ſed in atomo cernitur & ſentitur*. Hæc tua, inquam, ita ſecum confligunt, vt mutuis ſe vulneribus confodiant. Nam cùm natura humana videtur, non tunc eſt aliquid vniuerſale, ſed indiuiduum, vt agnoſcis. Tu verò, hoc ſcilicet exemplo fretus, dicis *non tantum ſingulas Eccleſias eſſe viſibiles, ſed etiam vnam Eccleſiam Catholicam*: quod perinde eſt, ac ſi diceres, naturã humanam non tantùm viſibilem, quia eius indiuidua ſunt viſibilia, ſed etiam quia *vniuerſalitas* naturæ humanæ videri poteſt. Deinde natura humana non definitur ex indiuiduis: at Totum Integratum, cuiuſmodi vis eſſe Eccleſiam Catholicam, non poteſt definiri abſque ſuis partibus. Denique in hoc ſimili tu vis prius eſſe Catholicam, deinde particulares Eccleſias, quibus Catholica Eccleſia indiuiduatur (vt tuum verbum vſurpem) Atqui, ſi Eccleſia Catholica eſt congregatio particularium, certè particulares Eccleſiæ ſunt prius. Nunquamne obſecro intelliges & animaduertes, te non loqui ſimpliciter de Eccleſia, ſed de Catholica Eccleſia? quam tu modò cum Genere, modò cum Specie comparas, modò etiam cum Toto, & illa omnia tibi vnum idémque ſunt. Dic porrò nobis, bone vir, quænam ſint iſtæ proprietates indiuiduantes Eccleſiam Catholicã, quas tu nobis commemoras? Quum dicis *Eccleſiam cerni tantùm mente, quatenus eſt communis, ſed eſſe extra mentem, quatenus eſt hæc, nempe cum propriis differentiis nationis, loci, & conſimilib*. Nonne dicis, nihil tale cogitans, Eccleſiã, quatenus eſt Catholica, cerni tantũ mente, ac propterea inuiſibilẽ: ſed quatenus eſt particularis, eſſe viſibilẽ? alioqui nõne particulare & vniuerſale pugnãt inter ſe? poteſtne aliquid eſſe vniuerſele, & ſimul veſtitum propriis differẽtiis nationis, loci & temporis? ô monſtrũ in vltimas terras, adeóq; extremã Indiã deportandã, vt illic barbaras gentes doceat tam rectè ratiocinari! Ecquis vnquã audiuit aliquid habere *proprietates indiuiduas*, quia ſit indiuiduũ? quis porrò vel cogitare quidem poſſit, idem eſſe Catholicũ & indiuiduũ, niſi Catholici vocabulũ planè euertat? Serua igitur tibi Indicã iſtam Philoſophiã, Turriane, qua tu vis indiuidua veſtita ſuis proprietatibus iudiuiduis, eſſe Catholica viſibila. Nam, vt de noſtris taceam, non exiſtimo vllum eſſe vel ex tuis ſodalibus, qui eiuſmodi Philoſophiam recipiat, qua tamen tantopere gloriaris, vt vno eius ſplendore & fuco ſophiſtico, ſperes te poſſe nobis illudere, non minus quam familiaris ille tuus apud Plautum, *volebas ſplendore clypij oculorum perſtringere aciem in acie hoſtibus*. Poſtremò (iam enim tædet tam prolixi catalogi) vide quorſum euadat tua diſputatio: *Vis Catholicã Eccleſiam reipſa non poſſe ſeparari à ſingulis Eccleſiis*: ita igitur ſtatuito ex ipſa tua ratiocinatione: Caput Catholicum viſibile, Eccleſiæ Catholicæ viſibilis, non poſſe reipſa ſeparari à ſingulis Eccleſiis, ac proinde nullum aliud eſſe caput viſibile Eccleſiæ Catholicæ, quàm ſingulos ſingularum Eccleſiarum Paſtores, & (vt locutus eſt Cyprianus) *vnum eſſe Epiſcopatum, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur:* ex quo factum eſt, vt idem Cyprianus non Epiſcopũ vnum, ſed multos Epiſcopos dixerit in Eccleſia Catholica præeſſe, idque ſcribens ad Epiſcopum Rom. atque ita euanuit tuus Pontifex Romanus, de quo profectò malè meritus es, qui hanc de eius primatu quæſtionem inſtauraris, & quantùm in te fuit, exacerbaueris, in illius caput tandem redituram. Sed quia ſæpe repetis, me odio Pontificis Romani loqui, ac propterea tibi ſuſpectus videor, ſaltem expende Veterum ſententiam, quoties de vnitate diſſerunt, quam in vno eodèmque Spiritus & fidei vinculo conſtituentes, ſatis docent eam eſſe inuiſibilem, tantùm abeſt, vt eam ab vno Epiſt. 57. Ioan. 11. homine viſibili pendere velint. Sic enim Auguſtinus exponens hæc Ioannis verba: *vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum: Non in vnum dictum eſt,* inquit, *aliquem corporalem locum, cùm de tali vocatione Gentium Propheta prædixerit: & adorabunt eum, vnuſquiſque de ſuo loco, omnes inſulæ Gentium. Sed congregare in vnum, dictum eſt, in vnum Spiritum, & in vnum corpus, cuius vnum caput eſt Chriſtus. Talis congregatio ædificatio eſt Templi Dei: talem congregationem non generatio carnalis, ſed regeneratio ſpiritualis facit: habitat itaq; in ſingulis Deus, tanquam in templis ſuis, & in omnibus ſimul in vnum congregatis, tanquam in templo ſuo.* Hæc Auguſtinus. Quia verò toties obtruditis *Eccleſiam Catholicam Romanam,* ac *Romanam Eccleſiam vultis eſſe Eccleſiarum omnium reginam:* audi quemadmodum idem Auguſtinus Romanam Eccleſiam cum aliis æquo iure cenſeat; nullámque aliam velit eſſe Eccleſiarum reginam, præter omnium Electorum Eccleſiam. Nam exponens Pſal. 44. *Delectauerunt te filiæ Regum: Ecce,* inquit, *Roma, Ecce Cathago, ecce aliæ & aliæ ciuitates filiæ regum ſunt, & delectauerunt regem ſuum in honore ipſius: & ex omnib. fit vna quædam regina.* Et Paulò pòſt: *Aſtitit regina à dextris tuis, & quæ à ſiniſtris,* inquit, *non regina: ſtabit enim quædam & à ſiniſtris, cui dicetur: vade in ignem æternum. A dextris autem ſtabit, cui dicetur: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab initio mundi.* Hæc Auguſtinus. Cùm autem, mi Franciſce, nolis Eccleſiam illam tuam Romanam, de Electorum Eccleſia intelligi, veritus, ne propterea fiat inuiſibilis, cuius tu conſpectu & fulgore nimis delectaris, ſupereſt igitur, vt ſit illa, quam Auguſtinus dixit à ſiniſtris eſſe ſeſſuram: niſi tu ſententiam reuoces.

XXIIII. Pag. 63. TVRRIA. *Ais Eccleſiarum vnitatem non magis videri poſſe, quàm fidem, quàm religionem: Dicamus igitur Eccleſiam quam deſcribit Lucas, non fuiſſe viſibilem, quia multitudinis credentium erat cor vnum: tu verò omiſiſti Sacramentum Baptiſmi: quare indicamus hanc rationem contra Antonium: Baptiſmus qui vnus eſt, & qui facit nouas creaturas, ex quibus congregatur Eccleſia Catholica, qui eſt ſigillum fidei, quæ vna eſt, eſt Sacramentum viſibile cum reliqua diſpoſitione Eccleſiarum noui Teſtamenti: igitur etiam ex hac parte fidei propter Sacramentum fidei viſibile, quod eſt Baptiſmus, vnitas Eccleſiarum viſibilis eſt. In vnitate doctrinæ Euangelicæ continetur vnitas fidei, & Sacramentorum, & totius diſpoſitionis à Chriſto conſtitutæ.*

SADEEL. Eccleſia, quam deſcribit Lucas, erat viſibilis. Non enim erat eo modo *Catholica,* quo nobis *Eccleſiam Catholicam* deſcripſiſti: neque

neque negamus, quin Ecclesia *catholica futura sit visibilis*, reuera aliquando congreganda: vt tunc reuera Ecclesia Hierosolymitana fuit corpus vnum visibile. Huius tamen Ecclesiæ, quamuis visibilis, consensus videbatur, nō propriè quidem, sed per effecta: quod Lucas significauit, cùm dixit *omnium cor vnum fuisse*. Nam si consensus est voluntatum coniunctio, & voluntas in animo versatur, certè qui dicit se consensum aliter videre quàm per effecta, ille se animos videre posse gloriatur: quod num homini tribuendum sit, nescio an in quæstionem reuocem, & num existimes reuera Ecclesiæ Hierosolymitanæ & omnium fidelium, qui tum illic erant, vnum cor tantùm fuisse naturale & visibile. *Baptismum non omisi*, vt ais, *quandoquidem in nomine vnitatis doctrinæ & religionis*, nisi fortè censes Baptismum ad religionem non pertinere. Sed iam operæpretium est audire rationem, quam inducis contra Antonium, *Baptismus est visibilis: est autem Sacramentum fidei, quæ vna est: vnitas igitur Ecclesiarum visibilis est.* Iam audi quid Antonius dicat aduersus hanc à te inductam rationem. Ait igitur primùm te non distinguere inter Baptismum, vt dicitur vnus Baptismus in Ecclesia, & Baptismum, vt est actio, nimirum, cùm Baptismus in Ecclesia administratur: hoc enim modò Baptismus quidem est visibilis, sed non est vnus Baptismus: verùm sunt innumerabiles. Cùm autem vnus Baptismus dicitur, non debemus hærere in singulis actionibus Baptizandi, neque subsistere in iis, quæ tum nostris oculis obiiciuntur, sed vim vnius in Ecclesia Baptismi, solius mentis oculis contemplari. His oculis videmus quod ait Petrus *Baptismum nunc seruare, non depositionem sordium carnis, sed conscientiæ bonæ interrogationem apud Deū.* Iisdem etiā mentis oculis cernimus, quod Paulus docet de vnitate Ecclesiæ, de qua nunc nobis sermo est. *Studentes*, inquit, *seruare vnitatem Spiritus per vinculum pacis. Vnum est corpus & vnus Spiritus, sicut & vocati estis in vnam spem vocationis vestræ: vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma, vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnia, & in omnibus vobis.* Hæc Paulus. Et ita Veteres de vna Ecclesia, & de vnitate Ecclesiæ loquuti sunt. Paulum autem, & cum Paulo pios Veteres sequi maluit Antonius, quàm Turrianicis somniis adhærere. Præterea dicit Antonius tuam inductam rationem esse ἀσυλλόγιστον tantùm abest vt demonstret. Perperam enim ita concluditur. *Si Sacramentum vnitatis fidei est visibile; ergo ipsa fidei vnitas est visibilis.* Atque adeò affirmat Antonius, te in crassa rerū Theologicarum ignoratione versari, qui nescire videaris, quid sit Sacramentum. *Est enim rei sacræ & inuisibilis visibile signum*: vel, vt tradit pater Scholasticorū Lombardus, *inuisibilis gratiæ visibilis forma*. Ex quo fit vt in toto tuo libro quantumuis licet longo & crasso, vix vllum reperiatur argumentum [illegible]us vel ineptius. Sic igitur Antonius inductam à te rationē in te ipsum reducit, & in tuū caput regerit. *Si Baptismus est sacramentum fidei: fides igitur est inuisibilis: ita, si Baptismus est Sacramentum vnitatis Ecclesiarum propter vnā fidem, igitur* (vt multa ex tuis verbis repetam) *etiam ex hac parte fidei propter Sacramentum fidei visibile, quod est Baptismus, vnitas Ecclesiarum est inuisibilis. Ratio est necessaria: quia Sacramentum visibile, refertur ad id quod inuisibile est, alioqui non est Sacramentum.* Atq; hæc de inuisibili vnitate Ecclesiæ

1. Pet. 3.

Ephes. 4.

August. epist. 57. Cyprian. de vnit. Ecc. Aug. de vnit. Eccl. &c.

Senten. lib. 4. dist. 1.

& viſibili & craſſa ignorantia Turriani, qui ſi rectè intelligeret, quæ poſtremò dicit de vnitate doctrinæ Euangelicæ, non tamdiu aduerſus doctrinam Euangelicam diſputaret.

XXV. TVRRIA. *An ideò non erit viſibilis Eccleſia Catholica ex omnibus Eccleſiis congregata, quia non ſunt vno in loco omnes congregatæ? an non ſatis eſt, vt qui in loco quopiam ſunt, ibi Eccleſiam videant? Reſpondeo, Antoni, vt vno exemplo imperitiam tuam redarguam & conuincam. Cùm exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, Lucæ 2. quid hîc ſignificat vniuerſus orbis?* [illegible] *ciuitatum? nonne viſibilis erat orbis vniuerſus qui deſcriptione* [illegible] *vniuerſus orbis habitatur vno in loco? cur ergo non eadem cogitas de vniuerſa Eccleſia, quod Lucas dicit de vniuerſo orbe? vt igitur illa deſcriptio vna fuit (non enim dixit deſcriptiones) & viſibilis fuit, in tabulis enim facta eſt, & ex particularibus deſcriptionibus tanquam partibus conſtabat: ſic in ſingulis ciuitatibus Catholicis factæ ſunt deſcriptiones viſibiles baptizatorum, ex quibus conſtat vna Eccleſia Catholica. Dicet Antoni: ſingulares illas deſcriptiones congregari potuiſſe in eiſdem tabulis, ita vt facilè* [illegible] *vnam deſcriptionem vniuerſi orbis ex omnibus in eiſdem tabulis fuiſſe congregatam: ſed quid ſi in ſingulis ciuitatibus deſcriptiones illæ remanebant, an minus verum eſſet quod Lucas dixit? Qui itaque inter ſe* [illegible] *niſi communicent in eodem loco, non dicentur eſſe vnius viſibilis congregationis.*

Pag 66. SADEEL. Ecce autem, vniuerſum orbem in me excitat Turrianus, vt me de ſententia depellat: ſed benè habet, quòd argumentum Turriani eſt tantùm vmbratile & fictitium. *Vniuerſus orbis*, inquit, *edicto Cæſaris Auguſti deſcriptus eſt: orbis eſt viſibilis: fuit vna deſcriptio viſibilis ex particularibus deſcriptionibus tanquam partibus conſtans: ergo idem dicendum eſt de Eccleſia Catholica.* Mirum ſanè ratiocinandi genus. Atenim, Turriane, repræſenta mihi hanc vnam deſcriptionem compoſitam ex ſingulis omnibus deſcriptionibus, ac tum nõ commutabimus vnũ verbũ, quin ea deſcriptio ſit vna & viſibilis. Tu verò ita nobis occurris, nimirum noſtram reſponſionem præſentiens. *Quid ſi in ſingulis ciuitatib. deſcriptiones remanſerint?* inquis. Ego contrà, quid ſi non remanſerint? obſecrò quid cauſæ habes, quamobrem dubitare poſſis ſingulas illas deſcriptiones ſimul fuiſſe collectas? Cur .n. id Cæſar iuſſerat, niſi vt omnium, tum ciuitatum, tum familiarum numerus & ſumma, atq; adeo res tota ad ipſum Cæſarẽ referretur? Reduc in memoriã, quid Ioab fecerit cùm ad numerandum totius Iſraëlis populum miſſus eſt, & quid ad Dauidem retulerit, ac tum ceſſabit tua illa dubitatio. Sed cur tanta circuitione vtimur, cùm res poſſit vno verbo expediri, etiã ſine Tabulis Cæſareis iampridem ſanè obliteratis ac deletis? Propono tibi tabulas geographicas particulares, vnam Europæ, alterã Aſiæ, tertiam Aphricæ, & (quia tu vehementer Indis delectaris) quartam etiam, ſi placet, Americæ, vel Indiæ. Dicéſne quatuor illas tabulas viſibiles, eſſe vnam totius orbis tabulam viſibilem? Non opinor. Ex altera parte propone tibi vnam tabulam geographicam totius orbis, quatuor illas tabulas comprehendentẽ: hîc, nónne vides hãc demũ tabulã eſſe vnam generalem & viſibilem? Ergo, mi homo, quem exitum habeat argumentum illud

1. Chron. cap. 21.

tuum vmbratile vides, aut ſi videre nolis, æqui & candidi lectores facilè vident. Sed quia tibi valde placuit hæc argumentatio, quam tibi videris ſubtiliter petere ex ſimilitudine deſcriptionis, nos viciſſim tibi hoc tuum ſimile ita reponamus. *Quemadmodum in vna quadam tabula geographica, nobis repræſentamus ſingulas partes vniuerſi terrarum orbis ſub vno aſpectu propoſitas, alioqui diſperſas ac diſtantes: ita omnes Eccleſias particulares in mente, tanquam in tabula nobis depingimus, & in vnam Eccleſiam Catholicam colligimus, non re vera, ſed ipſius mentis operatione, quam aggregationem ſi quis viſibilem dixerit, is perinde fecit, ac ſi tabulā mundi geographicam contenderit eſſe, non picturam orbis terrarum, ſed orbem ipſum viſibilem: quod qui* [illegible] *neminem eſſe puto,* ſi vnum Turrianum exceperis. Nihilo accommodatius eſt alterum ſimile, quod ducis ab iis *qui ſocietati ineunt.* Semper illudis homonymiis, *quib. non immeritò, aliquis dixit mundum eſſe plenum;* vt facilè eſt videre vel in tuis ſcriptis quæ ſūt homonymiis & fallaciis referta. *Societas* igitur, vt eſt vel contractus vel fœdus, longè diſtat à ſociorū congregatione, quam ego nego poſſe rectè dici viſibilem, niſi ſocij ſint reuera congregati. Quomodo autē abſentes ſocietatem ineant, niſi ſe quodammodo præſentes ſiſtant, tu videris; nos .n. hîc de ineunda ſocietate non agimus. Sed fortaſſe voluiſti alludere ad veſtram illam ſocietatem, quam vos ſocietatem Ieſu, falſò & cum blaſphemia dicitis, nos autem ſocietatem aduerſus Ieſum, rectè ac verè dicimus, quippe quæ Ieſu Chriſti regnum & lucem Euangelicam ſuis tenebris obſcurare conatur, ſed fruſtra: Nam, vt ille dixit, *fortiſſima eſt veritas,* quæ magis ac magis emergens, citiùs, quàm putatis, totam illam veſtram ſocietatem è medio tollet, ac reddet planè inuiſibilem.

TVRRIANVS. *Tu dicis congregationem, totius Eccleſiæ Catholicæ eſſe congregationem electorum; quæſo, ſunt ne electi vno eodemque in loco congregati? ergo ſicut electi, etſi non ſunt congregati vno in loco, tamen eorum Eccleſia vna congregatio inuiſibilis dicitur: ſic Eccleſia vna Catholica, etſi Eccleſiæ ex quibus conſtat non ſunt vno in loco congregatæ, dicitur tamen, & eſt vna ex omnibus congregatio viſibilis. Diſtinguendum eſt Totum continuum à Toto diſcretæ Quantitatis: nam illud neceſſe eſt, vt partes ſuas omnes habeat in eodem loco; non ſic Totum diſcretæ Quantitatis. Eccleſia augetur per appoſitionem Eccleſiæ ad Eccleſiam. Act. 2. appoſitæ ſunt animæ circa tria millia, &c. quod autē augetur per appoſitionem partis ad partem, Totum quoddam fit ex quib. partib. factum eſt.* XXVI. Pag. 67. Pag. 69.

SADEEL. Argumentaris ab Eccleſia inuiſibili ad viſibilem Eccleſiam, hoc modo. *Sicut Eccleſia Electorum eſt inuiſibilis, licet electi non ſint in eodem loco congregati: ita Eccleſia Catholica conſtans ex omnib. Eccleſiis particularib. licet ipſæ particulares non ſint in eodem loco congregatæ, eſt viſibilis.* Expone nobis, Turriane, ecquodnam ſit hoc ratiocinandi genus, & à quo tandem medio vis manet ad concluſionē. Nam ego te deprehendo quærentem ſimile in rebus contrariis & repugnantibus. Ex eo enim quòd *Eccleſia electorum eſt inuiſibilis,* vis probare Catholicam Eccleſiā eſſe viſibilem. Hoc primùm ferendū non eſt, quòd ſeparas electorū Eccleſiā ab Eccleſia Catholica, quæ propriè electorum eſt, vt ſuprà diximus & probauimus, cū ex Scriptura, tū ex vetuſtiſſimis ſymbolis, atq; etiā ex Veterū ſcriptis. Deinde inſulſè hęc dicuntur: etſi electi non ſint congregati

gati vno in loco: quia hæc eſt vna ratio inter alias, cur dicatur *Eccleſia electorum eſſe inuiſibilis*, quia (vt ſuo loco dictum eſt) alij electi ſunt in terris, alij in cœlo, vt taceam de electis naſcituris. Ergo adhibenda fuit particula cauſalis, hoc modo: Quia non ſunt congregati vno in loco. Nunc palpa craſſitiem tui argumenti: hoc enim euadit præclara hæc tua ratiocinatio: *Quemadmodum electorum Eccleſia eſt inuiſibilis, quia electi non ſunt congregati in vno loco: ita Eccleſia Catholica eſt viſibilis, licet Eccleſiæ particulares, ex quibus conſtat, non ſint in vno loco congregatæ.* Profectò, qui ita concludunt, laborant imbecillitate mentis. Addis denique *diſtinguendum eſſe Totum continuum à toto diſcretæ Quantitatis*, & hoc poſterius Eccleſiæ tribuis. Hoc ſi ita eſt, mi homo, conſequitur ex neceſſitate tuum Pontificem non poſſe eſſe caput Eccleſiæ Catholicæ: quia *caput* dicitur in toto continuo, non autem in toto diſcretæ Quantitatis. Rurſus, ſi inde pedem refers, & mauis *Eccleſiam Catholicam eſſe totum Continuum, ex verbis tuis te iudico, ſerue nequam*, qui dixeris *neceſſe eſſe, vt totum continuum habeat partes in eodem loco*. Ex quo efficitur *Eccleſiam Catholicam* non poſſe eſſe *totum Continuum viſibile*, quin habeat ſuas omnes partes in vno loco. Nunc igitur, mi Franciſce, (vt bella illa tua verba repetamus & tibi accommodemus) quò te vertes? *Si Eccleſia Catholica eſt Totum, aut eſt continuum, aut diſcretum* ex tua ratiocinatione. *Si continuum, neceſſe eſt igitur vt habeat partes in vno loco*: vt ais. *At non habet. Si diſcretum, Papa igitur non eſt caput Eccleſiæ Catholicæ: quia caput & corpus eſt totum Continuum.* Expedies hunc nodum quum licebit. Nam quod ſubiicis ex 2. Actorum, tuam ſententiam euertit, nedum ſtabiliat quia illud Totum reuera congregatum fuit: quod vbi factum erit de Eccleſia Catholica, cum fatebimur eam eſſe viſibilem.

XXVII. Pag. 67. TVRRIANVS. *Sed expediamus nos concluſionem noſtræ argumentationis planiùs: Omnes Eccleſiæ ſunt viſibiles: omnes Eccleſiæ ſunt vna Eccleſia Catholica: Vna igitur Eccleſia Catholica eſt viſibilis.*

SADEEL. Tandem aliquando Syllogiſmum formaſti, quem ego vnicum demonſtratiuum in toto hoc libro tuo reperio. Nimirum quum pro vno Romano Pontifice diſputares, quem vis eſſe vnum caput viſibile Eccleſiæ Catholicæ, vnus hic & ſingularis Syllogiſmus à te formatus, totam hanc diſputationem decebat. Itaque tanquam poſt multos alios conatus, nunc ſummopere enitens, *nos expediamus*, inquis, *planiùs concluſionem noſtræ argumentationis*. Nos quoque viciſſim prehendamus parumper iſtum palmarem Syllogiſmum, vt videamus, quàm ſis bonus Syllogiſmorum architectus. Quàm bene concludatur ex ſingularibus collectis ad vniuerſale, quia perſpicere non potes in tuo Syllogiſmo, ſaltem in hoc perſpice, quem eſſe tuo ſimillimum dubitare non potes. *Omnes homines ſunt viſibiles & mortales: Omnes homines ſunt vnus homo vniuerſalis: Quare vnus homo vniuerſalis eſt viſibilis & mortalis.* En tibi tua concluſio, cuius nos recenſeamus aliquot errores ex permultis. Primùm, peccas in Maiori propoſitione, quia principium petis. Quæritur *an Eccleſia Catholica ſit viſibilis*. Vt id probes, ſumis *omnes Eccleſias eſſe viſibiles*. At, qui vniuerſaliter loquitur, nihil excipit: ac proinde in Maiore propoſitione dicens *omnes Eccleſias*, Catholicam etiam dicis. In

Minori propoſitione bis idem repetitur. Nam ſi *omnes Eccleſiæ ſunt vna Eccleſia Catholica* [illegible], omnes Eccleſiæ ſunt [illegible], certè perinde eſt ac ſi dicas, omnes Eccleſiæ ſunt omnes Eccleſiæ. Item fallacia eſt in figura dictionis in verbo ſubſtantiuo: quia alio modo dicuntur *Eccleſiæ eſſe viſibiles*, quàm dicantur eſſe vna Catholica. Nam in hoc poſteriore enunciato verbum, *Eſſe* ſignificat componere & conſtituere: vt ſi dicas omnes Eccleſias conſtituere vnam Catholicam: alioqui falſus eſſet, vnamquamque Eccleſiam eſſe Catholicam: quod tu non vis. Præterea ſi affirmas vnam ac totam Eccleſiam Catholicam conſtitui, ac componi ex viſibilibus Eccleſiis, falſum affirmas: excludis enim Eccleſias quæ fuerunt, ac propterea iam non ſunt viſibiles: itemque, excludis Eccleſias futuras, quæ nondum ſunt, quæ tamen omnes ad Catholicam Eccleſiam pertinent. Denique, peccatum eſt in forma: quia iſte Syllogiſmus concludit vniuerſaliter in tertia figura: niſi fortè ex India noua illa & quarta mundi parte, quartam figuram ſodales tui ad te miſerint. Tibi vero impoſuerit vocabulum, *Vna*: ſed debebas cogitare ex Eccleſia Catholica, & vniuerſali, non poſſe confici Syllogiſmum particularem, vbi *Catholica* ſit ſubiectum. Quando autem non impediat vnitas, quin propoſitio ſit vniuerſalis, diſce ex iis, qui hoc argumentum tractarunt: nec enim hoc eſt, vel noſtri muneris, vel inſtituti. Atque omnino ſi tuum argumentum euoluas, erit huiuſmodi. *Omnes Eccleſiæ ſunt viſibiles. Omnes Eccleſiæ ſunt omnes Eccleſiæ. Quare, vna Eccleſia Catholica eſt viſibilis*, id eſt. Omnes Eccleſiæ ſunt viſibiles. Quãobrem iſtum tuum falſum, ineptum & [illegible] Syllogiſmum corrigamus.

Thom opuſc. 57.&c.

Omnes Eccleſiæ particulares ſunt viſibiles.

Omnes Eccleſiæ particulares pertinent ad vnam Eccleſiã Catholicam.

Quare aliquid quod pertinet ad vnam Catholicã Eccleſiam eſt viſibile. Sic valeret argumentatio: ſed tu planè expediuiſti (vt loqueris) & nobis apertiſſimè demonſtraſti, te eſſe ex eorum numero, qui Philoſophati ſunt, ſed paucis.

TVRRIAN. *Eccleſia Catholica viſibilis eſt inſtar arboris ex omnibus ſuis ramis conſtantis, & inſtar magni luminis, quod ex multis luminibus efficitur, & inſtar magni flumij ex multis riuis facti: ex Cypriano.*

XXVIII. Pag. 69.

SADEEL. Variæ illæ ſimilitudines tuam ſententiam non adiuuant. Nam in ſimilitudinibus ſemper videndum eſt quo ſpectent, ne rapiantur extra ſuos fines. Atque vt à Cypriano incipiamus: variis illis ſimilitudinibus voluit ſignificare vnitatẽ Eccleſię, vt ipſa libri inſcriptio à vobis propoſita teſtatur: *De vnitate Eccleſiæ*: vulgò autẽ inſcribebatur: *De ſimplicitate Prælatorum*: quia ibi copioſè diſſerit Cyprianus de omnibus Paſtoribus Eccleſiæ arctiſſimo vnitatis & æqualitatis vinculo coniungendis: ſed vos, quibus odioſa eſt Prælatorum ſimplicitas, maluiſtis inſcribere tractatum *De vnitate Eccleſiæ*: quod quidem per me facilè vobis liceat. Cyprianus igitur *vnitatem Eccleſiæ* adumbrat variis ſimilitudinib. ex quibus ſi velis efficere *Catholicam Eccleſiam* eſſe viſibilem, quia illæ ſimilitudines ab rebus viſibilibus ducuntur: eadem ratione efficerem Eccleſiam eſſe terrenã, eò quòd illæ ſimilitudines petitę ſunt à rebus terrenis. Verũ pręſtat audire Cyprianũ ſuam nobis ſententiã exponentẽ.

Epiſcopatus,

Cyp. de Vnit. Ecc. ſiue de Simplicit. prælatoru*m* *Epiſcopatus, inquit, unus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia quoque una eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodo ſolis multi radij, ſed lumen unum: & rami arboris multi, ſed robur unum tenaci radice fundatum: & cùm de fonte uno riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen ſeruatur in origine. Et poſtea: Apoſtolus item Paulus hanc eandem nobis inſinuans unitatem, obſecrat & hortatur dicens: Obſecro vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt id ipſum dicatis omnes: & non ſint in vobis ſchiſmata.* & iterum: *ſatagentes ſeruare unitatem ſpiritus in coniunctione pacis, &c.* Quare licet rami ſint viſibiles, quorum ſimilitudine Cyprianus vſurpauit, tamen idem quo egit Cyprianus, non ſubiicitur oculis principium *Eccleſiæ unitatis, quæ ſeruatur* (vt Paulus à Cypriano citatus docet) *ſpiritus vnitate.* Quin etiam ipſa ſimilitudo arboris, qua Cyprianus vſus eſt, tollit omnem dubitationem. Licet enim varij rami videantur, tamen robur vnum tenaci radice fundatum noſtris oculis non patet. Quòd ſi radix non videtur, nec robur etiam arboris radice fundatum, cur vis igitur originem vnitatis Eccleſiæ eſſe viſibilem? Quid porrò radix, quæ non videtur, pertinet ad vnum Pontificem viſibilem, quem tu magnificè relucentem, vt ſolus per ſe quodam videatur, & puſillo) rami ab eo ſurgentes tibi viſibiles ſint? Hæc autem (ne quis fortè hallucinetur) *Eccleſia Catholica viſibilis,* ſunt tua, non Cypriani verba. Miror autem quomodo Cyprianum nobis obiicias, qui in illo ipſo tractatu de illa ipſa diſſerens Eccleſia, planis expreſſiſque verbis nomine Eccleſiæ ſolos electos intelligit, non autem hypocritas & reprobos. *Adulterari, inquit, non poteſt ſponſa Chriſti: incorrupta eſt & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. Hæc nos Deo ſeruat, hæc filios quos generauit, aſſignat.* Hæc olim pluſquam mille annis ſcribebat Cyprianus, quibus nos longo pòſt tempore Romani Pontificis Eccleſiam à vera Chriſti Eccleſia diſcernere poſſimus. Hunc iam locũ antè circuiuimus, ſed quia repetitionibus delectaris, hic etiam repetere non ſum grauatus.

Ibidem.

XXIX. Pag. 69. Cantic. 6. TVRRI. *Eccleſia Catholica comparatur cum Luna & cum Sole, in Cantico Canticorum: Eccleſia autem Catholica inuiſibilis electorum, quam tu cum Luthero & Caluino hæreſiarchis, & Satanæ primogenitis introducis, quatenuſque inuiſibilis eſt, non poteſt eſſe inſtar neque Lunæ, neque Solis.*

SADEEL. Quod protuliſti de Solis, Lunæ, & *auroræ* ſimilitudine, ex Cantico Canticorũ, ad ſanctitatem Eccleſiæ deſcribendam pertinet, Eccleſiæ, inquam, electorum. *Pulchra ut Luna,* inquit, *electa vt Sol:* quæ quidem Eccleſiæ pulchritudo, ne tu erres, non ſita eſt in rebus externis quemadmodum vides Romanam Eccleſiam purpura conſpicuam, auro lucentem, gemmis micantem (qualem iampridẽ beatus Ioannes deſcripſit *mulierem illam, ebriam ſanguine Sanctorum*) ſed in interiore animi puritate. Sic enim Auguſtinus vſurpans verba Pſalmi 44. *Sic,* inquit, *vna fides vniuerſæ quæ vbique dilatatur, Eccleſiæ, tanquam intus in membris, etiamſi ipſa fidei vnitas quibuſdam diuerſis obſeruationibus celebratur, quibus nullo modo, quod in fide verum eſt, impeditur: omnis enim Pulchritudo filiæ regis intrinſecus, &c.* Ergo vides locum Cantici alienum eſſe à tua ſententia. Primùm quia loquitur de vera Eccleſia quæ eſt Eccleſia electorum: deinde,

Apocal. 17. Epiſt. 86. ad Caſul.

inde, quia intelligendus eſt de pulcherrima illa Eccleſia, quæ non eſt ex reb. externis metienda. Piget autem ſæpius repetere nos, quum Eccleſiam electorum inuiſibilem dicimus, de vniuerſa electorum Eccleſia loqui, non de ſingulis electis, aut de ipſis particularibus Eccleſiis in quibus electi ſunt, & propter quos dicuntur Eccleſiæ: quorum electorum opera lucent coram hominibus. Sed affirmo locum Cantici non eſſe reſtringendum ad electos in terris verſantes: iſti enim verè pulchri ſunt, & Solis etiam lucem ſua luce obſcurant, quum in ſplendidiſsimum illud regnum cœlorum peruenerunt. Atq; vt ſentias quàm te parum iuuent ſimilitudines ſuperiores, ac potius (vt prouerbium illud [illegible]) recidat bipennis in tua crura, hîc addam ex eodem Auguſtino ad hunc locum Cantici alludente: *Eccleſia inquit eſt Sol & Luna & ſtellæ, cui dictum eſt, ſpecioſa ſicut Luna, electa ſicut Sol &c. Quando enim Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, Eccleſia non apparebit impijs tunc perſequentibus, vltra modum ſæuientib.* &c. Sic Auguſtinus de Eccleſia, ne in ipſis quidem particularibus Eccleſiis ſemper viſibili & conſpicua, diſſerebat. Porro tua conuitia, ita, inquam, tua, tibique ac tuis Monachis, ipſiſque etiam veſtro Pontifici propria, facilè negligimus, quippe quia iampridem cauſæ noſtræ bonitas obtinuerit.

Epiſt. 80. ad
Heſychium.

XXX
Pag. 71.

TVRRIAN. *Dicis doctrinam puram, & Sacramenta ex verbo Dei adminiſtrata, eſſe eſſentialia Eccleſiæ: at Eccleſia eſſe poteſt in qua hæc non ſint per ignorantiam, vt in Eccleſia Corinthiorum & Galatarum. Itaque nec hîc quid dicas intelligis: poſſe enim eſſe ſublato ignorantiæ impedimento, puram doctrinam & adminiſtrationem Sacramentorum ex verbo Dei, eſt quidem ſubſtantiale Eccleſiæ tanquam proprium eius. Proprium enim non eſt in ſubſtantia, alioqui, ſed conſequitur ſubſtantiam, vt nos Ariſtoteles docuit. Quare vbicunque eſt Euangelij doctrina pura, ibi & Eccleſiam eſſe neceſſe eſt, non tamen vbicunque Eccleſia eſt, ibi continuò doctrina pura & legitimus vſus Sacramentorum eſt.*

SADEEL. Quum definirem Eccleſiam viſibilem ſuis omnibus partibus conſtantem: dixi *doctrinæ puritatem & verum Sacramentorum vſum ad eſſentiam eius Eccleſiæ, quam definiebam, pertinere.* Nam ſi Eccleſia eſt congregatio fidelium, & *fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei* (inquit Paulus) quis non facilè concedat verbum Dei eſſe eſſentiale Eccleſiæ viſibilis? Rurſus quum ex illo ipſo Dei verbo conſtet Sacramenta eſſe adhibenda ad obſignandam doctrinæ veritatem (*Docete omnes gentes,* inquit, *baptizantes eos,* &c. Item, *hoc facite in mei commemorationem* &c.) quis non etiam agnoſcat Sacramenta à Chriſto inſtituta ad eſſentiam Eccleſiæ viſibilis pertinere? Præclarè igitur Paulus vt probet Epheſios eſſe veram Eccleſiam, dicit eos eſſe *ſuperſtructos ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.* Et Chryſoſtomus propterea affirmauit *Eccleſiam eſſe Hieruſalem cuius fundamenta poſita ſunt ſuper montes Scripturarum.* Et Auguſtinus: *Ciuitas Dei,* inquit, *credit Scripturis ſanctis, vnde fides ipſa concepta eſt ex qua Iuſtus viuit.* Denique (ne omnes mihi commemorandi ſint) *Euangelium in Scripturis Apoſtoli nobis tradiderunt,* inquit Irenæus, *columnã & firmamentũ fidei noſtræ futurũ. Non* (inquit Hieronimus) *Eccleſia enim in parietibus conſiſtit, ſed in dogmatũ veritate.* Tu verò, Turriane, ſic

Rom. 10.
Matth. 28.
Epheſ. 2.
In Matthæ. hom. 46.
De ciuit. Dei. lib. 19. Cap. 18.
Lib. 3. cap. 1.
In Pſal. 133.

sic occurris, *Ecclesiam esse posse vbi per ignorantiam vtrumque desit: ac profers Corinthiorum & Galatarum Ecclesias*; itaque fidenter affirmas, me, quid dicam, [illegible] intelligere. Videamus igitur quàm bene intelligas quæ ipse dicis. Puritatem doctrinæ non fuisse in Corinthiorum, & Galatarum Ecclesiis, vnde tandem probas? *In illis*, inquis, *in hac lex vetus retinebatur: in illis ignorabatur mysterium resurrectionis: & tamen vtramque Ecclesiam Apostolus Ecclesiæ nomine dignatus est.* Atqui (vt taceam me de Ecclesia loqui, quæ suis omnibus constet partibus) vt efficeres doctrinæ puritatem planè in illis Ecclesiis defuisse, non satis fuit probare aut quosdam aut cunctos per ignorantiam in vno aut altero doctrinæ capite errasse, quod tandem nemo facit. Quòd si Corinthij & Galatæ planè reiecissent doctrinæ puritatem & legitimum Sacramentorum vsum, certè nunquam Paulus illis Ecclesiæ nomen tribuisset. At verò Corinthios ornat multis elogiis præstantissimis, quippe quos dicat esse *in omnibus omni cognitione ditatos*. 1.Corinth.1 Erant nihilominus quidam ex Corinthiis de resurrectione mortuorum dubitantes. Sic enim ille: *Quomodo dicunt quidam inter vos, non esse resurrectionem mortuorum?* 1.Corinth.15 Quanquam autem magna Galatarum pars ad Pseudapostolos transierat, qui legales cæremonias coniungebant cum Euangelio, tamen nego id omnibus accidisse, & quibus id acciderat, eos nego in eo errore fuisse obstinatos. Itaque Paulus aduersus illos disserens, *Dicite mihi, qui sub lege vultis esse*, inquit, Gal.4 significans non omnes esse huiusmodi. Et paulò post: *In libertate, qua Christus nos liberauit, perstate: & ne è contrario implicemini seruitutis iugo*: Gal.5. quod certè Apostatis non diceret. Item: *Si præoccupatus fuerit homo in aliqua offensa, vos spirituales instaurate eiusmodi hominem.* Gal.6. Atque omnino certum est etiam, tum donis Spiritus sancti Galatas fuisse præditos, ex his Pauli verbis: *Qui subministrat vobis Spiritum, & efficit virtutes in vobis, &c.* Quamobrem ita statuendum est: aliud esse definire Ecclesiã, ita vt decet, constitutam, & quærere quàm diu nomen Ecclesiæ manere possit: quandoquidem essentialia quodammodo vitia, non sunt propterea penitus sublata. Sed iam audiamus quemadmodum ipse nos corrigas. *Posse*, inquis, *esse sublato impedimento ignorantiæ puram doctrinam, & administrationem Sacramentorum ex verbo Dei, est substantiale Ecclesiæ.* Mira narras, mi homo, qui *substantiale Ecclesiæ* tribuis Iudæis, Turcis, & reliquis infidelibus, qui possunt, sublato impedimento ignorantiæ purã doctrinam amplecti & recipere verum vsum Sacramentorum ex verbo Dei. Atenim si vsquam alibi, certè hac in re elucescit differentia inter potentiã & actũ, quam non intelligis: nec adhuc hac in parte sublatũ est impedimentum ignorantiæ tuæ, ad quam etiam id pertinet quod subiicis de proprio substantiali. Propriũ, inquis, *non est in substantia, sed consequitur substantiã, vt [illegible] Arist. tradit. Itaq; vbicunq; est doctrina Euangelij pura, ibi Ecclesia esse necesse est, non contrà.* Imo, Turr. si audires Arist. non tuũ (nam te condẽnat licet à te accersitus) non ita perperã cõcluderes, nam Propriũ substãtiale est reciprocũ, quanquã non benè dicitur propriũ substantiale, vt loqueris, tamen statim postea negas, proprium esse in substantia, ac propterea negas esse substantiale, hoc est, more tuo tibi contradicis. Præterea, *si doctrinæ puritas est eiusmodi proprium Ecclesiæ, vt eius substantiam consequatur*

quatur (vt ipſe dicis neſciens quid dicas) certè poſita Eccleſia, neceſſariò ponitur Eccleſiæ conſequens: adeò vt dicendum ſit, ex tua etiam ratiocinatione, Vbicunq; eſt Eccleſia, ibi neceſſariò eſſe doctrinæ puritatem: quod tamen negas. Admittis autem, *vbicunque eſt puritas doctrinæ, ibi eſſe Eccleſiam:* atque ita puritatem doctrinæ conſtituis, non conſequens Eccleſiæ, ſed antecedens: atque omnino tu in te diſputas, ais & negas, texis & retexis, denique tu tibi es hoſtis acerrimus, tuo te gladio identidem confodiens. Te igitur neglecto ita dicamus. Si *Eccleſia eſt firmamentum veritatis*, vt tradit Paulus: ſi *in veritatis dogmate conſiſtit*, vt agnouit Hieronymus: ſi *Eccleſia illa deſerenda eſt quæ fidem reſpuit, nec Apoſtolicæ prædicationis fundamenta retinet*, vt monuit Ambroſius: ſi *fundamentum Eccleſiæ fides eſt* (vt ait idem Ambroſius:) Conſectarium eſt: vbicunque ſit vera Eccleſia, ibi veram fidem eſſe, quæ non deſinit eſſe vera fides propter quoſdam næuos efficacitate verbi Dei tandem abſtergendos. Nec enim Apoſtoli etiam poſt acceptum Spiritum ſanctum die Pentecoſtes, ſtatim intellexerunt Gentium vocationem: nec propterea negandum eſt veram fidem in illa tum Eccleſia fuiſſe. Rectè enim alicubi dixit Auguſtinus, *Eccleſiam quæ in terris proficit, in cælo tandem fore perfectam*. Ac de tua in primum Scripturæ locum Defenſione, deque tuis obiectionibus hactenus.

1.Timoth.3.
In Pſal.133.
In Lucam lib. 6.c.9. Ibid.

Eorum autem quæ in hunc primum locum diſputata ſunt, hæc ſit recapitulatio breuiſſima. Duo probare voluit Turrianus: *Vnum, Eccleſiam Catholicam eſſe viſibile vnum corpus. Alterum, viſibile hoc corpus indigere capite vno viſibili, nempe Pontifice Romano.* Nos vtrumque falſum eſſe probauimus. *Primùm enim, Eccleſiam Catholicam eſſe omnium electorum Eccleſiam demonſtrauimus nobis adhuc inuiſibilem. Deinde docuimus non eſſe conſectarium, vt Eccleſia viſibilis habeat caput viſibile: quandoquidem Eccleſia nullum aliud habere poteſt caput, quam Chriſtum: qui licet nunc inuiſibilis, ſemper tamen Eccleſiæ ſuæ præſens adeſt. Et quia Turrianus obiecit rerum naturalium exemplum, & multa, idque infeliciter, ex Philoſophia deprompſit, tum de vniuerſali tum de Toto: Primùm diximus Eccleſiam non eſſe totum naturale, ſed ſupernaturale & Theologicum. Deinde (ne rudioribus imponeret) ex illa ipſa Philoſophia, quam in hanc Diſputationem vocauit, eius ſententiam refutauimus.* Ex quibus omnibus intelligi poteſt Turrianum de Catholica Eccleſia diſſerentem, & à verbo Dei, & à Veteribus Doctoribus diſcrepare: neque id mirum, quippe cùm ab ipſis etiam Scholaſticis, hoc eſt, à ſuis patribus & authoribus diſſentiat: qui licet in multis aliis errarint, tamen Eccleſiam Catholicã ex ſolis electis conſtitutam eſſe crediderunt. Sic.n. Thomas: *Habet*, inquit, *Eccleſia Catholica tres partes, una eſt in terris, altera in cælo, tertia in purgatorio. Et hęc Eccleſia incæpit à tempore Abel, & durabit vſque ad finem ſeculi.* Idem, *Sicut in corpore naturali operatio vnius membri cedit in bonum totius corporis, ita in corpore ſpirituali, ſcilicet Eccleſia, &c. Inter alia credenda quæ tradiderunt Apoſtoli, eſt, quod communio bonorum ſit in Eccleſia, & hoc eſt, quod dicitur in Symbolo, Sanctorum communionem. Inter alia verò membra Eccleſiæ, principale membrum eſt Chriſtus, quia eſt caput. Ephe.1. Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam quæ eſt corpus ipſius. Bonum ergo Chriſti communicatur omnibus Chriſtianis, ſicut virtus capitis omnibus membris.*

Hæc ille. Itaque Ieſuitę verè dicuntur nouam ſectam introduxiſſe, qui res aliis Pontificiis incognitas, & nouam planè Theologiam in medium proponant: adeóque *miros habet oculos Turrianus, qui corpus ſpirituale (vt loquitur Thomas) viſibile conſtituat.*

•LOCVS·SECVNDVS MATTH. XVI.

TV es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.

Sophiſma Turriani.

Pag. 12. & 31. & 4. &c.

Super Petrum ſic à petra tranſlatè dictum, propter firmitatem fidei eius, & propter authoritatem firmandi in ipſa illa fide fratres, Luc. 22 Chriſtus promittit ſe Eccleſiam ſuam perpetuò ædificaturum: nam is eſt ſenſus verbi, ædificabo, futuri temporis, ſecundum ideoma Scripturę ſanctæ. Itaq; ſingulę Eccleſiæ, tanquam partes, debent adhærere vniuerſæ Eccleſię, ac proinde eum habere Pontificem, qui eſt Eccleſiæ vniuerſę Pontifex: is autem eſt Romanus Pontifex Petri ſucceſſor.

Solutio Superioris Sophiſmatis.

Prius membrum huius diſputationis de primatu Romani Pontificis

Vera expoſitio loci.

Ratio. 1. ex circumſtãtia loci.

MAtthęi locum in alienum ſenſum detorquet Turrianus. Nam *Eccleſia ædificata eſt ſuper eam petram* quam Simon Petrus confeſſus eſt, id eſt, ſuper filium Dei Viuentis, non autem ſuper Petrum, vt ex ſequentibus rationibus patebit. Prima ratio: quia Matthæus interpres locupletiſſimus ſententiæ Chriſti, non ſine ratione Petram à Petro diſtinxit, nomine & perſona mutatis: non enim dixit ſuper te Petrum, ſed ſuper hanc petram, quod ad præcedentem confeſſionem neceſſariò referendum eſt, niſi planè ipſa verba, & ipſam orationis ſtructuram euertere volumus: quod Turr. videtur nolle facere, qui tam accuratè verbum futuri temporis, *ædificabo*, expendit. Secunda ratio, quia expreſſus eſt locus apud Paulum, quo & noſtra confirmatur, & Turr. refellitur interpretatio 1. Cor. 3. *Fundamentum*, inquit, *aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt Ieſus Chriſtus*, Hæc Paulus. Iſte verò magnus diſputator, & qui in Lipſicas diſputationes contra ius faſque virgam Cenſoriam arripuit, videtur non ſatis animaduertiſſe vim propoſitionis vniuerſaliter negantis. Quare vt ipſi potius Cenſoria notatio inuratur, ita dicamus: Turr. de aliquo affirmat, quod de omnibus negat Paulus: ergo Turr. Paulo contradicit. At Paulus afflante ſpiritu Chriſti loquutus eſt. Turr. igitur loquitur afflante ſpiritu Antichriſti. Tertia ratio, quia hæc propoſitio. Eccleſiam ædificatam eſſe ſuper Petrum non eſt analoga fidei. Non enim poteſt eccleſia ædificari niſi per fidem: quam vel in Petrum, vel in vllam creaturam recumbere, ſine blaſphemia dici non poteſt. Iam expendamus rationem a Turriano propoſitam. Nomen *Petri*, inquit, fuit inditum Petro propter fidei eius firmitatem, *pro qua Dominus rogauit ne deficeres*: cap. 22. *apud Lucam*. Verùm ſi tempora diſtingueret, non ſic argumentaretur. Chriſtus enim precatus eſt pro fide Petri, ſub ipſum mortis tempus, & longè poſt hanc nominis impoſitionem, de qua diſputamus: at cauſa ſuo effectu poſterior eſſe non poteſt: dixit autem Chriſtus, *Tu es Petrus*, non, tu eris Petrus: quò fit vt præſens cauſa

Ratio. 2. ex aliis locis Scripturæ.

Ratio. 3. ex analogia fidei.

Arg. Turr. refellitur.

quærenda ſit, non longè pòſt futura: nimirum ipſa fidei confeſſio, quã Petrus ediderat collegarum omnium nomine, quæ eſt firmiſſimum illud fundamentum Eccleſiæ, quod conuelli nunquam poteſt. Atque vt videat Turrianus quàm parùm nos hæc ratio moueat, ex illa precatione Chriſti dicimus argui, fidem Petri fuiſſe infirmã, quam cùm Chriſtus propemodum corruituram videret, pro ea rogauit, ne deficeret: at ſi fuiſſet inſtar petræ ſolidiſſimæ (quemadmodum Turrianus exiſtimat in ſua etymologia) certè non erat timendum ne deficeret. Quamobrem eam precationem Chriſti pro Petro quæ extat apud Lucam, Turr. non in ſuæ, ſed in noſtræ ſententiæ ſubſidium vocauit. Huc accedit quòd Petrus vocatus eſt *Satanas* ab ipſo Chriſto, paulo pòſt hunc ſermonem habitum de ædificanda Eccleſia ſuper petram: ex quo ſequitur, Petrum non fuiſſe illam petram, quia oportet eam eſſe firmiſſimam, inconcuſſam, & immutabilem: qua ratione nomen Petræ à Chriſto vſurpatum eſt. Cæterùm *ſi Petrus eſt fundamentum Eccleſiæ propter firmitatem ſuæ fidei*, ergo, ratione cauſæ propter quam, ipſa firmitas fidei Petri, erit potius Eccleſiæ fundamentum. At hoc falſum eſt, quia fidelis quiſque *ex ſua fide*, non ex aliena, *viuit. Habacuc* 2. neque Chriſtiani ideo credunt, quia Petrus conſtanter credidit: ſed quia Spiritus Dei in illis operatur vt credant, veraque fide amplectantur Chriſtum Filium Dei viuentis, atque ita ſuper petram ædificentur. Sed cur non potius iſtum diſputatorem refellimus ab ipſa rectè diſputandi ſcientia? Nam fidei conſtantiam & firmitatẽ quæcunq; tandem in Petro fuerit, dicemus qualitatẽ in Petro fuiſſe. Quiſquis ergo dixerit fideles ſuper fidẽ Petri, id eſt, ſubſtãtiã ſuper qualitatẽ & accidens fundari, ille certè frequentiſſimo Philoſophorũ theatro explodetur. Addit aliã rationem Turr. nempe *Petrũ dictũ fuiſſe petram propter authoritatem firmandi fratres in fide, ex eo quod ſcribitur eodem cap. 22. apud Lucam: Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Sed non quęrendũ eſt etymon nominis Petri extra circunſtantiã huius loci *Matt.* de quo diſputamus: atq; vt iã monuimus, ipſa temporũ ratio prorſus obſtat, ne locus Lucę cũ hoc Matthęi loco iungatur. Poſtremò nolo pluribus oſtendere, quàm ineptum fuerit dicere Petrum ea ratione dictum fuiſſe petram, quia debuit fratres ſuos confirmare: quandoquidẽ ita potius dicendum fuit, Petrum debuiſſe confirmare ſuos fratres quia petra fuit. Eſt ergo fallacia a non cauſa. Agè verò, quia Turr. videri etiam voluit iuriſperitus, illum etiam refellamus ipſorum Iuriſconſultorum authoritate. Si enim Eccleſia ædificata eſt ſuper firmitatẽ fidei Petri, conſequitur Pontifices Rom. fruſtra iactare Petri ſucceſſionẽ, quia conſtat ex Iuriſconſultorũ reſponſis, *dona perſonalia* (cuiuſmodi fuit firmitas fidei Petri) *ad alios iure ſucceſſionis non tranſire*: quamuis Papa Symmachus, parum iuris vel diuini vel ciuilis peritus dixerit *Petrũ perennẽ meritorũ dotem, cum hæreditate innocentiæ tranſmiſiſſe ad poſteros*: hæc enim ſunt eius verba: Can. Non nos. diſtinct. 40. Verumenimuerò vt accuratius iſta tua diſcutiatur interpretatio, quæro Turriane, quidnam interſit inter has duas propoſitiones: *Chriſtus ædificauit ſuam Eccleſiam ſuper Petrum: & Petrus ædificauit Eccleſiam ſuper Chriſtum*. Alteram impudenter affirmas, alteram cum pudore negare non potes.

De precatione Chriſti pro Petro Luc. 22.

Elench. Turr.

De his verbis confirma fratres tuos. Luc. 22.

Elench. Turr.

An Petrus eas dotes ſpirituales quib. pollebat ad poſteros tranſmiſerit.

An Eccleſia ædificata ſit ſuper Petrum.

Recurris

Pag.62,87. De.fundā. miniſteriali.

Recurris ſcilicet ad *Petri miniſterium, cuius ratione dicatur Eccleſiæ fundamentum*, quod & alij Pontificij vulgò faciunt. Ergo vel miniſterium Petri idem eſt quod Petrus ipſe, aut Petri fides (quod eſt falſiſſimum) aut ipſe tibi non conſtas: quod eſt veriſſimum. Iam, *Si Petrus eſt fundamentum propter ſuum miniſterium*, idem quoque de cæteris Apoſtolis dicendum erit: nullum enim aliud Petri miniſterium, quàm Apoſtolorum, Scriptura commemorat. Atque vt de Apoſtolorum miniſterio agamus, ſi verum eſt quod ait Gratianus in ſuis Decretis (aliquando enim verum dicit) *ex ipſa Scripturæ ſenſum veritatis eſſe capiendum, Can. Relatum, Diſtin.37.* Audiamus igitur Paulum ita de hac ipſa re, id eſt, de ædificatione Eccleſiæ, & de miniſterio Apoſtolico differentem, *Epheſ.2. Superſtructi*, inquit, *ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, cuius imus angularis lapis eſt ipſe Ieſus Chriſtus*. Hîc dubium non eſt, quin nomine *fundamenti* doctrinam Apoſtolorum & Prophetarum intelligat, niſi quis planè velit Pauli contextum peruertere. Atqui dixit Apoſtolos numero multitudinis, non autem aliquem inter Apoſtolos eximium, qui cæteris in hoc fundamento præponatur: deinde illis omnibus Chriſtum ſubſtrauit tanquam angularem lapidem, quo vno doctrina Prophetica & Apoſtolica nititur. Quis ergo non miretur Turrianum in Eccleſiæ ædificatione conſideranda, fuiſſe ipſo Paulo perſpicaciorem? ecquos enim oculos habuit Paulus (ſiquidem vera eſt Turriani ſententia) qui Petrum, ſuper quem ædificata eſt Eccleſia, non perſpexerit? tantum lapidem atque inter reliquos adeò prominentem non animaduerterit? denique Eccleſiæ Catholicæ fundamentum, quod Turrianus toties inculcat eſſe viſibile, non viderit? imò ne Petrum quidem nominauerit? veruntamen mihi per te licebit, diſputator acutiſſimè, Paulum qui per Spiritum Dei profeſſus eſt ſe peritum eſſe architectum, tibi tuiſque Ieſuitis, atque adeò omnibus Pontificiis, vaniſque eorum diſputationibus anteferre. Is enim Eccleſiam ſanctiſſima doctrina ædificauit: vos autem humanis commentis Eccleſiam, quoad eius fieri potuit, quaſi adhibita machina labefactaſtis. Proferamus etiam quod ait Ioannes Apoc.21. vbi ædificatam Eccleſiam deſcribens propoſita vrbis ſimilitudine: *murus*, inquit, *vrbis habebat fundamenta duodecim, in quibus erant duodecim nomina Apoſtolorum Agni*. Hîc etiam nihil Singulariter de Petro dictum eſt, ſed omnes Apoſtoli æquo iure cenſentur. Quid verò dices Paulo, cùm ſanctè gloriatur, ſe nihilo inferiorem fuiſſe ſummis Apoſtolis, ac ne Petro quidem? Quid, quòd teſtatur *ſe pleriſque in locis ita prædicaſſe Euangelium, vt ſuper alienum fundamentum non ædificaret?* De fundamento miniſteriali (quemadmodum dicere ſoletis) Apoſtolum loqui manifeſtum eſt. Qui fit ergo vt obliuiſcatur ſe ſuper Petri miniſteriale fundamentum ædificaſſe? Rurſus idem ait, *Corinthios eſſe Dei ædificationem* (atque ita exponit quod ait Chriſtus ſe Eccleſiam ædificaturum) & nihilominus affirmat *ſe fundamentum illius Eccleſiæ ieciſſe*. Ex quibus omnibus efficitur, Petrum non poſſe dici fundamentum miniſteriale Eccleſiæ vniuerſæ. Sed cur diutius de hac re diſputo? expendatur ipſum miniſterij vocabulum, & facilè patebit mendacium Turrianicæ propoſitionis. Nec enim natura

2.Cor.11.
Gal.2.
Rom.15.
1.Cor.3.

patitur, vt idem ſit miniſter ædificationis & fundamentum, ne opus cum opifice confundatur. At Petrus fuit vnus ex architectis Eccleſiæ Catholicæ, non poteſt igitur eſſe ipſius fundamentum, ea ratione qua fuit architectus, id eſt, miniſter: vnde conſectarium eſt, ipſum non poſſe dici *miniſteriale fundamentum Eccleſiæ vniuerſæ*: quia fundamentum & fundator, opus & artifex, non poſſunt de vno eodèmque dici. Niſi fortè iſti tranſſubſtantiatores, noua quadam & inaudita metamorphoſi, architectum domus, in ipſius ædificij fundamentum conuertant. Quamobrem ipſa Chriſti verba diligentius erant conſideranda Turriano: non enim dixit, per Petram ædificabo, ſed, *ſuper hanc Petram ædificabo,* inquit, *Eccleſiam meam*, vt ita firmiſſimum Eccleſiæ fundamentum, id eſt, veram fidem & doctrinæ puritatem apertè denotaret. Itaque cùm Ioannes in Apocalypſi dixit, *nomina duodecim Apoſtolorum inſcripta fuiſſe duodecim Eccleſiæ fundamentis*, nomine fundamenti intellexit doctrinam à duodecim Apoſtolis annuntiatam. Sed iam porrò audiamus quàm fœliciter in hoc Matthæi loco Turrianus verſetur; ædificabo, inquit, id eſt, perpetuò ædificabo, ſecundum ideoma Scripturæ. Primùm hoc erat apertius declarandum, nec enim perpetuò ædificanda eſt Eccleſia, cuius abſolutiſſimum faſtigium aliquando expectamus. Sed ſi hoc refert ad Eccleſiam peregrinantem in terris (vt neceſſe eſt) ſequetur profectò, Eccleſiam non ædificari ſuper Petrum, tanquam *miniſteriale fundamentum*: quia cùm Petrus non potuerit eſſe perpetuò in terris, eius quoque miniſterium non potuit eſſe perpetuum. At Chriſtus dixit, *ædificabo*, id eſt, exponente Turriano, ſemper ædificabo Eccleſiam ſuper hanc Petram, quò fit vt hæc petra, Petrus eſſe non poſſit. Reſpondit, *Petrum non per ſe quidem eſſe perpetuò in terris, ſed in ſucceſſore ſuo, videlicet Romano Pontifice*. At enim, Turriane, hoc non eſt argumentari ex hoc Matthæi loco, vbi de ſucceſſore Petri ne verbum quidem. Sic enim Chriſtus Petrum nominatim compellans: *Ego tibi dico, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Tu verò, quaſi debitum exigas, ſoles identidem flagitare, vt locum aliquem Scripturæ proferamus, quo noſtrarum Eccleſiarum ſucceſſio confirmetur: & noſtrum quemlibet iure manu conſertum vocas (hanc enim veterum litigatorum formulam, tu diſputator contentioſus vſurpaſti) ego viciſſim poſtulo, vt aliquem proferas de iſta Petri ſucceſſione, quam tui Pontifices ſibi vendicant. Cùm enim gerant pro hærede (ſi titulum ſpectes) cedò tabulas: quo quidem poſtulato nullum aliud æquius eſſe poſſit. Ecquid enim potius in vniuerſa fidei doctrina planis, expreſſis, & dilucidis verbis explicandum fuit, quàm hoc dogma de Petri ſucceſſore, cui ſi Pontificiis credas, neceſſariò adhærere debeant particulares omnes Eccleſiæ, alioquin Eccleſiæ nomine indignæ? Hic verò vide quàm ſis iniquus rerum æſtimator. Hæc enim verba quæ ſequuntur apud Matthæum, *Tibi dabo claues regni cælorum*, &c. quia non ad Petrum reſtringimus, ſed affirmamus hoc ipſi fuiſſe cum cæteris Apoſtolis commune, ſoletis exclamare, ſummam fieri Petro iniuriam, dum quod vni Petro dictum eſt, ad alios quoque Apoſtolos extenditur: ac tum vrgetis hæc verba, Tibi dico: item, *Tu es Petrus*: item, *Super hanc*

Diſcutitur verbum ædificabo.

Turrianus loquens de Petri ſucceſſore, vagatur extra locum Matthæi.

petram, vt nos ad vnum Petrum reſtringatis: at interim non veremini hæc ipſa verba ad omnes Romanos Epiſcopos extendere. Obſecro: num Fabianum, Cornelium, & veteres illos Romanos Epiſcopos (pudet enim huius ſeculi non iam Epiſcopos, ſed Pontifices recenſere) cũ Ioanne, Matthæo, Iacobo, & reliquis Apoſtolis, non tantùm comparare, ſed etiam longè anteferre? Cuius enim pudoris eſt, id negare Apoſtolis, iiſque præſentibus, quod Epiſcopis longè pòſt futuris tribuere non dubitas? Cæterùm ipſa te rei veritas coget, vt Apoſtolis omnibus claues regni cœlorum datas eſſe fatearis, atque ita locum hunc Matthæi, non minus ad reliquos Apoſtolos, quàm ad Petrum pertinere.

Non ſoli Petro claues regni cælorum datæ ſunt

Vt enim omittam omnes Apoſtolos à Chriſto interrogatos, ore vnius Petri reſpondiſſe (quod veteres agnouerunt) neque proferam ea quæ ſequuntur apud Matthæum, quando Chriſtus interdixit Diſcipulis, vt *nemini dicerent ipſum eſſe Ieſum Chriſtum*: hoc tamen ſatis ſuperque eſſe debet, quod in Chriſti verbis nihil ſit quò cęteri Apoſtoli excludantur. Imò potius quod Petro dictum fuerat numero ſingulari, *Quicquid ligaueris in terra*, &c. id poſtea repetitur numero multitudinis cap. 18. *Quæcunque*, inquit, *ligaueritis in terra, erunt ligata in cœlo.* Deinde (quod rectè Lutherus obſeruauit) Chriſtus, *tibi dabo*, dixit per futurum tempus. Videamus igitur quando dederit, nempe Io. 20. *Sicut miſit me pater*, inquit, *ita & ego mitto vos: accipite Spiritum ſanctum: ſi quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*: quib. verbis exponitur figurata locutio ligandi & ſoluendi. Ecce igitur vbi dantur claues cœlorum, non vni Petro, ſed omnibus Apoſtolis ſimul. Ex quo etiam factum eſt, vt Petrus non aliis Apoſtolis imperârit, ſed ęquè cum aliis Eccleſiam adminſtrârit, vt conſtat ex Actis Apoſtolicis. Ita, Turr. hoc vno ariete corruit illa tua turris Babylonica, quæ ſummam rerum diuinarum & humanarum perturbationem inuexit.

Petrus æquè cum aliis Eccleſiã adminiſtrauit.

Elench. Turr.

Quod vt ſentias, ita paucis comprehendo: Apud Matthæum Chriſtus ait: *Tibi dabo*, non autem, tibi do: at apud Ioannem Chriſtus omnes ſimul Apoſtolos compellat, omnibus afflat Spiritum Sanctum, & omnibus ſimul Apoſtolis dat poteſtatem ſoluendi & ligandi, id eſt, remittendi, aut retinendi peccata: nihilque hîc Petro nominatim, ſed vna omnibus & æqua poteſtas tribuitur. Quamobrem Turriane, tuo more peccas in falſò conſequenti, cùm hoc connexum proponis: *Chriſtus dixit Petro, Dabo tibi claues regni cælorum. Ergo ſoli Petro dedit.* Nam profero inſtantiam ex apertiſſimo Ioannis loco. Atque vt ad fundamentum miniſteriale redeamus, cùm in hoc loco Ioannis, Chriſtus non vnum Petrum, ſed alios etiam Apoſtolos miniſterio Apoſtolico planè conſecrârit, omnéſque fuerint Spiritu ſancto afflati, atque eodem modo & ritu, iiſdem denique verbis, ſanctiſſimo illi miniſterio conſecrati, efficitur, nihil eſſe cauſæ quamobrem Petrum potius quàm alios Apoſtolos dicamus fuiſſe miniſteriale totius Eccleſiæ fundamentum.

Turrian. refutatur ex ipſo contextu.

Quoniam autem, vt veritas eſt ſimplex & perpetuò ſibi conſtans, ita mendacia ſeſe mutuò collidunt: videamus aliam quoque repugnantiam Turrianicæ diſputationis. Quid enim ſi rogem de quanam Eccleſia Chriſtus loquatur? nempe reſpondebit de ea, *quam portæ inferorum non ſuperabunt*, quemadmodum hîc affirmat Chriſtus. At vero non poſſe ſeparari ab inferorum portis, eſt electorum proprium (Eccleſias enim viſibiles poſſe deficere triſtiſſimis exemplis nimis eſt manifeſtum.) Tu verò Turriane, fateris electos nobis eſſe inuiſibiles, & electorum Eccleſiam eſſe inuiſibilem. Rurſus centies affirmas, Petrum & eius ſucceſſorem eſſe & caput & fundamentum viſibile Eccleſiæ viſibilis. Quare ex tuis præmiſſis colligo, nec Petrum, nec eius ſucceſſorem, quicunque tandem ſit, vel eſſe, vel fuiſſe, vel eſſe poſſe fundamentum eius Eccleſiæ de qua Chriſtus apud Matthæum locutus eſt. Cæterum ad tædium vſque *Bonifacium* inculcas *Germaniæ* (vt loqueris) Apoſtolum, eò quòd Germanicas Eccleſias ſuper fundamentum Petri ædificauerit, eaſque Romanis Pontificibus addixerit: nunc autem Proteſtantium Eccleſias fidenter & temerè pronuntias nullas eſſe, poſtquam à Pontifice Rom. deſciuerunt. Si ita eſt, conſequitur, Chriſtum non fuiſſe locutum de Eccleſia ſuper Rom. Pontificem ædificanda, cùm loquatur de Eccleſia, quæ nunquam poſſit à ſuo fundamento diuelli. Ex iis quæ antè diſputata ſunt, efficitur Petri miniſterium idem planè fuiſſe cum aliorum Apoſtolorum miniſterio, & falſiſſimum eſſe quòd Turr. poſt alios Rom. Pontificis propugnatores propoſuit de Catholica Eccleſia ſuper vnum Petrũ & eius ſucceſſorem ædificanda. Nunc ipſum etiam *Succeſſoris* vocabulũ diſcutiendum eſt. Primum igitur hoc in quæſtionem voco, *potuerintne Apoſtoli in munere Apoſtolatus habere ſucceſſores?* Potuiſſe affirmat Turrianus, (quidni autem, cùm hac vna baſi Rom. ſedes, vel potius regnum Pontificiũ fulciatur?) rémq; ita nobis explicat, *vt Petro quidem Ro. Pontifex, cæteris autem Apoſtolis Epiſcopi, ſeptuaginta verò diſcipulis Presbiteri ſucceſſerint*. Hîc tibi parco, Turr. nec dum te meo iure cogo, vt ex hiſce tuis verbis concludas, non modò te tuóſque gregales Ieſuitas nudiuſtertius exortos, ſed alios etiam Monachos longè vobis natu maiores, omni carère ſucceſſione, cùm neminẽ veſtrûm reperiã in hoc ipſo Catalogo *ſucceſſionis*, quẽ ipſe recenſuiſti: nondũ, inquam, te verbis quibus dignus es refuto, quẽ nulla ſucceſſione fretũ, non tamen puduit Paſtorũ noſtrorum ſucceſſionẽ exagitare, qua de re fortaſſis aliàs. Nunc redeo ad id quod affirmas de *Apoſtolorũ ſucceſſorib.* vbi te peccantẽ deprehendo *in dicto ſimpliciter ad ſecundum quid.* Nam ordinarij Eccleſiæ Paſtores, qui purè docent Euãgeliũ, & fideles ipſi qui doctrinã Apoſtolicam retinent, dici quidem poſſunt *Apoſtolorum ſucceſſores*: ſed *quodã modo*: nos autem de *Apoſtolatus* natura diſputamus: quẽ alio loco habendum eſſe, quàm *ordinarium Eccleſiæ miniſterium*, docet Paulus Eph. 4. & 1. Cor. 12. Itaq; ipſis Apoſtolis in Apoſtolatus munere ſucceſſũ non fuiſſe ita colligamus. Cõſtat ex Scriptura duo potiſſimũ in Apoſtolatu ſpectãda eſſe: vnum, Apoſtolos non vlli genti, vrbi, prouinciæ, vel regno fuiſſe alligatos, nec eorũ munus aliis quàm vniuerſi terrarũ orbis finib. circũſcriptũ: ſic Matth. 28. *Profecti, docete omnes gentes*, &c. Alterum, Apoſtolos non ordinario modo, neque per hominum miniſterium, ſed immediate ab ipſo Domino electos fuiſſe. Galat. 1. *Non ab hominibus*, inquit, *neque per hominem*, &c. Si in his duobus non fuit ſucceſſum Apoſtolis, dico nullos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores in Apoſtolatus miniſterio. Atque vt de priori agamus: Apoſtoli, quorum fuit omnes gentes docere,

Pag. 199.

Pag. 231.

Concluſio de fundamento miniſteriali.

An Apoſtoli habuerint ſucceſſores.

Pag. 133.

In Apoſtolatus munere, ſucceſſum non fuit Apoſtolis.

ordinarios Eccleſiæ Miniſtros, id eſt, Epiſcopos vel Presbyteros conſtituerunt, & conſtituendos curâuerunt, idque κατ᾽ ἐκκλησίαν inquit Lucas Act. 14. Et κατὰ πόλιν inquit Paulus, Tit. 1. Non igitur vt Epiſcopi & Preſbiteri omnes gentes docerent, ſed cum tantùm gregem cui præficiebantur, adeò vt Epiſcopatus longo interuallo differat ab Apoſtolatu. Quamobrem cùm hodie nulli ſint ad quos ſpectat hoc mandatum; *Profecti, docete omnes gentes*, ſequitur Apoſtolatus miniſterium non fuiſſe ad nos vſque ſucceſſione propagatum. Atque Turrianus profert Rom. Pontificem, qui Petro: & Epiſcopos, qui cæteris Apoſtolis ſucceſſerint. Quantum ad Epiſcopos attinet, confecimus ex verbo Dei, eorum vnumquenque eſſe non omnium Eccleſiarum & gentium, ſed certę alicuius Eccleſiæ Paſtorem: & nemo ſanè, niſi planè ſit ἀθεόλογος, Apoſtolatum cum Epiſcopatu confuderit.

An Rom. Pon. Apoſtolatum gerat.

Romanus autem Pontifex quo tandem iure ſibi Apoſtolatum vendicat? Quia, inquis, *eſt Romanæ ſedis Epiſcopus*. At ea ratione vni tantùm Eccleſię prefectus eſt, alioqui non eſt Epiſcopus. Hæc autem repugnant, vni tantùm Eccleſię, & omnibus ſimul Eccleſiis prefectum eſſe. Ex quibus efficitur, Romanum Pontificem falsò ſibi Apoſtolatum vendicare, eò quòd ſit Rom. Epiſcopus. *Quid ſi dicat, quia Petri ſucceſſor eſt?* At ne Petri quidem ſucceſſionem alia ratione ſibi tribuit, quàm propter Eccleſiam Romanam. Nulla igitur ratione Pontifex Romanus Apoſtolatus officium ſibi arrogat. Iam de poſteriori agendum eſt, nempe de modo electionis. Dico igitur immediate eligi, & vocari à Deo ad prædicandum Euangelium, eſſe eſſentiale miniſterio Apoſtolatus. Hoc enim argumento firmiſſimo probat Paulus ſe eſſe Apoſtolum. Cap. 1. ad Galat. Pontifex autem ab hominibus eligitur (at quibus modis, qua via, quibus artibus?) neque quidẽ ad Euangelium omnibus gentibus prædicandum. Non eſt igitur Apoſtolus, & proinde non ſucceſſor Petri in Apoſtolatu. Sic enim Chriſtus: *Profecti, docete omnes gentes*. Romanus autem Pontifex, ſedet in ſublimi ſolio, nullamq; docet gentem, nedum omnes. Quibus igitur rationibus nobis perſuadebis, Turriane, aut vt loqui ſoles, conuinces, illum eſſe Petri ſucceſſorem.

Turr. refellitur ab ea ſucceſſione quã deſcribit.

Iam attende mecum quorſum euadat pręclara illa tua *ſucceſſionis* deſcriptio. Non ignoras, *ſucceſſorem, quatenus ſucceſſor eſt, non plus habere iuris, quàm habuerit is, in cuius locum ſucceſſit*. Hoc enim diſcere potuiſti ab Iuriſconſultis, quibus citãdis video te valde delectari. Atqui ſi tibi credimus, *Rom. Pontifex Petro, & Epiſcopi Apoſtolis ſucceſſerunt*. Hoc ſi ita eſt, non poteſt igitur Rom. Pontifex plus habere iuris in Epiſcopos, quàm Petrus habuerit in Apoſtolos: nam eò te adigit ipſius connexi neceſſitas. Quare dicendũ eſt ex hoc tuo argumento, in creandis Epiſcopis authoritatem Romani Pontificis non eſſe requirendã: Epiſcopos à Romano Pontifice non vocandos, non inſtituendos, non confirmandos eſſe: quia Petrus neque vocauit, nec inſtituit, neq; confirmauit Apoſtolos in munere Apoſtolatus.

Etiamſi Petrus haberet ſucceſſorem, id ad Rom. Pontificem nihil pertinet

Miror autem cur Pontificij tantopere *de Petri ſucceſſore* contendant. Quaſi verò ſi Petro ſucceſſum fuerit, neceſſe ſit Epiſcopum Romanum eſſe Petri ſucceſſorem: qua in parte ſemper tua, Turriane, & commilitonnm tuorum argumentatio claudicauit. Etenim, *ſi titulus facit poſſeſſorem bonæ fidei* (vt ad familiares tuos Iuriſconſultos redeam) *exhibe igitur tabulas iſtius ſucceſſionis. Petrus, inquis, Romæ docuit.* Primum poſtulo vt iſtud etiam probes tabulis exhibitis. Profers ſcripta veterum, qui Petrum Romæ docuiſſe, & illic martyrio coronatum fuiſſe tradiderunt. Ego verò, Turriane, poſco iuris diuini tabulas, quæ te deficiūt, & ad humanas tabulas recurris: fatere igitur primatum Rom. eſſe humani & poſitiui iuris, non autem Diuini. Quid? remne tanti momenti, vt ſine qua, ſi Turrianum audimus, non poſſit Eccleſia ſubſiſtere, non confirmari, & lucere expreſſis, planis, & certiſſimis Scripturæ teſtimoniis? At tantùm abeſt vt vllus extet de hac re locus in Scriptura, vt ne veſtigium quidem vllum appareat, imò potius multæ ſint & grauiſſimæ coniecturæ in aliam partem. Sed, vt illud pręteream, ecquod erit iſtud concludendi genus? *Petrus Romæ fuit, Romæ docuit, Romæ pro Chriſti nomine mortem adijt: ergo fuit Rom. Epiſcopus: & quotquot ab eo tempore extiterunt Romani Epiſcopi, dicendi ſunt Petri ſucceſſores in Apoſtolatu, atque adeò* (vt Pontificij volunt) *in Apoſtolatus Primatu.* Diſcutiamus vim huius concluſionis. Si Petrus fuit Epiſcopus Roma. quatenus Apoſtolus, ergo cæteri Apoſtoli fuerunt quoque Romani Epiſcopi: ſi non quatenus Apoſtolus, ergo Pontifex non illi ſuccedit in Apoſtolatu: ſi quatenus, & Apoſtolus fuit, & Romæ docuit, atque etiam Romæ paſſus eſt: Paulus ergo fuit Romanus Epiſcopus, & potiori iure quam Petrus, quia expreſſo Dei mandato Romæ docuit, quod de Petro non legimus, ne dicā Paulum fuiſſe *κατ᾽ ἐξοχὴν Apoſtolum Gētium* nominatum. Hoc verò nondum vrgeo, *rectène Petrus dicatur vnius vrbis Epiſcopus, qui ad docendas omnes gentes miſſus eſt,* tantū huius concluſionis Pontificiæ vim expendo. Nec etiā obiicio quod veteres dixerunt, *Paulum cum Petro fundaſſe Eccleſiam Romanam*: illa, inquā, omnia prætermitto, vt dicā ex illis Pontificiorū præmiſſis ſequi, Epiſcopum Hieroſolymitanum fuiſſe Petri ſucceſſorē: quia Petrus Hieroſolymæ docuit. Idem dico de Antiochia, idem de omnibus locis, in quibus Petrum docuiſſe, non humanis (quemadmodum Turrianus) ſed Diuinis ſcriptis, atque documētis aſſerimus: neque video quamobrē eæ ciuitates, quę ſunt priores tempore, debeāt eſſe iure & authoritate poſteriores: atque hoc Turrianus, qui voluit videri iuriſconſultus, debuit obſeruare. Quoniā autē veteres doctores citauit, tanquā ſuæ ſententiæ ſuffragatores, nos viciſſim aliquot etiam veteres hunc Matthæi locū exponentes, audiamus. Sic igitur Chryſoſtomus in Matthæum, homil. 55. *Super hanc petram* id eſt, inquit, *ſuper fidem confeſſionis.* Idem in Pſal, 32. *Statuit pedes noſtros ſuper petram, id eſt, ſuper fidem: fides enim in Chriſtum iure dicitur Petra, quæ frangi non poteſt. Idcirco cum Petrus eam expoſuiſſet, & dixiſſet, tu es Chriſtus filius Dei viui, ipſe ſubiunxit, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Auguſtinus autem, contra Iud. Pagan. & Arrian. *Quum Dominus Chriſtus,* inquit, *diſcipulos interrogaret, quem dicerent eſſe Filium hominis, reſponderunt, alij Eliam, alij Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Et ille: vt quid ſuſpicamini montes? &c. Pſal. 67. hunc cognouit Petrus dicens, Tu es Chriſtus filius Dei: agnouit montem, & aſcendit in montem, teſtimonium dixit veritati, & dilectus eſt à veritate: ſupra petram fundatus eſt Petrus vt mortem ſuſciperet illum amando, quem ter negauerat timendo.* Idem, de ver-

An Petrus Romæ docuerit.

Iræn. lib. 3.

Expoſitio loci Matthæi ex ſententia veter. Doctorum. Chryſoſt.

Auguſt.

bis Domini, Sermone .13. *Petrus in Apoſtolorum ordine primus, in Chriſti amore promptiſſimus, ſæpe vnus reſpondit pro omnibus. Et Domino interrogante & dicente, Vos autem quem me eſſe dicitis? reſpondit Petrus, tu es Chriſtus Filius Dei viui: vnus pro multis. Tunc Dominus ait, Et ego dico tibi: tu es Petrus. Simon quippe ante vocabatur: hoc autem nomen ei vt Petrus appellaretur à Domino impoſitum eſt, & hoc vt ea figura ſignificaret Eccleſiam: quia enim Chriſtus petra, Petrus populus Chriſtianus. petra enim principale nomen eſt, ideo Petrus à petra, non petra à Petro, quomodo non à Chriſtiano Chriſtus, ſed à Chriſto Chriſtianus vocatur. Tu es ergo, inquit, Petrus, & ſuper hanc Petram quam confeſſus es, ſuper hanc petram quam cognouiſti, dicens: Tu es Chriſtus Filius Dei viui, ædificabo Eccleſiam meam: ſuper me ædificabo Eccleſiam meam, ſuper me ædificabo te, non me ſuper te. Nam volentes homines ædificare ſuper homines, dicebant: Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ (ipſe eſt Petrus) & alij qui nolebant ædificari ſuper Petrum, ſed ſuper petram, dicebant, Ego autem ſum Chriſti, &c.* Idem in Ioanne Tract 124. *Super hanc, inquit, petram, quam confeſſus es, ædificabo meam Eccleſiam: petra enim erat Chriſtus, ſuper quod fundamentum, ipſe ædificatus eſt Petrus: fundamentum quippe aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Eccleſia ergo quæ fundatur in Chriſto, claues regni cælorum ab eo accepit. Hæc ille.* Sed videri videor Turr. arripientem id quod Auguſtinus dixit, *Petrum fuiſſe Apoſtolorum primum*: nec etiam dubito quin mox obiiciat, ſuo more, me citaſſe decurtatam Auguſtini ſententiam, qui eodem loco dicit *Petrum Eccleſiæ figuram portaſſe, & Apoſtolatus principatum tenuiſſe.* At ego contra ex his verbis exponam ſententiam Veterum, qui magnificè de Petro loquuti ſunt. Nam quoties dicunt eum fuiſſe *Primum Apoſtolorum, Coryphæum, primatum & principatum habuiſſe*, aut aliquid eiuſmodi, loquuntur de primatu ordinis, non autem de primatu poteſtatis. Sic enim Auguſtinus, *Petrus in Apoſtolorum ordine primus.* Cum autem Turrianus & eius commilitones primatum Petri colligant ex his verbir Chriſti, *Super hanc Petram*, &c. Auguſtinus autem perneget illa verba ad Petrum pertinere, ac nihilominus eum vocet *Apoſtolorum primum*, neceſſario ex Auguſtino concludendum eſt, primatum Petri non niti hoc Matthæi loco: & ex conſequenti, *Petrum non fuiſſe primum*, eò quòd fundamentum fuerit Eccleſiæ, ſed (vt Auguſtini verba repetam) *quòd fuerit primus ordine inter Apoſtolos*: hæc inquam, fuit veterum ſententia, qui de primatu, vel principatu Petri loquuti ſunt. Addam poſtremò Cyprian. libro De vnitate Eccleſiæ, vel de ſimpl. prælat. ita loquentem: *hoc erant vtique, & cæteri Apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi, & honoris & poteſtatis; ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt vna Chriſti Eccleſia, & cathedra vna monſtretur.* Hæc ille. Turrianus autem poſt Iacobum Pamelium ex codice Cardinalis Hoſij, addit hæc verba *Primatus Petro datur*: at præponit particulam, &, quod tamen non fecit Pamelius: at nos alia omnia edita exemplaria quæ conſtanter retinent eam lectionem quam citauimus, malumus ſequi: ne mihi Gratianus ſit proferendus, qui locum hunc Cypriani citans, eodem nobiſcum modo videtur legiſſe: nec habet illa verba quæ Pamelius & Turrianus addiderunt, vt videre licet, Canon. loquitur 24. quæſt. 1. Ac valde miror iſtos Pontificios

Quomodo. intelligẽdum eſt quod veteres dixerũt de Petri primatu.

Cyprian.

Pag 63.

ficios ſaltem decretis Pontificiis non ſtare. Certè facile eſt iudicare illa verba primùm in margine adſcripta, in contextum deinde obrepſiſſe in vnò aut altero codice manuſcripto. Sic enim ait Pamelius ſcriptum fuiſſe in codice illius Cardinalis, *hic Petro primatus datur*. Quinetiam quum illa interſeruntur verbis Cypriani, nemo non videt contextum non iam ſuo more fluere, ſed interrumpi. Verumenimuerò ne de variis lectionibus decertemus, mihi ſatis eſt quod ex Cypriano conſtet, primatum Petri, non eſſe primatum poteſtatis. Sic enim ille, *Cæteri Apoſtoli erant*, inquit, *pari conſortia prædita honoris & poteſtatis*: vnde ſequitur, primatum illum Petri fuiſſe tantum ordinis, ad vnitatem Eccleſiæ demonſtrandam: idque ex veterum illorum ſententia. Atque vt Cyprianus ipſe obſtruat os Pontificiis hunc Matthęi locum ad ſuum Pontificem reſtringentibus: attendantur ea quæ ſtatim ſubiicit. *Epiſcopatus*, inquit, *vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur*. Et libro 5. Epiſt. 6. *Chriſtus*, inquit, *Epiſcopi honorem, & Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens, dicit Petro, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*. Hæc Cyprianus. Quòd ſiqui ex veteribus probatioris fidei dixerint *Eccleſiam in Petro fundatam fuiſſe*, illud intelligendum eſt, non de Petri perſona, ſed de doctrina ab ipſo Petro annuntiata, quæ nobis vnum Chriſtum proponit. Tu verò profers etiam Rom. aliquot Epiſcopos, ſibi in alias Eccleſias principatum arrogantes, vt Clementem, Anacletum, &c. quorũ pleraque ſcripta etiamſi tibi aſſentirer non eſſe ἀξιόπιστα, nec afferrem varias ſententias de huius Clementis diſtinct. 16. neque refutarem ipſum Clementem ſua ſcripta inter ſcripturas Canonicas recenſentem in canonibus Apoſtolorum, ad finem tamen affirmare poſſem, illorum omnium teſtimonium in ſua cauſa non eſſe admittendum. Rectè enim Tertullianus, *Nemo*, inquit, *ſibi profeſſor, & teſtis eſt*, aduerſus Marc. lib. 5. Deinde ipſa etiam veſtrorum ſcripta non ſatis inter ſe cohęrent, quandoquidem conſtat ex Gregorio, *Petrum non antè fuiſſe cęteris præpoſitum, quàm poſt lapſum reſipuiſſet*. Can. conſiderandum. diſtinct. 50. Atque ita manifeſtis verbis huic Matthęi loco renunciat, qui longè Petri lapſum anteceſſit. Porrò veteres de ſedibus Apoſtolorum numero multitudinis loquuti ſunt, non autem de ſola Petri ſede, quemadmodũ citat Gratianus ex Auguſtino. Can. palàm eſt. diſtin. 11. Præterea ipſis Synodorum decretis interdictum eſt, *nequis princeps Sacerdotum, vel ſummus Sacerdos, vel vniuerſalis, aut aliquid eiuſmodi appelletur, ſed tantum primæ ſedis Epiſcopus. Can. primæ ſed. & ſeq. diſt. 99. Vbi nominatim vetat Can. ne ipſe Rom. Pontifex vniuerſalis appelletur*. Quinetiam Rom. Pontfices procurarunt vt Imperatoriis edictis, cæteris Eccleſiis preferrentur, vt conſtat ex veteri hiſtoria, & ex Gratiani diſtin. 96. & 97. &c. Adeò vt iam dubitari non poſſit, quin primatus Romanus ſit humani iuris: quod argumentum alij fusè & doctiſſimè perſecuti ſunt. Itaque nihil attinet plura nunc de hac re dicere. Sed cum Tertullianum ais, vocaſſe Rom. Epiſcopum ſummum Pontificem, & Epiſcopum Epiſcoporũ, fallis in figura dictionis. Illud enim obiicit Tertullianus per ludibrium, vt ambitionem Epiſcopi Romani perſtringat. Quod autem ſextum Canonem Nicenę Synodi eludere voluiſti ex particula ἐπειδὴ, qua dicis

Pag. 10. 64. 78 & paſſim.

Pontificij in hac quæſtione ſibi non conſtant.

Pag. 52. De pudic.

Pag. 79. De ſexto Can. Nicen. Synodi

cauſam efficientem ſignificari, id vero minus etiam eſt quàm Sophiſticum: licet ante te Pamelius idem tentauerit: diſce verò à Grammaticis quid ἐπειδὴ differat à διότι Cęterum quis non facile perſpiciat ſimilitudinem & exemplum, non autem cauſam efficientem proponi? *habeat*, (inquit Canon, etiam ipſo Pamelio citante) *Epiſcopus Alexandrinus, Lybiæ & Pentapolis poteſtatem, quoniam & Romano Epiſcopo hæc eſt conſuetudo*. Hic *quoniam* non cauſam efficientem ſignificat, ſed rationem ſimilitudinis, nempe vt ſimili iure vtatur Epiſcopus Alexandrinus, itèmque Antiochenus quo Romanus vti conſueuit. Imò, Turriane, audi Pontificia tua decreta & illis fidem abroga ſi velis: ſic enim Gratianus citat illud ſtatutum Nicenum in Can. mos antiquu. diſt. 65. *Alexandrinus*, inquit, *Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quoniam quidem & Romano Epiſcopo parilis eſt mos: ſimiliter etiam & apud Antiochiam, & cæteras prouincias honor ſuus ſeruetur vnicuique Eccleſiæ*. Hæc ille. Vbi dictio *parilis* in tantas anguſtias redigit gloſſatorem, vt nomine Romani, Conſtantinopolitanum intelligat, quo nihil eſt futilius. Quia verò toties inculcas illud *quoniã*, agnoſce ex ſequentibus locis eam particulam ſignificare occaſionem, ſimilitudinem, exemplum, & cętera eiuſmodi; vt Lucæ 1. viſum eſt Lucæ conſcribere hiſtoriam Euangelicam, *quoniam multi aggreſſi ſunt eandem narrationem componere*. Item Act. 13. Paulus *conuertit ſe ad Gentes, quoniam Iudæi reiiciebant Euangelium*. Item 1. Cor. 15 *quoniam per hominem mors, per hominem quoque reſurrectio mortuorum*. & ſimilia pleraque in quib. vſurpatur dictio *quoniã*. At tu, egregie cauſarum ſcrutator, non animaduertis quàm ineptè cauſam efficientem in hoc canone ſcruteris. Quænam enim vnquam efficiens cauſa effectum alienum genuit? Ita potius concludendum fuit ex tua ſententia: quandoquidem Epiſcopus Romanus habebat principatum in omnes Eccleſias, Alexandrinum & Antiochenum Epiſcopum ipſi quoque ſubiiciendum eſſe: quum tamen ille canon Nicenus, tres illos Epiſcopos ſuis finibus diſtinctos eſſe iubeat: quò fit vt mentionem faciat priuilegiorum ſeruandorum Eccleſiis, in aliis prouinciis: tantùm abeſt vt dicas omnes Eccleſias eſſe vni Epiſcopo Romano addicendas. Quinetiam cùm ait, *hanc eſſe Epiſcopo Romano conſuetudinem*, ſatis indicat eum etiam primatum quem tum in ſua prouincia Rom. Epiſcopus habebat, niti ſola conſuetudine (quã dictionem ridiculè exponis poteſtatem ſpiritualem) & propterea eſſe humani iuris: nam ſi verbo dei fundatus eſſet, certè id non erat prætermittendum, pręſertim in deciſione Synodali. Atque nè erres, vetus illud Synodi decretum ad ſolam εὐταξίαν ſpectabat: nec enim pij illi Patres tyrannidem in Eccleſiam inuehere, ſed tantùm ſchiſmaticis obuiam ire voluerunt. Fruſtra etiam conaris declinare vetus Africanæ Synodi decretum, *ne, qui illic Eccleſiaſtico iudicio damnati eſſent, mare traiicerent*: &, vt duos parietes eadem fidelia dealbares, tam hoc, quàm Carthaginenſe decretum ad ſolas appellationes reſtrinxiſti, ídq;, modò neceſſe non ſit eas ad Pontificem Romanum deferri. Qua limitatione vetus illud ſtatutũ eludis. Profers autem ex Aurelio Iuriſconſulto, *olim non licuiſſe à præfecto Prætorio prouocare ad Imperatorẽ, cuius tamen ſummæ poteſtati nihil derogabatur*. Verum, vt omittã quàm parũ hoc exemplũ ad

Pag. 67.

Pag. 80.
De decreto Synodi Africanæ.
Pag. 91.
Pag. 82.
Pag. 95.
De iure appellationum.

ad rem faciat, te ex Aurelio tuo refello qui *teſtatur id quidem licuiſſe, ſed poſtea* (vt eius verbis vtar) *publice ſententia principali lecta, appellandi facultatem fuiſſe interdictam*. Atqui Turriane, hæc in cauſa contrarium prorſus euenit, nam quum initio locum non haberent eiuſmodi appellationes, poſtea ſententia pontificali promulgata ſancitum eſt, vt ex omnibus Eccleſiis ad Eccleſiam Romanam appellaretur. Sic enim Gelaſius Papa, citante Gratiano, can. cuncta. 9. quæſtione tertia. *Sacroſancta*, inquit, *Romana Eccleſia, fas de omnibus habet iudicandi, neque cuiquam de eius licet iudicare iudicio, ſiquidem ad illam de qualibet mundi parte, appellandum eſt: ab illa autem nemo eſt appellare permiſſus*. Hæc bonus ille ſeruus ſeruorum Dei. Vnde efficitur Pontifices non modò non ſententia publice promulgata, facultatem ad ſe promouendi interdixiſſe, verumetiam eò ſemper, quantum in ipſis fuit, omnia reuocaſſe, attraxiſſe, rapuiſſe, adeò vt ſuo throno non ſolùm præfectos prætorios (quorum meminit Turrianus) ſed, quod longè eſt indignius, ipſos etiam ſummos Imperatores ſubiecerint. Non igitur interdicta fuit prouocatio ad Eccleſiam Romanam ab ipſa Romana Eccleſia, aut ab eius Epiſcopo ita iubente, ſed á plurimis Epiſcopis Africanis ita ſtatuentibus, & id quidem inuito Epiſcopo Romano. Atque inprimis notanda eſt ratio qua vetus illud decretum nitebatur, ita loquente Cypriano lib. 1. ep. 3. *Singulis*, inquit, *Paſtoribus portio gregis eſt adſcripta, quam regat vnuſquiſque & gubernet, rationem ſui actus Domino redditurus. Itaque oportet eos, quibus præſumus, non circumcurſare, nec Epiſcoporum concordiam cohærentem ſua ſubdola & fallaci temeritate collidere*, &c. Atque, vt vno verbo tranſigam: ſi veteres multùm tribuerunt Eccleſię Romanę, non tantùm propter Imperij ſedem illic conſtitutam, ſed etiam propter ſpirituales dotes, quibus tum excellebat, affirmo illa omnia ad vos nihil hodie pertinere. Nihilo meliùs ſoluis quod obiicitur *de Petri cathedra ex vrbe Antiochia Romam tranſlata*: atque hic eſt nodus, Turriane, quem hactenus tui Pontificij ſoluere nequiuerunt, nec tu, quanquam tuo iudicio acutiſſimus diſputator, aliud profers, quàm veterem illam cramben toties ad nauſeam vſque repetitam *de Marcello Epiſcopo Romano* (quicunque tandem is fuerit) *qui ſcripſit ad Antiochenſes, cathedram Petri, volente Deo, Antiochia Romam tranſlatam fuiſſe*. Nos vero Rom. iſtum Epiſcopum, & in ſua cauſa, & citra verbum Dei loquentem, & ius alienum, parte non audita, & abſque præcedente iudicio, authoritate propria, ſibi tribuentem, audire non debemus: imò commentum illud vel de tranſlata Petri cathedra, apertè repugnat miniſterio Apoſtolico, cuius hoc proprium eſt, vt antè dixi, non huic ciuitati alligari, ſed diffundi per vniuerſum terrarum orbem: ità præcipiente Domino, *Profecti, docete omnes gentes*: quibus verbis Chriſtus ipſe Petri, adeóque omnium Apoſtolorum cathedram, non Antiochiæ, neque Romæ, ſed in omnium gentium oculis, atque auribus collocauit: Hanc nec Antiocheni ſibi vendicare, neque Romani ad ſe rapere vnquam iure potuerunt. Quamobrem Romanę ſedis Primatum, ipſorum Rom. Pontificum teſtimonio probare velle, nugari potiùs eſt, quàm verè diſputare. Atque vt id verbo affirmatur, ita etiam verbo negandum eſt. Sunt enim eiuſmodi

Pag. 88. De tranſlatione cathedrę Antiochenę. Pag. 91.

commenta

Can. Sacroſãcta Diſt. 22.

Coucluſio.

commenta ſola negatione iugulanda. Sed tamen ex his veſtris nugis, Turriane, ego aliquid ſerium colligo. Cúm ius Diuinum ſit immutabile, veſtrarum autem ſedium ordo ſit mutabilis, eum iuris Diuini nõ eſſe. Nam prima ſedes fuit primúm Antiochiæ, deinde Romæ, vt vos quidem contenditis: ſecunda verò ſedes aliquando Alexandriæ, poſtea Conſtantinopoli collocata: atq; idem dici poteſt de quibuſdam aliis, vt patet ex can. renouantes, diſt. 22. *Datur,* inquit, *intelligi quòd Alexandrina Eccleſia de ſecũda facta ſit tertia, & Antiochena de tertia ſit quarta, niſi fortè quis duas contendat eſſe ſecundas:* hæc ille. Egregiam profectò deciſionẽ, & dignã quæ in Põtificis decreta referretur! At enim quid miſera illa Antiochena cõmiſit, quare ex primo loco deturbata, nunc in tertium, nunc in quartũ tã indignè reiecta fuerit? Quis nõ videt varios illos veſtrarũ ſediũ gradus, nõ aliis quàm ambitionis humanę columnis fuiſſe ſuffultos? Reſtat igitur vt Romanus principatus nõ ſit Diuini iuris, ſed poſitiui, aut nullius potius, cùm in tanta iniuria nullũ ius, vel queri debeat, vel poſſit vnquã inueniri. Sit iã igitur huius loci finis, & concludamus hæc verba Chriſti fuiſſe perperã detorta ad Primatum Romanum confirmandũ. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam.* Atq; vt ſummam faciam eorum quæ à nobis diſputata ſunt, *probauimus hæc verba non ad filium Dei viuentis eſſe referenda, quem Petrus confeſſus eſt, & ſuper quem vnà cum reliquis Apoſtolis Eccleſiam ædificauit puriſſima Euangelij prædicatione. Hoc inquam, probauimus ex ipſius loci circumſtantiis, ex ipſo loquendi genere, ex aliis Scripturæ locis de eadem re diſſerentibus, ex ipſa fidei analogia: denique ex veterum doctorum ſententia, qui cum Scriptura locuti ſunt.* Deinde ἀνασκευασμῷ *effecimus, Turriani expoſitionem & ſententiam, primùm eſſe verbo Dei contrariam, deinde ſibi ipſi: ac refutauimus vulgatã illam ſententiam de miniſteriali fundamento Petri, eiuſq; ſucceſſione, explicata cùm Miniſterij, tum etiam Succeſſionis natura. Atq; oſtendimus eam fuiſſe naturam Apoſtolatus (qui fuit munus in Eccleſia extraordinarium & temporale) vt in eo ordinarij Eccleſiæ Miniſtri ſuccedere non poſſint, & ſi poſſint, non Rom. Epiſcopum potiùs quam Antiochenum, Hieroſolymitanum, & permultos alios, potuiſſe vnquam de Petri ſucceſſione gloriari. Itaq; ſuperiori Sophiſmati veram hanc* Contradictionem oppono. *Chriſtus apud Matthæum promiſit ſe ædificaturum Eccleſiam ſuper eam petram, quam Petrus, non humana vlla ratione, ſed ſpiritu Dei reuelante, confeſſus eſt, nempe Chriſtum eſſe filium Dei viuentis. Atqui noſtra Eccleſia eam ipſam fidei confeſſionẽ amplectitur, & conſtanter retinet, verum Chriſtũ ab idolo Chriſti diſcernens, atq; doctrinam Apoſtolicam ita ſuſcipit, vt velit ab ea vna pendere, reiectis hominum commentis. Noſtra igitur Eccleſia vera eſt Eccleſia, ipſo Chriſto per verum Euangelij Miniſteriũ ædificata. Et ex ratione conſequentis, cùm Eccleſia Rom. non iam ſuper petram, quã confeſſus eſt Petrus, ſed ſuper humana commenta, cuiuſmodi eſt Pontificis primatus, fundata ſit, non eſt vera Chriſti Eccleſia ab ipſo Chriſto ædificata.*

Summa Solutionis huius Arg. à Turriano propoſiti.

Defenſio & obiectiones Turriani.

1 Pag. 74.

Falſum ſumis, dum dicis Chriſtum Petrum à Petra diſtinxiſſe, nomine & perſona mutatis: at conſiderandum eſt inquit Varro, à qua re, & in qua re vocabulum eſt impoſitum. Itaque Simon Petrus dictus eſt à Petra, quæ petram natu-

ralem ſignificat: Dominus etiam nomine tranſlato eum vocauit Petram propter firmitatem fidei, quam confeſſus eſt. Chryſoſtomus vocat Petrum Petram fidei, & Euſebius Alexandrinus fidem Petri vocat πίστιν [illegible].

Super hanc Petram, hanc, neceſſe eſt referre ad proximum, non ad remotius, id eſt, non ad Chriſtum.

Chriſtus non dixit, ſuper me: quid enim incohærentius dici potuit, quàm, Tu es Petrus, & ſuper me petram ædificabo Eccleſiam meam. Pag. 75

Reſponſio Sadeelis.

SADEEL. In hoc ſecundo Scripturæ loco verbis adeo redundauit Turrianus, vt mirum videri non debeat, ſi (vt aliquando dixit Ambroſius) *amnis exundans multum limi ac cœni ſecum inuexerit*. Nos autē eò breuiores erimus, quòd ſuperior noſtra diſputatio iam multa profligarit, quæ nunc nobis identidem reponuntur: atque hoc primùm omnium diſpiciendum eſt, ſatíſne Turrianus in ſequenti diſputatione cum Turriano conſentiat. Nam in iis quæ antè diſputata ſunt, vehementer contendebat *Catholicam Eccleſiam eſſe corpus viſibile, cuius Pontifex Romanus caput viſibile eſſe debeat:* & idcirco multa nobis de varia natura *Totius* commemorabat, ab intimis Philoſophiæ penetralibus (vt ipſi quidem videbatur) hauſta ac deprompta. Atque ita ſtatuebat, *Eccleſiam Catholicam, vt ſit viſibilis, eſſe Totum Quantitatis diſcretæ, non autem continuæ: eò quòd Totius continui viſibilis partes, in vno loco eſſe oporteat.* Quæ quidem omnia ſi vera ſunt, certè fruſtrà ſequentem diſputationem inſtituit ex loco Matthæi, quandoquidem *fundamentum & ædificatio* ad Totum continuum pertinent, non ad diſcretum: ac proinde ex ipſius Turriani ratiocinatione, non poterit ad Catholicam Eccleſiam viſibilem referri. Porro cùm analogia, qua tantopere ſuprà delectatus eſt, non patiatur, vt inuiſibilis ædificij viſibile fundamentum in terris conſtituatur reliquum eſt, vt hic Matthæi locus, & hæc verba Chriſti ad Petrum, de quibus diſputaturi ſumus, non poſſint ad Romanos Pontifices pertinere. Hæc præfati, iam in pauca conferamus magnam iſtam verborum farraginem, quam Turrianus ex Hiſpano propè factus Aſiaticus in hunc locum congeſſit: vt ita lectores cùm illius, tum noſtram ſententiam faciliùs intelligant. Turriano propoſitum eſt probare *Pontificem Romanum eſſe fundamentum Eccleſiæ Catholicæ:* id vt efficiat, Petrum aſſumit tanquam medium ſuæ ratiocinationis. Connexum eſt huiuſmodi. *Si Petrus eſt fundamentum Eccleſiæ Catholicę, Ergo Pontifex Rom. eſt etiam Eccleſiæ Catholicæ fundamentum.* Quod quidem Connexum vt verum ſit, oportet in eo, ex Syllogiſmorum hypotheticorum natura à generali quodam theoremate vim manare ad complexionem. Itaque velit nolit Turrianus, hunc aut alium conſimilem Syllogiſmum nobis proponat neceſſe eſt.

Quicquid dicitur de Petro, id ad Pontificem Romanum pertinet:

Eſſe fundamentum Eccleſiæ Catholicæ dicitur de Petro. Quare, eſſe fundamentum Eccleſiæ Catholicæ ad Pontificem Rom. pertinet.

Hæc eſt ſumma huius ſecundæ diſputationis Turr. Iſte verò Syllogiſmus apoplexia laborat: nam in eo neq; manus, neq; pes officiũ facit. Maior enim propoſitio res non tantùm diſſimiles, ſed etiam contrarias ſimul coniungit. Minor autem propoſitio pugnat cum expreſſis Scripturæ locis, cum analogia fidei, cum doctiſſimorum quorumque Veterum interpretatione. Itaque quàm nihil valeat complexio, ſatis cuique poteſt eſſe manifeſtum. Quanquam autem ſingula ſuis locis excutientur, tamen non erit inutile ſuperioris Syllogiſmi errores ſtatim initio indicare, vt ſingulæ noſtræ reſponſiones poſſint eſſe tum breuiores, tũ faciliores. Iam igitur expendo Maiorem propoſitionem. Quæ dicuntur de Petro, aut ipſam perſonam Petri reſpiciunt, aut ad eius munus & miniſterium referuntur. Ea quæ ſunt peculiaria ipſi perſonæ Petri, ſiquis vel ad Rom. Pontificem, vel ad vllum alium transferre velit, ille ne audiendus quidẽ fuerit. *Petrus* autem, *vt fuit in amore promptiſſimus* (vt inquit Auguſtinus) *ita fuit in primo conflictu infirmiſſimus, quemadmodum ex eius negatione & lapſu nimis patuit.* Quare diligenter ſpectandũ eſt quonam ea quæ de Petro dicuntur referenda ſint: quandoquidem fuit aliquid in lapſu Petri peculiare, quod vt pharmaco, ita proprio quodam & conuenienti remedio, & accommodata inſtauratione indiguit. Quæ verò ad Petri miniſteriũ pertinent, extra ipſius miniſterij fines extendi non debent. Ex quo fit, vt ſiquid de Petro dicatur, tanquam Apoſtolo, id reliquis Apoſtolis dictum quoque intelligi debeat. Quia verò ſummus ordo reliquos inferiores continet (inquiunt veteres) non contrà, hinc fit vt multa quæ de Apoſtolis dicta ſunt, poſſint etiam non vni aut alteri, ſed omnibus miniſtris Eccleſiaſticis, (quos Petrus propterea *Compreſbyteros* appellauit) conuenire, ſuo tamẽ modo, & pro ratione vocationis. Hactenus igitur nihil videmus, quod poſſit Rom. Pontificem adiuuare, quem quidem eſſe Petri perſonam dicere nemo audet: eſſe autem Apoſtolum, probare nemo poteſt. Quare confugit Turrianus ad *ſucceſſionem, aut vicariam ordinationem:* cuius vult eam eſſe vim, vt ad Pontificem Rom. transferat ea, quæ Petri propria ſunt. Verumenimuerò eum adhibet teſtem, cui alio teſte opus eſt. Nec enim minùs repudiamus commentitiam illam ſucceſſionem, & vicariã ordinationẽ, quàm ſuperius illud aſſumptum falſum, quo affirmabat ea, quæ de Petro dicuntur, ad Rom. Pontificem pertinere. Negamus enim Pontificem vel eſſe, vel eſſe poſſe Petri ſucceſſorem: Romanum, inquam, Pontificem, in locum Petri conſecrari poſſe pernegamus. Quomodo igitur id probat Turrianus? Nimirum ad hunc locum redit, & profert hęc verba Chriſti, *Super hanc Petrã ædificabo Eccleſiam meam.* Ita fit vt circulorũ more, hac tota diſputatione, in eum errorem, quem vocant petitionem principij, tanquam in eundem orbem perpetuò reuoluatur. Nã (vt Minorẽ etiam propoſitionem excutiamus) ita exponit locum Matt. vt ſi illi crẽdas, is ſit ſtatutus ſẽſus verborũ Chriſti: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiã meã,* inquit Chriſtus, hoc eſt, inquit Turria. ſuper te Petrũ, & ſuper tuos ſucceſſores in poſterũ eligendos. *Ædificabo Eccleſiã meam,* inquit Chriſtus: hoc eſt, inquit Turrianus, faciã vt Eccleſia Catholica à tuo tuorùmq; ſucceſſorũ nutu pendeat. *Tibi dico,* inquit Chriſtus, hoc eſt inquit Turrianus, tibi & tuis ſucceſſoribus Pontificib. videlicet iis quos

Cardinales Romanę Eccleſiæ addicti, in tuum locum conſecrare voluerint. Hoc ſi eſt exponere, ac non potiùs rebus ſacris illudere, æqui lectores facilè iudicabunt. Nos autem non ex humanis ſomniis, non ex aulicis aſſentationibus, non ex Turrianicis fabulis, ſed ex firmiſſimo, ac certiſſimo Dei verbo loci huius interpretationem depromamus. Veram hanc eſſe regulam ab Auguſtino propoſitam, & cum ipſo Dei verbo conſentaneam, neminem puto eſſe qui neget: *nullam vnquam eſſe proferendam interpretationem, quæ cum apertis Scripturæ locis repugnet*. Cùm igitur ex manifeſtiſſimis Scripturæ locis conſtet, ſolum Chriſtum eſſe Eccleſiæ fundamentum, efficitur ex neceſſitate iſtam Turrianicam interpretationem, quæ conſtituit Petrum & Romanos Pontifices eſſe Eccleſiæ fundamentum, nullo modo eſſe recipiendam. Sic igitur Paulus, *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus*. Et alio in loco: *Non amplius eſtis hoſpites & inquilini, ſed conciues Sanctorum, ac domeſtici Dei, ſuperſtructi ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, cuius imus angularis lapis eſt ipſe Ieſus Chriſtus*. Item: *In quo totum ædificium congruenter coagmentatum creſcit, vt ſit templum ſanctum Domino, in quo & vos vnà ædificamini, &c.* Et Petrus (nimirum longè diſtans à Turrianicis deliriis) *Ad quem accedentes*, inquit, *qui eſt lapis viuus, ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum verò electus ac pretioſus, ipſi quoque, veluti viui lapides ædificamini, &c.* Qua propter etiam continetur in Scriptura: *Ecce pono in Sion lapidem in imo angulo, electum, pretioſum, cui qui credit, non pudefiet.* Et Chriſtus ipſe: *Quem lapidem reprobarunt ædificantes, is factus eſt caput anguli.* Quam quidem ſententiam citauit etiam Petrus in Actis Apoſtolicis: & ſiqui ſunt loci conſimiles. Cæterùm detracta ſimilitudinis & Metaphoræ veſtè, res etiamnũ fiet dilucidior: Dicuntur homines *ſuper Chriſtum ædificari*, quum verè & ex animo percepta Euangelij doctrina, Chriſtum ſeruatorem vera fide amplectuntur, ei adhærent, eo nituntur, in illo denique firmi manent: quemadmodum videmus præclare ſtare ædificium, quod ſubnixum eſt valido & conſtanti fundamento, adeò vt verè ſuper Chriſtum ædificari, nihil aliud ſit quàm verè in Chriſtum credere: quemadmodum perſpicuum eſſe poteſt ex locis ſuprà citatis. Sic enim Paulus dicit *Corinthios eſſe ædificationem Dei*, apud quos iecerat verum hoc fundamentum, quod vnicum eſſe affirmauit, nempe Chriſtum: & alibi dicit *Epheſios fuiſſe ſuper lapidem angularem ſuperſtructos, eò quòd Chriſtus veniens pacem euangelizauerit*. Et rectè mihi videntur veteres eò referre ſimilitudinem illam de domo ſuper petram ædificata, quam Chriſtus apud Matthæum & Lucam propoſuit: *Quiſquis audit*, inquit, *ex me ſermones iſtos & eos præſtat, aſſimilabo eum viro prudenti, qui ædificauit domum ſuam ſuper Petram: deſcendit autem pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & non occidit, fundata enim fuerat ſuper Petrã.* Petram hîc, inquit Chriſoſtomus, *Chriſtus vocauit doctrinæ ſuæ firmitatem & certitudinem.* Ex quibus omnibus manifeſtum eſt tum nos ædificari, quum credimus: adeò vt Chriſti doctrina, & Chriſtus ipſe, ſit fidei noſtræ fundamentum. Quare, qui dicit nos *ſuper Petrum ædificari*, ille dicit, nos in Petrum credere, nos Petrum amplecti & agnoſcere Redemptorem, Mediatorem, Seruatorem

De Doct. Chr. lib. 2. cap. 9. & lib. 3. cap 26. & Epiſt. 4. &c.

1. Cor 3.
Epheſ. 2.
Ibidem.
1. Pet. 2
Pet. 2.
Eſa. 28.
Matt. 21.
Act. 4.
1. Cor. 3.
Epheſ. 2
Chriſ. op. imp. in Matt. cap. 7.
Augu. in Ioan tract. 124.
Matt. 7.
Luc. 13.
In Matt. hom. 25.

torem: quod abſit ab omnibus *Chriſtianis*, alioqui non iam *Chriſtiani* ſed *Petrianis* futuris. Vt enim ædificatio fundamento, ita piorum fides Chriſto niti debet: & vt ædificatio à fundamento, ita piorum fides à Chriſto diuelli non poteſt. Hanc fuiſſe piorum maiorum ſententiam ſignificaueramus Turriano, aliquot adſcriptis eorum teſtimoniis: ſed quia ille ſibi videtur egregiè reſponſione defunctus, poſt quam efflauit ampullas ſuas Thraſonicas, idcirco nos alia etiam addemus ex Veteribus: ſiqua tandem ratione fieri poſſit, vt aliquando à Pontificum & Monachorum teſtimoniis, & à Synodicis epiſtolis, quibus maximopere delectatur, ad res præclaras, & cum Dei verbo conſentaneas animum traducat. *Origenes. Petra eſt*, inquit, *quicunque eſt diſcipulus Chriſti: & ſuper talem petram conſtituitur omnis Eccleſiaſtica doctrina. Quòd ſi ſuper vnum illum Petrum tantùm exiſtimas totam ædificari Eccleſiam, quid dicturus es de Ioanne filio tonitrui, & Apoſtolorum vnoquoque? Num audebimus dicere quod aduerſus Petrum vnum, non præualituræ ſunt portæ inferorum? An ſoli Petro dantur à Chriſto claues regni cælorum?* Chryſoſtomus: *Chriſtus eſt vir ille ſapiens, qui ædificauit domum ſuam, id eſt, Eccleſiam ſuper petram: id eſt, ſuper fortitudinem fidei. Nam & fortitudo fidei, petra dicitur, propter quam Simon Petrus dictus eſt, ad quem dicit Deus, Tu es Petrus, &c.* Gregorius Nyſſenus, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: Intelligit autem confeſſionem Petri: dixerat .n. antè, Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Baſilius: *Petrus licet petra eſſet, nõ tamen petra erat, vt Chriſtus. Nã Chriſtus verè eſt immobilis petra, Petrus verò propter petram.* Tertullianus. *Sed & cur Petrum? Si ob vigorem fidei multæ materiæ ſolidæq; nomen de ſuo accõmodarent: An quia & petra & lapis Chriſtus: ſiquidem & legimus poſitum eum in lapidem offendiculi, & in petram ſcandali.* Epiphanius: *Portæ inferni verè ſunt omnes hæreſes, ſed contra petram non præualebunt, hoc eſt, contra veritatem.* Hilarius: *Hæc eſt vna fœlix fidei petra, quam Petrus ore ſuo confeſſus eſt.* Idem: *Super hanc petram confeſſionis Petri eſt ædificatio Eccleſiæ.* Auguſtinus: *Vniuerſa Eccleſia non cadit, quia fundata eſt ſuper petram, vnde & Petrus nomen accepit: non .n. à Petro petra, ſed, Petrus à petra, ſicut non Chriſtus à Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto vocatur: ideò quippe ait Dominus, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, quia dixerat Petrus, Tu es Chriſtus filius Dei viui. Super hanc ergo, inquit, petram quam confeſſus es ædificabo Eccleſiã meam: Petra .n. erat Chriſtus ſuper quod fundamentũ etiã ipſe ædificatus eſt Petrus. Petro totius Eccleſiæ figurã gerenti ait Dominus: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portę inferorũ non vincent eam.* Ambroſ. *Rectè igitur quia Petra Chriſtus, Simon nuncupatus eſt Petrus, vt qui cum Domino fidei ſocietatem habebat, cum Domino haberet, & nominis dominici vnitatẽ: vt ſicut à Chriſto Chriſtianus dicitur, ita & à petra Chriſto, Petrus Apoſtolus vocaretur.* Idẽ: *Dabo tibi claues &c, Quod Petro dicitur, Apoſtolis dicitur.* Hieronymus: *Super hanc petram, Dominus fundauit Eccleſiã: ab hac petra Apoſtolus Petrus ſortitus eſt nomen. Et paulò poſt: fundamentum quod Apoſtolus architectus poſuit, vnus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus: ſuper hoc fundamentum ædificatur Eccleſia Chriſti, &c.* Quæ cum ita ſint, nemini dubium eſſe poteſt, quin noſtra interpretatio de Chriſto Eccleſię fundamento, ſit vera & orthodoxa, quippe quæ Scripturę locis expreſſis nitatur, & habeat pios quoſq; Veteres aſſentientes.

In Matthæ. tract. 1

In comm. Imperf. in Matt. 7. cap.

In teſtimoniis delectis ex vet. teſt.

De pæni. hom ad pop. 26.

In Marcion. li. 4.

Contra hæreſ. lib. 3. hær. 74.

De Trin. lib. 3.

De Trin. lib. 6.

Tract. in Ioan. 124.

Epiſt. 195.

Serm. 84.

In Pſal. 38.

Comm. in Mat. cap. 7. lib. 1.

Sed iam Turriani Defenſionem audiamus. *Falſum ſumis*, inquit, *dum ais*
Chriſtum Petrum à Petra diſtinxiſſe. Iam verò, Turriane, tu falſò reſu-
mis. Matthæum enim dixi, non Chriſtum, Petrum à Petra diſtinxiſſe:
ac ego tibi inprimis locupletiſſimum hunc interpretē ſententiæ Chri-
ſti proponere volui. Sed tu ſcilicet res alias agebas, qui pro Matthæo
Chriſtum legeris: adeóque, licet in meis verbis quæ tu deſcripſiſti in
tua defenſione, nomen Matthæi manſerit, nihilominus tamen nunc
mihi obiicis, me Chriſtū dixiſſe, non Matthæum. Ergo, Franciſce, mea
fideliter in hoc loco deſcripſiſti, & negligenter legiſti. Cū igitur Chri-
ſtus Syriacè, hoc eſt, vernaculo ſermone tum vteretur, in quo illa diſtin-
ctio locum habere non poterat, dico, Matthæum Græcè ſcribendo, ap-
poſuiſſe diſtinctionem, ac diſcrimen inter illa vocabula, vt planior eſ-
ſet ſēſus verborum Chriſti. Poterat .n. ita verba Chriſti recitare: *Tu es*
petra, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. At ſic maluit: *Tu es Pe-*
trus, inquit, vt ita ſignificaret, Petrum non eſſe veram illam petram, qua
fideles omnes niti debent, ſed tamē ab illa petra denominari. Petra au-
tem erat Chriſtus. Tu verò nobis, ſcilicet, obiicis Varronem, vt videa-
mus in qua re, & à qua re nomen ſit impoſitum. At enim quia in Theolo-
gia verſamur, non ſubſiſtemus in Varrone, ſed audiemus veteres Theo-
gos nobis explicantes, quamobrem Chriſtus nomina quibuſdā mutarit.
Primùm, vt ita ſuā authoritatem melius teſtaretur (inquit Iuſtinus Martyr)
Deinde vt magis animos excitaret ad conſideranda Dei beneficia (inquit Chry-
ſoſtomus) Atq;, ne Varronem planè neglexiſſe videamur, *ſi velimus cō-*
ſiderare, cui, & à qua re Chriſtus nomen impoſuit, facilè intelligemus, Chriſtum
reſpexiſſe, nō ad perſonam Petri, ſed ad dignitatem miniſterij Apoſtolici, ad naturā
Euangelicæ prædicationis, quā Petro cum aliis Apoſtolis cōmiſerat: & cuius Pe-
trus confeſſionem præſtantiſſimam ediderat his verbis: *Tu es Chriſtus filius Dei*
viuentis. Sic Chriſtus vocauit Iacobum & Ioannem *Bonarges*, hoc eſt, fi-
lios tonitrui: nimirum propter virtutem Euangelicæ prædicationis,
qua vniuerſus terrarum orbis perſonuit. Deinde, cùm hic agatur de
firmitate ſpirituali, non eſt hærendum in craſſo, terrenóq; lapide: ſed
ad ſpiritualem lapidem deueniendum, qui omnis firmitatis cauſa eſt:
is autem eſt Chriſtus. Cæterùm, *cùm agnoſcas Petrum fuiſſe dictum pe-*
tram, ob firmitatem fidei quam confeſſus eſt, ipſe nobis das manus, nihil ta-
le cogitans. Hinc enim ſequitur Petrum à petra Chriſto dictum fuiſſe
& petram Chriſtum eſſe Eccleſiæ fundamentum. Hîc enim tibi repræ-
ſento telū illud Philoſophicum, quod infrà totis viribus in me torque-
bis, quum diſputabis de particula [illegible] pag. libri tui. 240. nempe, *Propter*
quod vnumquodq; eſt, & illud magis eſt. Ex his igitur tuis armis, & ex hoc
tuo argumento, ita teipſum vrgeo: *Si Petrus dictus eſt Petra, ob firmita-*
tem fidei, quam confeſſus eſt (vt ipſe dicis) *Ergo fides, quam Petrus con-*
feſſus eſt, eſt magis Petra, quàm Petrus. Ex quo efficitur, fidem quam Pe-
trus confeſſus eſt, nempe Chriſtum filium Dei viuentis, eſſe firmiſſimam il-
lam petram, ſuper quam fundata eſt Eccleſia. Nam vt Eccleſia eſt præſtantiſſi-
mum ædificium, ita Eccleſiæ fundamentum debet eſſe firmiſſimum. At Petrus non
eſt fundamentum firmiſſimum, quia aliunde petit firmitatem ſuam, quæ tan-
que tandem ſit. Itaque ex iis quæ ipſe dicis, Turriane, colligo Chriſtum eſſe

Iuſtinus Martyr in Tryphone.
In Ioā. ho. 18.

Marc. 3.

Eccleſiæ fundamentum. Nec obſtant ea, quæ citas ex Chryſoſtomo & Euſebio, quandoquidem illa encomia fidei Petri, vel teipſo aſſentiente, ad firmitatem fidei, quam confeſſus eſt, referenda ſunt: quod etiam indicat vocabulum [illegible], quo vſus eſt Euſebius. Verùm, inquis, neceſſe eſt particulam, *Hanc*, referre ad proximum, non ad remotius. Quid? tibíne videtur Chriſtus, quem Petrus confeſſus eſt, eſſe remotior? Imò verò, propter ſecundam perſonam vſurpatam à Chriſto (*Tu es Petrus*) cui particula demonſtratiua tertiæ perſonæ non conuenit, tibi neceſſe eſt dicere confeſſionem editam à Petro eſſe proximam, non autem remotam, vt exiſtimas. Tract. in Ioan 124 Itaque Auguſtinus, qui tibi non ceſſit in Grammaticæ ſcientia, *Super hanc petram*, inquit, *quam confeſſus es.* Tua verò riſu digna eſt impudentia (vel fletu potiùs) qui in hoc Matthæi loco exiſtimes *perſonam Chriſti eſſe remotam*, & tamen non dubitas ipſa Chriſti verba trahere ad tuum vſque Pontificem, quem hodie Romæ vides. Dic quæſo, Franciſce, Tuus iſte Pontifex tibíne videtur propior, quàm Chriſtus in Matthęi verbis? Crede mihi, Turriane, ſi eſſem Hiſpanus, ego hîc integras paginas implerem exclamationibus: ſed abſtinebo, ne videar lepidum illum tuum morem affectare. Verùm, heus tu, quandoquidem vrges particulam, *Hanc*, nos eam viciſſim vrgeamus. Nã niſi planè Philoſophię renunties, & tã rerum, quàm verborum naturam euertas, fatendum eſt particulam, *Hanc*, nullo modo vel ſucceſſioni, vel vicariæ ordinationi conuenire: nam τόδε τι ſignificat indiuiduum vnum numero, quod nihil cum ſucceſſione commune habere poteſt. Itáq; quoties nobis obtrudis tuos Pontifices Rom. tanquam fundamentum Eccleſiæ, ex his Chriſti verbis: ego contrà vrgebo particulam, *Hanc*, demonſtratiuam, quam tu mihi ipſe demonſtraſti; atq; nihil tuas exceptiones veritus, affirmabo Chriſtum dixiſſe, *ſuper hanc petram*, ita vt neceſſe ſit in hac ipſa Petra ſubſiſtere, non autem vagari per Rom. Pontifices: ea enim eſt vis particulæ demonſtratiuæ in hoc loco, quemadmodũ etiam Veteres agnouerunt. Sed iã audiamus quidnam ſubiicias: Quid, inquis, incohęrentius dici potuit quàm, *Tu es Petrus, & ſuper me Petram ædificabo Eccleſiam meam?* Itane tandẽ, Turriane? Ergo miſeret me Auguſtini, qui quum non poſſet ad acumen ingenij tui, & ad cohærentiã illam tuam peruenire, exiſtimauit hæc ita dici conuenientiſſimè: *Tu es*, inquit, *Petrus, & ſuper hanc petram, quam confeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam: ſuper me ædificabo te, non me ſuper te.* Hæc Auguſtinus: quibus, ſi tibi mendaci credimus, nihil ineptius, aut, vt loqueris, incohærentius dici potuit: at ſi veritati credimus, nihil meliùs, nihil accommodatiùs dici potuit. Ac de tua quidem iſta defenſione hactenus.

II. Pag. 76. TVRRIA. *Obijcis 1. Cor. 3. Fundamentum nemo aliud poteſt ponere, præter quod poſitum eſt, videlicet Ieſus Chriſtus: nempe fundamentum, quod habeat virtutem & firmitatem propriam. Sed quæ ſunt Chriſti propria, ſunt Petro cum Chriſto participatione communia, inquit Leo Magnus, in Serm. 3 anniuerſar. die aſſumptionis ſuæ.* Pag. 77. *Qui dicit fundamentum, dicit & firmamentum: at Eccleſia eſt firmamentum & columna veritatis, inquit Paulus; quomodo igitur, quod Chriſti eſt proprium, Eccleſiæ tribuitur? quale enim eſt eſſe firmamentum veritatis*

ritatis, & fundamentum Eccleſiæ. Eccleſia eſt firmamentum veritatis, quia eum habet caput, pro quo orauit Dominus, ne deficeret fides eius: pro Petro orauit immediate, pro Eccleſia verò mediante Petro. Pag.78.

SADEEL. Locum Pauli eſſe omni exceptione maiorem, licet videas, videre tamen id non vis, nec pateris vt alij videant: ac proinde offundis nubeculam tuæ diſtinctioni *de fundamento virtutis propriæ, & virtutis communicatæ.* Verumenimuerò longè antequam ſcripſiſſet Paulus, anteceſſerant hæc verba Chriſti ad Petrum, quæ Paulus ignorare non potuit. Qui fit igitur, vt hanc ſententiam adeo vniuerſè pronunciet, vt iſta veſtra diſtinctio in mentem illi non venerit? præſertim cum, ſi vobis credimus, tota religio Chriſtiana ab hac vna diſtinctione pendeat. Atqui Paulus neque hîc, neque alibi, nec vllus alius Apoſtolus vnquam aliquid ſcripſit de veſtra illa diſtinctione. Quare mirum videri non debet, ſi illam reiicimus, freti hac regula Theologica. *Omnes diſtinctiones in Theologia, eſſe locis expreſſis Scripturæ confirmandas:* alioqui nemo non videt, nihil vnquam certi, nec veri conſtitui poſſe, ſi liceat diſtinctiones ex arbitrio comminiſci. Quin etiam cum ipſos Veteres conſidero in loco illo Pauli verſantes, nullum apud eos de hac diſtinctione verbum reperio. Sic enim Chryſoſtomus: *Fundamentum, inquit Paulus, aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitũ eſt. Super hoc ergo ædificemur, & pro fundamento habeamus: & nullum ſit mediũ inter nos & Chriſtum. Quod ſi medium aliquid intercederet, id quamprimum* [illegible] *Etenim palmes per continuationem vitis, nutrimentum trahit, & ædificium conglutinatione conſiſtit. Non igitur ſimpliciter Chriſtum teneamus, ſed ei conglutinemur. Ipſe enim caput, nos corpus: numquid poteſt eſſe vlla media inter caput & corpus diſtantia?* &c. Hæc Chryſoſtomus. In quibus tantum abeſt, vt videam tuam diſtinctionem, Turriane, *quæ ſit inter Chriſtum & Eccleſiam intermedia*, vt planè neget Chryſoſtomus aliquid intermedium eſſe oportere. Vnum Chriſtum profert, vnum vrget, reliqua omnia intermedia, ac propterea tuam iſtam diſtinctionem, reſecat, tollit, reiicit: quod nos etiam facimus, quantumuis licet id tibi, tuoque Pontifici doleat. Nec audimus *Leonem Pontificem* (quem citas tuo more) non Petri, ſed ſuam profectò cauſam agentem, die anniuerſario ſuæ aſſumptionis, ſiue ordinationis: quo die voluit bonus ille Papa ſuam dignitatem, quoad eius fieri potuit, aſſerere. Fateor poſt hunc Leonẽ multos alios longè peiores extitiſſe. Sed malitiáne an ignorantia tum errarit, neſcio: erraſſe autẽ certò ſcio, cum huic Pauli loco clariſſimo apertiſſimè repugnarit. Adde etiam ipſam veritatem, ipſámque rerum naturam ab iſta diſtinctione abhorrere. Quis enim hæc ferat? *Quæ Chriſti propria ſunt, fuiſſe cum Petro participatione facta communia.* Poteſtne Chriſtus communicare cum Petro, ea quæ ſunt ipſius Chriſti propria? Naturam humanam pro ſalute noſtra aſſumpſiſſe, iudicio Dei pro nobis ſatiſfeciſſe, legem pro nobis impleuiſſe, mortem pro peccatis noſtris paſſum eſſe, tertia die à mortuis reſurrexiſſe, & ad dextram Dei aſcendiſſe: illa, inquam, omnia ſunt Chriſti propria: eáne igitur facta ſunt cum Petro participatione cõmunia? Abſit à nobis tam horrenda blaſphemia. Atque, vt ad rem præſentem veniamus, ſic bonus ille Papa ſuas ſuorúmque aures, die illo an-

In 1. ad Cor. hom. 8.

niuerſario demulcebat: *Ego tibi dico, inquit Chriſtus, id eſt* (audiamus mirificam interpretationem) *Cum ego ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, ego fundamentum, præter quod nemo poteſt aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute ſolidaris, vt quæ mihi ſunt poteſtate propria, ſint tibi mecum participatione communia.* Hæc bonus interpres tum verborum Chriſti, tum huius loci Pauli, de quo diſputamus. Sed ego quæro vel ex te, Turriane, vel ex tuo illo Papa, qui tam fidenter Petrum, & ſeipſum in ſocietatem gloriæ Chriſti vocat, & eorum quæ ſoli Chriſto conueniunt, quæro, inquam, qui fieri poſſit, vt hoc communicetur cum Petro, quod agnoſcit Leo eſſe Chriſti proprium, nempe nullum aliud fundamentum poni poſſe? Nam in hoc iſta contradictio implicatur, hoc eſſe Chriſti proprium, vt ſit ſolum Eccleſiæ fundamentum, præter quod nullum aliud poni poſſit, & idipſum eſſe participatione Petro cũ Chriſto commune. Vbinam didicerat bellus ille Papa tam præclarè ex ſuo ſenſu contradictionis pleno aduerſus purum ac perpetuò ſibi conſtans Dei verbum ratiocinari? [illegible] *illa ſunt propria. Ergo non Petro non communia: ſi eſt Petro communia,* [illegible] *Chriſti propria:* [illegible] *ſi Petrus eſt fundamentum Eccleſiæ,* [illegible] *Eccleſiæ tradita* [illegible] *Miniſter doctrinæ* [illegible] *Ergo tanquam Miniſter doctrinæ. Atqui Miniſter doctrinæ* [illegible] *Chriſtus enim eſt verus* [illegible] *per Sp. ſanctum: Petrus autem fuit vnum ex inſtrumentis à Chriſto adhibitis ad ædificandam fidem Eccleſiæ.* Iam nobis reſponde, Turriane, [illegible] Leonem, & præter eos quibus iſta Leonina placẽt, ecquis (inquam) vel dicere, vel vnquam dicere potuerit, *ea quæ ſunt efficientis propria, cum inſtrumentis* [illegible] *communicari, vt ſint illis participatione communia*? Quòd ſi non vides neque ſentis: apageſis cum tuo Leone, & cum vnguibus illis leoninis & ouili pelle: nec enim tuus Leo poteſt aliquid aduerſus fortiſſimum & inuictiſſimum eum Leonem, de quo ſic Ioannes ſcripſit in Apocalypſi: *Vicit*, inquit, *Leo ex tribu Iuda, ſtirpis Dauidis*. Verùm affers rationem, quæ nunc nobis expendenda eſt. *Qui dicit fundamentum*, inquis, *dicit firmamentum. At Eccleſia dicitur firmamentum* [illegible] *tamen propterea* [illegible] *quod dicit Paulus de Chriſto fundamento.* Hæc eſt tua ratiocinatio. Verùm aliter tibi fuit argumentandum, vt aliquid ſaltem concludere videreris. Qui dicit firmamentum, dicit fundamentum: Paulus dicit Eccleſiam eſſe firmamentum: dicit igitur eſſe fundamentum. Nam ita vt iacet argumentatio tua, neque caput habet, neque caudam. *Qui dicit*, inquis, *fundamentum, dicit firmamentum: Paulus autem dicit firmamentum: Ergo Paulus dicit fundamentum.* Huius Syllogiſmi modum, & figuram nobis, ſi placet, expedies: non enim hactenus ratiocinari didicimus in ſecunda figura ex omnibus affirmatiis: nec, ex Genere ad Speciem affirmatè. Nos igitur ita tuum ſophiſma refellimus. Latiùs patere firmamentum, quàm fundamentum: Quicquid enim eſt fundamentum, eſt firmamentum: ſed non viciſſim, quicquid eſt firmamentum, eſt fundamentum. Et firmamentum aliud eſt quàm fundamentum: paries eſt firmamentum tecti, ſed non propterea eſt fundamentum. Ecce igitur

Apoc. 5.

quomodo, Turriane, tu de fundamento, ſine fundamento diſputas, non intelligens quid ſit fundamentum, nec quid firmamentum. Sed longè etiam grauius peccas, quum non diſtinguis inter vtrumque Apoſtoli locum. Nam in Epiſtola ad Corinthios loquitur *de fundamento Eccleſiæ*: in priore ad Timoth. diſſerit *de firmamento veritatis*. Tu verò quum ne delectu omnia miſces, perturbas & confundis, firmamentum pro fundamento, & veritatem pro Eccleſia accepiſti. Atque omnino vide quis ſit exitus tui Sophiſmatis: *Si veritas eſt fundamentum Eccleſiæ, & Eccleſia eſt fundamentum veritatis, ſequitur Eccleſiam eſſe ſui fundamenti fundamentum: & ſi, vt dicis, æquale eſt, eſſe firmamentum veritatis, & eſſe fundamentum Eccleſiæ: Eccleſia autem, ex Paulo, eſt firmamentum veritatis: ergo Eccleſia eſt Eccleſiæ, hoc eſt, ſui ipſius fundamentum.* Quare eatenus diſtinguendi ſunt illi loci, vt dicamus *Chriſtum eſſe fundamentum Eccleſiæ: quia Eccleſia nititur Chriſto innixa, & ſine Chriſto Eccleſia nulla eſt.* At *Eccleſiam, eſſe firmamentum veritatis, nempe quia Chriſto fidelis ea veritatem amplectitur, conſtanter retinet, tuetur, confirmat, atque operam dat vt inter homines conſeruetur.* Hoc autem non dicitur ipſius veritatis reſpectu, quæ non hominum fulcimentis, ſed ſuis ſe viribus ſuſtentat, ſed hominum reſpectu, qui dicuntur veritatem confirmare, quando veritatem agnoſcunt, & retinent: & eo magis veritatem agnoſcunt, & retinent, & eo magis veritatem confirmant, quo magis ab ipſa veritate confirmantur. Quo dici ſe non dubitet dicere Hieronymus, *ſolam veritatem ſuſtinere ædificium Eccleſiæ*. Et Chryſoſtomus, *veritatem eſſe columnam, & firmamentum Eccleſiæ*. Ex quibus verbis refellitur etiam id quod ſubiicis, *Eccleſiam eſſe firmamentum veritatis propter Petrum*, cum ex verbo Dei, & cum bonis illis Patribus dicendum ſit potius, Eccleſiam eſſe firmamentum veritatis, quia veritatem conſtanter retinet ab ipſa veritate ſuſtentata. Quid igitur tibi faciemus, Turriane, qui pro vno fundamento, tria nobis fundamenta proponis? Nos vnum fundamentum Eccleſiæ agnoſcimus, nempe Chriſtum Eccleſiæ vnicum caput, vnicum ſponſum, vnicum fundamentum. Tu ſecundum addidiſti, *nempe Petrum*, adhibita Leonis illa diſtinctione, *de diuinæ participatione*. Ecce rurſus tertium fundamentum affers, nempe *Eccleſiam ipſam*. Atque ita denuò reuolueris in tuos circulos quibus tu apprimè delectaris, vt iam ante vidimus. Nam ex tua ratiocinatione, *veritas eſt fundamentum Petri: Petrus eſt fundamentum Eccleſiæ: Eccleſia eſt fundamentum veritatis*: quod probandi genus longiſſimè diſtat à probatione δι' ἀλλήλων, cuius Philoſophi meminerunt, & cuius tu nunquam noſti, neque centrum, neque circumferentiam, vt Mathematici loquuntur. Poſtremò intolerabile eſt quod dicis, *Chriſtum precatum fuiſſe immediatè pro Petro, & pro Eccleſia mediante Petro*: nec te pudet tuæ blaſphemiæ, qui nobis Petrum conſtituis nouum Mediatorem. Lege apud Ioannem egregiam illam ac diuinam precationem Chriſti pro Apoſtolis, & pro vniuerſa Eccleſia, vt tuum errorem agnoſcas & deteſteris.

In 1. ad Tim. 3.

Ibid.

Ioan. 17.

III.

Pag. 79.

TVR. *Addis tertiam rationem (quæ verius diceretur tertia deliratio) quia hæc propoſitio, Eccleſia eſſe ædificata ſuper Petrum, non eſt analoga fidei. Neſcis quid ſit Eccleſiam eſſe ædificatam ſuper Petrum: nam ſi vna fides eſſe debet in Eccleſia Catholica, à qua magis de ea certos nos fieri oportebat, quàm ab eo qui fuit exordium vnitatis*

Eccleſiæ, & os atque caput omnium Apoſtolorum, qui fuit Petrus, qui nunc in ſucceſſore viuit, vt ait magnus Leo?

Sadeel. Meam rationem vocas delirationem: nempe vt nos paſcas iſta tua argutiola: atque vtinam in vocabulis tantùm, non in rebus etiam ipſis luderes. Ego in hoc ipſo Scripturæ loco ſuprà in Refutatione tuæ defenſionis Sect. 1. docui, *ſiquis dicat Eccleſiam eſſe ſuper Petrum ædificatam, eum violare regulam fidei, & ἀναλογίαν* (vt loquitur Paulus) *quia, ſublato ſimilitudinis velo, ædificatur Eccleſia quando credit: adeò vt huius ædificij fundamentum nullum aliud eſſe poſſit, quàm ipſius fidei obiectum: alioqui nulla ſimilitudine ſeruata. At Petrus non eſt obiectum fidei, non eſt igitur ædificij fundamentum.* Item: *quicquid ſtatuitur aduerſus expreſſum Scripturæ locum, illud eſt irritum ex ipſius Auguſtini regula: Paulus autem affirmat vnicum eſſe Eccleſiæ fundamentum, nempe Chriſtum.* Neque huic tuo vulneri medicinã faciunt tuæ diſtinctiones, quę non ſunt ex humano arbitrio, vel ex Monachorum ſomniis fingendæ, ſed ex puro Dei verbo conſtituendę. Atq; hæc de mea ratione, & de tua deliratione. Cæterùm addis *me neſcire quid ſit, Eccleſiam eſſe ſuper Petrum ædificatam.* Certè illud neſcio Turriane, & (vt quidam ex Veteribus locutus eſt) ſtatuo eam eſſe doctam ignorantiam, quum ea quæ neſcienda ſunt, neſciuntur. Verumenimuerò meæ ignorantię miſertus, iam te eximium doctorem præbes, vt me tandem doceas quid ſit Eccleſiam ædificari ſuper Petrum: atque ita rẽ nobis explicas, vt *ideò Eccleſia ædificetur ſuper Petrum, quia certa redditur de vna fide à Petro, qui fuit exordium vnitatis Eccleſiæ, & os omnium Apoſtolorum.* Nos de exordio vnitatis, & de ore omnium Apoſtolorum agemus ſuo loco. Nunc tuam definitionem tantum excutio, & ex illa ita ratiocinor: *Si Petrus eſt fundamentum Eccleſiæ, quia certam facit Eccleſiam de vna fide; Ergo omnes Apoſtoli ſunt Eccleſiæ fundamentum: quia omnes Apoſtoli Eccleſiam de vera fide certam fecerunt: atque adeò omnes Eccleſiæ Miniſtri id præſtare debent:* 1.Ioan.1. ſic enim Ioannes: *Vita inquit, patefacta eſt, & vidimus & teſtamur:* Luc.24. *quod inquam, vidimus & audiuimus, id annunciamus vobis &c.* Item: *Vos autem* Act.16. *eſtis horum teſtes,* inquit Chriſtus. Item: *Perſtiti in hunc vſque diem,* (inquit Act.10. Paulus apud Lucam) *teſtificans tum paruo, tum magno.* Et paulò antè: *Idcirco apparui tibi, vt deſignarem te miniſtrum ac teſtem tum eorum quæ vidi-* Act.2. *ſti, tum eorum in quibus apparebo tibi.* Et ipſe Petrus, *Cuius,* inquit, *teſtes nos* Act.10. *omnes ſumus.* Item Petrus: *Hunc,* inquit, *Deus excitauit tertia die, fecitq; vt conſpicuus fieret:* non toti populo, ſed teſtibus, quos ipſe priùs deſignauerat, nimirum *nobis qui comedimus ac bibimus vnà cum eo, poſteaquam reſurrexit à mortuis: præcepitque nobis, vt prædicaremus populo, ac teſtificaremur eum ipſe qui deſtinatus ſit à Deo iudex viuorum ac mortuorum, &c.* Hæc Petrus ipſe, aduerſus quem tamdiu diſputat Turrianus, vt ſuo Pontifici gratificetur: *in quo* (ſi Leoni credimus) *ſemper viuit, regnat & delicitatur Petrus.* Imò verò Petrus in Chriſto viuit, qui vera eſt omnium piorum vita nihilq; habet commune cum veſtro illo aulico ſplendore & plúſquam regio principatu, cui vos impudentiſſimè nomen Petri, & ſucceſſionem prętexitis.

IIII. Pag.80. Tvrrianvs. *Actorum 15 in nobis inquit Petrus, Deus elegit per os meum audire Gentes verbum Euangelij, &c. Non dixit per os noſtrum, ſed ergo ſibi tribuit, quod alioqui commune erat aliorum Apoſtolorum, & nunc loquitur vt* *ſit qui præeſt? quòd ſi Petrus erat os omnium Apoſtolorum, erat igitur eorum caput: Quis enim vidit vnquam os ſine capite, aut caput ſine ore? Itaque, dicit, vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus, &c. vnde illud ſciebant omnes? nempe ex hoc loco Matth. Tu es Petrus, &c. quomodo tu ad hæc reſpondere poteris bone Sadeel? Authoritatem Petri citat Iacobus, qua confirmatus audet dicere conſtanter, propter quod ego iudico, &c.*

Pag. 81.

SADEEL. Dicit Petrus *ſeſe à Deo electum, vt per os ipſius, Gentes audirent verbum Euangelij*, non quòd ſolus docuerit Gentes (cùm potiùs *id muneris inprimis Paulo commiſſum fuerit*, vt ait ipſemet Paulus in Epiſt. ad Galatas; qui propterea *Doctor Gentium* κατ' ἐξοχὴν vocatus eſt) ſed quia Petrus primùm annuntiauit Euangelium Gentibus, vt perſpicuum eſt ex hiſtoria de Cornelio, Act. 10. Hunc eſſe ſenſum verborum Petri, & res ipſa ſatis docet, & quæ conſequuntur apud Lucam, manifeſtè comprobant. Sic enim Iacobus (*quem falsò dicis Petri ſententia confirmatum, auſum eſſe dicere conſtanter: Propter quod ego iudico*: cùm potiùs tunc videri poſſet Iacobus, idque ex Veterum quorundam ſententia, illi actioni præfuiſſe, atque ita ſupra Petrum eminuiſſe, quem etiam priori nomine Symeonem appellauit: nititur autem Iacobus, non Petri, vt ais, ſed Scripturæ authoritate, cuius ipſe locos citat) *Simeon*, inquit, *expoſuit, quomodo primùm Deus reſpexerit Gentes, vt ſumeret ex ipſis populum nomini ſuo, &c.* Quid hoc autem, Turriane, ad illum Petri commentitium Principatum? Quantò verò minùs res hæc ad tuum Pontificem pertinet? Ecquod enim eſt iſtud argumentum? *Petrus primus annunciauit Euangelium cuidam ex Gentibus, Ergo eſt omnium Apoſtolorum princeps? Item: Ergo eſt Eccleſiæ Catholicæ fundamentum.* Item: *Ergo Pontifex Rom. debet habere in omnes Eccleſias principatum.* Hę ſunt conſequentiæ Turrianicæ. At enim, Franciſce, prudénſne an imprudens id facias neſcio. Tu certè hoc argumento magnã ſecurim inflixiſti tuo Pontifici, cuius cauſam prodis. Nam *ſi elucet primatus Petri* (vt tu vis) *in eo quòd Cornelius cum ſuis, per os ipſius audierunt primùm Euangelicã doctrinam*: hac quidem in re, Petro ſuccedi non potuit. Neceſſe eſt enim id tantùm ſemel factum eſſe: quia cuiuſq; rei vnum eſt initium: in Succeſſione autem, illud, *primùm*, locum habere non poteſt, alioqui iam non erit ſucceſſio. Deinde argumentaris ab ore ad caput, adeò vt concludas Petrũ fuiſſe caput, quia *Deus elegit, vt per os ipſius, Gentes audirent verbum Euangelij*: & ita mirificè ratiocinaris, non eſſe os ſine capite. Quæ quidem omnia, ſi vera ſunt, Franciſce, video tuum Pontificem manifeſtè cauſa cecidiſſe. Etenim *ſi Petrus primus docuit Gentes*, Papa verò nec primus, nec ſecundus, nec vltimus vllam gentem docet: nullum hîc ſucceſſionis, nullum ſimilitudinis veſtigium agnoſco. Nec te iuuat quod profers poſteà (de quo nos pluribus ſuo loco) nempe *Papam aliorum oculis videre, aliorum ore docere & concionari, aliorum pedibus peragrare vniuerſum terrarum orbem*: illa, inquam, omnia, veſtram cauſam non ſubleuant. Nam Petrus nominatim dicit in hoc loco, quem citaſti, *Deum elegiſſe vt Gentes audirent Euangelium per os ipſius*: non dicit, per os Monachorum & reliquorum eiuſmodi, quos ſcilicet nobis proponis tanquam fiſtulam, per quam vox illa ſuauiſſima tui Pontificis ad aures omnium Gentium perueniat. Item: Petrus non alienis, ſed ſuis ipſe pe-

Gal. 2.

Act. 15. ver. 14

dibus alienis oculis Cornelium vidit: non alieno, ſed ore ſuo Cornelium affatus eſt, Cornelium docuit, & inſtituit vera Euangelij cognitione. Qui fieri igitur poteſt, vt Pontifex Rom. Petri ſucceſſor habeatur. Nunquámne te pudebit eius, quod toties ſolitus es dicere, *Petrum ipſe, viuere, manere in ſucceſſore ſuo Pontifice Romano?* Obſecro, mi homo, quid poteſt facere Petrus in Pontifice, quandoquidem ipſe Pontifex per ſe nihil faciat, ſed omnia (vt quidem nobis explicas) facit ac operatur per alios? Ipſi Monachi, & alij in quibus videt, audit, loquitur, & ambulat Pontifex Rom. ſuntne eius quoque ſucceſſores, in quibus ille viuit atque operatur? Et quia video te laborare, quomodo tibi respondeam (ſic enim exclamas: *Quomodo tu ad hæc reſpondere poteris, bone Sadeele?*) libero te iſta cura: Nobis enim ampliſsimum reſpondendi argumentum, ipſa tua argumenta ſuppeditant. Quæris *quis vnquam viderit os ſine capite:* Reſpondeo, ſi verum eſt quod ais, Pontificem Romanum eſſe veſtræ illius Eccleſiæ caput, nos in eo videre, ſi non os ſine capite, certè, caput ſine ore, quandoquidem neque docet, nec aliquid eorum præſtat, quæ pertinent ad munus Euangelicæ prædicationis. Equidem, Turriane, quoties tuorum Syllogiſmorum rationem ineo, toties ſoleo mirari tuam in argumentando *ἀγχίνοιαν*, & mirificum illud tuum rerum nouarum ſtudium, qui nouos planè Syllogiſmos, ex noua quadam arte depromptos, nobis identidem obiicias. *Nullum eſt os*, inquis, *ſine capite: Petrus fuit os Apoſtolorum: Petrus igitur fuit caput.* Sic ex duplici Metaphora: eáque varia ac diſsimili, rem vnam eandémque ſine Metaphora colligis: iuxta illud, non eſſe differendum ex metaphoris. Itáque ſiquando princeps aliquis adhibebit interpretem, cum ille interpres, cùm ſit os principis, erit quoque ipſius principis caput. Iſta, Turriane, noua ſunt, ne ignores, & planè noua, atque hactenus inaudita argumenta, ac propterea non vſu quotidiano, vt tu facis, terenda cenſeo: ſed ſiquando grauiſsima pericula imminebunt, & Annibal erit ad portas, tū tu, Turriane, ex rupe illa Tarpeia iaculaberis iſtos Syllogiſmos, & proculdubio hoſtes rei nouitate perculſi in fugam vertentur.

V. Pag. 82. TVRRIAN. *Facta ſeditione ab iis qui ex Iudæa Antiochiam deſcenderant, aſcendit Paulus cum Barnaba Hieroſolymam ad os Apoſtolorum, qui erat Petrus, vt cum eo conferret Euangelij prædicationem, & autoritatem prædicationi ſuæ apud omnes ex ore Petri adiungeret, ne forsè in vacuum curreret, aut cucurriſſet: vide Tertull. lib. 4. contra Marcionem. Dices Tertullianum non Petri nominatim, ſed antecesſorum facere mentionem: reſponſum habe, non opus fuiſſe: quia Tertullianus non vidit in Spiritu tuos Proteſtantes, vt hoc caueret: Sciebat ille autoritatem antecesſorum intra animum Petri reſediſſe.*

SADEEL. Confundis Scripturæ locos, videlicet Gal. 2. cum Act. 15. (quod à quibuſdam etiam Veteribus factum video.) In priore loco Paulus ipſe commemorat cauſam ſuæ profectionis, *Ex reuelatione*, inquit. In poſteriore loco longè alia ratio redditur, nempe quòd orta eſſet ſeditio ac diſceptatio non exigua, quum illi qui ex Iudæa deſcenderant, vrgerent ceremonias Moſis. Itáque in loco Epiſt. ad Gal. fit mentio Titi, qui vnà cum Paulo Hieroſolymam profectus eſt: de quo Act. 15. nihil tale dicitur. Accedunt etiam aliæ grauiſsimæ coniecturæ ex cap. Act.11.verſ.30.& cap.12.verſ.15.& cap.18.verſ.22. adde 1.Cor. 8.verſ.23. ex quibus & plæriſque aliis conſimilib. perſpicuum eſt, Paulum ſæpius Hieroſolymam profectum, & profectionem illam cuius meminit Gal.2. non eam eſſe, quæ deſcribitur à Luca Act.15. Itaque quum dicis, *Facta ſeditione ab iis, qui ex Iudæa Antiochiam deſcenderant, Paulum cum Barnaba aſcendiſſe Hieroſolimam ad Petrum vt Apoſtolorum*, quum, inquam, hæc dicis, falſarius es, & verba Lucæ manifeſtè corrumpis: ſic enim Lucas Act.15.ver.2. *Orta*, inquit, *ſeditione ac diſceptatione non exigua Paulo ac Barnabæ aduerſus illos, ſtatuerunt, vt aſcenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex illis ad Apoſtolos, ac Presbyteros Hieroſolymam, &c.* vbi nulla fit mentio Petri nominatim. Atque ſi quid haberet loci, quod toties inculcas de ore omnium Apoſtolorum, certè, Iacobus cenſendus eſſet tunc potius fuiſſe os Apoſtolorum, qui videtur audita aliorum ſententia, definiuiſſe, adeò vt in eius planè ſententiam, decretum illud Apoſtolicum perſcriptum ſit. Porrò perperam exponis hæc verba Pauli Gal.2. *Ne quo modo fruſtrà currerem, aut cucurriſſem.* Primùm enim non hic agitur de Petro ſpeciatim: ſic enim Paulus, *Expoſui*, inquit, *eis Euangelium, quod prædico inter Gentes: ſed priuatim iis qui ſunt in pretio, ne quo modo fruſtrà currerē aut cucurriſſem. Eis*, inquit, *nō ſoli Petro.* Deinde hæc poſtrema verba perperam interpretaris, quaſi Paulus à Petro accipere debuerit prædicationis ſuæ confirmationem, quod planè ineptum eſt, atq; etiam ridiculū: cuius enim prudentiæ, aut conſcientiæ fuerit, Paulum totos annos quatuordecim Euangeliū prædicaſſe, deinde poſt quatuordecim annos à Petro confirmationem, & authoritatem prædicandi petere? Audi enim quid dicat Chryſoſtomus in hunc locum. *Quid autem Paulus*, inquit, *quanto præſtiterat, illud protinus initio feciſſe, quàm poſt* In Gal. cap.2. *tot annos? Cur autem currebat, ſi non perſuaſum habebat, te non in vanum currere? Ecquis eſt tam excors, vt tot annos prædicet, ignarus an rectè prædicet? ſiquidem* 1,Cor.6. *ipſe eſt, qui dicit: Sic curro, vt non in incertum, ſic pugilem ago, non vt aërem verberans.* Poſteà ſubjicit: *non ipſi opus fuit diſcere, an in vanum cucurriſſet, ſed vt iis, qui ipſum accuſabant, planè perſuaderetur, &c.* Si quos igitur haberes oculos, Franciſce, facilè videres, Paulum in hac ipſa epiſtola hoc inprimis vrgere, *ſe nihil ab aliis Apoſtolis accepiſſe, & ſe reliquis Apoſtolis non fuiſſe inferiorem.* Quorſum igitur, inquies, hæc verba Pauli? *Ne quo modo fruſtrà currerem, aut cucurriſſem.* Nimirum vt ex Chryſoſtomo audiuimus, hoc colloquio, & hac communicatione, Paulus tollere voluit impedimentum, quod Pſeudapoſtoli obiiciebant, ſparſis falſis rumoribus, quaſi Paulus aliter doceret, quàm reliqui Apoſtoli. Quare Paulus cauere voluit, ne ſi hæc calumnia in animis hominum hæreret, labor ipſius eſſet irritus. Ab hac ſententia non fuit etiam alienus Hieronymus, qui ſic illa verba expoſuit: In Gal. cap.2. *Non quòd Paulus timuerit, inquit, ne per decem & ſeptem annos falſum in Gentibus Euangelium prædicaſſet, ſed vt oſtenderet præceſſoribus ſuis, non ſe in vacuum currere, aut cucurriſſe, ſicut putauerant ignorantes.* Hæc ille. Cæterùm Tertullianum obiiciens, tu ſimul nobis reſponſionem porrigis: Nec enim ibi Tertullianus Petrum nominat, tantùm abeſt vt eum principem conſtituat, ſed in genere dicit Paulum veniſſe ad Apoſtolos. Verùm tu hic aliquid noui excogitaſti, quum ais *Tertullianum non vidiſſe in ſpiritu meos Proteſtantes*. Quid ſi dicam eum vidiſſe in ſpiritu tuos Pontifices, vóſque omnes Monachos Pontificum aſſentatores, ac propterea in genere fuiſſe de Apoſtolis loquutum, nihilq́ue de Petro ſpeciatim dixiſſe, ne fortè id, ad erroris veſtri confirmationem acciperetis?

VI. Pag. 82. & ſeq. **TVRRIAN.** *Paulus dixit ſe veniſſe Hieroſolymam vt videret Petrũ, nempe vt deferret honorem Petro. Nam ſatis ſignificat aliquid in Petro fuiſſe inſigne. Huc ſpectat verbum ἱστορῆσαι, quod ſignificat viſere aliquid excellens & inſigne, ex Theophylacto, cuius locum deſcribam Græcè, quia Antonius Græcis delectatur. Hoc exemplum ſecuti Patriarchæ, olim cum eligebantur, ſcribebant ad Epiſcopum Romanum, ſimulq́; ab eo approbationem petebant: extant adhuc eiuſmodi epiſtolæ, quas Synodicas vocabant.*

SADEEL. Verbum ἱστορῆσαι, in hoc loco ſignificat inuiſere, cognoſcendi gratia, vt patet ex circumſtantia loci. Quia verò Theophylactus, quem obiicis, ſolet ſua decerpere ex Chriſoſtomo, ipſum igitur Chryſoſtomum audiamus? *Quid*, inquit, *hoc animo poſſit eſſe modeſtius? Poſt tanta taliáque benefacta, cùm non egeret Petro, nec illius voce, ſed honore eſſet par illi, nihil enim hîc dicam amplius: tamen aſcendit velut ad maiorem, ſeniorem, &c.* Vides Turriane, quomodo *Chryſoſtomus exiſtimarit Petrum fuiſſe Paulo maiorem, non honore* (hoc enim negat) *ſed ætate, & quòd prior fuerit tempore Apoſtolus, quàm Paulus*: quod Paulus ipſe agnoſcit, tum in hoc loco his verbis: *Ad eos qui ante me fuerant Apoſtoli*: tum alibi, quum ait ſe eſſe *minimum Apoſtolorum*. Tibi igitur, Franciſce, per me licebit multa dicere de Pauli modeſtia, déque eius erga reliquos Apoſtolos obſeruantia, qui alibi præcipit, vt *honore exhibendo alij aliis præeamus*, modò nequid detrahas de dignitate Apoſtolatus ipſius, cuius authoritatem tanto ſtudio in illa epiſtola aſſeruit. Nam interim dum occuparis in Theophylactò Græcè recitando, ego Pauli cùm ſententiam, tum verba diligenter expendens, animaduerto te planè non tam aduerſus nos, quàm aduerſus Apoſtolum ipſum diſputare. Sic enim ille: *Notum vobis facio, fratres, Euangelium prædicatum à me, non eſſe ſecundum hominem. Neque enim ego ab homine id accepi, neque edoctus ſum, ſed patefaciente mihi Ieſu Chriſto*. Et paulò pòſt. *Quando placuit Deo, qui ſeparauit me ab vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, reuelare filium ſuum in me, vt Euangelizarem ipſum inter Gentes: non ſtatim contuli cum carne & ſanguine: neque redij Hieroſolymam ad eos, qui ante me fuerant Apoſtoli: ſed abij in Arabiam, &c.* Quibus verbis Paulus apertè profitetur, ſibi non fuiſſe Hieroſolymam proficiſcendum ad Apoſtolos, vt confirmationis, vel authoritatis aliquid ab illis acciperet, quod tamen tu affirmas, Turriane: atque ita tua illa affirmatio, quæ pugnat cum affirmatione Pauli, eſt veritatis negatio. *Synodicas* autem illas *Epiſtolas*, quas attexis, nihil miror, & ſiquidem res poſtularet, magna ex parte illas eſſe commentitias, vanas ac futiles, dicerem & probarem: ſed ſiquid roboris in illis conſtituis (ego enim illas flocci facio) age igitur cum Gręcis, vt, ſi poſſis, illos tuo Pontifici ſubjicias, epiſtolarum Synodicarum authoritate: nos enim iampridem illis nugis non ducimur.

In 2. ca. epiſt. ad Gal.

1. Cor. 15.

Rom. 12.

Gal. 1. ver. 11.

VII. Pag. 89. **TVRRIAN.** *Auguſtinus contra epiſtolam fundamenti cap. 5. Niſi, inquit,* *Eccleſiæ Catholicæ commoueret autoritas: at quomodo commouere debet? num quid conſulendæ ſunt omnes mundi Eccleſiæ, ex quibus vna Eccleſia Catholica, tanquam totum quiddam conſtat? prouidit igitur Dominus, vt eſſet vnum os, & caput Eccleſiæ catholicæ, ex quo ſine periculo erroris audiri poſſit, quid credendum, faciendúmue ſit, nec eſt hoc fidem recumbere in creaturam, vt tecum dicã, & parùm Latine loquar.*

Sadeel. Quaſi verò Eccleſia Catholica ſit Pontifex Romanus. Auguſtinum quidem tuum *commouebat conſenſio populorum, atque gentium authoritas* (vt eius verbis vtar) *miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata*: tum, inquam, commouebat quidem piorum Paſtorum, inde vſque ab Apoſtolorum temporibus propagata ſucceſſio. Quid autem illa omnia ad tuum Pontificem, Turriane, & ad vos Monachos Pontificis ſatellites, qui totius Eccleſiæ authoritatem in vno homine collocatis? vos populorum, & Eccleſiarum conſenſionem diſſoluiſtis, de vna Romana Eccleſia augenda ſoliciti: vos *doctrinæ puritatem miraculis inchoatam, ſpe nutritam, charitate auctam, vetuſtate firmatam* veſtris commentis, & Traditionibus, veſtra ambitione & auaritia, veſtris denique artibus, quantum in vobis fuit, corrupiſtis, labefactaſtis, euertiſtis. Nec adhuc vos pudet ornamenta Eccleſiæ Catholicæ commemorare, qui Eccleſiam Catholicam ſuis ornamentis ſpoliaſtis, vt vnum Romanum Pontificem ornaretis. Porrò *negas tuam fidem in creaturam recumbere, quando Pontificem pro tuo fundamento agnoſcis*; qua de re nos ſuprà egimus. Tibi verò ſatisfuit de re Grammatica mecum agere, quaſi de eo inter nos diſceptetur, ac tibi magno, ſcilicet, Latinitatis authori, diſplicet quod dixerim, *Recumbere in creaturam*. At enim, Franciſce, ille meliùs Latinè loquebatur, quàm tu, qui ſic aliquando locutus eſt: *Partes inproclinatas omnis recumbiſſe onus*. Et alius: *Inque humeros ceruix collapſa recumbit*. Debet igitur noſtra fides in Chriſtum recumbere, hoc eſt, Chriſto inniti: ſed tu mauis fidem tuam in tuo Pontifice, ceu in molli herba recumbere, hoc eſt, iacere.

Turrian. *Sic ais, dixit Chriſtus apud Matthæum, Tu es, Petrus: non tu eris Petrus. Non legiſti in Euangelio Ioannis, Tu vocaberis Cephas: & Mar. 3. Impoſuit Simoni nomen Petrus: perinde eſt igitur, ac ſi diceret, tu vocaris, & vocaberis Petrus. Hanc precationem Chriſti, Rogaui pro te, ne deficiat fides, dicis factam ſub ipſum tẽpus mortis. At dixit, Rogaui: quid igitur vetat ad illud tempus referre, quo promiſit ædificaturum ſe Eccleſiam, ſuper hanc Petram? Reputamus Chriſtum ſic precatum eſſe tunc. En Pater cœleſtis, promitto ædificaturum me Eccleſiam tuam & meam ſuper fidem Petri, quam ei reuelaſti, tanquam ſuper Petram. At firma fides inſtar Petræ, virtute propria Petri eſſe non poteſt: idcirco rogo, Pater, vt firmes eam virtute tua & mea, quum ouibus illis præficiendus, id eſt, quum dicetur ei, Paſce oues meas.* VIII. Pag. 89. Pag. 90. Pag. 92.

Sadeel. In ſuperioribus tuis libris duplicem afferebas rationem, cur Simonem Chriſtus Petrum nominauerit: Videlicet tùm propter firmitatem eius fidei, ex Matth. cap. 16. his verbis: *Tu es Petrus, &c.* tùm propter authoritatem firmandi fratres, Luc. 22. *Rogaui pro te, ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.* Hìc ego tibi obieceram duos illos, nempe Matthæi, & Lucæ locos perperam à te confundi, quaſi ad vnum idemque tempus eſſent referendi. Tu verò, bone vir, quid reſpondes? *Affers ex 1. cap. Ioannis, & ex 3. Marci, Petrum ſtatim ab initio ita fuiſſe à Chriſto nominatum,* atque ita tecum potiùs, quam mecum pugnas. Nam ipſe refers impoſitionem nominis Petri ad hanc confeſſionem: nempe, vt ipſa Petri confeſſio ſit ratio impoſiti nominis. Quæ quidem ſententia pleriſque ex veteribus placuit. Sic enim Hieronymus, *Simoni,* inquit, *qui credebat in Chriſtum, Petri largitur eſt nomen.* Nec ſum tamen neſcius, quoſdam ex Veteribus malle Petrum ſtatim illud nomen a Chriſto habuiſſe: ſed ita, vt ratio illius nominis inprimis ex hac confeſſione petenda ſit. Sic enim Chriſtus, *Beatus es Simon Bar-Iona, &c. Tu es Petrus. &c.* Meminit quidem vtriuſque nominis, ſed ad ſolum nomen Petri alluſit, quum locutus eſt de ædificanda Eccleſia. Cùm autem Chriſto omnia ſint præſentia, longè ante illam confeſſionem à Petro editam, nomen illud Petro impoſitum: at nos potiſſimum quærimus rationem illius nominis, eámque, poſt veteres doctiſſimos, conſtituimus in præſtantiſſima hac confeſſione, de qua ſit Chriſtus: *Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cœlis.* Atque vt videas, quàm animo perturbato, hoc eſt, more tuo, in hoc loco verſeris: *Si ſtatim ab eo tempore, quo Petrus in cœtum, & in familiam Chriſti receptus eſt, illud nomen habuit impoſitum,* vt vis: certè falſum eſt, quod affirmas *fuiſſe dictum Petrum propterea quòd dixit Chriſtus Lucæ 22. Rogaui pro te, ne deficiat fides tua, &c.* Nam hæc Chriſti verba non poſſunt referri ad tempus illud, quo primum Petrus à Chriſto vocatus eſt: quin etiam refers hanc precationem Chriſti ad illud tempus, quo dictum eſt Petro: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram, &c.* Atque hæc de tua obiectione. Nam bella hæc tua interpretatio, *Tu es Petrus, hoc eſt, tu vocaris & ſemper vocaberis Petrus,* ſola riſu reijcienda eſt. Ecquid enim dubium eſſe poterat, poſtquam ſemel ita vocatus eſt, eum ita deinceps vocandum eſſe? Quare quum apud Ioannem ita dixit Chriſtus, *tu vocaberis Petrus,* certè manifeſtũ eſt ita dixiſſe, Tu deinceps ita vocaberis. Quòd autem me reprehendis, qui dixerim *precationem illam, cuius meminit Lucas cap. 22. factam fuiſſe ſub tempus mortis Chriſti,* hoc ſatis arguit te locum illum ſatis attentè non legiſſe. Sic enim Chriſtus paulò antequàm caperetur, Petrum compellans: *Simon Simon, inquit, ecce Satanas expetiit vos, vt ventilaret ſicut triticum. Sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Hic, Turriane, nónne vides tum Chriſtum rogaſſe pro Petro, quum Satanas Petrum, & alios Apoſtolos appeteret, vt eos ventilaret ſicut triticum? quod ad tempus mortis & paſſionis Chriſti referendum eſſe, ipſa loci circunſtantia apertiſsimè demonſtrat. Rectè igitur Hieronymus de hac precatione Chriſti verba faciens: *Optimum,* inquit, *venerat tempus, inſtante cruce, de dignitate contendere: Simon, inquit, Simon, ecce Satanas expetiit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ne deficeret fides tua, &c.* Sed etiamnum voluiſti Euangeliſtam agere, ac nobis adſcribere ipſam Chriſti precationem, cuius tamen effectus differretur in illud tempus, quum ei dictum eſt poſtea, *Paſce oues meas.* Atqui opus erat præſenti remedio. Inſtabat enim pugna longè acerrima, & in qua etiam lapſus eſt Petrus: ſed

In Mat. ca. 16

Luc. 22.

Aduerſ. Pelag. lib. 2.

ita lapſus, vt non planè eius fides deficeret, vpote quę virtutē & efficaciā precationis Chriſti iam tū ſenſerit. Quare Turriane, illam nō Chriſti precationē, ſed tuum ſomnium, tibi magno ſomniatori, remittimus.

IX. Pag. 91. & 92.

TVRRIAN. *Si Eccleſia fundata eſt ſuper confeſſionē Petri, ergo ſuper ipſum Petrū: nā confeſſio fidei à Petro nomine omnium collegarū edita, & Petrus edens illam confeſſionē, re & ſubiecto vnū ſunt, ratione tantùm differunt. Nā confeſſio eſt energia, & omnis energia eſt actus, & omnis actus eſt ſubſtātiæ alicuius actus: itaq; non poteſt eſſe ſine ſubſtantia. Deinde quum non ſit ante operationem confitentis, neque poſt maneat, ſequitur eam tantùm eſſe in fieri habere, vt* [illegible] *ſecum infert inflammatum. Itaque Petri confeſſio nihil aliud eſt, quàm Petrus confeſſionem edens.*

SADEEL. Hîc tua vel inſcitia dolenda eſt, vel malitia non ferenda. Manifeſta eſt fallacia in homonymia. Nomine *confeſſionis Petri*, ego intelligo rem ipſam, quam Petrus confeſſus eſt: & ſic loquuntur cùm Veteres, tùm Recentiores. Tu verò, præclare diſputator, intelligis *actū ipſum confeſſionis Petri confitentis*. Et rurſus in Philoſophiam excurrere conaris, h. e. vt ille dicebat, *Icariis pennis te credere ponto*. Et quia citans Ariſt. mihi aliquando obiecisti, me tanquam volantem videri, agè, nos Franciſcum Turrianum philoſophantem, hoc eſt, Icariis pennis volantem, perſequamur. *Confeſſio*, inquis, *fidei à Petro edita, & Petrus edens illam confeſſionem, re & ſubiecto vnum ſunt, ratione* tantùm differunt. Dicendū igitur fuerat, Turriane, Cōfitens tunc, & Petrus, fuerunt idē numero. Sic enim Ariſtoteles, & veri philoſophi, hoc eſt, eruditi loquuntur. Vide Ariſt. lib. 1. Top. cap. 6. Tu verò tuo more, quæ tua eſt inſcitia, idem re eſſe dicis, quod numero idē dicendū fuit. Deinde tu confundis Categoriarū genera, & inprimis Subſtantiam cū Actione: quamuis n. actus ſit Subſtantię, tamen actus non eſt res eadem quæ Subſtantia; alioqui eſſet Subſtantia: & ſemper diſcrimen adhibendum eſt inter actum, & agentem. Hoc enim ſolius Dei proprium eſt, vt Deus intelligens, & intellectio Dei ſint idem: ſed vereor ne fortè ſurdo canam. Verumenimuerò nónne poteras tuum errorem ſentire, vel ex eo quod dicere ſoles (vt infrà dicendum erit) *Eccleſiam ſemper ædificari ſuper Petrum*: atqui *ſi Petrus, & Petri confeſſio, hoc eſt, actus Petri confitentis, idem ſunt, Petrus autem non ſemper edat illam confeſſionem, (ille enim actus fuit temporarius) ſequeretur Petrum iampridem eſſe deſiiſſe, quia iampridem deſiit illam confeſſionem edere, ac proinde Eccleſiam non iam ædificari ſuper Petrum confitentem.* Quinetiam dicis *hanc actionem, de qua loqueris, nec fuiſſe ante motum, ſiue operationem confitentis, neque poſt mortem manere*: atque ita, per te, non iam amplius manet Petrus. Nec eſt quòd dicas, *Petrum manere in ſucceſſore*, quia actio Petri confitentis, non poteſt eſſe actio ſucceſſoris: nam *actio Petri*, inquis, *habet tantùm eſſe in fieri, quandoquidem fieri tantundem durauit, quantùm ipſius Petri confitentis actio: hoc eſt, tamdiu dum hæc verba pronunciauit: Tu es Chriſtus filius Dei viuentis.* O præclarum ac perpetuum Eccleſiæ fundamentum, ſi Turriano credimus! Abſit autem, vt actus momentaneus ſit firmiſſimum illud, & inconcuſſum fundamentum Eccleſiæ, quo ſubnixa portas ipſas inferorum ſuperat. Summus Orator ludebat aliquando in eos, qui ſuæ ſententiæ, & ſuorum dogmatum

Pag. 194.

dogmatum fundamentum tanquam in aqua ponebant; quid obsecro dicturus de nostro Turriano, qui non in aqua, sed in aëre, fundamentum Ecclesiæ constituit, nempe in momentanea illa actione Petri hæc verba pronuntiantis: *Tu es Christus filius Dei viui?* Sic enim ille, Sequitur, inquit, *in fieri solùm Esse habere*: desijt *fieri* illius confessionis; quare non ampliùs est: ac proinde ex Philosophia Turriani, non amplius est Petrus, quia ille actus confessionis, & Petrus, idem sunt, inquit Franciscus Turrianus infelix Grammaticus, infelicior Dialecticus, infelicissimus Theologus.

X. Pag.92. **TVRRIAN.** *Quum fidei confessio nomine collegarum omnium in se esse non possit, in quo alio pones, quàm in Petri successore? Ostende aliquem in terris qui nomine omnium Apostolorum, confessionem fidei edat. Nullum reperies, si successorem Petri tollas, qui est os omnium Episcoporum, qui Apostolorum successores sunt.*

SADEEL. Garris Turriane, non disputas. *Ostende*, inquis, *aliquem in terris qui nomine omnium Apostolorum confessionem fidei edat*. Sed tu, ostende nobis Christum in terris versantem, & Apostolos suos interrogantem, vt narrat Matthæus cap. 16. ac tum ego tibi ostendam, qui edat confessionem omnium Apostolorum nomine. Quid? túne adeò demens es, vt existimes aliquem esse oportere, qui semper nomine Apostolorum confessionem edat? Iam quia Pontificem cum Petro, & Episcopos cum Apostolis comparas, sequeretur ex hoc mirifico tuo argumento, quemadmodum reliquis Apostolis tacentibus, solus Petrus locutus est, ita Episcopis, & vobis omnibus tacentibus, solum Pontificem loqui: quod tamen contrà fit. Nam vester Pontifex (quem vocas os omnium Episcoporum) semper tacet, ipsique Episcopi tacent, vósque propè soli Monachi loquimini, aut clamatis potiùs, nõ vt Christi confessionem edatis, sed vt veræ confessioni à Petro editæ, & ipsi doctrinæ Euangelicæ, quantùm in vobis est, obstrepatis. Et tu, scilicet, à me postulas, vt *aliquem ostendam in terris, qui Apostolorum nomine confessionem edat, præter Romanum Pontificem*. Ah, Turriane, (dicam enim quod sentio) vereor profectò, ne si fortè hodie Christus vos aulicos Pontificios interrogaret his verbis: *Vos autem quem me esse creditis?* Vereor, inquam, ne vix vnus reperiri posset, qui vel suo, vel aliorum nomine ex animo responderet, *Tu es Christus filius Dei viuentis*.

XI. Pag.92. **TVRRIAN.** *Citat quosdam ex veteribus expositoribus locum Matthæi, & inter eos Theophanem Ceramæum Episcopum Siculum, his verbis: Tu es Petrus &c. spiritualis ædificationis primus aditus: super hanc enim Confessionem tuam, fundamentum Ecclesiæ stabis, tali namque Petra collocata, reliqua dogmata firmè, ac tutò ædificabuntur.*

SADEEL. Licet non magis Episcopi Siculi, quàm Hispani Monachi, authoritate ducar: vnum tamen dicam ad tuam illam obiectionem petitam ex Theophane Ceramæo: me nempe mirari, quod non intelligas hæc verba tui Episcopi Siculi, quem citasti: *super hanc confessionem*, inquit, (non autem super tuam, vt addis de tuo, sic enim Græcè ipse recitas, [illegible]) *fundamentum Ecclesiæ stabit: tali namq; rupe posita, reliqua etiam dogmata tutò ædificabuntur*. Ex quibus vides (nisi fortè es ex eorum numero, qui oculos habent, & non vident: ac propterea non plenè locum illum de Græco conuertiſti) vides, inquam, Ceramæum nomine confeſſionis intelligere, non actionem Petri confitentis, ſed illud ipſum quod Petrus confeſſus eſt. Itaque affirmat poſito illo & conſtituto primario dogmate de Chriſto filiò Dei viuentis, fore vt reliqua dogmata tutò ædificentur. Ecce igitur tuus Epiſcopus Ceramæus à te vocatus, in te pronuntiauit.

TVRRIAN. *Petrus vocatus eſt Satanas, ſed illa imprudentia, & inſcitia Petri non læſit Chriſti promiſſionem. Nam ignorantia eorum quæ credenda ſunt firmè, non tollit firmam fidem, alioqui multi idiotæ Eccleſiæ, & ignari articulorum fidei, quos vocamus fidem firmam amiſerunt. Pugnantia loqueris, cùm affirmas Confeſſionem editam à Petro, eſſe fundamentum Eccleſiæ, & negas firmitatem fidei Petri eſſe Eccleſiæ fundamentum.* XII. Pag.95. Ibid.

SADEEL. *Fidem Petri non fuiſſe ab eius inſcitia & imprudentia læſam* dicis, *tum quum fuit à Chriſto Satanas appellatus.* Si ita eſt, dic ſodes quamobrem Petrus à Chriſto fuerit tam acri reprehenſione refutatus. Pudet me tuæ impudentiæ, Turriane, qui vt Petrum excuſes, Chriſtum non dubitas accuſare. Num leue eſt, Satanam appellari? At Petrus appellatus eſt Satanas, idq́; à Chriſto: ac propterea non ſine ratione. Vbi igitur firma illa, & perpetuò inconcuſſa Petri fides, quam tu vis eſſe Eccleſiæ fundamentum? Nihil attinebat, dices, ad fidem Petri. Obſecro, cui enim loquebatur Chriſtus? Petro, videlicet: tu verò paulò ante dicebas, confeſſionem Petri, & ipſum Petrum idem eſſe. Quomodo igitur nunc vis Petrum idem eſſe. Quomodo igitur nunc vis Petrum ipſum fuiſſe Satanam, & Petri fidem fuiſſe integram & perfectam? At enim, inquis, *ignorantia non tollit firmam fidem.* Neſcis igitur quid ſit fides, mi homo, qui fidem à cognitione & ſcientia ſeparas: nam qui neſcit quod ſcire debet, non poteſt habere plenam fidem. Petrus autē ſcire debebat, Chriſto eſſe pro nobis moriendū: at tūc neſciebat: itaq; audito mortis nomine exhorruit. Siquis igitur hodie neſciret, Chriſtū fuiſſe pro peccatis noſtris moriendū, is ne, Turriane, tibi firmā fidē habere videretur? Agnoſce tandē quod verum eſt, nempe fidē Petri, quâ Petrus credidit, non eam fuiſſe, ſuper quam Eccleſia ædificata eſt: ſed fidem Petri, hoc eſt, illū ipſum in quem Petrus credidit, & quē confeſſus eſt, nempe Chriſtum filium Dei viuentis, eſſe perpetuum ac firmiſſimum Eccleſiæ fundamentū. Non n. debuiſti ignorare diſtinctionē illam quā Pater tuus Lombardus poſuit his verbis: *Fides,* inquit, *accipitur tribus modis: ſ. dicitur pro eo quo creditur, & eſt virtus: & pro eo quod creditur, & non eſt virtus: & pro eo in quem creditur.* Quæ quum rectè intelliges, tū facilè videbis, me nō pugnātia loqui, quemadmodū obiicis, qui tibi videris ſatis dicere modò contradicas: nimirū ex eorū numero, de quo ille aliquādo dixit: plurimis voluptas eſt in omnib. ſimiliter contradicere: ſed cum ratione quū nēq; contradicere, non itē.

XIII. Pag.96. TVRRIAN. *Petri eſt chariſma fidei, Petro promiſſum, & datum ad ædificandum & firmandam Eccleſiam ſuper eum. Et ſi enim fides non nititur in authoritate humana, ſed in authoritate veritatis à Deo reuelatæ: tamen, quæ eſſet veritas à Deo reuelata, tunc certos nos eſſe voluit, cùm confeſſio noſtræ fidei cum confeſſione fidei Petri, & ſucceſſoris Petri conſentiret. Fundantur fideles ſuper* Pag.97. Pag.98.

fidem Petri, quamdiu à cathedra Petri non diſcedunt. Chariſma fundandi, & firmandi fideles datum eſt Petro, cuius fides certos reddit fideles de ſua fide, ſi collata cum fide quam docet cathedra Petri, conſentire illis reperitur. Petrū enim poſuit Chriſtus vt eſſet regula fidei orthodoxæ, de qua illi vis ad poſt. ad Philipp. [illegible] *eadem permaneamus regula.* Pag.99. *Si Scripturam ſolam fidei regulam Chriſtus in Eccleſia reliquiſſet, quid aliud quàm gladium Delphicum haberemus? quem inquit Ariſt. in Polit. fabri ærarij faciunt ob inopiam.*

SADEEL. Tandē nobis definiſti quid intelligas nomine *Petræ, ſuper quam dicis ædificatam eſſe Eccleſiam*: & quàm tu ineptè ac temerè effutis, ita fidenter pronuntias, vt ſi totidem oracula funderes. Si poſtulem, vt proferas Scripturæ locū, ex quo tuam illam definitionem deprompſeris: dicens *te id non ſolicitum eſſe*: ſi rogem, vt ſaltē vnum ex Veteribus producas, qui ſic Petrā definierit: repulſam patiar. Quid ergo? ſaltem, Turriane, profer vnū ex Scholaſticis illis, qui apud vos probatiores habentur, qui tecum in hac definitione ſentiat. Quod ſi non poſſis, obſecro te, cuius arrogantiæ fuit, te nouum hominem, hanc planè nouam, [illegible] tum authoribus, tum ſociis incognitā definitionē, vt tuam eſſe proponere, & quaſi ramū Sibyllinū ab [illegible] ex inferis allatū, manu geſtares, ita tuā illam definitionem [illegible]? Sed iam penitiùs examinemus illud acumen ingenij tui. *Petra* inquis, *eſt chariſma fidei Petro promiſſum & datum.* Quid? ignoras hoc chariſma eſſe donum perſonale, atq; ita perſonale, vt Petri chariſma, eſſe non poſſit Pauli chariſma? Sic enim Paulus: *Vnuſquiſque*, inquit, *proprium habet chariſma à Deo; alius quidem ſic, alius verò ſic.* Quod ſi ita eſt, ſequitur chariſma Petro datum, non potuiſſe tranſire ad vllum ſucceſſorē: atq; ita, ſepoſitis noſtris armis, tota machina tuæ definitionis, illoque primo ipſius definitionis vocabulo, tui Pontifices ex ſua illa arce Apoſtolica ſiue Tarpeia corruerunt. Quinetiā quum dicis *chariſma promiſſum & datum*, quæro, an quando Chriſtus hæc verba pronuntiauit, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c.* promiſerit hoc chariſma Petro, an verò etiā dederit. [illegible] *non fuiſſe datum, quod* [illegible] *Chriſti fuiſſe* [illegible] *Petro datum eſt.* [illegible] Vnde igitur dictus eſt Petrus, qui à Petra, [illegible] nondum illam tum haberet, [illegible]. Video enim te [illegible] Petri ipſum, quod [illegible] declaratur petrā illam, & firmamentū illud chariſmatis fidei in Petro non fuiſſe. Verumenimuerò Chriſtus dixit, *Tu es Petrus*, non, *Tu eris Petrus*. Quare neceſſe eſt, iā tum petrā illā extitiſſe, propter quā dictus eſt Petrus. Nondum autē erat in Petro illud chariſma, de quo loqueris: petra igitur illa non fuit chariſma, vt tu definiendo dixiſti. Addis in tua definitione: *Ad ædificandū & firmādū Eccleſiā ſuper eā.* Quid ais, iam homo? At Chriſtus dixit, *Super hanc petram*, non autē *ſuper te Petrum. Petra enim eſt chariſma*, inquis. Ergo Eccleſia, ex tua definitione, erit fundata nō ſuper Petrū, ſed ſuper chariſma Petri. Verùm audio quid dic[illegible] *Petrum, & chariſma Petri idem eſſe* (ſic enim ſuprà de Petri confeſſione philoſophabare) atq; hoc ſcilicet vis ad tuos Pontifices pertinere. Itaq; ex tuis verbis rem hactenus inauditā & incognitam colligo, videlicet non tantum chariſma Petri, ſed ipſū etiam Petrū tranſire ad heredes: cuius nouæ tranſubſtantiationis rationem nobis, Turriane, ſi placet, & quum

1.Cor.7.

per grauiſſimas tuas occupationes licebit, explicabis. Porrò quaſi tui oblitus, *Etſi, inquis, fides non nititur authoritate humana, ſed authoritate veritatis à Deo reuelatæ.* Vtinam verò, Franciſce, teipſum hoc loco audires, & ea quę dicis intelligeres. Nam ſi fides noſtra nititur ſola Dei veritate nobis reuelata, nónne ſola Dei veritas eſt fidei noſtræ fundamentum? Contrà, ſi noſtra fides nõ poteſt niti authoritate humana (vt fateris ipſe,) certè nec Petrus, nec chariſma Petri, nec authoritas Petri poterit eſſe Eccleſiæ fundamentum: quantò igitur minus Romani Pontificis authoritas? Ecquod eſt enim fundamentum, quo ædificium non nititur? niſi fortè loquaris de fundamento picto, & non vero fundamento, quemadmodum vulgò apud nos dicunt, Turrianum eſſe Philoſophum, & Theologum pictum, non autem verum: ac propterea illis nominibus appellari homonymos. Cæterum addis in expoſitione tuæ definitionis, *Deum voluiſſe tunc certos nos eſſe, quæ eſſet veritas ab ipſo reuelata, cùm fidei noſtræ confeſſio, cum confeſſione fidei Petri, & ſucceſſoris Petri, conſentiret.* Atque ita tibi planè contradicis. Etenim ſi certi eſſe non poſſumus de veritate fidei, niſi nos de ea certos faciat Pontifex Rom. quis non videt fidem noſtram niti authoritate humana, quod tamen paulò antè negauiſti? Quare huius præclari tui axiomatis peto confirmationem. Dicis *Deum voluiſſe:* nos autem de Dei voluntate, non ex tuis ſomniis, ſed ex ipſius Dei verbo iudicamus. Si ita diceres, eam demum eſſe veram fidem, quam Petrus, & quam reliqui Apoſtoli poſſeſſi ſunt, nobiſque profitendam tradiderunt, verum diceres: atque ita quid opus erat tuo Pontifice? nónne ex ſcriptis Apoſtolicis ſatis cognoſcere poſſumus, quæ fuerit Petri, & aliorum Apoſtolorum fides? Quia verò tui Pontifices ſuis Monachis ſtipati, nobis obtrudunt aliam Petri fidem, quàm eam, quæ traditur in ipſius Petri, & in aliorum Apoſtolorum ſcriptis, dic mihi, Turriane, vtri credemus? Petróne ſuam fidē explicanti, & tradenti in Scriptura, an Pontifici nouā Petri fidē comminiſcenti? Scilicet illud credidit Petrus, quod Petrū credidiſſe vult Pontifex Romanus. Cur non detrahis vana iſta integumenta, vt apertè nobis dicas, quod ſentis: nempe eam demū veram eſſe fidem, quam Romanus Pontifex nobis ex ſuo ſolio dictabit? Huc enim redit denique, & eò veſtri omnes conatus referuntur. Quamobrē ſi ſolus hic eſt vſus chariſmatis Petri, vt nos certos faciat, quænā fuerit Petri fides, quid opus eſt hodie illo chariſmate, cùm id ſatis ex ſcriptis Apoſtolicis cognoſcere poſſimus? Sed cur nõ expedimus, quàm aptè de Petri chariſmate loquaris? Nam nos eſſe certos de fide vel Petri, vel noſtra, hoc non eſt in Petro (mi Franciſce) ſed in nobis: ac proinde nõ eſt chariſma Petri, ſed eſt noſtrū chariſma: nempe eorum omnium, in quorū animis Deus hanc cognitionem ac fidem ingenerat. Ex quibus vides, te de chariſmate loquentē, nūquam quid ſit chariſma intellexiſſe: ita enim de Petri chariſmate loqueris, vt iā non ſit Petri chariſma, ſed aliorū. Quomodo enim nos certos de fide reddit Pōtifex? num agens in cordib. noſtris, & certitudinem illā fidei nobis ingenerans? At hoc eſt opus ſolius Spiritus ſancti, vt mox dicemus. Quid ſibi vult etiam quod ais, *nos tùm demum eſſe certos de veritate Dei, quando confeſſio noſtræ fidei, cum confeſſione Petri, & eius ſucceſſoris conſentiret*? Vis igitur noſtram fidei cōfeſſionem exiſtere ante illam collationem, ſiue comparationem fidei cum fide Petri. Vnde, obſecro, petetur noſtra prior illa fidei confeſſio? nonne ex ſcriptis Petri, & aliorum Apoſtolorum? Itaque vel ex tua definitione patet, chariſma Petri, de quo loqueris, pertinere, non ad formandam, ſed ad confirmandam & examinandam Eccleſiæ fidem. Atqui quum Chriſtus diceret, ſe *ædificaturum Eccleſiam ſuper hanc Petram*, loquebatur de formanda fide Eccleſiæ, & verbum *ædificandi* hoc ſignificat. Quare nos ita ex Turriani definitione, in Turrianum ipſum concludamus: Petram illam, ſuper quam Chriſtus dixit ſe ædificaturum Eccleſiam, non eſſe Petrum, nec Petri chariſma, quemadmodum Turrianus ſomniauit, quippe verò Spiritus Dei chariſmate & dono hac in parte deſtitutus. Ac ne amplius vageris in fidei noſtræ certitudine, (vt ita dicam) quærenda in cathedra tui Pontificis, audi quemadmodum fidei noſtræ *πληροφορία* non aliunde, quàm ab efficacitate Spiritus ſancti haberi poſſit. Sic enim Paulus. *Qui nos*, inquit, *confirmat vobiſcum in Chriſtum, & qui vnxit nos, Deus eſt: qui etiam obſignauit nos, dedítque arrhabonem Spiritus in cordibus noſtris*. Item: *In quo etiam credentes obſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ*. Item: *Vos* (inquit Ioannes) *vnctionem habetis à Sancto, & noſtis omnia*. Item: *Euangelium noſtrum*, inquit Paulus, *conſtitit apud vos non locutione duntaxat, ſed etiam virtute, tum in Spiritu ſancto, tum in certa perſuaſione multa*. Nunc progrediamur vlterius, & hæc tua verba expendamus. *Petram*, inquis, *poſuit Chriſtus, vt eſſet regula fidei orthodoxa, de qua dixit Apoſtolus ad Philipp. Et in eadem permaneamus regula*. Hic, Turriane, volo contrectes palpabilem inſcitiam tuæ ratiocinationis, ſiquidē hæc ratiocinatio dicenda eſt. Nam quomodo *fides Petri, aut Petrus credens* (vt loqui ſoles) *poteſt eſſe regula noſtræ fidei*, niſi propter illā doctrinam, cui credidit Petrus, & quā ipſe credendā nobis tradidit? Etenim *ſi eſt regula nobis propoſita*, ergo à nobis videri & cognoſci poteſt: alioqui non poteſt eſſe regula: Nos autem poſſumus id quidem cognoſcere, & videre quod Petrus credidit, quoties videlicet in ſcripta Apoſtolorū intuemur: fidem verò ipſius Petri, qua credidit in Chriſtū filium Dei viuentis, videre non poſſumus: neq; ſi hodie in terris nobiſcum verſaretur, videre poſſemus. Eſt enim ſolius Dei fidem hominum, & eorum intimas cogitationes introſpicere. Quare ſi fides qua Petrus credidit, videri & cognoſci non poteſt, non igitur poteſt eſſe fidei noſtræ regula. Atque omnino velis nolis, doctrinam intelligas neceſſe eſt, quum loqueris de regula nobis propoſita. Quinetiam quum dicis *oportere, vt confeſſio noſtræ fidei, cum confeſſione fidei Petri conſentiat*, quid intelligis nomine confeſſionis Petri? nonne id quod confeſſus eſt, & quod credidit Petrus? omnino ita neceſſe eſt. Tandem igitur aliquando cognoſce, *confeſſionem Petri* ſignificare, non *actionem Petri confitentis*, ſed id quod Petrus confeſſus eſt, nempe Chriſtum filium Dei viuentis, ſuper quem, vt diximus, fundata eſt Eccleſia: atque id teipſo dicente & ſcribente, licet contrarium dicere, & ſcribere coneris. O admirandam vim veritatis, quæ aduerſarios, ſuis ipſorum laqueis implicat, ſuis gladiis iugulat, & illos eò tandem adigit, vt quum maximè mentiri volunt, tum maximè dent teſtimonium veritati. Quid enim aliud Turriane,

2.Cor.1.

Epheſ.1.

1.Ioan.2.

1.Theſſ.1.

ane, quum citas locum ad Philippenses (quem tamen non rectè intelligis) quàm, relicta tua ac prodita, in nostram discedis sententiam? *In eadem*, inquit Paulus, *permaneamus*. Nolo multis refutare, quod regulam de Petro intelligis. Hoc enim merum est somnium: sed mihi satis est, quòd regula apud Apostolum doctrinam significet: sic enim paulò antè. Quotquot, inquit, *perfecti sumus, hoc sentiamus*: quod etiam agnouit Chrysostomus, ita locum Pauli exponens: *Vides*, inquit, *quòd regulam vult esse mandata: Regula, nec addi sibi quidquam, nec demi sustinet: alioquin hoc ipsum, quod regula est, amittit. &c. In eadem regula permaneamus, hoc est, eadem fide, eodem præscripto.* Hæc ille. Et Hieronymus locum intelligit *de perfectione noui Testamenti*. Ambrosius autē *de veritate Euangelij*. Atque omnino fides Petri qua credebat, non potuit esse regula nostræ fidei, non inquam, fides, sed id quod credidit. Sed quid multis opus est? tu ipse *pagina libri tui 99. tuam illam regulam, & Cathedram Petri refers ad interpretationem, & intelligentiam Scripturæ*, ergo ad doctrinam. Sed vos Monachi Pontificis assentatores, relicta illa regula, de qua Petrus locutus est, regulam Lesbiam proponere soletis, quam ad nutum vestri Pontificis flectitis, dum eius potentiam, & plusquam regium principatum defenditis, hoc est eius errores vestris etiam erroribus cumulatis. Postremò quum *Scripturam vocas Delphicum gladium, ob inopiam fabricatum, nisi adsint vestræ illæ locupletissimæ, scilicet, Traditiones, & nisi tui Pontificis accedat interpretatio*, blasphemiam, vomis, quam (nisi resipiscas) vlciscetur ille, quem *vidit Ioannes exeuntem ex ore gladium vtrinque acutum*. Rectè enim *Scripturam thesaurum appellauit* Chrysostomus, cui tu tamen inopiam obiicis, eò quòd tui Pontificis opibus aduersatur: sed *illa vera est fidei nostræ regula, qua, vt aliquandò dixit Augustinus, praua corriguntur, & parua nutriuntur ingenia: cui doctrinæ est inimicus, vel qui errando, nescit eam esse saluberrimam, vel qui odit ægrotando, medicinam.* Hæc Augustinus, nobis verè Turrianicum ingenium describens.

Philipp.3. versu.15.
In Epist. ad Phili.hom.12.
In Ep.ad Philip.cap.3.
Ibid.
Apoc.1.
In Gen.hô.3.
Ad Volus.Epist.3.

TVRRIA. *Dicis, Antoni, eos qui vera fide amplectuntur Christum filium Dei viuentis, ita super Petrum ædificari: sed falsa est hæc interpretatio, & à te inuenta. Quid, dicis, inquam, fideles super fidem Petri fundari, id est substantiam super accidens fundari? vix tenere risum potui, cùm ad hunc locum veni. Quæro abs te Antoni, confessio fidei in Petro, nónne fuit accidens? At dicis fideles fundari super confessionem fidei, quam edidit Petrus.*

XIIII.
Pag.96.
Pag.97.

SADEEL. Veram esse hanc interpretationem, nec à me inuentam ex superioribus satis manifestum esse arbitror. ne superfluis repetitionibus lectoribus molesti simus, hîc tantùm adscribā quæ Paulus dixit de firmitate fidei Colossensium, quam non in Petro, sed in Christo collocabat, his verbis: *Gaudens ac cernens soliditatem vestræ in Christum fidei. Sicut igitur accepistis Christum Iesum Dominum, ita in eo incedite, radicati & superstructi in eo, ac confirmati fide, sicut edocti estis &c.* Sed iam venio ad risum tuum Sardonium, dum ais *te vix tenere risum potuisse, quum legeres, quod scripsi de substantia super qualitatem non fundanda.* Quia verò (inquiebat aliquando Augustinus) *sæpe ridens phreneticus, non alijs risum, sed fletum potius, & misericordiam mouens, quippe quòd, postquam de potestate exierunt, vim morbi sui non sentiant:* videamus, Turriane, an ille tuus risus, quem

Col.2.

vitetenuiſti, ad illorum phreneticorum riſum proximè accedere videatur. Sic igitur, non iam ridendo, ſed ſeriò me interrogas, *annon exiſtimem confeſſionem fidei in Petro fuiſſe accidens? Cum autem aſſeruerim Eccleſiam ædificatã ſuper confeſſionem Petri, inde vis ex meis verbis efficere, ſubſtantiam fundari ſuper accidens.* Scilicet, Turriane, præ riſu non potuiſti mea legere, quibus ego apertè explico ſententiam meam, vt nihil loci relinquerim tuæ fallaciæ in homonymia, in quam identidem recidis. Sic enim ſcripſi in principio ſolutionis: Eccleſia ædificata eſt ſuper eam Petram, quam Simon Petrus confeſſus eſt, id eſt, ſuper filium Dei viuentis, non autem ſuper ipſum Petrum, &c. Ex quibus patet, te eſſe cornutum, & ridiculum Sophiſtam, qui vt homonymiâ falleres, confudiſti confeſſionem Petri, vt fuit actio Petri confitentis, cum confeſſione Petri, hoc eſt, cum eo quod Petrus confeſſus eſt: quæ confeſſio eſt, Chriſtus filius Dei viuentis. Nam confeſſio & id quod confeſſum eſt longè differunt, quæ tu vel ignorantia, vel dolo confudiſti: dicitur enim vna fides, hoc eſt vna eademque doctrina, quæ in Eccleſia Dei creditur. Et Apoſtolus ad Hebręos, *Teneamus,* inquit, *confeſſionem, hoc eſt doctrinam quam profitemur,* & multa alia conſimilia, quæ non meminiſti, ſcilicet cominus in ridendo occupatus. Heb. 4.

XV. Pag. 100. TVRRIANVS. *Obijcis, ita potiùs dicendum fuiſſe, Petrum debuiſſe confirmare ſuos fratres, quia Petra fuit: at Gen. 17. Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te: ſic quia Simon Iona erat futurus firmamentum Eccleſię, idcirco appellatus eſt Simon Petrus Petręus.*

SADEEL. Tu planè euertis ipſam ſtructuram verborum Chriſti. Nam ſi *quia Simon futurus erat fundamentum Eccleſię,* vt dicis, *idcirco appellatus eſt Petrus,* certè non ſic Chriſtus diceret, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram: Sed dicit potius: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, idcirco tu vocaris Petrus: Aliud autẽ eſt, *eſſe,* aliud *vocari.* Siquis. n. roget, cur multę gentes natę ſint ex Abrahamo, num reſpondebis id factum, quia vocatus eſt Abraham? minimè, credo: ſed potius ſi rogem, cur vocatus ſit Abraham, tum rectè dicis, id eò factum, quòd eſſet futurus pater multarum gentium. Cęterùm *Simonem fuiſſe dictum Petrum, quia futurus erat Eccleſiæ firmamentum,* ſępe quidem dicis, ſed nunquam probas, nec vnquam probabis, quantumuis licet vrgeas *Petrum petræum,* vt loqueris, pro vna ſcilicet petra, duas ſignificans: ipſe penè dum has petras verſas, in Petram omnis ſenſus expertem verſus.

XVI. Pag. 101. 102. TVRRIAN. *Firmitas fidei Petri non tranſit iure ſucceſſionis, ſed è iure vicarię ordinationis, & conſecrationis: quia qui ordinatur Epiſcopus in ſede Petri, Chariſma fidei Petri accipit. Si ordinatio Lutheri Presbyteri donum perſonale fuit, non potuit tranſire ad alios, vt inquis: ſin autem fuit donum priuatę perſonæ ad communem vtilitatem datum, cur idem non dicemus de Petro, & de Petri ſucceſſore?* Pag. 102. *Chriſtus promiſit ædificaturum ſe Eccleſiam ſuper Petrum, non tantùm dum viueret Petrus, ſed etiam poſt mortem eius: Ergo Chariſma firmitatis fidei Petri tranſit ad ſucceſſores.*

SADEEL. Hic tuo more narras tua ſomnia, & quod grauius eſt, non dubitas ea reijcere, quæ reliqui Pontificij adhuc tenuerunt, & omnibus tenendum tradiderunt. *Negas enim chariſma Petri tranſire ad Pontifices* *iure ſucceſſionis, ſed* inquis, *iure vicariæ ordinationis.* O ſubtilem diſputatorem! Nimirum tollis genus, vt ponas ſpeciem. Quid eſt enim *vicaria ordinatio?* nonnè quum aliquis in vicem & locum alterius ordinatur? & hæc nónne eſt ſpecies ſucceſſionis? Certè ſublata ſucceſſione, tollitur vicaria ordinatio, quæ eſſe non poteſt, niſi quis ſuccedat & ſufficiatur in locum alterius. Cæterùm iam ſæpius dictum eſt, firmitatem fidei Petri, & chariſma Petri, & cætera huiuſmodi eſſe perſonalia, adeò vt trãſire ad alios non poſſint: virtus enim Petri, non poteſt eſſe virtus Pontificis, quamadmodum (eſt.n. contrariorũ eadem doctrina) vitia vnius Pontificis non poſſint eſſe vitia alterius Pontificis, licet concurrant & conſentiant ſępiſſimè in iiſdẽ vitiis. Porro, quid tibi vis dum toties nobis inculcas *vicariam illam ordinationem?* Vnde tamen illam ordinationẽ petis? *Vbi* eſt verbum Dei? Vbinam ordinatio iſta vicaria inſtituta eſt? Quib. verbis? Quo præſcripto? Recurres fortaſſe ad tuã cantilenam: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram, &c.* Sed ego nihil hic audio de ordinatione. Etenim nec Petrus, nec Petra, ordinationem ſignificat. Prętereà ſi omnia tuæ cauſæ præſidia in vna illa vicaria ordinatione collocas: dic mihi, quo iure Cardinales Pontificem ordinant Petri ſucceſſorem? Profer ſi potes aliquod Dei verbum: At ego vel inde colligo Pontificem non eſſe Petri ſucceſſorem, quia Petrus ab hominibus ordinatus non eſt, tuus autem Pontifex ab hominibus, (& quibus hominibus?) ordinatur (ſiquidem verbum *ordinandi* locum habere poteſt in tanta rerum perturbatione) & quidem ſine verbo Dei ordinatur. *De ordinatione Lutheri* quid obiicias non intelligis, nec enim dicimus vel Lutheri, vel vllius cuiuſquam Miniſtri ordinationem tranſire ad ſucceſſores. Nam vocatio Lutheri, fuit Lutheri propria: quod idem de omnibus Eccleſiæ Paſtoribus dicendum eſt: ſuam enim quiſque ordinationem habet, quatenus eſt ordinatus Paſtor Eccleſiæ. Nec verum eſt, quod ais, *donum ad communem vtilitatem datum, tranſire ad ſucceſſores.* Nam donũ ſcientiæ & intelligentiæ, eſt quidem datum ad communem vtilitatem his & illis Paſtoribus, ſed non proptereà donum illud perſonale tranſit ad ſucceſſores. Sed quia tu longè aliter exiſtimas de tui Pontificis ordinatione, quæro abs te, *vndenam iſta Pontificis ordinatio nata ſit, & quo modo ad vos peruenerit, atque etiam in veſtra maneat Eccleſia?* Num ordinatio vicaria Pontificis tranſit etiam ad ſucceſſores? At non poteſt: aut enim *ordinatio* eam ſignificat, qua vnuſquiſq; Pontifex ordinatur (*quam Leo Papa Aſſumptionem vocat in ſuis ſermonibus*) & tunc eiuſmodi ordinatio non tranſit ad ſucceſſorem: nec.n. ordinatio Leonis eſt ordinatio Gregorij, vel Sixti, vel Anacleti. Aut ſignificat ius ordinandi: quod quidẽ ſi dicis ad ſucceſſorẽ tranſire, ſequeretur vel Cardinales eſſe Succeſſores Põtificis, vel eos ſine iure ordinandi, Põtificẽ ordinare, quod poſterius eſt veriſſimũ. Quare ſi quod ius ordinãdi trãſiret ad ſucceſſores (vt vultis) ſequetur ſolos Pontifices habere ius ordinandi alios Pontifices, quod tamen contrà fit à vobis. Quinetiã miror qui poſſint iſta cõuenire, quũ dicitis *Petrũ ordinaſſe Clementẽ ſucceſſorem,* & tamen apud vos nõ Põtifex à Põtifice, ſed à Cardinalib. ordinatur. Ex quo fit, vt Clemens Petro non ſucceſſerit in iure ordinandi: aut ſi ſucceſſit, reliqui deinceps

Clementi non ſucceſſerint. Ius enim ordinandi eſt penes ſolos Cardinales, & eo iure (vel hac iniuria potius) iampridem vtuntur. Sed eſt & aliud valde exitioſum, tum *vicariæ ordinationi*, tum ipſi etiam *chariſmati*, cuius tamen reſpectu dicis *Petrum Petræum* appellatum. Nam quoties apud vos Pontifex è viuis ſublatus eſt, dic, amabò, in illo veſtro interregno, quum nullus adhuc ſucceſſor ordinatus eſt, vbinam gentium manet & reſidet *chariſma* Pontificale? Quum enim eſſe non poſſit, ex tua doctrina, niſi in Petro, & in eius ſucceſſore: reuolátne ad Petrum in cœlum, quandoquidem non habet in terris, vbi conquieſcat? At Petrus non iam poteſt eſſe fundamentum illud viſibile, quod quæritis: & niſi ſit in terris iſtud chariſma, nuſquam erit: nec porrò poteſt eſſe in terris, quamdiu Petri ſucceſſor in terris non eſt. Quid igitur fiet de iſto chariſmate? Vbinam erit? vbi deliteſcet tantiſper dum nouus Pontifex ordinatur? num obſecro in *Paſquillo & Marforio*, duabus immotis Eccleſiæ veſtræ columnis? Fatere igitur, Turriane, chariſma iſtud veſtri Pontificis, toto illo temporis ſpatio eſſe intermortuum, donec, Cardinalibus poſt numeratam pecuniam tandem conſpirantibus, reuiuiſcat. Quid verò de Antipapis dicemus? quàm, obſecrò, tum miſera eſt conditio chariſmatis Pontificalis, quippe quod modò in duas, modò in tres partes fœdè laceratum diſtrahitur? quàm autem miſerior eſt Eccleſiæ veſtræ conditio, quum pro vno tria habeat fundamenta, eáque inter ſe contraria & conflictantia, adeò vt veſtrum iſtud ædificium valdè conquaſſatum eſſe oporteat. Poſtremò quum ais *Chriſtum promiſiſſe, ſe ædificaturum Eccleſiam ſuper Petrum, non tantùm dum viueret Petrus, ſed etiam poſt mortem*, tu tuo more nugaris & principium petis. Sed vel inde colligere debuiſti, Eccleſiam non potuiſſe fundari ſuper Petrum, quandoquidem Petrus erat mortalis: immortale autem eſſe oportet Eccleſiæ fundamentum.

XVII. Pag. 108. TVRRIANVS. *Duplex eſt Petra, vna per virtutem propriam ſolida, altera per participationem ſoliditatis prioris Petræ: ex Leone Pontifice: Leonis verba ſunt: Eccleſiæ meæ cœlo inſerenda ſublimitas, in huius fidei firmitate conſurget.* Pag. 109. *Petrus ædificat Eccleſiam ſuper Chriſtum fundamentum virtutis propriæ, Chriſtus verò ædificabit Eccleſiam ſuper Petrum, alterum ſcilicet fundamentum virtutis non propriæ, ſed communicatæ. Super firmitatem ergo fidei, quam Petrus de Chriſto confeſſus eſt, & confitetur in ſuo ſucceſſore, pro qua Dominus ne deficeret rogauit, permanet ædificatio Eccleſiæ à Chriſto in Petro inſtituta.*

SADEEL. Iſtam diſtinctionem iam antè euertimus ſuprà ſect. 2. vnum addam, dictum iſtud Leonis intelligendum eſſe de Chriſto filio Dei viuentis, in quem Petrus credidit, & quem confeſſus eſt: adeò vt Papa ille melius ſit locutus, quàm fortaſſe cogitarit. Nam introducens Chriſtum loquentem, & compellantem Petrum: *Eccleſiæ meæ cœlo inſerenda ſublimitas*, inquit, *in huius fidei firmitate conſurget: hanc confeſſionē fidei portæ inferi non tenebunt, & ſuper hanc fortitudinem æternam extruam templum.* Hæc Leo: quæ proculdubio intelligenda ſunt de fide Petri, hoc eſt, de eo in quē credidit Petrus: alioqui eſſet ingens blaſphemia cōtradictoriè oppoſita his Pauli verbis clariſſimis, *In quo*, nempe Chriſto, in-

Eph. 2.

quit, *totum ædificium congruenter coagmentatum creſcit, vt ſit templum ſanctum Domino.* Præterea nihil tale cogitans Turrianus, ſuum Leonem aduerſus ſeipſum produxit: adeò vt ipſius ſententia, ab iſto Leone luxata, ac diſcerpta eſſe videatur. Num enim oblitus eſt *ſe negare Pontificem eſſe vel caput, vel fundamentum Eccleſiæ electorum?* Sic tamen Leo: *Eccleſiæ tuæ in cœlo inſerenda ſublimitas:* Loquitur ergo de Eccleſia in cœlum inſerenda, ac proinde de Eccleſia Electorum. Quid porrò tibi vis, Turriane, his poſtremis verbis? *Super firmitatem fidei,* inquis, *quam Petrus de Chriſto confeſſus eſt, & confitetur in ſuo ſucceſſore, pro qua Dominus, ne deficeret, rogauit, permanet ædificatio Eccleſiæ à Chriſto in Petro inſtituta.* Nonnè verò ſic vna litura deles ea omnia, quæ hactenus de Petri chariſmate diſputaſti? Fateris enim Eccleſiam eſſe ædificatam ſuper firmitatem fidei, quam Petrus confeſſus eſt de Chriſto: nempe eſſe Chriſtum filium Dei viuentis: quem propterea, velis nolis, cogeris admittere, eſſe fundamentum illud Eccleſiæ, de quo ipſe Chriſtus apud Matthæum locutus eſt.

XVIII. Pag. 110.111.

TVRRIAN. *Ergo, inquis, Miniſterium Petri, idem eſt quod Petrus: at Miniſterium & Miniſtrans Relata ſunt. Ergo Miniſterium non eſt ſine Miniſtrante. Quare Petrus cum Miniſterio ſuo, ſiue Petrus Miniſtrans eſt fundamentum Eccleſiæ. Academiam tuam appello, vt te ad diſcendas Ariſtotelis Categorias releget. Sic ex arte tua licebit argumentari. Si Ioannes eſt Dominus, ratione habitudinis ad ſeruum, ſequi ſimiliter vt habitudo ad ſeruum ſit idem quod Ioannes. Negat fidem Petri idem eſſe, quod Petrus habens fidem: Quis, niſi ſit ignarus, albedinem cum pariete, idem eſſe atque parietem album.*

SADEEL. Hiccine eſt fructus diuturni tui ſilentij, Turriane, vt poſt tuas trium annorũ meditationes, nobis tam egregiè *Relatorum* naturã deſcriberes? Nec te pudet Academiam meam appellare, vt me ad Ariſtotelis Categorias releget? Vtinam eas verò aliquando didiciſſes, vt ita melius diſputares. *Miniſterium,* inquis, *Petri, & Petrus miniſtrans Relata ſunt:* atque ita prodis, te neſcire quid ſit Relatio. Nec enim ea quæ ſunt ſecundi generis Relatorum confundenda ſunt cum Relatis Tertij generis: qua de re in primo Scripturæ loco ſect. 14. fuſiùs à nobis tractatum eſt. Etenim qui dicit Miniſterium, ita vt miniſterium ad miniſtrantem referat, ille nugatur, vt verbo Ariſtotelico vtar. Quamobrem ita dicendum eſt, ex veræ Philoſophiæ præceptis, non ex inſcitiæ Turrianicæ ſomniis: Miniſterium referri ad miniſtrabile (vt ita dicam) ſeu ad id quod miniſtrari poteſt aut debet, in Tertio genere Relatorum, vt ſit alterius ad alterum (inquit Philoſophus) miniſtrantem verò referri ad id quod miniſtratur in ſecundo genere Relatorum, vt calefaciens ad calefactum: alioqui, neceſſariò tibi conſtituendi ſunt tres termini Relationis: nempe Miniſterium, Miniſtrans, & id quod Miniſtratur: cum in relatione duo tantùm eſſe terminos oporteat. Sic Scientia non refertur ad ſcientem, ſed ad ſcibile & quanquam verum eſt, Scientiam eſſe ſcientis ſcientiam, non tamẽ Scientia ad ſcientem refertur, vt dixi, ſed ad ſcibile: adeò vt ſcientis ſcientia vnum terminum conſtituat, non duos in hac Relatione. Quod quia non intelligis, idcirco metiris naturam Relatorum, ex vulgato loquendi more, vt quæ quotidiano ſermone coniunguntur, ea putes vinculo Relationis eſſe coniuncta. Nec mitam ridiculum eſt quod dicis, *de habitudine domini ad ſeruum:* quaſi Miniſterium ſit habitudo, quod tamen dicis Relatum eſſe, ac propterea ipſam Relationem, & habitudinem (vt loqueris) cum ipſis Relatis, hoc eſt, cum ipſius Relationis terminis confundis. Sed de his hactenus, ne extra metas inſtituti noſtri vagari videamur. Venio ad tuam hanc propoſitionem: *Petrus,* inquis, *cum miniſterio, ſiue Petrus miniſtrans, eſt fundamentum Eccleſiæ.* Omitto quæ iam dixi de tuo errore circa naturam Relatorum: Hoc nunc vrgeo, perperã dici Petrum Miniſtrantem eſſe fundamentum Eccleſiæ: quum Petrus non ſit ampliùs miniſtrans. Quare ſic nos hoc tuum argumentum in te retorquemus. *Si Petrus non poteſt eſſe fundamentum Eccleſiæ, niſi miniſtrans, & cum miniſterio,* vt loqueris; ergo Petrus non eſt ampliùs fundamentum Eccleſiæ, quia Petrus non eſt ampliùs miniſtrans, nec cum miniſterio. Neque mihi tuos *Pontifices* obiicias, *quos dicis eſſe Petri ſucceſſores:* quia Pontifex miniſtrans, non eſt Petrus miniſtrans: & viciſſim Petrus miniſtrans, alius eſt à Pontifice miniſtrante: non tantũ quia Petrus Chriſto miniſtrauit, tui verò Pontifices ſuis cupiditatibus inſeruiunt, & miniſtrant: ſed etiam quia Petrus miniſtrans, fuit vnus numero. Eiuſdem eſt inſcitiæ, quod addis *fidem Petri idem eſſe, quod Petrus habens fidem, quemadmodum albedo cum pariete, idem eſt, quod paries albus.* Et quia rogaſti Academiam meam, vt me ad Categorias relegaret (cuius itineris te mihi ſocium adiungi valdè è re tua fuerit) ego viciſſim te relego primùm ad illas ipſas Categorias, vt videas Subſtantiam eſſe à Qualitate diſtinguendam, deinde te relego ad antepredicamenta, vt ibi diſcas, Accidentia non eſſe cum ſubiectis, ſed in ſubiectis. Præterea non leuiter peccas, dum ſubſternis Accidens Subſtantiæ, quod contrà factum oportuit. Sic enim enuntias: *Albedo cum pariete idem eſt, quod paries albus.* Illa igitur quæ dicis falſa ſunt, & inſipida omnia. Falſum eſt enim *fidem Petri eſſe Petrum, & albedinem eſſe parietem,* alioqui (vt iam tibi anteà obiecimus) Subſtantia non differt à Qualitate. Sed vos ſcilicet, quibus parietes dealbati (de quibus loquitur Scriptura) tantopere placet, hærere ſoletis in iis, quæ exteriùs apparent, vera rerũ ſubſtãtia neglecta. Quin etiam non animaduertis, te tuo more ſententiam funditus euertere, quum ita diſputas. Nam quemadmodum albedo huius parietis, non poteſt eſſe albedo alterius, quia eſt in indiuiduo: ita fides quæ in Petro eſt (non, cum Petro, vt planè imperitè loqueris) non poteſt eſſe alterius fides: ac propterea fides Petri non tranſit ad ſucceſſorem. Atq; hæc de tuis Philoſophicis obiectionib. quibus manifeſtè declaras, te, cùm ita de fundamẽto Eccleſiæ diſputas, ignorare prima tum Theologiæ, tum ipſius Philoſophiæ fundamenta.

XIX. Pag. 112. TVRR. *Dicis nullum aliud miniſterium in Apoſtolis fuiſſe, præter miniſterium Apoſtolatus. Demus hoc, ſed quomodo probas non fuiſſe in miniſterio Apoſtolatus principatum ſiue primatum Apoſtolici miniſterij in vno tantum? Dici enim hæc poſſunt, fundamentum Dei firmum ſtat, habens hoc ſignaculum: item, Tu es Petrus, &c. Item, Rogaui pro te, &c. Item, paſce oues meas, &c.*

SADEEL. Quandoquidem fateris *nullum aliud in Apoſtolis miniſterium fuiſſe, præter miniſterium Apoſtolatus,* confecta res eſt. Nec te iuuat hæc tua interrogatio: *Quomodo probas,* inquis, *non fuiſſe principatum in* *ministerio Apostolatus?* Imò verò, Turriane, quomodo tu probas fuisse aut quomodo id probari vnquam possit? Sic enim ego te vicissim interrogo: iste principatus Petri in Apostolatu (quem tu fingis) éstne de ministerio, Petri, néc ne? Si non est de ministerio, cur ergo paulò ante dicebas, *Petrum cum ministerio suo, siue Petrum ministrantem, esse fundamentum Ecclesiæ?* Si est de Ministerio: Ergo nullus est alius principatus Petri, quàm reliquorum Apostolorum: Quia fateris (quod etiam negare non potes) *Petri ministerium non fuisse aliud, quàm ministerium Apostolatus.* Constat autem reliquos Apostolos habuisse illud ministerium Apostolatus, alioqui non fuissent Aposto. Porrò locus quem citas ex Paulo ad rem non pertinet: denique in locis quos profers ex Matthæo, Luca, & Ioanne, nihil aliud quàm principium petis.

XX. Pag.114.

TVR. *Ephes. 2. Superstructi super fundamentum Apostolorum & Prophetarum: at ego dico esse doctrinam Christi, ab Apostolis prædicatam. Non enim intelligis doctrinam Apostolorum, quæ est didaxis, sed doctrinam Christi, quæ est didache?*

SADEEL. Mirum acumen ingenii tui, Turriane! At quum dico doctrinam Apostolorum, intelligo doctrinam quam Apostoli tradiderunt atque docuerunt: & hæc doctrina, est doctrina Christi, quia Christum ipsum comprehendit, & nobis exhibet. Itaque hæc non pugnant, esse doctrinam Christi, & esse doctrinam Apostolorum. Sic enim locutus est Lucas: Erant, inquit, perdurantes in doctrina Apostolorum: sed tu confundis *didaxin* cum *didache*, quia neutram habes. Atque ita disparuit tua fallacia in homonymia.

Act.2.

XXI. Pag.116.& 117.

TVRRIAN. *Lapidem angularem (acrogoniæum) iniuria, fassus interpretaris ei; Cur monstra loqueris, & quod est capitis, hoc pedibus tribuisti? Ecclesia habet fundamentum sursum, Apoc.21. & Christus non est fundamentum substratum alijs fundamentis, sed cui alia substernuntur. Cur non aspexisti in locum Pauli ad Ephes. 4. vt crescamus, inquit, in illo per omnia, qui est caput, Christus. Si totum corpus compactum & connexum est ex capite Christo, & ipsum corpus non est sine capite, est igitur in toto corpore caput sub illo capite Christo. Petrus non est caput anguli, in ædificio Ecclesiæ, sed caput sub quod, tanquam super Petram, virtute illius lapidis angularis surgit ædificium, est fabrica Ecclesiæ quæ sub cœlo est.*

SADEEL. Non mea est interpretatio, sed doctissimorum interpretum, à quorum authoritate tua me isthæc monstra, quæ loqueris, non diuellent. Vocabuli Græci vim, miror te ignorare, qui toties Græcissas, addo etiam, qui toties, saltem verbo tenus, philosopharis. Nam potuisti sexcenties videre apud Arist. ἄκρον dici tam Subiectũ quàm Attributum: nimirum est extremum, quodcunque illud sit, siue summum, siue infimũ, quod etiam patet ex Marco, vt id nostros teuertamur, his verbis: (ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ). Itaque spectanda est locorum circunstantia. Cùm autem hîc vsurpetur similitudo ædificij & Christus dicatur *lapis acrogoniaios, in quo ædificiũ consistit* (inquit Apostolus ver.21.) certè verbũ crescendi postulat, vt hîc ἄκρον significet imum: ædificiũ enim non dicitur crescere deorsũ versus. Singularũ autem similitudinum rationes obseruandæ sunt in Theologia, adeò vt hæc verba

Mar.13.

maximè repugnare videantur, tamen res vna eademque intelligenda sit. Nam *Christus dicitur caput, & fundamentum,* varia ſimilitudine: quatenus caput, ſummus eſt: quatenus fundamentum, imus eſt: & tamen ita ſummus eſt & imus, vt ſit vita, virtus & firmitas Eccleſiæ. Iuxta hanc ſimilitudinem fundamenti, quod imum eſt, dicuntur fideles ſuperſtrui & ſuperædificari in Christo. Eph. 2. Coloſſ. 2. Nec verum eſt quod ais, *fundamentum Eccleſiæ ita deſcribi ab Ioanne in Apocalypſi, vt ſit ſurſum*: imò contra, ita deſcribit fundamenta, vt ſint ima, non ſumma, ſicut exiſtimas. Itaque In Epiſt. ad Eph. Hom. 6. præclarè Chryſoſtomus hunc Apoſtoli locum ita aliquando explanabat. *Paulus*, inquit, *Chriſtum hunc quidem supernè totum corpus continentem, & conformantem, nunc verò infernè, & ſtructuram ſuſtinentem, & radicem exiſtentem inducit*. Hæc ille: quem ſi legiſſes, non ita quaſi mente incitatus exclamaſſes, me monſtra loqui. Ego enim non alia monſtra loquor, quàm quæ aliquādo Chryſoſtomus locutus eſt. Sed videamus monſtrane potius loquaris, qui fundamentum ſupra tectum collocas. Ecce enim bella tua & ſecum conſentiens ratiocinatio. *Petrus*, inquis, *eſt caput, ſuper quod [illegible] ſuper petram, vinctura lapidis angularis, ſurgit ædificium Eccleſiæ, quæ ſub eo eſt*. Certè ſi Petrus, vt dicis, *eſt ſecundaria illa petra, quæ in ædificio Eccleſiæ eſt ſub Chriſto*; & *fundamentum Eccleſiæ eſt ſurſum*, vt vis: ſequitur ipſam Eccleſiam eſſe etiam ſub Petro. Quid igitur hactenus feciſti, ij mi homo, qui centies hæc mihi verba obieciſti: *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Et, *Petram illam dixiſti eſſe Petrum*; ita ex teipſo efficitur, Petrum eſſe ſub Eccleſia, ſi Eccleſia eſt ſuper Petrum. Petrus igitur non eſt intermedius inter Chriſtum & Eccleſiam, quandoquidem eſt ſub Chriſto, & ſub Eccleſia: niſi fortè exiſtimas eſſe duplex fundamentum, vnum ſuper ædificium, alterum ſub ipſo ædificio: itemque vnius corporis duplex eſſe caput, vnum ſuper reliqua membra, alterum ſub ipſis pedibus. Hæc ſunt monſtra ſcilicet, quæ loquitur Turrianus, & quæ refellit Antonius. Porrò nonne ipſe millies dixiſti, *Eccleſiam ædificari ſuper Chriſtum, tanquam ſuper fundamentum virtutis [illegible]* atque ita ponne Eccleſiæ Chriſtum ſubſternis, vt ab eo Eccleſia fulciatur? Sed tibi *ſuper*, & *ſub*, quantum video, idem ſunt. Seruate vobis iſtam rationem ædificandi, Turriane: vos enim Eccleſiam à ſummo ad imum ædificatis, hoc eſt, Eccleſiam, quantum in vobis eſt, demolimini atque diruitis.

XXII. pag. 119. TVRRIAN. *Omnes Apoſtoli fundamenta ſunt Eccleſiæ, quatenus omnes in prædicatione verbi, Chriſtum poſuerunt fundamentum. Quidam tamen prolixiore quodam modo ex iſtis fundamentalis fuerit Petrus, ſuper quem Chriſtus Eccleſiam ſuam ædificauerit. [illegible] Baſilius in [illegible] cap. 2. Eccleſia, inquit, Dei, viſibilis, cuius fundamenta ſunt in montibus ſanctis, ædificata eſt ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum. Vnus autem ex his montibus fuit Petrus, quem Petram appellauit propter firmitatem maximam fidei, propter inſignem [illegible] [illegible] plagis [illegible], ſuper quam Petram promiſit ædificare Eccleſiam ſuam.*

[illegible] *Agnoſcis omnes Apoſtolos eſſe fundamenta Eccleſiæ, quatenus Chriſtum poſuerunt fundamentum*. Quid? nonne Petrus Chriſtum etiam poſuit fundamentum? cur igitur alio modo dicetur fundamentum, quàm alij Apoſtoli? Verùm, inquis, *quid prohibet quin vnum ex iſtis fundamentis fuerit Petra, ſuper quam Chriſtus Eccleſiam ſuam ædificauerit?* Mira argumentandi ratio. Si vera eſt tua ſententia, tibi non [illegible] dicendum eſt, *Quid prohibet?* ſed docendum, ita omnino neceſſe eſſe, ita Chriſtum verbis expreſſis declaraſſe, ita Apoſtolos omnes agnouiſſe: atque hoc loco euoluenda ſunt omnia tuæ cauſæ præſidia. Verùm enimuerò ſi tibi omnia concederemus, nihil aliud ſequeretur ex tua argumentatione (nempe ex tuo illo loquendi genere, *Quid prohibet?*) quàm fieri poſſe, vt Petrus ſit illa petra, de qua Chriſtus locutus eſt. Si fieri poteſt vt ſit, ergo fieri poteſt vt non ſit (hæc eſt natura poſſibilis) atque ita ſcilicet ad exitum perducta eſt preclara tua demonſtratio, ex rebus neceſſariis collecta, qua tu ante gloriatus es. Sed redeo ad illud tuum, *Quid prohibet?* Nempe hoc prohibet, quòd natura non patitur, idem vni ſoli, & pluribus ſimul tribui. Si Petrus eſſet fundamentum, eſſet igitur ratione miniſterij, vt ſuprà agnouiſti. Et rurſus, non aliud fuit miniſterium Petri, quàm aliorum Apoſtolorum, vt etiam faſſus es. Ex quo efficitur, ſi Petrus eſſet fundamentum, hoc ipſum habere cum aliis Apoſtolis commune. Cæterùm mirari ſatis non poſſum tuum iſtud loquendi genus, quo ædificij miniſtros cum ipſius ædificij fundamento confundis, vt tibi obieci in mea ſolutione. Ecce enim, Chriſtus ædificat Eccleſiam, nempe adhibitis miniſtris huiuſce ædificationis. Eiuſmodi inprimis fuerunt Apoſtoli. Quis ergo non videt ita dicendum eſſe? Chriſtus ædificat Eccleſiam per Apoſtolos & Miniſtros ſuos, non autem, ſuper Apoſtolos & Miniſtros ſuos. Sed tu nobis ſcilicet obiicis Baſilium aſſeuerantem, *Eccleſiam eſſe ædificatam ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum*: quid autem hoc ad petram illam Petri, quam tu illi peculiariter tribuis? *Vnum enim*, inquis, *quia ſubiicit Baſilius, vnum ex illis montibus fuiſſe Petrum*: quaſi verò id excludat alios. Sed quia locum Baſilij non ſatis bene conuertiſti, reponamus tibi verba Baſilij, quæ nobis recitaſti. *Vnus ex his montibus fuit etiam Simon Petrus, ſuper quam petram promiſit Dominus ſe ædificaturum Eccleſiam ſuam*. Hoc ille: vbi vides particulam etiam à te his prætermiſſam (quòd eam ex ſcopo non deſiderares) manifeſtè declarare mentem Baſilij, qui non Petrum conſtituit peculiare aliquod fundamentum, ſed eum ſimul cum aliis fundamentis coniunxit, nempe, cum aliis Apoſtolis.

XXIII. Pag.120. 121.122.

TVRRIANVS. *Obſeruandi loci, qui magis ad propoſitum faciunt,* [illegible] *aliquid dictum ſit ſingulariter de Petro.* [illegible] *Gentes Euangelium.* [illegible] *Reges gentium dominantur eorum,* [illegible] *ſed qui maior eſt in vobis,* [illegible]

ſui

ſed tyrannidem obiicitis: At ille fuit tyrannus, qui fidei veſtræ dominatus eſt, Lutherum dico tyrannum & homicidam. Pag.122.

SADEEL. Dixi in hoc Matt. loco nihil dici ſingulariter de Petro: tu verò in alios locos excurris. De loco Marci, ſi preuidiſti me aliquid poſſe dicere, cur igitur non occurrebas? Sed maluiſti nihil venari, quàm fruſtra laborare. Quis enim non videt Petro poſt lapſum opus fuiſſe peculiari remedio, eiuſque fidem fuiſſe magis magiſque confirmandam? Quin etiam Hieronymus exiſtimauit, *his verbis ſignificatum fuiſſe, Petrum ſuo lapſu indignum ſe reddidiſſe Apoſtolatu.* Sic enim Chriſtus, *dicite diſcipulis eius, & Petro.* Obiicis verba Pauli, *Chriſtum fuiſſe viſum Cephæ, tanquam principi Apoſtolorum,* inquit. Ridiculum caput: ſicci[illegible] argumentaris demonſtratiuè? At Chriſtus ſeſe prius patefecit mulieribus, quàm Apoſtolis: num propterea mulieres ſunt principes Apoſtolorum? De locis Gal. 1. & Act. 15. iam ſupra egimus. Luc. 22. hæc verba, *Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos,* hoc tantum habent peculiare pro Petro, quod fœdiſſimè lapſus fuerit, ac propterea aliquando conuertendus: promittit igitur Chriſtus, fore vt ex illo lapſu reſurgat, ac non tantum confirmetur ipſe, ſed alios etiam ſit confirmaturus, nempe Euangelij prædicatione. Iam ſi negas, hoc reliquis etiam Apoſtolis conueniſſe, vt fratres ſuos confirmarent: aut ſi negas Petrum ipſum fuiſſe à Paulo ſuſtentatum, & confirmatum, quum in ſimulationem prolabi videretur, negas meridie lucere. Quod loquendi genus tibi quidem diſplicet, vt vidi in tua defenſione, ſed tamen verum eſt. Iam expendo paralogiſmum tuum ex verbis Lucæ: *Reges Gentium dominantur eorum, vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor. Ergo, inquis, erat quidã* [illegible]. Et quis ferat iſtum Scripturæ corruptorem? Audi, Turriane, Matthæum, tuum paralogiſmum ita diſſoluentem: *Quicunque voluerit inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter,* inquit Chriſtus: *& quicunque voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus.* Et Marcus (quem etiam profers) hoc interdictum Chriſti recitat totidem propè verbis cum Matthæo. Ergo apud Lucam, *qui maior eſt,* eſt, velle eſſe maiorem, id quod Matthæo & Marco in verbis Chriſti exponentibus. Porrò, quid hoc ad Petrum? [illegible] promiſeras, te producturum ea quæ peculiariter de Petro dicuntur; ſcilicet hîc ne Petrus quidem nominatur. At hoc, Turriane, dictum eſt peculiariter aduerſus veſtrum Pontificem, qui dominatur vt Reges Gentium, & Romanum Epiſcopatum in imperium Romanum conuertit. Sed illuceſcet aliquando ille dies, atque adeò iam illucet, quum Chriſtus ſolus Rex Eccleſiæ, ſolum caput, & ſolum Eccleſiæ fundamentum eſſe [illegible] ſui verbi perfundabit, & euertet quicquid extollitur aduerſus cognitionem Dei: vt qui voluit eſſe omnium maximus, ſit omnium minimus, quemadmodum Chriſtus ipſe pronunciauit. *Lutherum qui nunquam dominatus eſt fidei veſtræ,* ſicut conuiciando & calumniando, [illegible] Turrianico, dicis: ſed hoc vnum contendit, vt tui Bonifacij, qui contra ius faſque tyrannidem in conſcientias vſurpauit, iugum à noſtris ceruicibus depelleret. Atque hoc ſanctiſſimum Lutheri ſtudium non fuiſſe vanum, vel ipſi cum dolore ac fremitu quotidie videtis: atque in poſterum magis in dies [illegible].

Hieron. in 16 cap. Marci. 1 Cor. 15.

Gal. 2.

Luc. 22.

Matt. 20.
Mar. 10.

TVRRIAN.

TVRRIANVS. *Christus super Petrum Ecclesiam ædificauit, quod nihil aliud est, quàm fecisse vt exordium vnitatis esset Petrus caput eius, & ipse cathedram teneret, in qua semper sederet, qui non esset hæres fidei eius tamquam residentis in cathedra, & successore; nec aliter poterat fieri, quod Dominus dixit in Euangelio. Erit vnum ouile, & vnus Pastor.* XXIIII. Pag.124.

SADEEL. Cum antè dixeris, *Ecclesiam esse ædificatam super Petrum ministrantem*, si ædificare super Petrum, nihil aliud fuit, quàm facere vt Petrus esset exordium vnitatis, quemadmodum nobis definis, sequitur ædificationem super Petrum, nihil ad tuum Pontificem pertinere: quia in exordio non est successio, nisi velis Ecclesiæ ædificationem perpetuò subsistere in exordio, & nullos esse huiusce ædificationis progressus. Atque ita tua successio euanescit. Quod si loquaris de eo vinculo, quo vnitas Ecclesię colligatur & connectitur, absit vt fundamentum huiusce vnitatis, alibi quam in Christo collocemus, qui propterea dicitur tum *caput Ecclesiæ*, tum *fundamentum, & lapis angularis*. Ac miror cur nolis exordium vnitatis in Christo petitis, quam in Petro, constituere: quando quidem velte assentiente, Petrus ipse à Christo pendet, & in eo habet suum exordium: atenim quod oritur ab alio, exordium propriè dici non debet, sed id vnde cætera oriuntur. Ex quo fit vt non Petrus, sed Christus sit vnitatis exordium: quod quidem, nisi tua somnia verbo Dei anteferres, facilè disceres ex iis locis, qui loquuntur de piorum vnitate. Sic enim Christus. *Vt omnes, inquit, vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.* Item: *Ego in eis, & tu in me, vt sint perfecti in vnum.* Et Paulus. *Omnes vos, inquit, estis in Christo Iesu.* Et alibi: *Vt ex duobus illis conderet in semetipso vnum nouum hominem.* Cui etiam consentaneus est locus, quem pro nobis aduersus tuam sententiam produxisti. *Erit*, inquit Christus, *vnum ouile, & vnus Pastor.* Nam vnus ille Pastor non est Petrus, vt existimas, sed Christus verus ille, & bonus Pastor, quemadmodum Christus ipse exponit eo illo capite. Cui assentiuntur testimonia Prophetica, de vno illo Pastore verò Messia, & Redemptore Ecclesię, qui ex Iudęis & Gentibus vnum ouile constituit. Sic Chrysostomus locum illum Ioannis de vno Christo exposuit. Augustinus autem verba illa Christi nobis explicat sic. *Si omnes propositi sunt Pastores, inquit, quomodo vnus Pastor, nisi quia sunt isti omnes vnius membra Pastoris, cuius sunt oues propriæ?* Et alibi: *Etiam quum adhuc ipse Petrus erat, & cum adhuc ipsi Apostoli erant in hac carne, & in hac vita: tunc ait ille vnus, in quo omnes vnum sunt: Alias oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili: oportet eas, & me adducere, vt sit vnus grex, & vnus Pastor. Sint ergo omnes Pastores in vno, & dicant vocem Pastoris vnam, quam audiant oues, & sequantur Pastorem suum, id est, non illum, aut illum, sed vnum: & omnes in illo vnam vocem dicant, diuersas voces non habeant.* Sic Augustinus olim exordium Vnitatis, non in Petro, quemadmodum Turrianus, sed in Christo quærebat, vnius ouilis vno Pastore.

Ioan.17.
Gal.3.
Eph.2.
Ioan.10.
Ezech.34.
Esa.40.&c.
In Ioan.hom. 59.
In Ioan. tract.46.
De pastorib.

TVRR. *Vt lex humana regnum temporale super Regem ædificat, ita Lex Euangelica Regnum spirituale, quod est Ecclesia, super Petrum, & eius successores ædificauit.* Quod si optimum regni genus est, in quo regnatur, vt inuit Aristoteles, administrationis domesticæ ordinem æmulatur, consequens necessariò est, vt Ecclesia id genus regni sit, cui vnus præsit. Quare quum promisit Dominus se

XXV.
Pag.124.
Pag.133.

ædificaturum

[illegible] ſuper petram, Petrum compellans, ſimul promiſit ædificare ſuper ſucceſſores Petri, primi patrisfamilias in domo ſua.

Matt.20. SADEEL. Iuxta illud, *Reges Gentium dominantur eis: vos autem non ſic.*
Marc.16. Nonne te pudet, Turriane, petere ſimilitudinem ab ea re, in qua nominatim Chriſtus diſſimilitudinem eſſe voluit ac præcepit? Quod
quum Paulus intelligeret, neque vana illa legis humanæ, & regni temporalis ſimilitudine duceretur, mentem potius Chriſti tenens, & vim
2.Cor.12. Apoſtolatus expendens, profitebatur *ſe nihilo fuiſſe aliis Apoſtolis inferiorem*: quem locum tibi obieceram, & quia nihil reſpondes in tua defenſione, tibi locum eundem repono. Loquitur enim Paulus vniuerſaliter,
quum ſe negat aliis inferiorem. Quinetiam Petrus non tantùm vetat
1.Pet.5. Presbyteros dominari clero, ſed ſe ipſe etiam compresbyterum appellat. Verumenimuerò quia tibi placet ſimilitudo *familiæ, & Catholicam Eccleſiam cum familia comparas*, velim ex te reſcire, Turriane, cur
non Chriſtus paterfamilias tibi ſatisfaciat, ſed ad Petrum potiùs recurras. Multæ ſunt parabolæ in quibus Eccleſia ſignificatur familiæ ſimilitudine, ſed nomen patrisfamilias nuſquam alio, quàm Deo, & Chriſto
Matth. 13. & tribui videmus. Ac ne mihi ſinguli loci commemorandi ſint: *Si ipſum pa-*
20. & 21. & c. *tremfamilias Beelzebub vocauerunt*, inquiebat Chriſtus, *quantò magis domeſ-*
Matth.10. *ticos eius?* Tu verò non vereris ex vocare Petrum, *primum patremfamilias in domo Dei*, nonne ſentis te blaſphemum eſſe aduerſus Chriſtum, quem ſi poſſis, libenter de ſolio deturbes, vt rem tui Pontificis augeas? Petrúmne *primum patremfamilias in domo Dei*? Quo igitur ordine Chriſtum numerat? Quamquam quid tibi vis, dum *primi patrisfamilias* mentionem facis?
Itáne apud vos familiæ conſtitutæ ſunt, vt habeant multos patresfamilias? *At Eccleſia eſt domus Dei*, vna non plures: ac propterea vnum patrem-
1.Timoth.3. familias habet: *Et in ea eſt vnum regnum*, non multa: ac proinde vnum re-
Luc.1. gem agnoſcit. Abi igitur inepte, qui nunc te prodis æquè ignarum œconomum, ac antè imperitum architectum, &, quod grauius eſt, peſſimum Theologum. Iam quod Ariſtotelem aduocas, ridiculè facis, qui de humana tantùmque politia diſſerens, de rebus cœleſtibus non cogitabat: niſi fortè velis propter hæc eiuſdem Ariſtotelis verba, *Qui iubet legem imperare, iubet ſolum Deum & leges imperare.* Regnet igitur lex Euangelica in Eccleſia, vt in illa regnet Deus, Tui verò Pontificis regnum contra legem Euangelicam conſtitutum, funditus ac radicitus extirpetur.

TVRRIANVS. *Fundamentum Eccleſiæ miniſteriale, fundamentum miniſtrans* [illegible] *, qui eſt Petrus,* [illegible] *non eſt fundamentum*
XXVI. *miniſteriale,* [illegible] *)* 1. Cor. 3. *Dei ædificatio eſtis.*
Pag.125. *Ibi exponit Paulus quid Chriſtus dixit, ædificaturum ſe Eccleſiam ſuper vnum*
Pag.127. *qui eſſet* [illegible] *Eccleſiæ.*

SAD. Iam de *fundamento miniſteriali* paulò latiùs diſſeris, quàm antè, nec meliùs tamen. Ita enim definis, vt *Petrus ſit fundamentum miniſtrans*: quod cùm ſcriberes, miror te riſum tenere potuiſſe, cur tam facilè noſtra riſui moueretur. Cùm agamus de ædificandæ Eccleſiæ fundamento, & hanc ſimilitudinem Chriſtus vſurpet, ſeruanda certè fuit analogia. Ecquis autem ita vnquam vel loquutus eſt, vel loquentem alium audiit, præter Turrianum, nouum in omnibus artibus hominem, vt diceret *in ædificio eſſe fundamentum ſubminiſtrans?* Quid audio? Multos quidem fundamenti iaciendi artifices, vel, ſi mauis, miniſtros eſſe poſſe, perſpicuum eſt: ſed, *ipſum fundamentum eſſe miniſtrans,* ne fando quidem auditum eſt. Verùm, obſecro, noue architecte, iſtud tuum *fundamentum miniſtrans* quid miniſtrat? ipſum ſcilicet fundamentum. Cur igitur non potiùs dicis Petrum fuiſſe, non fundamentum, ſed *fundamenti iaciendi miniſtrum?* Atenim, ædificium non ædificatur ſuper miniſtros ædificij, ſed potiùs per ipſos ædificij miniſtros. Quare Eccleſia non poteſt ædificari ſuper fundamentum miniſtrans, ſed ſuper fundamentum miniſtratum. Cæterùm, ecquid erit cauſæ, quamobrem reliqui Apoſtoli non ſint etiam cenſendi miniſtri fundamenti Eccleſiæ, non autem Petrus ſolus? Te verò manifeſtè refellit Paulus, qui *ſe Corinthiorum Eccleſiæ fundamentum ieciſſe* profitetur, & alibi affirmat *ſe ſuper alienum fundamentum non ædificaſſe.* 1.Cor.3. Rom.15. Quòd addis, *doctrinam Apoſtolorum non eſſe fundamentum miniſteriale,* pugnat cum eo, quod ſuprà dixiſti, *doctrinam Apoſtolorum eſſe didaxin:* nam ipſa *didaxis* ad miniſterium pertinet. Quòd ſi nomine *doctrinæ* intelligas non *didaxin,* ſed *didachen* (vt. Act. 2. verſ. 24.) tunc Apoſtolorum doctrina eſt verum Eccleſiæ fundamentum, nempe Chriſtus filius Dei viuentis: *quod fundamentum dicit Paulus ſe poſuiſſe,* quemadmodum & reliqui Apoſtoli fecerunt. Sed nos rurſus reuocas ad naturam Relatorum, in qua te mirificè verſatum iam ſæpe deprehendimus. *Sic Eccleſia,* inquis, *fundata eſt ſuper doctrinam à Petro annuntiatam, ergo fundata eſt ſuper ipſum Petrum.* Quamobrem, obſecro? *quandoquidem,* inquis, *doctrina à Petro annuntiata, & Petrus doctrinam annuntians, idem re ſunt, ratione tantùm differunt.* Vtinam verò tu aliquid rationis habeas, ne tam abſurdè ratiocineris. Itáne confundis doctrinam, hoc eſt, actionem Petri docentis, quæ *didaxis* eſt, cum doctrina, hoc eſt, cum re ipſa quæ docetur, quæ eſt διδαχή? Vtrùm te hoc loco peritiorem oſtendiſti, linguæne Græcę, an Latinę? Ergo iam audi & ſenti, bellam hanc tuam fallaciam homonymię in caput tuum reiectam. Si Eccleſia eſt ædificata ſuper Petrum docentem, ergo non poteſt eſſe ædificata ſuper tuos Pontifices, quia actio Petri, non eſt actio tuorum Pontificum, (ſiqua poteſt eſſe actio eorum, qui nihil agunt) & Petrus docens, non eſt idē quod Pontifex non docens: imò etiamſi doceret, tamen perſona Petri docentis, nō eſſet perſona Pontificis docentis, ipſa natura reclamante, ac te iampridem ex Philoſophorū theatro explodente. Quis porrò, vel tantulum in Philoſophia verſatus, auditis tuis iſtis monſtris non ingemiſcat? Tène Philoſophi nomen affectare, qui Actionem in ſubiecto indiuiduo re ipſa cū ipſo ſubiecto & cū ipſa prima Subſtantia confundis? Sed hæc hactenus, ne tuas nugas aliquanti facere videamur, dum iis refellendis ſumus longiores. Deniq; hæc verba Pauli (*Dei ædificatio eſtis*) quum exponis de Petro, ſuper cuius fundamentum Paulus ædificauerit (qui *ſuper alienum fundamentum non ædificauit, &* qui ſolum Chriſtum poſuit pro fundamento, vt ille ipſe teſtatur) hoc iam non eſt ſomniare, ſed delirare, aut eò etiam aliquid deterius. Rom.15.

XXVII. Pag.129.

TVRRIAN. *Sequitur in libro tuo omnium nugarum & malitiarum cuniculo* cula: *Natura, inquis, non patitur vt idem ſit miniſter ædificationis & fundamentum. At non intelligis quod loqueris: nam miniſter ædificationis & fundamentum miniſteriale ædificationis, idem ſunt, ſicut tunica & veſtimentum, quę idem ſunt ſubiecto & ratione, vt tradit tuus Ariſtot. lib. 3. Phyſ. Nam eſſe Petrum fundamentum ædificationis Eccleſiæ, eſt eſſe miniſtrum Chriſti, ſuper cuius miniſterium ædificat Chriſtus Eccleſiam ſuam. Itaque Petrus ædificauit ſuper Chriſtum, & Chriſtus ſuper Petrum, ſed tu omnia confundis, omnia turbas & miſces, dum non intelligis quæ loqueris, neque de quibus affirmas.*

Sadeel. Librum meum, quando ita vis, patior eſſe non omnium quidem, ſed tuarum ſaltem *nugarum & malitiarum euerriculum*: cuius vocabuli vim magis perſpectam habere debuiſti, qui aliquando Iuriſconſultos in hanc cauſam vocas. Nam *iudicium de dolo malo, Cicero malitiarum omnium euerriculum appellauit*. Tu verò nihil tale cogitans, meum librum cum iudicio de dolo malo comparaſti, quo euertantur & eiiciantur tuorum ſophiſmatum malitiæ. Quòd ſi dolus tuus eſt adeò malus, & ipſa tua malitia adeò tenax, vt ex te euerri non poſſit: ſpero tamen volente Deo futurum, vt fallaciæ tuæ ex eorum animis, qui libros tuos legerunt, eiiciantur: niſi ſint ex eorum numero, quibus magis placet mendacium quàm veritas: de quibus Auguſtinus: *Multi amant ſuam ſententiam, inquit, non tanquam veram, ſed tanquam ſuam.* Pergis autem ſomniare de fundamento illo tuo miniſtrante, de quo paulò antè locuti ſumus. Nec tegit tuos errores *tunica illa, & veſtimentum* ex Ariſtotele citatum, *quæ duo dicis eſſe idem* (quod falſum eſt, nec tu verba Ariſtotelis rectè intellexiſti) licet enim ſint quædam vocabula, quorum ea eſt natura vt rem vnam eandèmque ſignificent, vt *indumentum & veſtimentum* & conſimilia: tamen hoc nihil habet commune cum *Petro miniſteriali fundamento*: hic enim nullum eſt vocabulum, quod non ſuam ac diſtinctam habeat ſignificationem. Iam accipe quomodo à teipſo diſcrepes: ſuprà dixiſti *doctrinam à Petro annunciatam, & perſonam Petri doctrinam annunciantis, re idem eſſe ratione tantùm differre*. Nunc dicis *miniſteriale fundamentum & miniſtrum ædificationis, eſſe idem ſubiecto & ratione, vt tunica & veſtimentum*: quod quàm conuenienter dictum ſit, ipſe apud te cum otio conſiderabis. Non ſunt autem affingendæ nouæ ac prorſus alienæ ſignificationes vocabulis. Non enim rectè dicitur, *Chriſtum ædificare ſuper miniſterium*, ſed per miniſterium: atque id conuenit tam Petro, quàm reliquis Apoſtolis, vt antè à nobis dictum eſt. Quamobrem dum ais me omnia confundere, turbare & miſcere, me profectò depingis tuis coloribus qui *didaxin* cum *didache*, qualitatem cum ſubſtantia, actionem cum agente, actionem agentis cum opere, miniſterium vt eſt actio miniſtrantis cum miniſterio, vt eſt officium, miſces & confundis. Denique qui miſces & confundis Petrum agentem cum Pontificibus inertibus & otioſis: Petrum docentem cum Pontificibus mutis: Petrum ædificantem cum Pontificibus diruentibus: Petrum miniſtrantem cum Pontificibus regnantibus, magnaque miniſtrorum ac ſatellitum multitudine ſtipatis, adeóque reges ipſos ad pedis oſculum adigentibus. Sic tu, Turriane, tuíque Pontifices iampridem omnia confunditis, omnia turbatis ac miſcetis.

Conf. lib. 12. cap. 25.

XXVIII. pag. 130. & 131.

TVRRIAN. *Obiicis Petri miniſterium non potuiſſe eſſe perpetuum: at gratulor tibi quod non ignoras ſucceſſores, & eum cui ſuccedunt, vnum dici; nam vnum dicuntur, quorum ratio, quæ ſubſtantiam explicat, eadem eſt, inquit Ariſtoteles lib. 5. primæ Philoſophiæ. Pontifices autem nec vt homines, nec vt Pontifices à Petro, nec inter ſe differunt: vna enim & eadem ratio chariſmatis Pontificalis eſt. Eſſe enim maiorem aut minorem ſanctitate, non facit quin vnum ſint, vt triangulus maior & minor, ſi ſunt vnius ſpeciei, vnum dicuntur.*

SADEEL. Rurſus ad tuam confuſionem, tuùmque illud chaos reuolueris, qui *Miniſterium officium cum Miniſterio, vt eſt actio miniſtrantis,* confundis. Obieci & rurſus obiicio (neque tu meam obiectionem diſſolues, quia *fortiſſima eſt veritas*) Petri miniſterium non potuiſſe eſſe perpetuum, quocunque tandem modo miniſterium intelligas, ſiue de miniſtrantis actione vt facis: ſiue de officio, hoc eſt, de Apoſtolatu. Nec enim perpetuò miniſtrat Petrus: atque ita, ceſſante Petri actione, ceſſauit quoque miniſterium Petri miniſtrantis. Deinde ipſum Apoſtolatum non eſſe perpetuum, antè probauimus. Quid tu hic autem? Scilicet mihi gratularis, *quòd non ignorem ſucceſſores, & eum cui ſuccedunt, vnum dici. Ex quo fit vt Pontifices nec à Petro, nec inter ſe differant.* Abſit verò à me inepta illa ſcientia de qua mihi perperam gratularis. Nam vnde tandem colligis, me illud non ignorare quod ponis, hoc eſt, me ſocium eſſe ac participem ignorantiæ tuæ? nempe ex his meis verbis: *Reſpondit Turrianus, Petrum non per ſe quidem eſſe perpetuò in terris, ſed in ſucceſſore ſuo, videlicet Romano Pontifice.* Agnoſco equidem mea verba, ſed tuam interpretationem longè à me reiicio, nec vllus vnquam id quod mihi imponis, ex meis illis verbis colliget. Atque vt mittamus ſtolidam illam tuam gratulationem (quám tibi reuocandam cenſeo, vt alibi feciſti pag. libr. tui 155.) Quorſum iſta tua regula ab Iuriſcõſultis potiùs quàm à Theologis petita, *Succeſſores & eum cui ſuccedunt, vnum dici?* Nam vt *miniſteriũ miniſtrãtis Petri, ſit miniſteriũ Pontificis,* neceſſe eſt illos non vnum dici, ſed vnũ eſſe numerò, quod fieri non poteſt, ac propterea nihil te iuuat iſta tua regula de ſucceſſoribus. Præterea tu principiũ petis, qui perinde loqueris de Petri ſucceſſoribus, ac ſi ego concederem tuos Pontifices eſſe Petri ſucceſſores. Tu verò egregiè, ſcilicet, probas *Petrum & Pontificẽ vnum eſſe, quia Pontifices ſunt homines, vt Petrus fuit, & habent chariſma Põtificale vt Petrus habuit:* Garris, mi homo, non diſputas, qui toties *Pontificale chariſma* nobis repetis, non Petro tantũ & reliquis Apoſtolis, ſed omnibus Veteribus, adeóq; tuis Patrib. Scholaſticis incognitũ. *Chariſma* autẽ *Petri,* cum ſit donũ planè perſonale, non magis poteſt eſſe chariſma Pontificis, quàm Petrus ipſe poteſt eſſe hic vel ille Pontifex Romanns. Nec verò (vt id ſcias) rectè dicitur, Petrum eſſe vel in ſuo ſucceſſore, vel ſuum ipſius ſucceſſorem. Hoc enim loquendi genus (niſi metaphoricè & Catachreſticos vſurpetur) contradictionẽ implicat. Nam ſucceſſio infert neceſſariò abſentiã eius cui ſuccedítur. Nec porrò tua *triãgula* moror (ſic .n. me à Theologia ad Mathematicos reuocas) quãdoquidẽ licet inane & in pariete depictũ triangulũ, vocetur triangulũ, longè tamẽ differt ab aureo triangulo, cuius vſus poteſt eſſe maximus. Quantò igitur magis differunt tui Pontifices à Petro

cum

cúm illi nomen tantùm miniſterij Apoſtolici, & eius titulum adumbratum depictúmque habeant, non autem veram eius definitionem? Quamobrem miror eò te inſcitiæ, vel æſtu diſputationis, vel ipſa ingenij tui leuitate raptum, *vt Petrum, & Pontifices compares cum triangulis, qui dicuntur vnum, eò quod ſunt vnius ſpeciei*. Sic enim Apoſtolatum conſtituis ſpeciem, cuius Petrus & Pontifices ſint indiuidua. I nunc, Turriane, noue ſpecierum & triangulorum fabricator, & poſthac aude nobis reponere iſtud tuum *ſingulariter*, quod de Petro toties inculcas. Atque vt vno verbo tranſigam, nego tuos Pontifices eſſe cum Petro vnum numero (ſic autem Chriſtus, *Tu es Petrus*, inquit, vnum numero ſignificans:) nego eſſe vnum ratione: nego Pontifices eſſe vel Petri ſucceſſores, vel Apoſtolos: nego denique eſſe veros Epiſcopos Chriſti miniſtros. Quid ergo? Certè (quoniam ita vis) ſint per me licet inania & inutilia triangula in parietibus depicta.

XXIX. Pag 131. 132. TVRRIAN. *Dicis in extrema pag. libelli tui, Petrum nullum ius in reliquos Apoſtolos habuiſſe, & ſi habuiſſet ad ſucceſſorem tranſmittere non potuiſſe: Itaque diſſeris in vtramque partem, & dicis idem eſſe & non eſſe: At nos non quærimus probabilia, ſed neceſſaria.*

SADEEL. Scilicet neceſſaria quæris, hoc eſt, ea quæ tibi videntur ad tuendam tui Pontificis authoritatem neceſſaria, quæcunque tandem illa ſint, ea quæris, ea comminiſceris, neque in ea re tibi quidquam nefas eſſe ducis. Malè autem exiſtimas me in vtramque partem diſputare, dum tui medij falſi partes, omnes falſas conuinco & demonſtro: qua de re nos alio in loco loquuti ſumus. Atque hanc diſputandi rationem ſi ignoras, conſule ſuper hac re tuam Academiam, ſiquam habes.

XXX. Pag. 132. 133. TVRRIAN. *Ais nullum verbum eſſe in loco Matthæi de ſucceſſore Petri. Reſpondemus nihil referre vtrum verbum ſucceſſoris ibi ſit, an aliud verbum in quo vis ſucceſſoris inſit: non enim Chriſtus ſeculo tantùm Petri conſultum eſſe voluit: ex his efficitur, Cum dixit Chriſtus, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. in illa petra ſucceſſores Petri comprehendiſſe.*

SADEEL. Chriſtus noluit ſeculo Petri tantùm eſſe conſultum, ac propterea noluit Eccleſiam ædificare ſuper Petri perſonam, vt tu vigilans ſomnias, ſed voluit Eccleſiæ fundamentum manere perpetuum: manere, inquam, per ſe, non per ſucceſſores, quemadmodum diſſeruimus in Summa huiuſce diſputationis. Quia verò in his Chriſti verbis hæres, *Ædificabo Eccleſiam meam*: nunquámne intelliges eum qui ædificat, non ſemper iacere fundamenta? Petri & reliquorum Apoſtolorum temporibus, iacta ſunt Eccleſiæ fundamenta, *inde ſurgit ædificium, & creſcit atque augetur* vt inquit Paulus. Ipſum autem fundamentum ſemel poſitum non dicitur creſcere. Expendamus igitur verbum *ædificandi*, atque ita dicamus in eo duo conſiderari, nempe artificem & opus ipſum. Artifex eſt Chriſtus: ſic enim ille, *ædificabo*, inquit: nec locum reliquit ſucceſſori, de ſe enim dixit per futurum tempus, *ædificabo* (hoc enim ſoles inculcare) Opus autem, eſt ædificium ipſum, in quo non conſideratur ſucceſſio, ſed incrementum, vt patet ex illo Pauli loco, quem attuli: alioqui fundamentum Eccleſiæ eſſet in perpetuo fluxu, quod abſit. Itaque vides verbum iſtud Chriſti, *Ædificabo*, non eſſe ad ipſa fundamenta reſtringendum, ſed pertinere etiam ad ipſum progreſſum ædificationis. Ac propterea ad tuã illam Pontificum & fundamenti ſucceſſionem non poſſe pertinere. Mirum eſt autem quod addis, Pontifices fuiſſe nomine Petræ comprehenſos. Quod ſi ita eſt, Petra igitur eſt nomen collectiuum. At, tu ſæpiſſimè repetis, *Petro dictum fuiſſe ſingulariter, ſuper hanc petram, &c.* Si *ſingulariter*, ergo non collectiuè. Quid porrò ſibi vult particula demonſtratiua, *hanc?* Tibinè videtur poſſe conuenire cum eo quod collectiuè dicitur? Quidni autem, cum nihil tam abſurdum ſit, quin id tibi placeat, modò ad tuam tuique Pontificis rem facere videatur?

XXXI.
Pag. 135.
2. Pet. 3. 18.

TVRRIAN. *Cedo tabulas, inquit, de Petri ſucceſſore, planis, expreſſis & dilucidis verbis. Annon legiſti in 2. Petri eſſe quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, &c. Percontor à te quare illa difficilia intellectu non fuerint in epiſtolis Pauli & in cæteris Scripturis, planis, expreſſis & dilucidis verbis explicata. Aut quænam eſt alia ratio intelligendi quæ in Scripturis de dogmatibus obſcurè ſcripta ſunt, quàm traditio Eccleſiæ à ſanctis Apoſtolis relicta? Præterea habes verbum, licet non ita planum & expreſſum in loco Matthæi: hoc verbum eſt, Petra: cùm enim petra firmitudinem ſignificet, & Petrus qui erat hæc petra morte permanere non poſſet, conſequens erat vt alij ſuccederent, qui eſſent ſpecie hæc eadem petra.*

SADEEL. Locum Petri nec benè intelligis, nec commodè applicas. Petrus dicit *quædam eſſe in epiſtolis Pauli difficilia intellectu:* ſed non omnia. quinetiam remedium ipſe Petrus adhibet, nempe vt creſcamus in cognitione Chriſti: quod proculdubiò fiet ipſis Scripturis piè & attentè perlegendis: quod veſtri Canones negare non auſi ſunt, ſaltem in eo loco quem tibi obieceram, & quem ſilentio præterire maluiſti: *Ex ipſa Scriptura* (inquit veſter Canon, à quo longè receditis) *oportet capere ſenſum veritatis.* Et Auguſtinus admonet *locos difficiliores ex aliis Scripturę locis dilucidioribus eſſe explicandos.* Tertullianus autẽ, *Æquum eſt, ait, obſcura de manifeſtis præiudicari.* Qua de re tota ac de tuis Traditionibus, quas tu nobis hic obtrudis, ſcilicet accõmodatas ad exponẽdos locos obſcuriores Scripturę, fuſè egimus in Diſputatione noſtra *De verbo Dei Scripto aduerſus humanas traditiones.* Vnum hic dicam: te perperam, hoc eſt, tuo more ita concludere. Si quædã ſunt difficilia in epiſtolis Pauli, idcirco locum Matthæi, de quo diſputamus, eſſe difficilem: adeò vt ſi tibi credamus, nobis ad Traditiones Apoſtolicas, id eſt, Anacletũ, Leonem, & reliquos Rom. Pontifices recurrendum ſit, vt ex impuris eorum fontibus puram huius loci intelligentiã hauriamus. Ecquod enim eſt iſtud diſſerendi genus? Quędam ſunt obſcura in Pauli ſcriptis, ergo hic locus Matthæi eſt obſcurus. Audi ſaltem Auguſtinum ita diſtinguentẽ: vt *licet multa ſint* (inquit) *in Scriptura multiplicibus myſteriorum vmbraculis opaca, tamen ad ea quę neceſſaria ſunt ſaluti, non tanta peruenitur difficultate.* Item: *In iis quæ apertè in Scriptura poſita ſunt, inueniuntur illa omnia quæ continent fidem moreſque viuendi.* Hæc ille: tu verò, Turriane, nihil aliud nobis occinis in tuis libris, quàm *Romani Pontificis principatum eſſe adeò neceſſarium Eccleſiæ, vt ſine eo Eccleſia eſſe non poſſit.* Hoc igitur præcipuum

Can. Relatum. diſt. 37.

De Reſur. carnis.

Ad Voluſiam Ep. 3.

De doct. Chr. lib. 2. cap. 9.

fidei noſtræ caput (ſi Turrianum audimus) non extare dilucidis atque expreſſis Scripturæ teſtimoniis: ipſúmne ita latere in ſolo vocabulo Petræ, quod Chriſtus apud Matthæum vſurpauit, vt nullus Apoſtolus rem tanti momenti inde nobis vnquam in ſuis ſcriptis eruerit, & in clariſſima cognitionis luce ante omnium oculos conſtituerit? Sic igitur accipe, Turriane, ſiquæ ſunt difficilia apud Paulum, ea non pertinere ad hanc quæſtionem, quam ipſe Paulus verbis hiſce apertiſsimis definiuit. 1.Cor.3. *Nemo*, inquit, *poteſt ponere aliud fundamentum præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus*: ne mihi ſint alij loci cõmemorandi, facillimi, clariſſimi, expreſſiſſimi, quos nihilominus corrumpere falſis interpretationibus conamini: eò videlicet iniquiores illis hæreticis, de quibus loquitur Petrus, quòd illi locos obſcuriores detorquebant ſuo ipſorum exitio: vos autem locos Pauli quantumuis licet planos atque perſpicuos, in alienum ſenſum detorquetis. Venio ad verbum *Petræ*, quo gloriaris, & affirmas eſſe expreſſum illud verbum Dei, quod abs te flagito: *quia Petra*, inquis, *ſignificat firmitudinem*. Imò verò vel ea ratione colligo petram nihil ad tuum Pontificem pertinere, quandoquidem nec in illo, nec in eius cauſa aliquid firmi reperio, niſi fortè hanc Petræ firmitatem illi tribuis, eò quòd in ſublimi ſolio ſedens & defixus manet, tanquam Marpeſia cautes; interim dum alij ad eius genua prouoluuntur. Putas fortaſſe me ridere, Turriane, ſed ego ita loquor fretus etiam tuis verbis, dum ais *tuos Pontifices eſſe eandem petram ſpecie*. quod loquendi genus vides quid ſignificet: mihi ſanè permirum viſum eſt, atque, ſat ſcio, nouum admodum videbitur omnibus Philoſophiæ candidatis, quibus nunquam perſuadebis, quum dicitur *Hæc petra*, petram poſſe eſſe ſpeciem, cùm ſit *particulare*. Sed tu ſcilicet ita maluiſti tuos Pontifices ad Petræ, quàm ad hominis ſpeciem, referre. Nos verò Petræ firmitatem in ipſo Chriſto conſtituimus, quem propterea Scriptura ſæpe nomine Petræ ſignificat, & quem ſuam à Pontificibus firmitatem mutuari, abſit vt dicamus. Atque hæc de Petræ firmitate, & de infirmiſſimo Turriani argumento.

XXXII. Pag. 136. TVRRIAN. *Ad Hebræos 7, quod morte prohiberentur permanere, &c. cur non idem dices in nouo Teſtamento? Reſpondebis fortaſſe quod ſequitur in contextu, Chriſtum, quòd manet in æternum, perpetuum habere Sacerdotium: At ſi Chriſtus ſatis eſt, quomodo putauit habere vos ſacerdotes à Luthero ordinatos?* pag.137. *Si quæram, Antoni, vbinam de ſacerdotibus & eorum ſucceſſione in Scriptura nunc ſcriptum ſit: reſpondebis. 1.Cor.12. Deus dedit primùm Apoſtolos &c. Et ad Epheſ.4. Alios dedit Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, &c. At hîc non dixit, poſuit Doctores & ſucceſſores eorum.*

SADEEL. Rectè præuidiſti meam reſponſionem, quam non tollis tua obiectione. Nec enim dicimus nos egere alio Pontifice quàm Chriſto, & vos, quòd id affirmetis, veſtríſque legibus ſanciatis, reiicimus, & ad vnici illius Pontificis ſimul ac Regis æterni iudicium remittimus, qui proculdubio veſtris erroribus, veſtríſque Pontificibus euerſis æternum ſuum Pontificatum aſſeret. Paſtores autem noſtros non eo loco habetis. Nam apud nos Chriſtus in ſuo verbo auditur, ac fide percipitur, cùm eum vos, quoad eius fieri poteſt, ſacrificare, & certè in ſuis membris mactare ſoleatis. Cæterùm obiicis *quòd Paulus ad Epheſios.4. dixerit Paſtores & Doctores, non autem, ſucceſſores eorum*. Nimirum non hos vel illos Paſtores & Doctores nominatim ſignificauit. Itáque quum dixit Paſtores & Doctores, eos ſignificauit qui fuerunt, & qui ſunt, & qui futuri ſunt, ita poſtulante loci circumſtantia. Nam Paſtorum priorum ſucceſſores, ſunt Paſtores, nomine non mutato. At vos (ita cogente rei veritate) veſtros illos ſucceſſores, vel Apoſtolos, vel Prophetas, vel Euangeliſtas nunquam appellare auſi eſtis. Qua de re plura iam alibi à nobis dicta ſunt. Quid autem hoc pertinet ad Matthæi locum, & ad nomen Petræ de quo diſputamus? Petrum enim Chriſtus nominatim compellat, adeò vt ſi locus hic ad ſucceſſores eſſet porrigẽdus, proculdubiò dicturus fuerit, ſuper te & ſuper tuos ſucceſſores: quod non fecit, licet id veſtris argutiis probare conemini, & quidem fruſtra. XXXIII.

TVRRIAN. *Portę inferi non præualebunt aduerſus eam, inquit: quibus ſatis declarat ſucceſſores Petri in hac Petra contineri, quia nulli Imperatores Romani, nulli Tyranni, nulli hæretici cathedram Petri in ſucceſſore Petri delerę potuerunt.* Pag.134.

SADEEL. Imò verò hinc colligimus Eccleſiam Romanam non eſſe illam Eccleſiam de qua Chriſtus loquutus eſt, cùm aduerſus eam iampridẽ innumerabiles errores (qui etiã nomine portarũ inferi ſignificãtur) præualuerint. XXXIIII. Miror autem qui fieri potuerit, vt in hoc argumẽto Pag.141. tu Romanorum Imperatorum memineris, quorum ſedem Pontifices Pag.142. Romæ euerterunt, vt ſuam illam Petri cathedram Romæ collocarent.

TVRRIAN. *Non negamus communicatam fuiſſe poteſtatem clauium regni cælorum cum cæteris Apoſtolis, ſed dicimus illis fuiſſe communicatam per Petrum, vt dicit Leo Papa. Quod ſingulariter dictum eſt Petro, tibi dabo claues, &c. idipſum ſingulariter vnicuique ſucceſſori Petri dictum eſt: Petrus enim & eius ſucceſſores vnũ ſũt.* Pag.143. *Dicis Apoſtolos omnes interrogatos ore vnius Petri, reſpondiſſe: ergo quod factus eſt Petrus os omniũ Apoſtolorũ, argumentũ eſt fuiſſe caput & principem Apoſtolorum, in quo, tanquam in capite, illorum ſententia continebatur.*

SADEEL. Nos verò nec tuo Leoni Papæ credimus, ſed credimus Ioan.20. Ioanni, qui narrat Chriſtum ipſum per ſe, non per Petrum *flauiſſe in Apoſtolos, & dixiſſe, Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c.* Cæterùm, ſi ſingulariter Petro dictum eſt, certè non dictum eſt communiter cum aliis. Hæc enim pugnant, vt alibi copioſiùs nobis dictum eſt, ne mihi ſint vrgenda hæc Chriſti verba, *Tibi dico*: Item: *Tu es Petrus*: quæ ad tuam illam communem ſingularitatem, & ſingularem communitatẽ referri nullo modo poſſunt. Nunquam enim facies vt vnũ indiuiduũ multa indiuidua comprehendat. Quòd poſtremò argumẽtaris *ab ore ad caput*, dignus es cui poſthac os obturetur, niſi velis meliùs ratiocinari. Apoſtoli dicuntur ore Petri reſpondiſſe, quia ratã habuerunt eius reſponſionem & confeſſionẽ: quod ni ita eſſet, eos profectò Chriſtus denuò interrogaſſet. Eos autem quorum ſermonem ratum habemus, eſſe capita noſtra, nemo præter te vnquam dixerit. Nec verũ eſt quod addis, *reliquorum Apoſtolorũ ſententiã in Petro, tanquam in capite, fuiſſe comprehenſã & contentam*. Quũ enim hic ageretur de fide, vniuſcuiuſque fides in ipſius animo continebatur. *Iuſtus* enim, inquit ille, *ex ſua fide viuet*. nec dum reperta erat veſtra illa *fides implicita* rudiorum, quam vultis in capite veſtri Pontificis contineri, quæ hominum animos ignorantiæ, & dubitationis laqueis reuera implicauit. Sed heus tu, Franciſce, mihi hoc loco non parua ſubit dubitatio, quam ego à te, ſi poſſis, ſublatam velim. Affirmas *Petrum fuiſſe os omnium Apoſtolorum, & reliquos Apoſtolos ore Petri fuiſſe locutos, Chriſtoque interroganti reſpondiſſe.* Rurſus ais eam ob cauſam *Petrum fuiſſe Apoſtolorum principem, tuóſque Pontifices eſſe Petri ſucceſſores*. Qui fit igitur vt *Epiſcopi illi maiores & minores* ex tua diſtinctione, non loquantur ore Pontificis perpetuò tacentis, (præſertim quoties agitur de Chriſto confitendo) ſed ille contrà ſoleat aliorum ore loqui? vt ipſemet infrà dicis pag. lib. tui 180. qua in re nullum vel ſucceſſionis, vel ſimilitudinis veſtigium reperio. Tu ſi perſpicacior es, nobis illud, ſi placet, commonſtrabis.

XXXV. Pag. 144.

TVRRIAN. *Cur diſſimulaſti quod Matthæi cap. 17. ad præſtantiam Petri ſupra reliquos Apoſtolos planè pertinet? Qui didrachma accipiebant, acceſſerunt ad Petrum potius quàm ad alios, nempe quem videbant ab aliis Apoſtolis iam honorari, vt is Chriſtum de tributo ſoluendo admoneret: tum Chriſtus Petrum rogauit quid ei videretur. Porro Petrum ſibi annumerauit, inquiens, Ne ſcandalizemus eos: Denique Chriſtus iubet Petro, vt pro Chriſto ipſo & pro ſe ſoluat: Da, inquit, eis pro me, & te. Itaque Petrus ſoluit tanquam caput aliorum Apoſtolorum. Erat fortaſſe tributum eiuſmodi vt qui pauper eſſet, didrachma pro ſe ſolueret, & alterum tantùm pro familia eius: ſed de hoc coniecta vt voles.*

SADEEL. Quia planis expreſſiſque locis videt ſe deſtitutum Turrianus, ad allegoricas expoſitiones recurrit: quæ quantum valere debeant in tractationibus Theologicis iam alicubi à nobis expoſitum eſt. Quòd ſi velim ſequi Hieronymum, locum hunc allegoricè tractantem, dicam, *pro Petro perſolutum fuiſſe tanquam pro peccatore, cum Chriſtus peccatum non fecerit:* verùm *locus hic* (vt ipſius Hieronymi verbis vtar) *ſimpliciter intellectus ædificat auditorem*. Etſi autem nobis permittit Turrianus coniectare vt volemus, malumus tamen à curioſis ac vanis coniecturis abſtinere, quàm committere vt ſententia noſtra non argumentis, ſed coniecturis niti videatur, quemadmodum fecit Turrianus. Quamobrem allegorica interpretatione valere iuſſa, reſpondeo nihil hîc eſſe, quo vel Petri, vel Romani Pontificis commentitius ille principatus fulciatur. Cùm enim Chriſtus ſæpe Capernaum ventitaret, atque in ipſa etiam Petri domo vt plurimum verſaretur, nihil mirum ſi Capernatiæ, qui didrachma accipiebant, Petrum conueniunt, & admonent de didrachmis perſoluendis. Itaque nouum videri nõ debet, ſi *Chriſtus iubet non tantùm pro ſe, ſed etiam pro Petro ſolui:* tum quòd eum nominatim conuenerant, tum quòd in illa vrbe domicilium habebat: nihilque cauſæ video quamobrem Turrianus velit Romanum Pontificem principem declarari Publicanorũ Capernaitarũ ſuffragiis. Sed etiamnum ridiculum eſt, ex eo Petri dignitatem colligere, vel quòd ab eo didrachma exigatur, vel quòd ipſe cum Chriſto didrachma ſoluerit: quod ſubiectionis fuit, non dominationis indicium. Atque id facilè cognoſci poteſt ex ipſius Chriſti verbis. Iam ſi cum *Chriſto didrachma ſoluere*

In cap. Matt. 17. Ibid.

nere ad eximiam authoritatem pertinebat (vt vult Turrianus) ne iſtam authoritatem cum multis, iiſque infimis hominibus communicatam fuiſſe neceſſe eſt, qui didrachma non minus quàm Petrus, & quàm Chriſtus ipſe perſoluebant. Verumenimuerò, Turriane, non te tuóſque Pontifices pudet velle Pontificalem dignitatem ex eo aſſerere, *quòd Petrus didrachma ſoluerit*, cùm tamen omnem operam tui Pontifices dederint, vt non ſolùm eſſent à vectigalibus pendendis immunes, ſed etiam vndique tributa tum à viuis, tum multò magis à mortuis corraderent, nedum velint aliis tributa perſoluere? Atque hæc de drachmali (vt ita dicam) Romani Pontificis authoritate, quam Turrianus hac argumentatione ſua tantidem æſtimare viſus eſt.

TVRRIAN. *Ais nihil eſſe in verbis Chriſti quo cæteri Apoſtoli excludantur. Argumentaris ex Negantibus. Nihil eſt, inquis, quo cæteri Apoſtoli excludantur: Ergo ſuper cæteros Apoſtolos ædificata eſt Eccleſia, vt iam quæ vna eſt, duodecim Capita habeat, & vna domus duodecim Patresfamilias, & vnum Regnum duodecim Monarchas ſpiritualis poteſtatis, & duodecim clauigeros regni cœleſtis, qui nullum inter ſe primum clauigerum agnoſcant.* XXXVI. Pag. 145.

SADEEL. Ais me ex negantibus argumentari, quod falſum eſt: ſed ipſe nego quod tu malè affirmas, atque etiam meæ negationis rationem affero, cùm tu nullam afferas tuæ affirmationis. Ac profectò videris, vt multa alia, ita & hoc in Philoſophia ignorare, eſſe negantes aliquas demonſtrationes. Itaque negaui atque etiam pernego, aliquid eſſe in his Chriſti verbis apud Matthæum, quo reliqui Apoſtoli excludantur. Tu id probare nunquam potuiſti, nec vnquam poteris. Porrò addidi, conſtare ex aliis Scripturæ locis, id quod Petro dictum fuit ad reliquos etiam pertinere. Tu verò tuo more nugaris, dum exclamas *magnam à nobis fieri iniuriam Eccleſiæ Dei, quæ vna eſt vnius domus, quam in ea duodecim Patresfamilias conſtituimus*. Abſit autem à nobis vt plures vno Patrefamiliâs in domo Dei agnoſcamus: teipſum argue & condemna potiùs, qui in vno corpore duo capita, in vna domo duos Patresfamiliâs, in vno regno duos Monarchas eſſe, non tantùm ipſe ſomnias, ſed nos omnes iubeas etiam tecum ſomniare.

TVRRIANVS. *Ergo dum dixit quod illi ſolum fuerat Petro numero ſingulari: Quicquid ligaueris, &c. poſtea regni commiſit multitudini: Vide Leonem Papam. Conſtat etiam ex Luc. 24. multos diſcipulos cum interfuiſſe cùm Chriſtus dixit: Quorum remiſeritis peccata &c. Itaque ſequeretur omnes diſcipulos æquales fuiſſe Apoſtolis. Itaque datæ ſunt claues Petro ſingulariter & cæteris Apoſtolis communiter, ſed ſub Petro. Vnde Diſtinctio ſumma in Eccleſiaſtica Hierarchia.* XXXVII. Pag. 146. Pag. 147. 148.

SADEEL. Malo Chriſtum audire, quàm tuum illum Leonem pro ſuo illo principatu litigantem. Sic enim Chriſtus, *Quæcunque ligaueritis in terra &c.* Rectè igitur Auguſtinus: *Quando Petro dictum eſt*, inquit, *Tibi dabo claues regni cœlorum &c. vniuerſam ſignificabat Eccleſiam &c.* Dum autem hoc diſcrimen ſtatuis, *quòd in cap. 16. ſingulariter Petro datæ ſunt claues, & in cap. 18. datæ ſunt communiter*, tu ſemper tuo, hoc eſt, Sophiſtarum more, principium petis. Quin etiam cùm agnoſcas *reliquos Apoſtolos* (omnes enim Chriſtus interrogarat) *cum Petro reſpondiſſe*, cur non etiam illud quod In Ioan. tra. 224. Idem de doct. Chr. lib. 1. c. 18.

Petro dictum eſt, communiter quoque aliis dictum exiſtimas, quemadmodum fuit communis omnium reſponſio, communiſque omnium confeſſio, vnius Petri ore, nomine omnium edita? Quantum attinet ad locum Ioannis; *vbi dicis hæc verba Chriſti, Quorumcunque remiſeritis peccata, remiſſa ſunt &c, ad ſeptuaginta diſcipulos eſſe quoque referenda, quippe qui tum interfuerint, vt dicis conſtare ex Luca cap. 24.* Primùm dico te perperam id colligere ex Luca, qui vnam & alteram tantum apparitionem Chriſti poſt eius reſurrectionem commemorat. Ioannes autem Chriſtum ſæpius apparuiſſe teſtatur. Quamobrem illi duo loci, non ſunt confundendi, quemadmodum facis: ſed circumſtantiæ loci apud Ioannem ex illo ipſo Ioannis loco petendæ ſunt. Nomine autem diſcipulorum Apoſtolos intelligi patet ex Matth. cap. 28. *Vndecim, inquit, Diſcipuli profecti ſunt in Galilæam, &c.* Sed quid opus eſt multis? Quis enim tibi aſſentiatur quod concludis, *ſi interfuerunt 70. diſcipuli, propterea ſequi, vt eos cum Apoſtolis fuiſſe exæquatos?* Quaſi verò non ſatis diſtincti eſſent Apoſtoli, præclara illa & eximia ſui muneris dignitate, quæ potiſſimum eluceſcit ex his verbis: *Sicut miſit me pater, ita & ego mitto vos* (ne quid dicam de eo quod ſtatim apud Ioannem: *Thomas*, inquit, *vnus ex duodecim non erat cum eis, quando venerat Ieſus.*) Fac igitur tunc plures alios quàm Apoſtolos interfuiſſe, nego propterea ſequi ſeptuaginta diſcipulos fuiſſe Apoſtolis æquales. Quinetiam non dubium eſt quin hodie percipiamus fructum huius præſtantiſſimæ promiſſionis, quæ non reſtricta fuit ad Apoſtolos, ſed ad Eccleſiam Dei, vſque ad conſummationem ſeculi, pertinebit. Num igitur propterea Paſtores noſtros dicemus Apoſtolis æquales eſſe? Minimè gentium. At longè aliud de Petro Apoſtolo, & de reliquis Apoſtolis dicendum eſt, quorum vnum idémque fuiſſe Miniſterium tamen confeſſus es (ſcilicet quum id non poſſes negare) pag. libri tui 132. Adeò vt hoc theorema verum ſit: Quicquid vni Miniſtro dicitur, quod ad eius Miniſterium atque officium pertinet, id quoque ad alios eiuſdem Miniſterij ſocios atque participes pertinere. Iam quod addis *per Petrum datas fuiſſe aliis claues*, non tantùm eſt falſiſſimum, ſed eſt etiam eiuſmodi, vt ne illud quidem nobis vnquam explicare queas. Quomodo enim Chriſtus dedit reliquis Apoſtolis claues, & poteſtatem remittendi peccata per Petrum? Si tanquam per principem aliorum, ergo neceſſe fuit Petrum hanc poteſtatem accepiſſe, quàm ille poſtea reliquis conceſſerit. At Chriſtus ipſe dedit illam poteſtatem Apoſtolis, Petrus non dedit: Chriſtus omnibus Apoſtolis ſimul afflauit Spiritum ſanctum: non autem afflauit reliquis per Petrum. Denique, illam poteſtatem omnes ſimul Apoſtoli exercuerunt, ſiquidem ſcriptis Apoſtolicis fidem habemus. Ac ne planè Romanos Epiſcopos Turriane, obliuiſci videamur, nunquamne te mouerunt hæc Hieronymi Presbyteri Romani verba? *Vbicunque fuerit Epiſcopus*, inquit, *ſiue Romæ ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij, ſiue Alexandriæ, eiuſdem meriti, eiuſdem eſt & ſacerdotij.* Hæc ille Romanus Presbyter, quem non minus audire debes, quam vel Leonem, vel Dionyſium, addo etiam Clementem illum tuum, cuius conſtitutionibus tantopere delectaris.

Ioan. 20.

Ad Euagrium.

TVRRIANVS. *Num dixi ſoli Petro datas fuiſſe claues; ſed ſoli Petro tan-*

quam primo: Dedit claues Petro tanquam Petræ, non ita aliis dedit. Si dictū eſt Petro, tibi dabo claues Regni cœlorum, quia vniuerſæ Eccleſiæ perſonam gerebat, ſiue totam Eccleſiam ſignificabat: totam autem Eccleſiam ſignificabat propter primatum Apoſtolatus, vt pater Auguſtinus affirmat: igitur propter primatum Apoſtolatus, dictum eſt ei, Tibi dabo claues, &c. Hoc connexo ita irretitum teneris, vt te inde explicare nequeas. Nam ſi conceſſeris ſuperius, ratio continuò cogit inferius concedere.

XXXVIII. Pag. 151. 153. In Ioan. Tra. 124.

SADEEL. At Chriſtus non dixit: Tibi ſoli, tanquam primo, dabo claues regni cœlorum: ſed tantùm, *Tibi dabo*. Quare cum Chriſtus dedit claues regni cœlorum omnibus Apoſtolis ſimul, tunc Petro etiam dedit. Quinetiam quum Petro promiſit, reliquis etiam promiſit: quia Petrus aliorum nomine Chriſto reſpondit, ac profeſſus eſt ſe credere in Chriſtum filium Dei viuentis, vt ſæpius à nobis dictum eſt, quando tuum iſtud *Singulariter* iam toties iugulauimus. Ac vide quàm infirma ſit tua iſthæc ratiocinatio: *Si tum abſentes fuiſſent reliqui Apoſtoli, & Chriſtus ſolum Petrum interrogaſſet, & ſoli Petro promiſiſſet ſe daturum regni cælorum claues,* non propterea ſequeretur idem planè ius eandemque poteſtatem non fuiſſe poſtea reliquis Apoſtolis datā. *Quamobrem? inquis:* quia tantū ſequeretur, Chriſtum prius promiſiſſe Petro quàm aliis: quod tamen ex æquo omnibus poſtea datum eſt. Quis igitur non facile deprehendat vitium huiuſce concluſionis? *Si Chriſtus promiſit claues Petro priuſquam aliis, Ergo Chriſtus dedit claues Petro tanquam primo.* Nam iſtud primùm, vel, prius, ad tempus, non ad ordinem & dignitatem perſonarum referendum eſſet. Amplius dico: Si dixiſſet Chriſtus Petro priuſquam aliis: *Tibi do claues*: non propterea inde effici, Petrum eſſe primum in clauium poteſtate exercenda, ſed tantùm fuiſſe primum in accipienda, & tunc illud, *primùm*, fuiſſet ad tempus referendum: quod quidem verū eſſe non tantùm verborum ſignificatio, verumetiam ipſa rei, de qua agitur, natura poſtulat. Loquimur enim de poteſtate ſpirituali remittēdi peccata: quæ vt propriè ad Chriſtum pertinet, ita exercetur per Euangelij prædicationem. At ſpiritualis hęc poteſtas, quia ſpiritualis, diuiſionem recipere non potuit, ſed ſingulis in ſolidum data eſt. Quare nec Petrus magis potuit remiſſionem peccatorū annuntiare & applicare per Miniſterium Euangelicum, quàm Paulus: nec viciſſim id magis potuit Paulus quàm Petrus. Quamobrem tua illa: *Dedit Petro ſoli, tanquam Petræ: Dedit Petro ſoli, tanquam primo: Dedit Petro ſingulariter:* mera ſunt commenta & ſomnia, quæ pugnant cum verbo Dei, tum cum ipſa rei natura de qua diſputamus. Sed accedamus ad iſtum tuum laqueum, quo dicis nos eſſe adeò irretitos, vt nos inde explicare nequeamus. Obiicis Auguſtinum, qui (vt plerique alij veteres) *Petrum Apoſtolorum primum appellauit.* Nam agens de peccatorum remiſſione: *Hoc, inquit, agit Eccleſia ſpe beata, in hac vita ærumnoſa, cuius Eccleſiæ Petrus Apoſtolus, propter Apoſtolatus ſui primatum, gerebat, figurata generalitate, perſonam. Quod enim ad ipſum propriè pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Chriſtianus, abundantiore gratia vnus idemque primus Apoſtolus: ſed quando ei dictum eſt: Tibi dabo claues regni cælorum, &c. vniuerſam ſignificabat Eccleſiam, quæ in hoc*

ſecula

ſeculo diuerſis tentationibus velut imbribus, fluminibus, tempeſtatibuſq́; quatitur, & non cadit: quoniam fundata eſt ſuper Petram, vnde & Petrus nomen accepit, &c. Hæc Auguſtinus. Iam huic & pleriſque ſimilibus argumentis ſatisfecimus in ſolutionibus Sophiſmatum Turriani; & nominatim hunc Auguſtini locum ex eodem Auguſtino expoſuimus, qui alio in loco ſatis apertè nobis explicat quomodo dixerit Petrum fuiſſe primum. *Petrus* inquit, *in Apoſtolorum ordine primus, in Chriſti amore promptiſſimus,* De verb. Domini ſer.13. *ſæpe vnus reſpondit pro omnibus,* &c. Ex quo apparet Auguſtinum de primatu ordinis, non de primatu poteſtatis loquutum fuiſſe. Dic enim obſecro Turriane, auſis ne inficiari controuerſiæ illi toties inter Apoſtolos agitatæ, *Quis eorum maximus,* id eſt, cæteris ſuperior eſſet, nullum fuiſſe locum relictum, ſi talem aliquam in ſuos collegas auctoritatem ac poteſtatem Chriſtus Petro attribuiſſet? *Petrum autem ordine primum Veteres eſſe crediderunt,* vel quòd eſſet ætate maior, vel quòd cũ Andrea fratre Chriſtum ſtatim initio ſequutus ſit, vel quòd in eo elucerent magna inprimis pietatis & amoris erga Chriſtum indicia. Et certè vix aliter fieri poteſt quin aliquis ordo perſonarum in omni cœtu locum habeat, quantumuis alioqui ſint officio ac dignitate pares. Sed quia Scriptura id nominatim de Petro non teſtatur, & ex iſto vocabulo occaſionem arripuerunt Pontifices (licet perperam) ſui primatus aſſerendi: fateor nos ita loqui non ſolere de Petro, vt eum primum numeremus: & auſim affirmare nec id etiam facturos fuiſſe illos Veteres, ſi de iis cogitaſſent, quæ poſtea contigerunt. Sed omninò, Turriane, nego Petri primatum illum ordinis, de quo loquitur Auguſtinus (ne hunc nobis de illo vocabulo diſputandum ſit) ad regnum Pontificium pertinere, alioqui tot erunt Reges, quot erunt primi ordine: quod quàm abſurdum ſit, non ignoras. Vbi eſt igitur nodus ille Gordianus, vel potius Turrianicus, quem nunquam nos diſſoluere poterimus? Nimirum, inquis, in hoc Connexo, in quo ſi conceſſeris ſuperius, cogeris inferius concedere. Connexum eſt eiuſmodi: *ſi dictum eſt Petro: Tibi dabo claues regni cælorum, quia vniuerſæ Eccleſiæ perſonam gerebat, gerebat autem perſonam Eccleſiæ propter primatum Apoſtolatus: ergo propter primatum Apoſtolatus dictum eſt ei: Tibi dabo claues, &c.* Hiccine eſt tuus ille labyrinthus inextricabilis? Atqui ego hic Soritem video, non Syllogiſmum demonſtratiuum, quando à primo ad vltimum concludis: quod ratiocinandi genus vitioſum (inquit ille) & captioſum, iam à pueris ipſis exploditur. Et profectò ſi vel ſummis labris artem peritè diſſerendi vnquã attigiſſes, Soritem in hac diſputatione non adhiberes. Reſpice enim *acumen* tuæ argumentationis (ſiquidem hæc argumentatio dicenda eſt) in illo ipſo Auguſtini loco quem citas: ſic enim paulò pòſt diſſerens de his Petri verbis: *Domine ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas: in Petro,* inquit, De verb. Domi. Serm.13. *in quo ſignabatur Eccleſia, vtrumque genus ſignificandum fuit, nempe firmi & infirmi, quia ſine vtroque non eſt Eccleſia:* hæc ille. Ex quibus ego formabo Soritem tuo ſimillimum, hoc modo: *Si firmos & infirmos ſignificauit Petrus, quia totam Eccleſiam ſignificabat, & totam Eccleſiam ſignificabat propter primatum Apoſtolatus: ergo propter primatum Apoſtolatus firmos & infirmos ſignificabat:* quod niſi vides quàm ineptum ſit, perſequar etiam argumentum hoc modo; *Quandoquidem in Ecclesia sunt primi & vltimi, si Petrus vniuersam Ecclesiam significauit, certè non tantum primos, sed etiam vltimos significauit. At Petrus, quia erat primus Apostolus, Ecclesiam vniuersam significauit: quare Petrus significauit etiam vltimos in Ecclesia, quia erat primus:* quo nihil magis ridiculum dici vnquã possit. Itaque mi Francisce, vides, aut certè alij vident fallaciã tui Soritæ a non causa ad causã. Nam quando dicit August. *Petro gerenti personam Ecclesiæ, & Ecclesiam ipsam significanti, datas fuisse claues regni cælorum*, apertè declarat ipsi Ecclesiæ datas fuisse claues. Nam quod dicitur de ſigno propter rem ſignificatã, id propriè rei ſignificatæ conuenit. Atque facilè diſrupta ſunt illa retia tui paralogiſmi quo dicebas nos ita irretitos teneri, vt nos ex eo nunquam explicari poſſemus. Sed iam videamus, an tu potiùs has plagas contra teipſum texueris, & ſis adeò his Auguſtini verbis irretitus, vt te inde explicare nequeas. Sic enim Auguſtinus: *Petrus*, inquit, *Eccleſiæ gerebat, figurata generalitate, perſonam*. Inde, Turriane, viciſſim ego meum connexum conficio, poſtquam tuum diſſolui, atque ita ratiocinor. *Si Chriſtus dixit Petro: Tibi dabo claues regni cælorum, eo quòd Petrus Eccleſiæ gerebat, figurata generalitate, perſonam*, inquit Auguſtinus: *Ergo Chriſtus hoc dixit, non Petro ſingulariter, ſed Eccleſiæ generaliter: quandoquidem in Petro erat figurata generalitas:* atque ita tuum illud *ſingulariter* toties à te inculcatum, vel ipſo iudice Auguſtino, damnatum eſt, & iuſſum procul ab hac diſputatione exulare: niſi fortaſſe generalitatem cum ſingularitate confundis. Sed cur non ego ſuperius illud tuum connexum propiùs etiam conſidero, vt te errantem, vagantem, fugitantem conijciam in tuas plagas, & in eas tendiculas, quas nobis obiecisti? Etenim ſi dictum eſt Petro, *Tibi dabo claues*, &c. Propter primatum Apoſtolatus, hoc eſt, quia erat *primus Apoſtolus* (vt dicis) conſequitur profectò, his Chriſti verbis primatum non fuiſſe datum Petro, ſicut exiſtimas: ratio eſt, quia ex ipſo tuo argumento ſequeretur Petrum iam tum fuiſſe primum Apoſtolum, quum Chriſtus dixit ei, *Tu es Petrus, & Tibi dabo claues*, &c. cauſam enim eſſe naturâ ſuo effecto priorem fortè nõ ignoras. Iam vide, Franciſce Turriane, aut ſi auerſo vultu id iam videre non ſuſtines, tui ſodales videant, quàm inſulsè, indoctè, atq; adeò ſine ratione ratiocineris qui cùm velis probare, Petrum habuiſſe primatum inter Apoſtolos, quia Chriſtus dixit ei, *Tibi dabo claues*: Tu ſcilicet proponis, Chriſtum dixiſſe Petro, *Tibi dabo claues, quia Petrus habebat primatum inter Apoſtolos*, tuam ita ſententiam non confirmans, ſed id affirmans potiùs, quod eſt tuæ ſententiæ contrarium. Atq; hæc de tuo illo laqueo authorem ſuum irretiente, nobis dicta ſint.

TVRRIANVS. *Tua inſtantia eſt Sophiſtica propter homonymiam, quia duplex eſt* XXXIX. *dare claues; aut ſic dare, vt in ea poteſtate primatum habeat qui accipit, qui eſt* Pag. 151. *Petrus ſolus: aut dare non ſic, vt primatum habeat qui accipit: ſic ſunt datæ alijs Apoſtolis & diſcipulis. Aut ſic: Duplex eſt dare claues: dare vt is cui dantur ſit cauſa dandi alijs: ſic ſunt Petro datæ: aut vt per eum dentur cui primum & principaliter datæ ſunt, & ſic alijs ſunt datæ. Vt ignis, inquit, tuus Ariſtoteles, calidiſſimus eſt, qui alijs eſt cauſa caloris, ſimiliter fit in genere poteſtatis ſpiritualis.*

SADEEL. Tu hanc homonymiam fingis, & principium petis in hac ſua diſtinctione, quam nec ipſe quidem nobis explicare potes, quippe qui modò te in hanc, modò in illam partem conuertas, nec ſatis habeas conſtitutum vbi pedem figas. Hoc enim in diſputatione poſitum eſt: *Petrúſne habuerit eum primatum quem tu comminiſceris*. Tu quidem ais, nos autem negamus. Vt autem probes tuam ſententiam, proponis *Petro datas fuiſſe claues regni cœlorum*. Ego verò reſpondeo, claues regni cœlorum reliquis etiam Apoſtolis fuiſſe datas. Hic tu conſtituis *duplex eſſe dare claues* (vt inquis) *vnum ſic, vt qui accipit claues primatum habeat: & hoc modo dictis Petro fuiſſe datas*. Quod, mi homo, perinde eſt, vt ſi ita dicas, Petrum primatum habuit, quia primatum habuit Petrus. Mirificum certè concludendi genus, & verè Turrianicum. Idem dico de tuo illo igne quem perperam & *extra rem* ex Ariſtotele accendis: negamus enim ignem illum poteſtatis ſpiritualis magis in Petro, quàm in aliis Apoſtolis fuiſſe. Atque ita in te quadrat quod mihi tam ſæpe, vt Auguſtinus Parmeniano, obiicis: *Dicis & non probas*.

XL. Pag. 152. **TVRRIAN.** *Peccas ipſe in falſo conſequenti. Nam exiſtimas vt quia Chriſtus promittendo ſingulariter claues Petro, eidem dedit ſingulariter poteſtatem remittendi & retinendi peccata: ſimiliter ſequi, vt cùm dedit cæteris Apoſtolis communiter poteſtatem remittendi & retinendi peccata, tunc dederit & Petro communiter cum illis eandem poteſtatem.*

SADEEL. Dum meum illud peccatum in falſo conſequenti (quod comminiſceris) vis explicare, tu tuam prodis culpam, non meam. Nihil enim dixi eorum quæ fingis me dixiſſe, imò ne cogitaui quidem. Nam non exiſtimo aliquid *ſingulariter* datum fuiſſe Petro (quod mihi imponis) neque dixi cæteris Apoſtolis datam fuiſſe communiter poteſtatem remittendi peccata: ſed dixi, omnibus: & affirmo conſectarium eſſe, ſi Chriſtus dedit communiter omnibus Apoſtolis poteſtatem remittendi peccata, vt patet ex Ioanne, eam Petro communiter cum aliis dediſſe. Ioan. 20.

XLI. Pag. 153. **SADEEL.** *Obſeruas poſt Lutherum Chriſtum dixiſſe, Dabo, dediſſe autem Ioannis 20. cap. Atqui non ibi dicit, Do, præſentis temporis: ſed, quorum remiſeritis, &c. quod eſt etiam futuri temporis. Dicis porrò omnes Apoſtolos plenè fuiſſe conſecratos miniſterio Apoſtolico. Sed plenitudo Apoſtolici miniſterij eſt in primatu Apoſtolatus, qui primarius datus eſt Petro. Quomodo igitur plenè conſecrari reliqui Apoſtolico miniſterio potuerunt? Item, dicis eodem modo & vtrum fuiſſe conſtitutos, quod falſum eſt, quia ſoli Petro dictum eſt, Tu es Petrus, &c. Item, Dabo tibi claues &c. quæ verba non ſunt apud Ioannem.*

SADEEL. Mira narras Turriane, Chriſtum apud Ioannem non dixiſſe, Do: certè, ſed dixit, *Accipite*. Sic enim Chriſtus, *Accipite* inquit *Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Quare niſi neges eũ dare qui dicit, accipe, fatere huius tuæ obiectionis vel impudentiam, vel imprudentiam, vel vtramque potiùs. Porrò reprehendis quod dixerim Chriſtum apud Ioannem Apoſtolos plenè conſecraſſe Apoſtolico miniſterio: *quandoquidem*, inquis, *plenitudo Apoſtolici miniſterij eſt in primatu Apoſtolatus, qui primario Petro datus eſt*. Nimirum eandem cantilenam canis, qui perinde loqueris de commentitio illo primatu Petri, ac ſi de eo ſatis inter nos conſtaret. Hic autem peto abs te an fuerint Iacobus, Ioan. 20.

Ioannes, Andreas, & reliqui Apoſtoli plenè conſecrati miniſterio Apoſtolatus, néc ne? Et num ſolus Petrus fuerit plenè conſecratus? Si Chriſtus non plane conſecrauit omnes Apoſtolos miniſterio Apoſtolatus, quid igitur ſibi volūt hęc verba Chriſti: *Sicut miſit me pater, ita & ego mitto vos: & afflauit & dixit eis, Accipite Sp. ſanctum, &c.* Quid illi deerat, ſi fuit in his verbis, quo minus Apoſtoli plenè fuerint ſuo miniſterio conſecrati? Tu verò ſomnians dicis *plenitudinem miniſterij eſſe tantùm in Petro*: quia apud Ioannē hęc verba non ſunt: *Tu es Petrus, &c. Tibi dabo claues, &c.* Ex quo ſequeretur reliquorū Apoſtolorū miniſteriū non fuiſſe plenū, & aliquid in eo requiri, hoc eſt, vno verbo, fuiſſe imperfectum. O blaſphemiā non ferendā! Num igitur imperfectè miſſi ſunt quos ita Chriſtus miſit, vt ipſe à Patre miſſus eſt? At enim ſi, quid ſit miniſterium Apoſtolicum, intelligeres, non exiſtimares Petrum fuiſſe planè conſecratum ſuo miniſterio ex his verbis, *Tu es Petrus, &c.* Item: *Tibi dabo claues, &c.* quæ omnia ſpectant ad futurum tempus: ſed potiùs ex his verbis: *Mitto vos,* inquit Chriſtus, Item: *Accipite, Spiritum ſanctum.* Nam ſi Petrus plenè fuerat conſecratus, cur denuo à Chriſto apud Ioannem vnà cum aliis ſuo miniſterio conſecratus eſt? Quid, quod antè confeſſus es, *Petrum non habuiſſe aliud Miniſterium, quàm Miniſterium Apoſtolatus?* Agnoſce igitur eiuſmodi Miniſterij eandem quoque conſecrationem, & vocationem eſſe oportere.

TVRRIAN. *Dicis locum Matthæi intelligendum de Electorum Eccleſia: ego verò aſſeuero agi de Eccleſia viſibili, his rationibus: Portæ inferi, inquit, non præualebunt aduerſus eam: ergo Eccleſia oppugnatur, & viſibiliter oppugnatur: ergo eſt viſibilis. Nec obſtat quod quandam particularem Eccleſiam deſiniunt, quia tota Eccleſia, quæ vna eſt, non deficit* [illegible] *ta verò terra* [illegible] *non patet. Illi ſuper quos deſcendit Spiritus, Act. 2.* [illegible] *Eccleſia Electorum, & illa Eccleſia erat viſibilis, quia ignis qui ſedit ſuper ſingulos eorum, viſibilis fuit: Eccleſia igitur Catholica quæ nunc eſt, & quæ illis ſucceſſit, viſibilis eſt. Petrus in epiſt. 2. ait, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis: Ergo Eccleſia Electorum eſt viſibilis.* XLII. Pag. 136.

SADEEL. De Eccleſia tum viſibili, tum inuiſibili ſupra egimus in primo Scripturæ loco, & in Summa huiuſce diſputationis: quare quæ illic dicta ſunt mihi non videntur eſſe repetenda. Breuiter tamen tua iſthæc argumenta excutiam. *Eccleſia, inquis, de qua loquitur Chriſtus apud Matthæum, eſt viſibilis.* Primùm dic nobis, Turriane, nónne Chriſtus locutus eſt de illa etiam Eccleſia, quæ fuit Apoſtolorum temporibus? non negabis. At illa non eſt viſibilis, quippe iampridem ex hominum oculis ſublata. Rurſus quæro, tum quum Chriſtus hæc diceret: *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam,* nonne etiam de illa Eccleſia loquebatur, quæ futura eſt vſque ad conſummationem ſeculi? Certè. At enim illa quoque viſibilis non eſt. Iam ſi & quæ fuit, & quæ eſt, & quæ futura eſt Eccleſia, vno *Eccleſiæ Catholicæ* nomine comprehenditur, deſine tandem dicere *Catholicam Eccleſiam eſſe viſibilem*: cuius licet partes ſuis temporibus, & fuerint, & futuræ ſint viſibiles, ipſa tamen Catholica Eccleſia ante nouiſſimum diem viſibilis eſſe non poteſt: qua de re ſuo loco plura à nobis dicta ſunt. Verumenimuerò profers hanc tuæ ſententiæ rationem: *viſibiliter,* inquis, *oppugnatur Eccleſia, ergo eſt viſibilis*: Sic enim Chriſtus, *Portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam.* Itáne concludis? At ego portas inferi non exiſtimo eſſe viſibiles: nec puto Eccleſiam viſibiliter tantùm oppugnari, ſed potius inuiſibilem oppugnationem eſſe credo longè vehementiſſimam, atque etiam periculoſiſſimam. Audi enim Paulum Eph.6. ita de Eccleſiæ oppugnatione loquentem: *Non eſt,* inquit, *nobis lucta aduerſus ſanguinem & carnem: ſed aduerſus imperia, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi dominatores tenebrarum ſeculi huius, aduerſus ſpirituales malitias in cæ-* 1 Petr.5. *leſtibus.* Et Petrus: *Aduerſarius veſter Diabolus tanquam Leo rugiens obambulat,* inquit, *quærens quem deuoret*: & plerique loci conſimiles. Quamobrem, Turriane, ſi valet hoc tuum argumentum: *Eccleſia eſt viſibilis, quia viſibiliter oppugnatur*; valebit hoc quoque: Eccleſia eſt inuiſibilis, quia inuiſibiliter oppugnatur. Sed noſtrum erit etiamnum fortius argumentum hoc modo: Soli electi non ſuperantur; imò ſuperant inferorum portas, idque non viſibiliter, ſed inuiſibiliter: *fides enim eſt* 1.Ioan.5. *victoria noſtra,* inquit Ioannes, quæ quidem fides eſt inuiſibilis. Quare Eccleſia de qua Chriſtus loquebatur eſt Electorum Eccleſia. Porro dictum eſt ſuprà quatenus Eccleſia electorum dicatur inuiſibilis. Tu verò falleris qui dicis *partes illius Eccleſiæ, de qua Chriſtus loquutus eſt, poſſe ſuperari*: ſic enim Chriſtus *Portæ,* inquit, *inferorum non prævalebunt aduerſus eam*: Ioan.10. de tota Eccleſia loquitur, ac propterea de omnibus eius partibus, vt alibi dicit Chriſtus, *nullam ex ouibus ſuis eſſe perituram.* Inepta eſt igitur tua ſimilitudo de terræ partibus quæ corrumpuntur ex Philoſophis petita: ex qua etiam tibi profero longè conuenientiorem de cœlo, quod nec totum corrumpitur, nec partes eius corrumpi poſſunt, quemadmodū Philoſophi cenſuerant. *Eccleſiam ſuper quam deſcendit Spiritus ſanctus, & viſibilem & publicam Eccleſiam fuiſſe dicis: atque inde colligis Eccleſiam Catholicam eſſe viſibilem.* Nolo hic afferre quod plerique doctiſſimi ſentiunt, *ſuper ſolos Apoſtolos Spiritum ſanctum die illo Pentecoſtes deſcendiſſe.* Hoc tantùm dico, me nunquam negaſſe Electos eſſe viſibiles in hac vel illa Eccleſia, cuiuſmodi fuit Eccleſia Hieroſolymitana, & reliquæ huiuſmodi. Quamobrem perperam ſanè iſtam colligis, *Eccleſiam Catholicam eſſe viſibilem, eò quòd illi ſuper quos deſcendit Spiritus ſanctus erant viſibiles*: quemadmodum ferendus non eſſet, ſi quis ita concluderet: illi ſuper quos deſcendit Spiritus ſanctus erant in vno loco, atque adeò in vno cubiculo continebantur: ergo Eccleſia Catholica, quæ illi Eccleſiæ ſucceſſit, eſt in vno loco, & in vno cubiculo continetur. Non enim rectè ducitur argumentum ab accidentibus indiuiduorum ad vniuerſale. Verùm, Turriane, [illegible], non ſatis feliciter [illegible]? Nos enim hic de Petro diſputamus, quem tu *Apoſtolorum principem* conſtituis: ego verò Apoſtolorum ſocium, & Petro reliquos Apoſtolos æquales fuiſſe affirmo. Iam ſi *Petrus erat princeps,* vbinam, obſecro, magis elucere debuit ille principatus, quàm in præclaro hoc miraculo, quando Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos deſcendit? Atqui (ita commemorante Luca) *ſedit ſuper vnumquemque eorum, & omnes repleti ſunt Spiritu ſancto,* nec aliquid dicitur de Petro ſingulariter, nec [illegible] [illegible] reliqui Apoſtoli accepiſſe Spiritum ſanctum aut per Petrũ, aut in Petro, quemadmodum ſoles nobis dicere in tuis diſtinctionibus. Deniq; dum ſubiicis ex Petro, *per bona opera vocationem & electionem certam eſſe faciendam, ac proinde electorum Eccleſiam eſſe viſibilem*, nec Petrum intelligis, nec teipſum audis, qui in ſuperiori diſputatione multa dixiſti de inuiſibili electorum Eccleſia. Nos autem, (vt ſæpius diximus) electos in terris verſantes eſſe viſibiles nõ negamus, licet reuera, ipſa electio noſtris oculis non ſit expoſita: quod vel ille Petri locus ſatis ſignificat, dum iubet nos *dare operam vt poſſimus coram hominibus noſtram electionem teſtari*. Nec propterea ſequitur Catholicam Eccleſiam, quam dicimus eſſe electorum Eccleſiam, eſſe viſibilem: non enim Catholica electorum Eccleſia in terris verſatur, ſed eius tantùm pars. At nos de tota diſputamus, quæ non eſt Catholica, niſi tota ſit. Sed de hac re hactenus, ne ſuperfluis repetitionibus lectores onerare videamur.

XLII. Pag. 157. Gen. 22.

TVRRIAN. *Huic promiſſioni apud Matth. ſimilis eſt promiſſio facta Abrahæ: ſemen tuum poſſidebit portas inimicorum tuorum: Paulus verò ait eos eſſe Iſraelitas, non qui filij ſunt carnis, ſed qui filij ſunt promiſſionis: Ergo Eccleſia electorum quæ conſtat ex iſtis nunquam vincendis, eſt viſibilis. Apoſtolus Paulus in 2. ad Corinth. ait ſe in carne ambulare: qui autẽ in carne ambulant ſunt viſibiles. Huc ſpectat de Sacerdotio non ſuperando, Deuter. 33. (de Leui) Percute dorſa inimicorum eius, & qui oderunt eum non conſurgant: quod quàm verum fuerit in ſummo ſacerdote noui Teſtamenti, qui eſt imago Chriſti, ipſa Germania teſtis eſſe poteſt. Sed de his parcius dicendum eſt, ne victis, & conatu ſuo fruſtratis, inſultare videamur.* Pag. 158.

SADEEL. Fac tandem Turriane, vt ab aliis diſſidens, tecum ſaltem ipſe conſentiti videaris. Tu cap. 2. libri tui, pag. 11. & ſequentibus, omnem mouiſti lapidem, vt in me impetum faceres, qui dixeram, in pleriſque Scripturæ locis nomen *Eccleſiæ* eſſe de electorum Eccleſia intelligendum, *& contendebas illos ipſos Scripturæ locos eſſe de viſibili Eccleſia intelligendos, atque ita viſibilem Eccleſiam opponebas electorum Eccleſiæ: Hic verò electorum Eccleſiam affirmas eſſe viſibilem.* Itaque tua ſcripta, tua argumenta, vel tuę nugæ potiùs, more Andabatarum, ſecum pugnant atq; conflictantur. Quid autem tibi vis dum citas *factam Abrahamo promiſſionem de ſuperandis hoſtib?* Nimirum, inquis, *eam promiſſionem ad electos pertinere*, ex hac Pauli ſententia? *Non filij carnis, ſed filij promiſſionis cenſentur in ſemine.* Rom. 4. Rectè id quidem, ſed nónne animaduertis Paulum in tota illa diſputatione hoc inprimis agere: non eſſe de ſemine Abrahami iudicãdũ ex rebus externis, & ex iis quę humanis oculis patent? Sic .n. poſteà profert diuinum illud reſponſum. *Feci vt remanſerint mihi ſeptem millia virorum, qui non flexerunt genu imagini Baal.* Rom. 11. Atqui illa ſeptem millia non erant viſibilia Eliæ Prophetæ, qui ſe relictum ſolũ eſſe conquerebatur. Et quamuis homines illi eſſent viſibiles, quatenus homines, non tamẽ erant in Eccleſia viſibili & conſpicua: alioqui Prophtæ oculos fugere non potuiſſent. Vides igitur, vel ex ipſo loco à te producto, non eſſe cõſectarium, ſi ſinguli electi ſunt viſibiles, quatenns homines, electorum Eccleſiam eſſe propterea viſibilem. Itaq; ſentis iacere tuam illam obiectionem. Sed (vt aliquid de illa etiã promiſſione dicam, quæ Abrahamo facta eſt) quæro quomodo intelligas quæ ibi dicuntur *de portis inimicorũ poſsidendis*, & quomodo inde efficias electos Iſraelitas fuiſſe viſibiles? Nam ſi de hac victoria iudicas ex oculorum ſenſu, dic mihi obſecro, vbinam conſpicua ſit iſta Iudæorum victoria, qui & ante Chriſtum natum, identidem victi, fracti, ſuperati & in exiliũ abducti ſunt: & poſt Chriſtum exhibitum, per vniuerſum terrarum orbem diſſipati vagantur: nõ inimicorum portas poſſidentes, ſed intra portas inimicorum concluſi, inimicis ipſis ſeruientes? Dices te de electis Iſraelitis loqui: ac proinde ego concludam, electos Iſraelitas nõ eſſe ex oculorũ ſenſu metiendos. Quinetiam adeò inuiſibilis eſt electorum Eccleſia, vt cùm maximè ſuperari videntur, tum maximè virtute ac robore fidei, victores euadant. Quamobrẽ ex promiſſione facta Abrahamo, noli colligere electos eſſe viſibiles (quamuis ſint naturâ viſibiles, quatenus homines, nõ quatenus electi) ſed conclude potiùs vim illius promiſſionis (quam rectè Paulus Gal.3. in vno Chriſto conſtituit) eſſe inuiſibilem, & de ea iudicandum contrà quàm videant oculi, & quàm humana ratio poſſit cogitare. Addis Paulum dicere 2.Cor.10. *ſe in carne ambulare, ac propterea Paulũ eſſe viſibilem*: verùm Paulus non teſtabatur ſuam electionẽ, quatenus in carne ambulabat, ſed 2.Cor.5. potiùs (vt ille ipſe dicit in eadem epiſtola) *quatenus per fidem ambulabat & non per ſpeciem, ſiue, per aſpectum. Fides* enim, vt alibi dicitur, Heb.11. *eſt demonſtratio eorum quæ non videntur.* Quinetiam in eo loco à te citato eos 2.Cor.5. reprehendit, *qui æſtimabant ipſũ proinde vt ſi ſecundum carnẽ incederet* & qui ex ſenſu oculorum de ipſo iudicabant (vt facit Turrianus.) *Quæ ob oculos ſunt, aſpicitis*, inquit: Et paulò antè, *In carne incedentes, ſecundum carnem bellum non gerimus: arma enim militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed diuinitus ualida ad ſubuerſionem munitionum, &c.* Hæc, Turriane, hæc, inquam, ſũt electionis Pauli teſtimonia, non autem quòd aliquando in terris verſatus ſit, & in carne ambularit. Denique profers quod Leuitico ſacerdotio Deut.33. promiſſium erat his verbis apud Moſem: *Benedic Domino fortitudini eius, & opera manuum illius ſuſcipe. Percute dorſa inimicorum eius & qui oderunt eum, ne conſurgant.* Tu, ſcitè ſcilicet, hanc promiſſionem ad tuum Pontificem extendis. Quaſi verò *Chriſtus ſolus æternus Sacerdos & Pontifex confeſſionis noſtræ* (vt loquitur Apoſtolus) non is ſit ad quem legales ceremoniæ, & ipſum Leuiticum ſacerdotium ſpectarit, atq; etiam in Heb.3. quo deſierint, vt docet idem Apoſtolus: qua de re pluribus egimus in libro noſtro ſuperiore, in loco Scripturæ ordine.8. Sed poteras facilè ab hac tua ſententia reuocari, ſiquidem attendiſſes ad ea quæ apud Moſem paulò antè præcedunt. Hi, inquit, *cuſtodierunt eloquium tuum & pactum tuum ſeruauerunt: docuerunt iudicia tua & legem tuam, &c.* Quum autem Pontifices non cuſtodierint eloquium Dei, nec pactum eius ſer- Deut.33. uauerint, nec docuerint iudicia & legem Dei, ſed ſua placita, edicta, decreta iampridem flammis crudeliſſimis & piorum hominum ſanguine ſanciuerint, nihil habent cauſæ quamobrem ad ſe rapiant præſtantiſſimam illam promiſſionem. Nec tu etiam Turriane, aliquid habuiſti cur inepta illa tua reticentia Germaniam perſtringere debueris, quam ſi vel percuſſam, vel victam eſſe exiſtimas, longè profectò falleris, & tuus ipſe Pontifex longè fallitur, quem ſuæ artes ſuique conatus hactenus fruſtrati ſunt atque etiam inpoſterum fruſtrabuntur. Mirare nobiſcum & adora ſummum illud & imperueſtigabile Dei iudicium, ſummam atque inuictiſſimam eius potentiam, quæ in Germania eluxit, & ſæpe aliâs, & tum maximè quum Euangelicam doctrinam amplexa eſt, eámque retinuit inuitis hoſtibus omnibus, adeóque tuis Hiſpanis, quantumuis licet, quaſi parta victoria, exultãtibus. Lege hiſtoria illius temporis, vt ſtatim obmuteſcas, ac vera ſit non ficta tua illa reticentia. Cęterum de hiſce rebus ſermonem à Germanis ad Belgas, Gallos, Anglos, Scotos atque alios innumerabeles transferre debuiſti, & nobis commemorare, quemadmodum aliquot ab hinc annis, in illis omnibus regionibus dorſum tui Pontificis percuſſum ſit, atque etiam quotidie percutiatur, nimirum inſtante, vigente, pœnáſq; repetente Dei iudicio. Tu veró non incautè illa omnia reticere maluiſti. Atque hæc de tua reticentia. Iam redeo ad tuas obiectiones.

TVRRIANVS. *Dicis proprium eſſe electorum, non poſſe ſuperari à portis inferorum: ſed hoc commune eſt Eccleſiæ permixtæ, vt Auguſt. vocat lib. 3. de Doct. Chriſti. Semper enim vſq; ad conſummationem ſeculi erit Eccleſia tanquam area, in qua neceſſe eſt eſſe paleas & triticum, quouſq; veniat is qui permundabit areã, & congregabit triticum in horreum: paleas autem comburet igni inextinguibili.* XLIIII. Pag. 158.

SADEEL. Quàm locus Auguſtini à te fuerit corruptus, expoſuimus in ſuperiore loco Scripturę ſectione 8. Nec vllo modo ſtare poteſt quod ais promiſſionem hanc Chriſti (*Portæ inferi non præualebunt aduerſus eã*) non ad ſolos electos, ſed ad permixtam Eccleſiam, hoc eſt, ad electos ſimul & reprobos pertinere: quod quidem ſine contradictione dici non poteſt. Nec enim ſunt reprobi, ſi aduerſus eos portæ inferi non præualent: & miror te hic oblitum eſſe tui Leonis (cuius tamen toties ſoles facere mentionem) qui quum hæc verba Chriſti tractaret *de Eccleſia ſuper Petram ædificanda, aduerſus quam portæ inferi non præualebunt: Eccleſiæ,* inquit, *cœlo inſerenda ſublimitas, &c.* tantum abeſt vt de reprobis promiſſionem Chriſti intelligeret. Die anniuerſ. aſſ. ſer. 3. Sed minus etiam quàm nugaris, dum addis, *futuras paleas cum tritico, donec comburantur igni inextinguibili.* Atenim, mi homo, comburi igni inextinguibili, eſt, ſuperari ab inferi portis: nec etiam video cur tu *portas inferi* ad vitam præſentem reſtringas, quæ ſint potiús ad futurum ſeculum ac mortem æternam referendæ. Ex quo fit vt aduerſus paleas, hoc eſt, reprobos, portæ inferi præualeant, tum in hac vita, tum potiſſimúm in futura, ac propterea hæc promiſſio Chriſti ad reprobos non pertineat, quemadmodum exiſtimas.

TVRRIA. *Ais nos non habere ſucceſſores Apoſtolorum. At Matt. 28. dixit Apoſtolis: Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi: quomodo erit cum Apoſtolis ſi Apoſtoli nullo modo ſunt? Ergo ſunt in ſucceſſoribus. Nõ intelligo quomodo Apoſtolorũ ſucceſſores facias cũ ordinariis Paſtoribus etiã Laicos, quos vocas fideles ipſos, qui Apoſtolicam doctrinam retinent. Non minus fuit neceſſaria cathedra Petri in Euangelio, quàm cathedra Moſis in Lege: Deuter. 17. &c. Vide de 70. Senioribus Num. cap. 11. Si nunc non ſunt in Eccleſia ſucceſſores Apoſtolorum, quia Deus Apoſtolos ſine miniſterio hominis poſuit in Eccleſia: igitur nullos Paſtores habetis, cum Apoſtolorum ſucceſſores negetis.* XLV. Pag. 163. Pag. 166. Pag. 163. Pag. 165.

SADEEL. *Dixi Apoſtolis in Apoſtolatus munere ſucceſſum non fuiſſe, non* autem ita generaliter locutus ſum, vt planè negarem vllos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores in re aliqua. Imò ipſe tibi potiùs quàm mihi contradicis, dum mihi pauló poſt obiicis, *me non ſolùm ordinarios Paſtores, ſed etiam laicos facere Apoſtolorū ſucceſſores:* vbi etiam te falſarium deprehendo qui omiſeris quod adſcripſeram in meo libro: nempe, quodammodo. hęc enim ſunt mea verba, quibus intelligo fideles ipſos dici poſſe quodammodo Apoſtolorum ſucceſſores, quatenus Apoſtolorum doctrinam retinent, & Apoſtolicis veſtigiis inſiſtunt. Atq; vt ad Matthæi locum veniam, cum malè ad Apoſtolos reſtringis, quemadmodum fusè explicaui in ſuperiore meo libro, in loco Scripturę ordine .10, neq; hic repetā quæ illic à me dicta ſunt. Quare quum Chriſtus promiſerit ſe perpetuò adfuturum, non ſolis Eccleſiæ Paſtoribus, ſed toti ſuæ Eccleſię; ſequitur tuam illam obiectiunculam inſtar nubeculę diſparuiſſe. Iam addis de *Petri Cathedra non minus neceſſaria* (inquis) *quàm olim fuerit Cathedra Moſis.* Vt te refellam, non exponam multis verbis quid ſit *ſedere in Cathedra Moſis, nempe docere legem Dei,* inquit Auguſtinus: nec quæram ex te In Ioan. Tra. 46. cur non Aaronis, ſed Moſis Cathedra dicatur: hoc tantùm velim reſciſcere, quid nam intelligas nomine *cathedræ Petri*. Nam ſi de doctrina Euangelica & Apoſtolica loqueris, non video cur eam Petro potiùs quā alijs Apoſtolis tribuas, niſi ſemper tuo more principium petens. Si verò Romę illam cathedrā intelligis, quā vos cathedram Petri vulgò appellatis, & cuius nomine feſtos etiam dies agitis: quæro quiſnam vobis illam cathedram fabricarit, nō cum labore docentib. ſed cum otio ac voluptate ſedentib. accommodatam. Quorſum igitur de Moſis Cathedra ac de ſeptuaginta ſeniorib. Iſraelis verba facis? Nam vt omittam priſcis illis temporibus ſæpenumerò interruptum fuiſſe exteriorem ordinē à Deo per Moſem inſtitutum (qua de re nos alibi plura diximus) certè longè alia eſt conditio Eccleſiæ poſt Chriſtum exhibitum, quàm anteà fuerat. Nam Eccleſia certis tunc locorum finibus circunſcripta, nunc, ſublatis locorum & gentium differentiis, longè latéque per vniuerſum terrarum orbem, diffuſa eſt: ac proinde non poteſt alligari ad ſedem illam & cathedram quam vos Romæ defixam eſſe vultis. Denique Paſtores noſtros non negamus poſſe dici Apoſtolorum ſucceſſores, non in ipſius Apoſtolatus Miniſterio: ſed quatenus illi legitimè ex verbo Dei vocati ſunt ad ordinarium munus Eccleſiaſtici Miniſterij, & illud rectè, atque ita vt decet, exercent.

TVRRIA. *Dicis nullos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores, quia nulli ſunt ad quos* XLVI. Pag. 167 *pertineat quod Apoſtolis præceptum eſt, Ite, docete omnes gentes. Mirum eſt eſſe te tam obtuſis, vt nō intelligas aliud opus poſtulaſſe illud tempus, cùm nondum erant Eccleſiæ conſtitutæ, aliud cū iam erant. Miſſi ſūt Apoſtoli ad ædificandas Eccleſias quæ nō erant: ædificatis autem Paſtores præficiebant, vt Titum Paulus Cretenſi Eccleſiæ præfecit. Negas autem Titi Miniſterium fuiſſe Miniſteriū Apoſtolatus. Mentitus eſt igitur Apoſtolus, cùm Epaphroditum Philippenſium Apoſtolū vocauit: fuit n. eorum Epiſcopus: mihi tamen probabilius videtur non fuiſſe Epiſcopū* Pag. 170. *Philippenſium. Audi Dionyſium in Epiſtola ad Demophilum Monachum: Tibi præſcribant Diaconi, Diaconis præſcribant Sacerdotes, & Sacerdotibus Epiſcopi, Epiſcopis Apoſtoli & Apoſtolorum ſucceſſores. Si hodie videres aliquem Epiſcopū*

pag. 172.

ire ad prædicandum infidelibus, & cum opus eſſet fieri ab eo miracula ſecundum voluntatem Dei, quid diceres, concederesne eſſe ſucceſſorem Apoſtolorum?

SADEEL. Atenim Franciſce, non ſum adeò obtuſus, vt variam temporũ rationem non facilè animaduertam: ſed demiror te inprimis acutum hominem non eò potuiſſe penetrare, vt ex illa ipſa temporum varietate ac differentia quam mihi obiicis, colligeres officium Apoſtolatus, primis illis temporibus neceſſarium, non ſemper locum in Eccleſia habere debuiſſe: quemadmodum copioſiùs expoſuimus in ſuperiore loco Scripturæ. Egregiè verò probas, *Titum habuiſſe miniſterium Apoſtolatus, eò quòd Paulus Epaphroditum vocauit Apoſtolum: quem fuiſſe Philippenſium Epiſcopum modò ais, modò negas.* Atenim aliud eſt de Tito loqui, aliud de Epaphrodito. *Verùm*, inquis, *Epaphroditus fuit Epiſcopus, & tamen nominatur Apoſtolus. Si fuit Epiſcopus*, cur igitur id negas, Turriane, pag. 167. tui libri? Ergo verò non proferam quàm variè hac de re ſenſerint veteres: nec vrgebo quod doctiſſimis video placere, & meritò, ibi nomine *Apoſtoli* legatum ſignificari, ex iis quæ ſequuntur in illa ipſa epiſtola, *Accepi*, inquit, *omnia, & abundo: expletus ſum, acceptis ab Epaphrodito quæ à vobis miſſa fuerunt, &c.* Philip. 4. Tantum dicam *Apoſtoli* nomen latè quidem poſſe vſurpari: ſed me nomine Apoſtolorum, in hac diſputatione primos illos tantùm intelligere, qui fuerunt Apoſtolorum miniſterio conſecrati. Dixi autem eos fuiſſe (vt alia omittam) duabus inprimis notis ab aliis diſtinctos: tum quòd miſſi fuerint ad omnes Gentes, tum quòd fuerint à Chriſto immediatè electi, & vocati. Hanc meam ſententiam quomodo adoriaris, iam videndum eſt. Primùm iubes me audire Dionyſium: quaſi verò vel te, vel tuum Dionyſium audire debeam. Verumenimuerò hanc à te ineamus gratiam, & tuum Dionyſium audiamus, atque eatenus audiamus, quoad ipſe tuam ſententiam refellet. *Tu*, inquit Dionyſius (Demophilum autem Monachum alloquitur) *pręſcribe cupiditati & iræ* (quod quidem non facis, Turriane monache, nec ipſe tuum Dionyſium audis, qui ſcriptis Thraſonicis ac virulentis in nos emittendis cupiditati & iræ indulges) *tibi Diaconi, Diaconis Sacerdotes, Sacerdotibus Epiſcopi, Epiſcopis Apoſtoli & Apoſtolorum ſucceſſores.* Hęc tuus Dionyſius. Ex quibus ſcilicet vis probare *Epiſcopos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores.* Verùm, Franciſce, cùm iubeat iſte Dionyſius, vt *Apoſtolorum ſucceſſores præſcribant Epiſcopis*: hinc colligo Epiſcopos non vocari Apoſtolorum ſucceſſores. Nã qui pręſcribunt, alij ſunt ab iis quib. pręſcribunt. Reſpondes nomine *ſucceſſorum* intelligi *Archiepiſcopos*: atq; ita ex hac tua interpretatione ſoli Archiepiſcopi eſſent Apoſtolorum ſucceſſores. Verùm addis, *Epiſcopos quoque eſſe ſucceſſores, ſed Archiepiſcopos eſſe Apoſtolis ſimiliores & propinquiores*: hęc quidem dicis, mi homo, ſed quia voluiſti me audire, non te, ſed Dionyſium, repudiata tua additione concludo, ex Dionyſij verbis, *Epiſcopos non eſſe Apoſtolorum ſucceſſores.* Sed eſt & aliud, quod te magis vrat in Dionyſij verbis, & in iſto catalogo, quẽ recẽſet. Nam ego Dionyſium audiens nihil audio de tuo Pontifice, quandoquidem in Apoſtolis & Apoſtolorum ſucceſſoribus conquieſcit, idque agens de iis, quorum erat aliis pręſcribere. Quare cùm (vel ex tua interpretatione) ille nominat Archiepiſcopos, vt illis ſuperiorem gradum non adſcribat, nec faciat vnius Pontificis mentionem qui præſcribat Archiepiſcopis, efficio ex Dionyſio, nihil loci tuo Pontifici relictum eſſe. Et hac in re libenter nos Dionyſium audimus. Sed iam quæris à nobis *quid ſimus dicturi, ſi Epiſcopum videamus ad infideles proficiſcentem, vt illis prædicet Euangelium.* Egregiam verò interrogationem & Turriano digniſſimam! Certè ſi de tuis Epiſcopis intelligis (vt facis) perinde interrogas, vt ſi ita quæreres? Quid ſi cœlum ruat? At tu inſtas: *quid diceres?* inquis: Imò verò Turriane quid ipſe diceres? qui ita ſcripſiſti, pag. libri tui 141: *Non licet,* inquis, *Epiſcopo vbique legatione fungi, vt Paulo licebat, niſi tantùm in diœceſi ſibi aſſignata.* Credo tua hæc verba agnoſcis, quæ mirificè & Turrianicè congruunt cum hac tua ſententia. Sed mihi videor odorari quid velis: nempe tuos ſodales commendare, qui ad Indos, veſtræ ſodalitatis miraculis inſtructi, profecti ſunt; illic ſcilicet, futuri Epiſcopi Antarctici, qui in hoc terrarum orbe Epiſcopi eſſe non potuerunt. Vt autem de re ipſa reſpondeam, de ordine tecum agimus, quo ſibi voluit Dominus Eccleſiam ad nouiſſimum vſque diem aggregare, & affirmamus Apoſtolatum cum Apoſtolis deſiiſſe, minimè tamen Deo terminos illos ipſius miſericordiæ extra ordinem exercendæ intuentes, quod & vos ipſi experimini. Sed aut vos alios fieri ſanè neceſſe fuerit, aut quod tu mihi proponis, tunc demum eueniet, quum ex ipſis Dæmonibus inſtauratores ſui ædificij ſibi ſeliget Dominus.

XLVII. Pag. 173.

TVRRIAN. *Dicis Apoſtolos immediatè ab ipſo Domino electos fuiſſe: verùm qui miniſterio hominum ordinantur, an minus à Spiritu ſancto ordinantur? Act. 20. Poſuit vos Spiritus ſanctus regere Eccleſiam, &c. Item Aaron fuit conſecratus per miniſterium Moſis. Denique in electione Matthiæ aliquid Miniſterij intermedij fuit. Act. 1.*

SADEEL. Hæc ſcripſiſti ipſe pag. libri tui 177. *Quia Apoſtoli primi erant Euangelium omnibus Gentibus annunciaturi, & per verbum eorum primùm Gentes vbique credituræ; illorum fuit proprium eligi immediatè, tametſi in Matthiæ Apoſtoli electione aliquid miniſterij hominum, vt antea dixi, adhibitum eſt.* Hæc ſunt tua verba, quibus ſoluis ipſe tuam obiectionem de electione Matthiæ: ne mihi proferenda ſit loci circunſtantia, & hæc inprimis verba, Act. 1. *Tu Domine qui corda omnium noſti, oſtende vtrum elegeris ex his duobus:* vt magis magiſque refellaris. Nam quod obiecisti, eos rectè ordinari qui adhibito hominum miniſterio ordinantur, planè ineptum eſt & extra rem. Nos enim non quærimus, quid ſit rectè & legitimè ordinari, ſed quæ ſit vocatio & ordinatio Miniſterij Apoſtolici: nec de Aaron, ſed de Apoſtolis loquimur. Quare illa omnia tua ſunt præter rem.

XLVIII. Pag. 175.

TVRRIAN. *Dicis Pontificem ſibi Apoſtolatum vendicare, quia eſt Romanæ ſedis Epiſcopus: ſed ſummè falſum. Non enim ſucceſſor Petri eſt propter Eccleſiam Romanam vt tu fatuè dicis, ſed potius quia Pontifex Romanus eſt ſucceſſor Petri principis Apoſtolorum, idcirco in principe & matrice omnium Eccleſiarum ſedet, quæ eſt Eccleſia Romana: nec repugnat vni Eccleſiæ Romanæ & omnibus ſimul Eccleſiis præfectum eſſe. Vide Synodum Chalcedon. Can. 17. cum interpretatione Nicolai Papæ, & eius epiſtola ad Michaelem Imperatorem; vbi exponit Primatem diœceſeos, hoc eſt, diœceſeon, quemadmodum ſcriptum eſt, Fons aſcen-*

debat de terra, irrigans vniuerſam faciem terræ, id eſt, multi fontes terram vniuerſam irrigantes. Hactenus Nicolaus Papa.

SADEEL. Remitto te ad Eccleſiam Romanam, vt illa te ad palinodiam adigat, qui de magnifica ipſius autoritate detrahere non dubitas, vt tuo Pontifici blandiaris. *Papa,* inquis, *non eſt ſucceſſor Petri, quia Romanus Epiſcopus, ſed quia eſt Petri ſucceſſor, idcirco ſedet in Romana Eccleſia.* Hic ergo rurſus quæro, *cur Pontifex ſit ſucceſſor Petri.* Reſpondes: *quia eligitur & ordinatur, vt ſit ſucceſſor*: Sed, à quibus eligitur? nempe à Cardinalibus Eccleſiæ Romanæ, à qua etiam ſuos habent titulos. Non iam quæro quo iure, ſed hoc tantum colligo: *ſi Pontifex à nullis aliis poteſt quam ab Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus ordinari, Pontificem ab Eccleſia Romana, non Romanam Eccleſiam à Pontifice pendere.* Quæ ſi non admittis, ſaltem conueniat tibi cum teſtimonio Innocentij Pontificis, quod mihi obieciſti, tui oblitus pag. libri tui. 224. *Quis neſcit* (inquit Innocentius, citante Turriano ex Decreto Gratiani) *id quod in Principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari? neque introduci aliquid, quod autoritatem debeat generalem aliunde accipere, vel exemplum, &c.* & paulò poſt, *Oportet eos hoc ſequi quod Eccleſia Romana cuſtodit, à qua principium eos accepiſſe non dubium eſt, &c.* Hæc ille Pontifex, non ſibi, ſed Eccleſiæ Romanæ authoritatem tribuens. Quid dicam de tuo Anacleto, qui *præciſè primatum in vrbe Roma includit?* Vide Cano. Sacroſancta diſt. 22. & aude in tuum Papam inſurgere. Sexcenta ſunt eiuſmodi, quæ commemorare piget, ne videar Eccleſiæ Romanæ cauſam ſuſcepiſſe. Sed omnino tu Pontificiis autoribus manifeſtè contradicis: adeò vt mox expectemus futurum, vt, quemadmodum Chriſtus dicebat, *regnum contra ſe diuiſum deſoletur.* Atq; vt à Pontificiis diſcedamus, aduerſarios etiam habes omnes veteres qui ita de Apoſtolicis ſedib. loquuti ſunt, vt non eas alligarint ad ipſarum Epiſcopos: alioqui manifeſtũ eſt, conſtare non poſſe quęnā ſedes Apoſtolicę dici debeant. At Veteres ſic definiunt ſedes Apoſtolicas nẽpe in quibus ipſi Apoſtoli docuerunt, & in quibus Epiſcopos conſtituerunt, adeò vt non ſit penes Pontificẽ nouas conſtituere ſedes Apoſtolicas. Sic enim Auguſtinus de Eccleſiis Apoſt. locutus eſt, & Irenæus de ipſa Romana Eccleſia, quemadmodũ ipſe alibi nobis obiecisti, nunc à te ipſo diſſentiens. Sic etiam Tertullianus quem ſæpe teſtem aduerſus nos citaſti: *Hoc modo,* inquit, *Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt; ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpum ab Ioanne collocatum refert: ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit: proinde vtique & cæteræ exhibent quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos Apoſtolici ſeminis traduce habeant.* Et paulò poſt. *Percurre Eccleſias Apoſtolicas apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur* (nota, Turriane, ſuis locis, inquit) *apud quas ipſæ authenticæ literæ eorũ recitantur, ſonantes vocẽ & repræſentantes faciem vniuſcuiuſq;. Habes Corinthũ, habes Philippos, habes Theſſal. habes Epheſum: habes Romã, vnde nobis autoritas præſto eſt. fœlix Eccleſia cui totã doctrinam Apoſtoli cum ſanguine profuderunt, &c.* Sic aliquando Tertullianus Eccleſiam Romanam & alias Apoſtolicas commendabat, quum diceret *eas Apoſtolica voce perſonare,* hoc eſt, Apoſtolicam doctrinam ex Apoſtolorum ſcriptis hauſtam

Epiſt. lib. 162. & 170. Aduer. hæret. l. 3. c. 3. De præſcript. aduer. hæret.

& depromptam conſeruare ac tueri. Itaque earum authoritatem opponebat hęreticis illis, qui veros Scripturæ libros negabant, falſos ſupponebant, & doctrinam Apoſtolicæ doctrinæ planè contrariam obtrudebant. Sed longè aliud de Eccleſia Romana diceret Tertullianus, ſi hodie in viuis ageret, videretq́; *doctrinam illam, quam dicit Apoſtolis Romæ olim cum ſanguine profudiſſe*, Romæ nunc accenſis in Euangelicam doctrinam flammis, penitus exaruiſſe. Cæterùm falſum eſt quod dicis non repugnare, *Vni Eccleſiæ Romanæ, & omnibus ſimul Eccleſiis præfectum eſſe*. Quæro enim, habeátne Roma ſuum peculiarem Epiſcopum, nécne? Si non habet, ex tua definitione *Eccleſiæ*, non eſt Eccleſia, quandoquidem Eccleſię formam intimam (vt loqueris) in Epiſcopo collocaſti. Si particularem habet Epiſcopum, & is ſit Romanus ille Pontifex, ſequitur, Pontificem eſſe Epiſcopum vniuerſalem & particularem ſimul: quæ niſi repugnant, tu nobis ſi placet definies quænam ſint ea quæ repugnare dicuntur. Porrò Synodus Chalcedonenſis à te producta planè tuam euertit ſententiam. *Siquis*, inquit, *Epiſcopus vel Clericus habet querelam aduerſus eiuſdem prouinciæ Metropolitanum, petat Primatem diœceſeos, aut ſedem regiæ vrbis Conſtantinopolitanæ.* Hic vides Turriane, tui Pontificis authoritatem tunc temporis non eminuiſſe ſupra reliquos Primates. Nec moror lepidã illam ac ridiculã Nicolai Papę interpretationẽ, qui ſingularem numerũ in pluralem conuertit, nempe vt ſic pluralẽ ſingulari addiceret. Quàm verò acutè locum Geneſeos exponat, nihil attinet dicere, vbi vocabulum *fontis* intelligit de fontibus omnibus, nouum quendam fontem Catholicum introducens. At Hebraicus contextus non fontis mentionem facit, ſed vaporis. Itaque iam Nicolaum Papam Synodi Chalcedonenſis corruptorem, &, quod grauiús eſt, Scripturæ malum & ineptum interpretem, valere iubeamus.

XLIX. Pag. 176. & 177.

TVRRIAN. *Quod Apoſtoli fuerunt electi immediatè, referendum eſt ad Primitias Spiritus, quas Apoſtoli receperunt, ad Rom. 8. Nos primitias Spiritus habentes, &c. Primitias vocat copioſiora chariſmata ſpiritualia. In illis Primitiis Pontifex Romanus non eſt ſucceſſor Petri, nec Epiſcopi ſunt Apoſtolorum ſucceſſores, ſed in poteſtate ligandi & ſoluendi, vt diximus.*

SADEEL. *Primitias*, de quibus loquitur Paulus, malè reſtringis ad ſolos Apoſtolos, & quod pejus eſt, ad extraordinariã eorũ vocationẽ refers. Perſpicuũ eſt enim Paulũ loqui de piis omnibus in terris verſantibus, & ad quietis æternæ portum aſpirantibus. Idque patet tum ex antecentibus, tum ex ſubſequentibus. *Accepiſtis*, inquit, *Spiritum adoptionis per quem clamamus Abba Pater.* Item, *Qui Spiritus teſtatur vnà cum ſpiritu noſtro nos eſſe filios Dei.* Item, *& ipſi qui primitias Spiritus habeamus apud noſmetipſos ſuſpiramus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis noſtri. Nam ſpe ſeruati ſumus.* Item, *Spiritus interpellat pro nobis ſuſpiriis inenarrabilibus: qui verò ſcrutatur corda nouit quis ſit ſenſus Spiritus, quia ſecundum Deum interpellat pro ſanctis, &c.* Quæ omnia ſiquis de ſolis Apoſtolis exponit, ille planè ab Apoſtoli Pauli ſententia recedet. Quamobrem rectè Ambroſius hunc locum explicans, *Poſt creaturam mundanam*, inquit, *adiicit etiam nos hoc expectare & ingemiſcere ad Deum, vt hinc liberemur, ſancti deſtinati ad vitam, quia Chriſtianis mundus hic pelagus eſt.*

In Epiſt. ad Rom. cap. 8.

Et paulò pòst: *Tunc erit liberatio corporis nostri, hoc est, omnium Christianorum.* Hæc ille. Tu verò longè aliter, qui de vocatione Apostolorum facta immediatè locum intelligis. Atenim, nisi contextum Apostolicum discerpis (quod tibi identidem vsuuenit) vides istas *primitias Spiritus* esse cum æterna electione coniunctas, vt manifestum est ex vers. 29. illius capitis: *Quos præsciuit,* inquit, *eosdem prædestinauit, &c.* nequid dicam de ipso *primitiarum* vocabulo, ex quo ita argumentatur idem Apostolus paulò pòst: *Si primitiæ,* inquit, *sanctæ sunt, & massa.* Quare qui *primitias* Rom. 11. illas *Spiritus,* de quibus loquitur Paulus, habent, illi sunt ab ipso Spiritu obsignati, cuius efficacitate tandem fiunt æternæ vitæ participes. Verùm eligi immediatè à Christo, non infert illam Spiritus sancti obsignationem: vt palam factum est ex Iuda proditore, qui fuit quidem vocatus immediatè, sed nihilominus erat *diabolus* (quemadmodum Christus loquutus est) tantum abest, vt verum illud pignus Spiritus sancti in corde suo obsignatum habuerit. Ex quo fit vt Iudas ille *primitias Spiritus,* de quibus Paulus agit, non habuerit. Quum addis, *Pontificem esse successorē Petri, & Episcopos Apostolorum successores in potestate ligandi & soluēdi,* iam digrederis ab iis quæ sunt Apostolatus propria, de quibus hîc disputamus: eam enim potestatem ad omnes Ecclesiæ Pastores pertinere non dubitamus, neque pij Veteres dubitarunt. Porrò ius illud ligandi & soluendi non soli Petro, sed omnibus Apostolis ex æquo fuisse datum ex Matth. 18. & Ioan. 20. antè demonstrauimus: adeò vt verum sit quod scripsit Ambrosius: *Quod,* inquit, *Petro dicitur, Tibi dabo claues, &c.* In Psal. 38. *omnibus dicitur.*

L. TVRRIAN. *Obiicis Romanum Pontificem sedere in sublimi solio, nullam docere gentem, nedum vrbem.* Pag. 180. *Hoc falsum est, scaturiens ex contentione & liuore tuo atque odio Pontificis. An tibi videtur is requiescere qui de omnibus Ecclesijs solicitus est? Nonne est quoddam genus docendi omnes gentes, prouidere vt omnes Ecclesiæ Catholicos Episcopos habeant? Nonne pascebat Petrus quum scribebat ad Episcopos Ponti, Galatiæ &c. Pascite gregem Dei? Ego verò proferrē [illegible] ipse, quæ hîc locum non habent, sed registra & volumina literarum Pontificialium. Item: Testis est Bernardus, quem vocatis [illegible], quasi facit sibi oculos, aures, manus & pedes, vt tuus Aristoteles de Regibus dicit, lib. 3. de Rep. Quomodo potest cessare, [illegible] tam multa [illegible] videre, tam multa auribus audire, tam multa [illegible] pedibus perambulare? An si nec his testibus credis, sit tibi testis locupletissimus, [illegible] ipsum vide quomodo* Pag. 181. *ferè degant tot curis & negotiis ac solicitudinibus Ecclesiæ confecti. Regula iuris ciuilis & canonici est, qui facit per alium, per seipsum facere videtur.*

SADEEL. Epistolæ Petri nihil habent commune cum registris & epistolis Pontificalibus: [illegible] verbis tuis [illegible] fabulæ diuini verbi in illis locum non habent, neque hic locum habere potest regula iuris abs te producta, vbi agitur de officio personali (vt dicunt.) Reliqua verò omnia quæ dicis, Turriane, scaturiunt ex illa tua Gnathonica assentatione, qua tu Pontificis gratiam aucuparis, vt tibi, ni fallor, ad Episcopatum viam munias. Ergo nobis ingentes ac continuos Romani Pontificis labores, curas innumerabiles, assiduas vigilias, intentum ac nunquam remissum studium commemoras, ex quibus omnes Græcos docere videatur. At teſtem citas Senatum Cardinalium, ſcilicet clariſſima Apoſtolatus ipſius indicia, longeque alia quàm quæ Paulus Corinthiis proferebat. At quia nos hic agimus de miniſterio Apoſtolico, quod quidem Euangelij prædicatione imprimis continetur, nihil eorum audio quæ tu nobis valdè rhetoricè amplificas. Nam ſi ſic ſperaſti nos poſſe paſcere tuis commentis & Apuleianis fabulis de tuo Pontifice, quem tot oculi vident, & de quo tot aures audiunt? Satis iam ſatis, Franciſce, ſpectati ſunt & cogniti tui Pontificis labores: ſatis, inquam, omnes ſciunt atque etiam perſentiunt, non de Euangelio prædicando, ſed delendo potiùs, in tuo illo Cardinalium Senatu conſilia agitari. Tui Pontificis iſti oculi quos tu nobis narras eò collimant, ad id patēt illæ aures, hoc illæ manus agunt, eò pedes illi toto impetu feruntur, vt, nempe exortam lucem Euangelij ſuis artibus, ſi fieri poſſit, extinguant. Nos autem pium laborem Euangelicæ prædicationis quærimus, & ea quæ (vt de Apoſtolatu taceam) Epiſcopum Rom. decerent. Nam quid attinet iſtos *oculos, pedes, aures, manus* proferre, quibus Pontifex ſuum munus exerceat? Itáne per ſe ſtertens, alienis oculis vigilat? iacens ipſe alienis pedibus incedit? ſurdus, audit alienis auribus? otioſus, alienis manibus operatur? Verum enimuerò iſtos nos tuos Cardinales nihilo magis vel videmus operantes, vel Euangelium audimus annuntiantes. Num igitur hæc etiam ab Epiſcopis mutuantur? At ſic ipſi quidem Epiſcopi pedes habent quum ad ipſorum diœceſes proficiſcendum eſt (niſi fortè animi vel lucri gratia) nec os habent, quum proponenda eſt Euāgelica prædicatio. Quid ergo? nimirum ad vos Monachos omnium infimos (vt nobis paulò antè ex Dionyſio recitaſti) res rediit, qui eſtis & Pontificis, & Cardinalium, & Epiſcoporum, & Parochorum oculi, os & pedes: addo etiam nares, dum vos, inſtar canis venatici, omnia piorum veſtigia odoramini (in Italia præſertim & Hiſpania) vt eos in veſtræ Inquiſitionis retia coniiciatis: ſed vnum deeſt, quod vobis dolet: non enim eſtis eorum manus. Etenim vos huc & illuc curſitatis, & clamatis quidem ſatis ſuperque, ſed Cardinales & Epiſcopi accipiunt ſuis ipſorum manibus opimorum Sacerdotiorum vectigalia. Quis igitur nō obſtupeſcat, Turriane, quandoquidem reliquis tacentibus, vos Monachi, hoc eſt, omnium infimi, & pedes magni illius veſtri Catholici corporis, vos, inquam, propè, ſoli loquimini, adeò vt Romanus Pontifex, quem dicis eſſe ſummum & vnum Eccleſiæ Catholicæ viſibile caput, non tam ore, ſed pedibus loqui videatur? Cùm autem in humano corpore ſingula membra in ſuis quæque locis acquieſcant: in veſtro illo corpore, pedes crura eſſe volunt: crura, brachiorum locum affectant: brachia, in caput euadere contendunt? Sed tu maximum tandem argumentū propoſuiſti, nempe *vitæ ſanctitatem, quæ in tuis Pontif. perſpicitur.* Atqui, ſi fides habenda eſt veſtris hiſtorijs, in promptu eſt alia ratio iſtius breuitatis: de qua tamen tu videris, vel potiùs ipſi Pontifices viderint, quorum præcipuè res agitur. Verū eſt, miſeret me tuorum Pontificum, Franciſce, qui tot curis ac negotiis ſudantes & anhelantes, hoc eſt, otio, delitiis & omni voluptatum genere confecti, dies Petri (quemadmodum vulgò dicitis) videre non poſſunt. Atq; hæc de *Pontificum*

1.Cor.9.
2.Cor.12.

oculis, & pedibus: hoc est Cardinalibus (interprete Turriano) qui sibi faciunt Pontificem caput, dū enim eligunt & ordinant, & quos ipse sibi vicissim Pōtifex facit oculos, aures, manus & pedes, vt nobis Turrianus exposuit.

LI. Pag.182.& 183.

TVRRIAN. *Quum Apostolus ad Tim. iubet vt Episcopus sit [didacticum] non iubet vt omnino prædicet: nam illud significat tantùm studiosum & cupidum esse discendi: quod conuenit Romano Pontifici: is siquidem Collegia ab eo amplissimè dotata, vt Collegium Neophytorum, in quo Neophyti litteras Hebraicas & Latinas discunt, vt posteà bene eruditi Christū Iudæis ex Lege & Prophetis demonstrent: & alij Arabicā linguam discunt, vt apti sint ad docendā doctrinā Euangelij. Turrian.*

SADEEL. Itáne tandem nobis vocabulum illud Græcum interpretaris? Debebas proferre saltem vnum testimonium quo tua illa interpretatio niteretur. At quum præcipit Apostolus, vt Episcopus sit [*didacticos*] non eum intelligit qui teneatur discendi studio, sed qui polleat docendi facultate. Nam velle docere non idē est ac docere posse. Quæro, Francisce, quum tu, Pontificē aliquot Collegia instituisse, vt ita se [*didacticum*] præbeat, tu teipsum ridiculum præbeas? Ac censeo vt adeas Collegium illud quod Neophytorum vocas, & illic discas propriam significationem vocabuli [*didacticos*] quod si recusas, certè neutra vocabuli significatione es [*didacticus*] nec eā quæ propria est, nec illa etiam quam finxisti: quippe qui nec docere possis, nec velis discere.

LII. Pag.184.

TVRRIAN. *Dicis si Pontifex non habeat plus iuris in Episcopos, quàm Petrus in Apostolos, inde sequi Episcopos à Romano Pontifice nec vocandos, nec confirmandos. Fateor Petrum nec vocasse, nec confirmasse Apostolos in munere Apostolico: sed hoc pertinet ad illam primitiuam Spiritus, de quibus [illegible]. Nos autem loquimur de potestate clauium, quam dedit Christus Apostolis per Petrum, sicut Anacletus & Leo primus, Pontifices Romani dixerunt.*

SADEEL. Semper principium petis, Francisce, cum tuo Anacleto & Leone: nec id mirum, qui omnibus veris præsidijs sis destitutus. Imò si istæ primitiæ de quibus loqueris, reddiderunt Petri conditionem præstantiorem (vt æquum est) qui fit igitur, vt hac in parte cedat Pontifici Romano? Nam Pontifices ordinant & confirmant Episcopos, Petrus autem nec ordinauit nec confirmauit Apostolos. Digrederis ad *potestatem clauium*, de qua hic sermo nobis non est, sed de vocatione & ordinatione ministerij Apostolici. Num igitur oblitus es huius tuæ cantilenæ toties inculcatæ, *Petrū ministrantē, & Ministerium Petri idem esse, idē Petrum & Pontificē te dixisse, ratione tantùm differre?* Si ergo Petrus ministrans nec elegit, nec confirmauit Apostolos, cur Pontifex tuus Episcopos eligit, ordinat & confirmat? Quid quòd parū consentanea dicis? Suprà nobis voluisti persuadere *Paulum fuisse ad Petrū profectū, vt ab eo confirmaretur:* nūc verò negas *Apostolos fuisse à Petro confirmatos in munere Apostolico.*

LIII. Pag.185.186. 187.

TVRRIA. *Quod si verò, inquis, si Petro successum fuerit, necesse sit Episcopum Romanum esse Petri successorem. Quorsum istud? Tu videlicet [illegible] dissimulas, negas tamen Episcopum Romanum esse Petri successorem, quia hic statum non [illegible]. Addis, Quia Romæ docuit. At hoc est [illegible]: non enim dicimus esse successorem Petri, quia Petrus Romæ docuit; sed quia vt in cathedra Petri, & capite Ecclesiarum successit, ordinat & confirmat, & ad potestatem [illegible] Poscit [illegible]. Et tibi*

Tu

Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. Dabo tibi claues, &c. Paſce oues meas? Quia verò hæ tabulæ obſcuræ tibi videntur, alias tabulas exhibui, nempe traditionem Apoſtolicam, id eſt, inſtitutum agraphum. ſic enim Baſilius, & alij Patres vocant iſta, ſine ſcripto tradita.

SADEEL. Ego verò nec in vtramque partem diſputo nec frænum mordeo qui Turrianum effrenatè & per humana ſomnia ac vanas hominum Traditiones excurrentem, tanquam in gyrum Scripturæ compello. Nec mirum ſanè frænum Scripturæ non conuenias qui ſecum ipſe conſtare non poteſt, neque cum reliquis Pontificiis conſentire. Quid enim tibi vis, Turriane, hac tua exceptione? *Pontifices non dici ſucceſſores Petri, quia Petrus Romæ docuit:* atque hoc ineptum eſſe commentum obijcis. Lege ergo quæ nobis vulgò ipſi obtrudiſtis ex veterum ſcriptis in laudem Romanæ Eccleſiæ deprompta: expende vbinam locorum & gentium Veteres ſedem Petri collocarint: attende quæ dicit Tertullianus, vt Romanam Eccleſiam commendet: nempe, *Apoſtolos Paulum videlicet & Petrum, totam ibi doctrinam cum ſanguine profudiſſe:* ac fatere, niſi illa fama obtinuiſſet, Petrum olim Romæ docuiſſe, tantam nunquam fuiſſe Romani Pontificis authoritatem. Quin etiam explica nobis, cur tantopere *Marcellus Pontifex laborarit, vt cathedram Petri ab Antiochia Romam traheret.* Quid opus erat feſto illo die, quem vos quam ob cauſam celebratis? Nonne vos etiam Pontificij hoc habetis conſtitutum, & tu ipſe (qui mihi obijcis me frænum mordere) nempe hoc dogma mordicus retines, non alium quam Epiſcopum Romanum Pontificem maximum eſſe poſſe? Porro (dicendum eſt enim ſæpius) cuiuſnam eſt iſta ratio? *Pontifices eſſe Petri ſucceſſores, quia ſic ordinantur & conſecrantur?* A quibus obſecro? quo iure? quo præcepto? vnde ius illud Cardinalium prodiit? antequam verò eſſent Cardinales, quonam modo veſter ille Pontifex conſecrabatur? Si non legitimè, cauſa deciſtis: Si legitimè, cur illa ratio mutata eſt? Atque omnino, iſti quos hodie vos tam auguſto nomine *Pontifices Maximos* appellatis, nonne olim *Epiſcopi Romani* vocabantur? nonne ab Eccleſiæ Romanæ Clero, accedentibus ipſius plebis ſuffragiis, ordinabantur? Quod ſi ita eſt, dic nobis, quid iuris habuerit Eccleſia Romana, vt ſuum Epiſcopum vniuerſæ Eccleſiæ præficeret? Illi ſanè licuerit ſuum ſibi Epiſcopum eligere: eundem verò conſtituere totius Eccleſiæ Chriſtianæ Epiſcopum, quo tandem iure potuit? vnde tanta in omnes Eccleſias authoritas? dicebiſne profectò: *Petri ſucceſſionem?* At ipſe [illegible] illud ſucceſſionis [illegible] in Eccleſia Romana, atque tu ipſe tibi iſtud frænum inieciſti, quod [illegible] quæſtiones excutias. Nam quod attinet ad illas orationes quas dicis tu adhiberi, quando tunc Pontifex conſecratur, non firmiora habent argumenta, partim illæ nos in[illegible] precatiunculæ commouebunt. Verùm, quia toties iactas electionem & ordinationem tui Pontificis, & profers illas precationes Cardinalitias, ego tibi viciſſim profero non huius ætatis vitia, quibus ad eiuſmodi ordinationem peruenitur, ſed veterum Epiſcoporum Romanorum ambitionem, quia ſibi ad Epiſcopatum obtinendum aditum comparabant: ita vt ſe odioſos & ridiculos ipſis etiam Ethnicis præberent. Audi enim quid de hac re olim ſcripſerit Ammianus Marcellinus

De præſc.

(quem authorem tibi obiicio, vt te magis pudeat) *Damaſus, inquit, & Vrſicinus ſupra humanum modum ad rapiendam Epiſcopatus ſedem ardentes, ſciſſis ſtudiis aſperrimè conflictabantur* [illegible] *adiumentis vtriuſque progreſſis. Conſtatque in baſilica Sicinini, vbi ritus Chriſtiani eſt conuenticulum, vno die centum triginta ſeptem reperta cadauera peremptorum: efferatamque diu plebem ægrè poſtea delinitam.* Hæc ille. Cæterum, vt diſcedam à tuis illis orationibus conſectariis, dum expanis ea Scripturæ locos, de quibus nunc inſtituta eſt diſputatio, vt probes Pontificia ſucceſſionem, principium petis. Sed verò ita ſuccinctè [illegible], inquis, *hæ tabulæ* [illegible] *obſcuræ, aliæ tabulæ exhibitæ, nempe tabulæ Traditionum.* Rectè ſanè Turriane, vocas illas tabulas [illegible], in quibus nihil ſcriptum eſt: videlicet tabulas, non tabulas, quas vobis relinquimus veris Scripturæ tabulis contenti.

Amm. Marcel. lib. 27

LIIII.

Pag. 190. & ſequent.

TVRRIANI. *Nos Petrum Romæ docuiſſe ex tabulis diuini iuris ita demonſtramus. ad Rom. 1. cap. Deſidero venire ad vos: quibus inquit Theodoretus ſignificat primum Doctrinam* [illegible] *illic prædicaſſe. Vide Clementem Diſcipulum Petri de conſtit. Apoſt. lib. 6. Et Hieronymus teſtatur veniſſe Petrum Romam anno ſecundo Claudij, alij anno quarto. Alius locus Act. 18. Paulus inuenit Iudæum quendam nomine Aquilam, qui nuper venerat ab Italia, eò quòd præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Iudæos à Roma: fuiſſe autem Aquilam & Priſcillam vxorem Chriſtianos conſtat. 1. Cor. 16. Age verò,* [illegible] *Paulus eam fuiſſe Romæ, quia nullus Apoſtolus Romæ eam docuit præter Petrum:* [illegible] *fama ſit propter Petrum. Si* [illegible] *non eſſe certiſſima Scripturæ teſtimonia, obiicio tibi regulam iuris: Non expreſſa non nocere.* [illegible] *plane fateri, ſed tamen verum eſſe,* [illegible] *negare. Ita te ad* [illegible] *ſic enim tuus Ariſtoteles.*

Pag. 194.

Pag. 196.

SADEEL. Ridiculus es, Franciſce, qui dum polliceris te nobis exhibiturum *tabulas diuini iuris, in Theodoretum, Clementem & Hieronymum* conuertis, eóſque non ſatis inter ſe conſtantes. Imò ſi, vt ex hiſtoria colligitur, Concilium Hieroſolymitanum habitum fuit circiter annum [illegible] Claudij, cui Petrus interfuit, qui fieri poteſt, vt anno ſecundo Claudij Romam fuerit profectus? Nam ita Hieronymus de hac profectione loquitur, vt *ab eo tempore exiſtimet Petrum Romæ fuiſſe ad mortis vſque tempus.* Item conſtat ex ſecundo capite ad Galatas, circa id tempus Petrum fuiſſe Antiochiæ à Paulo reprehenſum. Veteres autem memoriæ prodiderunt Petrum non fuiſſe Romæ, niſi relicta planè Antiochia. Adeo vt hæ tabulæ quas proponis vix poſſint cum veteri hiſtoria authoribus conuenire. Verùm ne nihil ex Scriptura proferre videaris, [illegible] loca aliquot citas ex quibus præclarè, ſcilicet, & demonſtratiuè argumentaris. Tua argumenta proponam, ac nihil præterea: ipſa enim ſatis pro nobis reſpondent. *Deſidero venire ad vos ad confirmandos vos*, inquit Paulus: *Ergo Petrus Romæ docuit*, inquit Turrianus. Item, *Paulus inuenit Aquillam Iudæum, quem & Priſcillam vxorem Chriſtianos fuiſſe conſtat: Ergo Petrus Romæ docuit.* Item: *De nullo alio fama eſt primùm Romæ docuiſſe, quàm de Petro: Ergo Petrus Romæ docuit*, nempe, ipſa fama, hoc eſt, tabulis diuini iuris, inquit Turrianus. Verùm addis regulam non iam diuini, ſed humani iuris: *Non expreſſa non nocere*: & ex Paulo Iuriſconſulto: *Eum qui*

tacet,

tacitum non fateri, ſed temerarium eſſe, eum non negare. Ex quibus ita ſtruo
tuum argumentum: *Scriptura tacet ac proinde non fatetur, nec etiam negat,*
Petrum Romæ docuiſſe: Ergo Petrus Romæ docuit: idq́; ex tabulis diuini Iuris,
inquit Turrianus, qui ſe tabulas diuini Iuris producturum nobis promi-
ſerat. At enim ego tuis Iuriſconſultis oppono dictum hoc Chryſoſtomi:
In Pſal.95. *Si quid dicitur abſque Scriptura,* inquit, *claudicat auditorum cogitatio.* Ex quo
efficitur tuam illam tuorumque Pontificiorum de Petro cogitationem
valde claudicare, nec ſatis ſanam eſſe.

LV. TVRRIANVS. *Noſtrum concludendi genus, hoc eſt: Chriſtus promiſit ſingula-*
Pag.198. *riter & primo Petro ædificaturum ſe Eccleſiam ſuper eum, & daturum ei claues*
Regni cælorum; ergo, quod ei promiſit præſtitit: ergo fuit ſingulariter primus E-
piſcopus, id eſt, habuit primatum inter omnes Apoſtolos, & quicunque in Petri
cathedra ordinantur ſucceſſores Petri, in eodem primatu ſunt, non quia Romæ
ordinantur, & Romani Epiſcopi ſunt, ſed quia in locum Petri ordinantur, vt ei
ſuccedant in poteſtate, quam Chriſtus ſingulariter & primo ei dedit.... Petrus
Pag.199. *fuit Epiſcopus Romanus, id eſt, omnium Chriſtianorum Imperij Romani, non qua-*
tenus Apoſtolus, ſed quatenus ſingulariter Petro dictum eſt, Tu es Petrus, &c. &
in hac poteſtate ſuccedit Epiſcopus Romanus.

SADEEL. Principium ſine fine petis: nec vnquam aliud nobis pro-
ponis quàm id quod eſt in quæſtione poſitum: fortè quia putas tuam
ſententiam ſæpius repetitam fore meliorem, quod longè ſecus eſt. Fit
enim neſcio quomodo, vt ipſis repetitionibus creſcat magiſque pateat
tuæ ratiocinationis imperitia. De tua fallacia in vocabulis, *Primò,* &
ſingulariter, ſæpius à nobis dictum eſt. Nunc tantùm expendo egregiam
iſtam concluſionem: *Chriſtus ſingulariter promiſit Petro, & quod promiſit,*
præſtitit. Ergo Romani Pontifices habent in omnes Eccleſias principatum. Imò
verò, Turriane, ſic concludendum eſſet potius: *Chriſtus ſingulariter promiſit,*
& quod promiſit, præſtitit: Ergo ſingulariter præſtitit. Et vi conſequentiæ nihil præ-
ſtitit Petri ſucceſſoribus, quia nihil illis promiſit, quippe qui ſingulariter Petro pro-
miſerit: ſingulariter Petro præſtitit, ſi alius quoque Pontificibus idem præſtetur.
Prætereà nobis affers nouam Epiſcopi Romani definitionem, de qua nos
tandiu celari omninò oportuit. *Pontifex igitur eſt Epiſcopus Romanus, hoc*
eſt, non Eccleſiæ Romanæ, vt ignari Pōtificij hactenus exiſtimarunt, *ſed om-*
nium Chriſtianorum Imperij Romani. Nonne te tui pudet, Turriane, qui ita
tui Pontificis cauſam agis? Quid? cùm Imperium Romanum nunquam
complexum ſit omnes gentes ac nationes, illi Chriſtiani, qui non ſunt
vel fuerunt ſub Imperio Romano, nónne ad Eccleſiam Catholicam re-
ferendi ſunt? At nullum ius in eos habet tuus ille Pontifex Imperij
Romani: ac propterea non eſt caput Eccleſiæ Catholicæ. Quid porrò
ſequitur Indis tam procul ab Imperio Romano diſſitis? Atque vt tuos
Pontifices obliuiſcar, quomodo ſtare poteſt quod dicis *Petrum fuiſſe E-*
piſcopum Romanum, hoc eſt, omnium Chriſtianorum Imperij Romani, non quate-
nus illi dictum eſt, Tu es Petrus, &c. Quid? nonne etiam reliqui Apoſto-
li fuerunt omnium Chriſtianorum Epiſcopi? nonne omnibus dictum
eſt, *Ite ad omnes Gentes?* Num ſine Miniſterio Chriſtianos Imperij Ro-
mani docuerunt? Audiant tui ſodales tuam hanc inauditam hactenus
interpretationem. *Tu es Petrus,* inquit Chriſtus, *hoc eſt, tu es Epiſcopus*

Romanus, inquit nouus interpres Turrianus.

LVI. Pag. 199. & 200.

TVRRIAN. *Dicis ſe non legiſſe Petrum docuiſſe Romæ expreſſo Dei mandato: ſed cùm iuſſit Dominus Petro transferre ſedem Romam (vt ſcripſit Marcellus Pontifex) ſimul iuſſit ire Romam, ad prædicandum Gentibus:* [illegible] *tabulæ ſunt humanæ, ego tu alienus es ab omni humana ratione, in omnibus quæris diuinas tabulas. Itaque eas tibi profero, Act. 15. Deus inquit Petrus,* [illegible] *elegit per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere. Ergo præcepit prædicare eis, nempe Gentibus: Roma autem erat caput Gentium. Quare neminem Apoſtolorum magis decebat primum prædicare, quam eum qui caput erat Eccleſiæ. Si* [illegible] *Romæ aliquis Apoſtolus aggrederetur,* [illegible] *fuit Petrus,* [illegible] *Apoſtolis fuit? ſi neminem habes,* [illegible]

SANDER. Iam ſuſcipis probandum, *Petrum docuiſſe Romæ expreſſo Dei mandato*, quod facere ita inſtituis. *Quum iuſſit Dominus Petrum* (non Petro, ne tecum durè, & parùm Latinè loquar) *transferre ſedem Romam, vt ſcripſit Marcellus Pontifex, ſimul iuſſit ire Romam*. Atqui, Turriane, de expreſſo Dei mandato loquor, non de tui Marcelli ſomniis. Sed audio quid obijcias: *Tu*, inquis, *alienus ab omni humana ratione in omnibus quæris diuinas tabulas*. Itáne tandem tibi à ratione videntur alieni qui diuinas tabulas quærunt? Tu potius, Turriane, ab omni diuina ratione alienus es, qui in omnibus quæris humanas tabulas, vtpote diuinis tabulis deſtitutus. De loco Actorum 15. ſuprà egimus. Sed operæpretium eſt tuam ratiocinationem excutere. *Deus præcepit Petro vt Gentibus prædicaret: Roma erat caput Gentium: Ergo*, inquis, *præcepit Deus vt Petrus, Eccleſiæ caput, Romæ doceret*. Magnificam verò argumentationem, vel ex alluſione, vel ex nouo & inaudito Relatorum genere depromptam. Siquidem concludis, quia Petrus & Roma mutuò inter ſe referantur: nempe quia nomen capitis & Romæ tribuis & Petro. Verùm ſi Deus ſignificauit Petro, Gentes non eſſe ab Euangelij prædicatione excludendas, num propterea voluit vt Petrus ſolus ad omnes terrarum orbis Gentes proficiſceretur, omniaque loca peragraret, vt tandem ſuam ſedem Romæ, quæ fuit Gentium caput, collocaret: ita vt duo capita concurrerent? Atqui omnibus ſimul dictum fuerat, *Ite, docete omnes Gentes, prædicate Euangelium omni creaturæ*. Adeóne porrò oblitus erat Petrus huiuſce præcepti diuini (quod tu proponis) *vt dextram ſocietatis Paulo ac Barnabæ dederit, vt hic inter Gentes, ille verò inter circumciſos Apoſtolatu fungeretur*? Atque vt nominatim de Roma agamus: nonne Paulus expreſſo Dei mandato Romam profectus eſt, illic Euangelium annunciaturus? *Aſtans ei Dominus* (inquit Lucas) *dixit ei, Conſtans eſto Paule, vt enim teſtificatus es de me in Hieruſalem, ſic te oportet etiam Romæ teſtificari*. Hæ ſunt diuinæ tabulæ, Turriane, quibus ego fretus facilè tuas illas humanas tabulas, & tui Marcelli ſuam cauſam agentis, commenta deſpicio. Nec me mouet quod ais, non conuenire vt alius prius quàm Petrus Romæ docuerit: quis enim primus Antiochiæ docuit, vbi tui Pontificij vulgo primam ſedem Petri fuiſſe? fuítne Petrus? Minimè, ſi Lucæ credimus, qui id tribuit illis, *qui fuerant diſperſi ex oppreſſione orta ob Stephanum*. Et illud fuit conueniens & congruum, quia ita Deo ſoli

Math. 28.
Marc. 16.
Gal. 2.
Act. 23.
Act. 11.

ſapienti viſum eſt, licet aliter Turriano videatur. Deſine igitur mirari ſi Petrus non primus Romæ docuerit, quandoquidem nec primus Antiochiæ docuit. Atque ita vides, Turriane, me nondum ad *aphoniam*, vt loqueris, vel (vt Plato loqui ſolet & melius) ad *aphaſiam* eſſe cópulſum.

LVII. Pag.200. TVRRIANVS. *Non obiicio, inquis, tibi [illegible] Petrus dicatur [illegible] vrbis Epiſcopus qui ad [illegible] omnes gentes miſſus eſt, nec etiam quod veteres dixerunt Paulum cum Petro fundaſſe Eccleſiam Romanam: illa, inquam, omnia prætermitto, [illegible] prætermiſeris, [illegible] cæteras nugas prætermiſiſſe.*

SADEEL. Atqui Turriane, ego quæ ita prætermittebam, vt diceres, ipſe ſilentio prætermittere non debebas: nam illa planè euertunt tuam [illegible]. Sed tu [illegible] & [illegible] reſponſionem prætermiſiſti, ne tuas nugas magis magiſque malè reſpondendo proderes. Vide igitur Tertullianum de Præſcrip. aduerſus hæret. Irenæum aduerſ. hæreſ. lib.3 cap.3. *A glorioſiſſimis*, inquit, *duobus Apoſtolis, Petro & Paulo Romæ fundatæ Eccleſiæ, &c.* Et Epiphanium hæreſ.27. *Romæ*, inquit, *fuerunt primi Petrus & Paulus, Apoſtoli idem ac Epiſcopi.* Hæc ille.

LVIII. Pag.202. TVRRIANVS. *Obiicit Chryſoſtomum dicentem, Super hanc petram, id eſt, ſuper fidem [illegible], Super fidem, inquit, & confeſſionem. At [illegible] eſſe confeſſio; [illegible] hominis confitentis [illegible]. Quod [illegible] Chryſoſtomo in Pſalm.39 [illegible] Chryſoſtomi eſſe, non enim hæc Græcè extant [illegible] Chryſoſtomi [illegible] idem Chryſoſtomus ſcripſit in hunc locum Matth. vbi vocat Petrum Paſtorem & caput Eccleſiæ. At quid in ea re [illegible] Modeſtini [illegible]? Qui aduerſus fidem teſtationis ſuæ vacillans, [illegible] non ſunt.*

SADEEL. Obiicis me deprauaſſe locum Chryſoſtomi: ſed ego autographum Græcum ſecutus ſum, & ipſa verba Græca recitaui: quare [illegible] ineptus es. Cæterùm de confeſſione confitentis, & de noua [illegible] doctrina, quam nobis indixiſti, ſatis à nobis antè diſputatum eſt. Valde autem infirmum eſt quòd Chryſoſtomum repudias, eo quòd contextus Græcus ad te non peruenerit. Nam quod obiicis quæ idem Chryſoſtomus ſcripſit in hunc Matthæi locum: ego ita lego apud Chryſoſtomum: *Et*, inquit, *[illegible] petra firmior, [illegible] orbe [illegible].* Hæc ille. Nec in illo loco vllum eſt verbum de Petro Eccleſiæ fundamento, licet dicatur *propoſitus* non vni genti, vt Ieremias, ſed *toti orbi*: hoc enim fuit de natura Apoſtolatus. Quare Chryſoſtomus non contradicit iis quæ in Pſalmo 39 ſcripſit, & quæ tibi obieceram. Serua igitur tibi regulam tui Modeſtini, qui toties aduerſus fidem tuæ teſtationis vacillas, & cuius ſcripta plena ſunt contradictionibus.

LIX. Pag.205. TVRRIANVS. *Obiicis Auguſtinum de verbis Domini ſerm.13. Item contra Iud. [illegible] ad rem non facit. In alterutro loco dicis Auguſtinum [illegible] illa verba ad Petrum pertinere, quod mirum mendacium eſt: [illegible] lib.1. Retractat. 21. Harum duarum ſententiarum, inquit, probabilior quæ ſit, eligat lector.*

Cont. Iud. Pag. & Arr. cap.12. SADEEL. Dicis locum Auguſtini contra Iud. pag. & Arrian. ad rem non facere, atque ita prodis te locum illum non vidiſſe. Nam ibi Auguſtinus vult probare, *Chriſtum eſſe lapidem illum abſciſſum de monte ſine manibus, de quo Daniel propheta[illegible]*: atque vbi [illegible] locum [illegible] hunc Matthæi coniungit, *Tu es Christus filius Dei viuentis*, tum addit: *Super Petram*, inquit, *fundatus est Petrus. Quibus verbis significat Petrus* [illegible] *Christus, eſſe lapidem illum de quo Daniel loquutus est 2. nempe Christum ipſum benedictum, quo lapide fundatur quidem & nititur Eccleſia, ſed comminuitur ac frangitur omnis potentia omniſq; principatus aduerſus Christum ipſum conſurgens, cuiuſmodi eſt Pontificis principatus*. Iam quod dixi Auguſtinum de verbis Domini Serm. 13. & Tract. 124. in Ioannem, pernegare hæc verba, Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, ad Petrum pertinere, tu mendacium eſſe dicis. At illud impingis non mihi, ſed Auguſtino, vel tibi potiùs qui non vis Auguſtinum intelligere. Sic enim ille, *homines*, inquit, *volentes ædificare ſuper homines, dicebant, Ego quidem ſum Pauli, Egò Apollo, Ego verò Cephæ (ipſe eſt Petrus.) Et alij qui nolebant ædificari ſuper Petrum, ſed ſuper Petram, dicebant, Ego autem ſum Christi, &c.* Ecce quomodo opponit petram Petro, ac propterea ibi pernegat Petrum eſſe Petram. Et in alio loco: *Petra erat Christus, inquit, ſuper quod fundamentum ipſe ædificatus eſt Petrus: fundamentum quippe nemo poteſt aliud ponere, præter quod poſitum eſt, quod eſt Christus Ieſus, &c.* Hic rurſus pernegat Auguſtinus Petrum eſſe Petram, cùm Christus ſolus ſit Petra, & fundamentum Eccleſiæ. Verùm tu obiicis vnum Auguſtini locum ex Retractationib. quaſi verò propterea non verum dixerim, Auguſtinum in aliis locis pernegare Petrum eſſe Petram, eò quòd in Retract. commemorat *ſe aliquando Petram de Petro intellexiſſe*. Imò verò licet relinquat lectori liberum iudicium, nemo non videt etiam in illo loco ſuperiorem ſententiam magis placere Auguſtino, cùm eam ſubiecta ratione confirmet, & poſteriorem ſententiam recitet retractando potiùs quàm confirmando. Atque omnino verum eſt, Auguſtinum in illis locis, quos attuli, pernegare quod Turrianus affirmat; atque hanc Auguſtini ſententiam de Christo Petra, & Eccleſiæ fundamento, cùm non tantum probabilior videatur, ſed etiam vera ſit, & cum Scripturis conſentanea, eligo & amplector.

LX. Pag. 206. ſequent.

TVRRIAN. *Ais duplicem eſſe primatum, Ordinis & Poteſtatis. Quis vnquam audiuit Principatum alicuius, ſine iis quorum ſit princeps? &c. Cur Petrus primus potiùs quàm alij, ſi omnes erant æquales? vnuſquiſque igitur erat primus in ordine æquè atque Petrus. Item, cur dicis Auguſt. vnitas in multis, niſi quia erat ceu colligatio Apoſtolorum, veluti corpus in vno capite? Denique primus in ordine militari decem, quis eſt? nonne Decurio? & in ordine Decem decurionum, nonne Centurio? & ita deinceps. Suntne iſti primatus ordinis, primatus poteſtatis, quiſque in ſuo ordine, annon? Quantò minus ſeparandus eſt primatus poteſtatis à primatu Ordinis, in eo quod Christus inſtituit? &c.*

SADEEL. Valde hîc laboras Franciſce, vt *primatum Ordinis* cum *primatu Poteſtatis* confundas, neque tamen proficis hilum (vt ille dicebat) atque etiam pugnas cum ipſa natura. Nemo enim illam diſtinctionem preter te ignorat: nec exiſtimo vllum eſſe, vno te excepto, qui velit vbicunque ſit ordo, ibi quoque eſſe principatum. Sed tu ita exclamans obiicis: *quis vnquam audiuit Principatum alicuius ſine iis quorum ſit princeps?* Quorſum iſtud? nos de primatu, idque de ordinis primatu loquimur. Tum addis, *ergo vnuſquiſque erat primus in ordine*. Ridiculum

lum. Nam conceſſo primatu ordinis (quemadmodum Auguſtinus & plerique veteres conceſſerunt) vnuſquiſque non erat primus in ordine. Similis eſt autem hæc ratiocinatio, *omnes futuros ordine primos, niſi Petrus ſit princeps.* At enim dixit Auguſtinus *fuiſſe vnitatem in multis:* fateor, nempe quæ in Petro pro omnibus reſpondente elucebat. Sed certè Petrus non erat ipſa in multis vnitas, ſed dicitur vnitas propterea quòd erat illius vnitatis indicium, vnum pro multis reſpondens. Sed ecce me ad ordinum militarem reuocas: ſi quod inde fortè depromas telum, quod in nos conjicias: *Decurio, inquis, eſt primus in ordine decem, & Centurio in ordine decurionum.* Audio: ſed viciſſim quæro num vnus Decurio, vel Centurio habuerit principatū in alium Decurionem vel Centurionē? Certè negabis. Quinetiam olim apud Romanos multę legiones erant, quarum vna non habebat in aliam principatum: & tamen erat prima legio, ſecunda legio, & ita deinceps. Quare vel ex tuis iſtis teſtibus, nempe militibus, falſum eſt quod proponis, *in omni primatu Ordinis eſſe primatum Poteſtatis.* Præterea tecum ipſe pugnas qui ſuprà agnoueris *Petri & reliquorum Apoſtolorum vnum miniſterium fuiſſe.* Nam ſi Petrus habuit *primatum Poteſtatis* in alios, habuit quoque diuerſum miniſterium ab aliis. Etenim quomodo conſtituitur poteſtas ſine officio ac miniſterio? Vides igitur hanc diſtinctionem *primatus Ordinis & primatus Poteſtatis* à te minimè ſublatam eſſe, neq; tolli poſſe quin ipſam naturam euertas. Deniq; Turriane, prima eſt ordine perſona Patris, ſecunda Filij, tertia Spiritus ſancti. Nū verò propterea imperium aliquod in diuinis perſonis & vnica eſſentia cōſtitues, vnde inæqualitas inter illas cōſequatur?

De verb. Dom. Ser. 13.

LXI. Pag. 210.

TVRRIAN. *Auguſtinus vocauit Petrum primum in ordine, ſicut Canon. 34. Apoſtolorum vocat Metropolitanum primum, cùm iubet omnes Epiſcopos cuiuſq; gentis ſcire quis ſit inter eos primus & eum ducere ceu caput: hinc factum eſt vt Anacletus dicat: A Domino, inquit, conceſſum eſt Petro & ipſi inter ſe id ipſū voluerunt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, id eſt, caput, & principium teneret Apoſtolatus. ne autē, Antoni, per ignorantiam rideas, quòd Cephas interpretatur caput, lege defenſionem meam contra Magdeburgenſes, vt intelligas eam ſic ſanctiſſimè interpretatam fuiſſe, & poſteà ride ſi libeat.*

SADEEL. Iam nobis vis exponere verba Auguſtini, quę te ſummoperè excruciant, atque ita rem aggrederis. *In canone Apoſtolorum, inquis, 34. vocatur Metropolitanus primus.* Sit ita ſanè: fac me non repudiare tuos illos Canones (de quibus tibi quędam dixi in ſolutione tui ſophiſmatis) quid hoc ad Auguſtinum, qui loquitur de eo qui eſt *ordine primus?* Verum enim vero, Turriane, dormiebáſne cùm hunc canonem produceres? Vis enim probare Pontificis principatum in omnes Eccleſias. At ille Canō à te productus non vnū principem conſtituit, non vnius Pontificis meminit, ſed iubet *cuiuſque nationis Epiſcopos vnum primum agnoſcere,* nempe Metropolitanum. Sic enim extat ſcriptus ille Canon. *Cuiuſque nationis Epiſcopus ſcire oportet quis ſit inter eos primus, & ipſum cenſere tanquā caput, neque magnum quid gerere ſine ipſius iudicio. Vnumquemque verò ea duntaxat agere, quæ ad ipſius parœciam pertinent, & ad loca ſub illa: ſed neque primus ille quidquam faciat ſine omnium conſilio.* Hęc Canon ille trigeſimus quartus. Ex quo quidem ego colligo nihil loci tuo Pontifici relictum: quandoquidem Canon ille in Metropolitanis ſubſiſtit, quare tibi potiùs laborandum fuit in hoc Canone, quàm in Auguſtino explicando. Sed eſt etiamnum aliquid quod ex iſtis Canonibus tibi obiicis, Turriane, nempe cur vocentur *Canones Apoſtolorum*: non autem Petri. [illegible] (inquam) nam ſat ſcio, non eſſe Apoſtolorum Canones. Nam ſi Petrus habuit primatū illum poteſtatis, quem exiſtimas, vbi nā potiùs eminere debuit, quàm in Canonibus decernendis? Quare ſequeretur ex illa inſcriptione, omnes Apoſtolos fuiſſe ſocios in primatu poteſtatis, cùm omnes Apoſtoli Canones ediderint atque promulgarint: quibus Canonibus quia tu credis, hunc non nobis, ſed tibi ſcrupulū eximes, quum opportunum videbitur. Anacletum verò tuum ad te remitto tacitum, cùm reſponſionem nō mereatur. Quòd autem defendis interpretationem Cephę de capite, tu ſcilicet tuam inſcitiam cum Anacleti inſcitia coniunxiſti: ac mihi videris eorum ſimilis, qui lutum luto purgare dicuntur. Hoc mihi tantum permirum viſum eſt, Turriane, quòd maiores veſtri Petram in caput conuerterunt, vos autem poſteà caput illud veſtrum in Petram ac ſtatuam conuertiſtis. Cæterùm [illegible] ad defenſionē tuam contra Magdeburgenſes, vt poſteà videam ſi libeat: ego verò riſi, Turriane (nequid diſſimulē) præſertim quum te vidi defēdere quoq; Epiſtolam Clementis ad Iacobum fratrem Domini iampridem mortuum, quum ea data fuit: ſaltem enim debuiſti exponere quibuſnam tabellariis Clemens ille tuus vſus fuerit. Sed de his hactenus.

LXII. Pag. 211.

TVRRIANVS. *Obiicis locum Cypriani, Erant inquit, cæteri Apoſtoli pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis: quod intelligendum eſt antequam Petro datus eſſet primatus, non poſteà.* [illegible] *epiſt.* [illegible] *Cyprianus* [illegible] *eſt: vide epiſt. Cypriani ad Antonianum. Cùm poſt primum inquit ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, non iam ille ſecundus, ſed nullus eſt.*

SADEEL. Locum Cypriani libenter declinares, ſed infixum hæret telum quocunque te vertas. *Verba Cypriani*, inquis, *intelligenda ſunt antequam datus eſſet primatus Petro.* Audi igitur Cyprianum te falſum interpretem conuincentem. *Quamuis*, inquit, *Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat, Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum, &c. Tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnam Cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab uno incipientem ſua autoritate diſpoſuit. Hoc erant vtique & cæteri Apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis: ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt vna Chriſti Eccleſia & cathedra vna monſtretur.* Hæc Cyprianus tuam interpretationem redarguens, his potiſſimum verbis: *Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam*, inquit. At longè antea dictum fuerat Petro, *Super hanc Petram*, &c. Porrò nemo eſt adeò rudis qui tuam iſtam interpretationem planè inſulſam, & à Cypriani verbis alienam eſſe non facilè animaduertat. At, ne fortè tibi imponas, Cyprianus nomine *vnius Cathedræ* non intelligit tuam illam Romanam cathedram, ſed hoc ſibi vult, *Omnes Eccleſiæ præfectos ſedere in vna cathedra, nempe eiuſdem doctrinæ & arctiſſimæ conſenſionis vinculo colligatos.* In epiſtola ad Antonianū, quā mihi obiicis, nihil dicit Cyp. quod te iuuet. Cùm enim ex vetere inſtituto (eoq; humano) vnius

Ecclesiæ vnum esse Episcopum oporteret, Cyprianus ait *perperam facere Nouatianum schismaticum, quòd Episcopatum Romanum ambiret, cùm post primum Episcopum esse non possit secundus Episcopus, in vna scilicet eademque Ecclesia, quemadmodum Carthagine & aliis in Ecclesiis locum habebat.* Miror autem tibi oculos non dolere quoties eos in Cypriani scripta conicis. Is enim nunquam de Romano Episcopo aliter loquitur quàm de *collega suo*, quem etiam, sicubi opus est, & sanctè admonet, & grauiter reprehendit. Ac ne longè abeam, audi quemadmodum in hac ipsa Epistola loquatur Cyprianus, Lib.4. Epist.2. *Accepi, te cum Cornelio* (is erat Episcopus Romanus) *coepiscopo nostro vnum tenere consensum.* Item, Ibid. *Ac si minus sufficiens Episcoporum in Africa numerus videbatur, etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, qui & ipse cum plurimis Coepiscopis habito concilio in eandem nobiscum sententiam pari grauitate & salubri moderatione consensit:* Item, Ibid. *Venio ad personam Cornelij collegæ nostri:* & multa alia in eam sententiam. Ex quibus colligere promptum est, Romanum Episcopum priscis illis temporibus non summum Pontificem, qui aliis omnibus Episcopis imperaret, sed aliorum Episcoporum socium ac collegam habitum fuisse. Atque hæc de Cypriano, quem & perperam exposuit, & nobis obiecit Turrianus.

LXIII. Pag.213.& 214. TVRRIANI. *Obiicis alium locum Cypriani, Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Nomine Episcopatus intelligit Ecclesiam, quia vnusquisque Episcopus de Ecclesia particulari sibi ascripta redditurus est rationem in solidum, & solus reddet rationem Domino qui commisit, vt patet ex iis, quæ sequuntur apud Cyprianum. Quamuis, inquit, Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua authoritate disposuit. Si ergo Episcopatus & Episcopus vnus sunt,* Pag.214. *& Dominus disposuit, vt à Petro origo vnitatis Ecclesiæ inciperet, sequitur vt, Petro mortuo, à successore eius nunc incipiat origo vnitatis Ecclesiæ.* pag.216. *Dissimulasti quod sequitur apud Cyprianum. Inde, inquit, per temporum & successionum vices, Episcoporum ordinatio & Ecclesiæ ratio decurrit, vt Ecclesia super Episcopos constituatur, & omnis Ecclesiæ actus per eosdem præpositos gubernetur.*

In Ioan.hom. 28. SADEELI. Rectè aliquando dixit Chrysostomus, *nihil esse mendacio infirmius. Licet enim multa vndique præsidia accersat, semper tamen nutat, donec tandem sua sponte planè corruat.* Itaque dum Cyprianum Turrianus corrumpere conatur, suum ipse errorem magis magisque redarguit. Verba Cypriani sunt perspicua, quibus affirmat *in Ecclesia Christiana vnum esse Episcopatum, cuius à singulis in solidum pars teneatur.* Quid autem Turrianus? Ipsam vocabulorum significationem tollit, & supponit nouam, de qua nemo hactenus cogitauit. *Vocabulum Episcopatus, inquit, hîc significat Ecclesiam.* Nimirum, Turriane, quia ita vis; sed nisi tu ex tota Bibliotheca Vaticana nouum aliquod Lexicon nobis conficias, nunquam persuadebis Episcopatum & Ecclesiam esse vocabula synonyma. Verùm satis video quid tibi imposuerit. Cùm enim Pontificij Ecclesiam in solis Episcopis, saltem in Clero (quem vocatis) constituere vulgò soleatis, eò factum est, vt in hunc errorem facilè sis prolapsus. Verumenimuerò ne te multis detineam, ipse te Cyprianus suis verbis refellit, non rerum tantùm, ſed etiam vocabulorum corruptorem. Loquens igitur Cyprianus de vnitate Eccleſiæ, & eam Nouatiani Schiſmatici furoribus opponens: *Quam vnitatem, inquit, firmiter tenere & vindicare debemus: maximè Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus, vt Epiſcopatum quoque ipſum vnum atque indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat; nemo fidei veritatem perfida præuaricatione corrumpat. Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia quoque vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur.* Hęc ille: ex quibus ſatis vides Epiſcopatum manifeſtiſſimè ab Eccleſia diſtingui. Ait enim Cyprianus non *Epiſcopatum ſolùm eſſe vnum, ſed vnam quoque eſſe Eccleſiam.* Nomen autem *Epiſcopatus* propriè vſurpari à Cypriano, ſatis patet ex his verbis: *Maximè Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus*, inquit. Quòd ſi nos non audis, ſaltem teipſum audias, Turriane, ita teipſum refellentem: *Epiſcopatus & Epiſcopus relata ſunt*, (quàm benè nunc non diſputo) hoc ſi verum eſt, cur Epiſcopatum ad Epiſcopos non refers? Quòd ſi nondum mentem Cypriani ſatis perſpectam habes, audi quemadmodum illam ipſam ſententiam idem repetat in Epiſtola ad Antonianum, hiſce verbis: *Cùm ſit*, inquit, *à Chriſto vna Eccleſia per totum mundum in multa membra diuiſa: item, Epiſcopatus vnus Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus, &c.* Ecce tibi, Turriane, quid ſit Cypriano *vnus Epiſcopatus*, nempe *collectio omnium Epiſcoporum eiuſdem Miniſterij ſocietate coniunctorum*, ne poſthac vocabulorum ſignificationem peruertas. Addis, *ſi origo vnitatis à Petro incepit, ſequi, vt Petro mortuo ab eius ſucceſſore incipiat*. Hîc mihi libet vſurpare quod aliquando dixit Auguſtinus; *Miror ſi ſanguinem habes, qui ita argumentando non erubeſcis*. Quid enim inſulſius dici poteſt? *Si incipit vnitas à Petro, debet igitur ab eius ſucceſſore incipere*: Imò verò, Turriane, ſi ſemel à Petro incepit, non debet ampliùs incipere. Ac demiror te, qui toties diſputando principium petis (vt ſæpe antè vidimus, & infra videbimus) te nondum intelligere quid ſit *principium & exordium*: viſne, obſecro, vnitatem Eccleſiæ perpetuò incipere? At ipſe dicis à Petro incepiſſe. Poteſtne eadem res & incipere & incepiſſe? Sed præſtas te refellere illis Cypriani verbis, quæ tu dicis à nobis fuiſſe diſſimulata: *inde*, inquit, *per temporum & ſucceſſionum vices Epiſcoporum ordinatio, & Eccleſiæ ratio decurrit, &c.* Vides Turriane; *Inde*, hoc eſt, *à prima illa Chriſti diſpenſatione, per temporum & ſucceſſionum vices Eccleſię rationem decurrere*: ac propterea, non hærere in ipſa origine, quemadmodum exiſtimas: ni tibi decurrere, & in carceribus ſubſiſtere, idem ſunt. Quare ſi rectis oculis Cypriani ſententiam aſpiceres, & aliorum Veterum, qui *De vna Petri cathedra, & de vnitatis origine* loquuti ſunt, facilè intelligeres eos nihil aliud voluiſſe, quàm Dominum in Petro ſignificaſſe futuram Eccleſię Chriſtianæ vnitatem; vt quemadmodum omnes Apoſtoli ore vnius Petri Chriſtum confeſſi ſunt, ita vniuerſa Eccleſia quaſi vno ore fidem vnam eandemq; profiteatur: ne quis exiſtimaret propter Apoſtolorum numerum Eccleſiam fuiſſe in multa capita, & in multas ac varias partes diſtrahendam. Hæc, inquam, fuit Veterum ſententia de *vnitate Eccleſiæ in vno Petro figurata*, quæ nihil habet cum veſtra illa Pontificia ambitione commune. Sed

De vnit. Eccl. ſiue de Simp. Prælat.

Lib. 4. Ep. 2.

Lib. 5. Ep. 6.

Ff cur

cur non ego fuſiùs à me vitium illud diſſimulationis amoueo, cuius me accuſas? licet facilè videas me eſſe peſſimum diſſimulatorem. Agè ergo, nequid diſſimulare videamur, vrgeamus hęc verba quę à nobis prętermiſſa fuiſſe conquereris. *Eccleſiæ ratio decurrit, vt Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituatur*, inquit Cyprianus. Ex quibus efficio falſum eſſe, quod affirmas: *vnum Petrum & vnum Rom. Pontificem in Petro, vel Petrum in Pontifice eſſe Eccleſiæ fundamentum.* Nam Cyprianus *Eccleſiam eſſe conſtitutã*, non ſuper vnum Epiſcopum, ſed *ſuper Epiſcopos* dixit. Quod etiam perſpicuum eſt ex his verbis que præcedunt apud Cyprianum, & quæ tibi obiectam in ſolutione tui Sophiſmatis: *Dominus*, inquit, *Epiſcopi honorem & Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens, dicit Petro, Tu es Petrus, & ſuper iſtam Petram, &c.* Ecce, non dixit Cyprianus, Chriſtum illis verbis honorem Petri diſpoſuiſſe, ſed honorem Epiſcopi, quo nomine indefinitè poſito, Cyprianus Epiſcopos, id eſt, Eccleſiæ Paſtores intellexit: adde quòd ille ipſe affirmat, *omnem Eccleſiæ actum per præpoſitos gubernandum.* Vbi nihil reperio de tuo illo Catholico præpoſito, nempe Pontifice Rom. Atque hæc de Cypriani loco, & eius verbis à me non diſſimulatis.

LXIIII. Pag. 218. TVRRIAN. *Dicis Clementem ſcripta ſua inter Canonicas Scripturas recenſuiſſe: quod falſum eſt, ſi quis non oſcitanter legat. Epiſtolæ, inquit, Clementis duæ, & conſtitutiones vobis per me Clementem ſcriptæ: ſciebat enim ſe nec Apoſtolum nec Euangeliſtam eſſe.*

SADEEL. Imò niſi oſcitanter ipſo Clementem tuum legeres nobis aſſentireris. Sic enim Clemens recenſens libros Scripturæ, *Noui teſtamenti*, inquit, *Euangelia quatuor: Pauli Epiſt. 14. Petri Epiſt. 2. Ioannis 3. Iacobi vna. Iudæ vna. Clementis Epiſt. duæ, & Inſtitutiones vobis Epiſcopis per me Clementem in octo libris nuncupatæ, quas in omnibus publicare non decet ob arcana quæ ſunt in ipſis: Et noſtrorum Apoſtolorum Acta.* Hęc tuus ille Clemens, cuius cauſam ſuſcepiſti.

LXV. Pag. 220. Pag. 222. & ſeq. Pag. 224. TVRRIAN. *Obiicis canonem, Conſiderandum eſt. Sed non idem eſt promittere ædificaturum ſe Eccleſiam, & iam ædificare. Vide quæ Irenæus & Tertullianus de Eccleſia Rom. ſcripſerunt: & Auguſtinus, Tenet, inquit, ab ipſa ſede Petri, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum. Quid porrò reſpondebis Innocentio Papæ? Quod, inquit, in principe Apoſtolorum Petro, Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, & nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debet ſeruari.*

C. Relatum diſt. 50. in Epigraphe. SADEEL. Gratiani tui verba hæc ſunt, *Quod inquit, beatus Petrus poſt negationem Paſtor à Domino ſit inſtitutus, probatur, authoritate Gregorij.* Hęc ille: tum addit Gregorij verba: *Conſiderandum eſt*, inquit, *cum omnipotens Deus eum quem vniuerſæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere & ſeipſum negare permiſit, &c.* Dicis aliud eſſe promittere ſe ædificaturũ, aliud iam ædificare: Ergo, velis nolis, ipſa te rei Veritas in noſtram ſententiam pertrahit, nullum principatum datum fuiſſe Petro ex his verbis, *Tu es Petrus, &c.* Tibi enim deueniendum eſt ad cap. 20. Ioannis, vbi videbis omnibus ſimul dari quod Petro omnium perſonam gerenti, ac proinde omnibus in Petro promiſſum fuerat. Tu verò qui Gratianum flagellas, eris æquior fortaſſis Ambroſio, qui verba illa Chriſti ſic aliquando exponebat, *Tibi dabo claues regni cœlorum. Quod Petro dicitur,* inquit, *Apoſtolis dicitur.* Quantùm ad Irenæum, Tertullianum, Auguſtinum

In Pſalm. 38.

num attinet, ego tibi illorum locos iam antè obieci, cùm diceres *Romanum Pontificem non eſſe Petri ſucceſſorē quatenus eſt Romanum Epiſcopum:* vt ita ſedes Rom. à Pontifice, non autem Pontifex à ſede Romana penderet. Ego verò, quanquam nec Eccleſię Romanæ, nec tui Pontificis cauſam ſuſcepi, volui tamen teipſũ refellere ex iis quæ nobis identidem opponis. Cæterum quandiu Eccleſia Rom. doctrinæ Euangelicę puritatem retinuit: &, vt Irenęi verbis vtar, *in illa Eccleſia conſeruata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio,* atque etiam Epiſcopi Rom. officium ſuum exercendo, ſeſe miniſtros Eccleſię prębuerunt, non autem Reges, (vt nunc faciunt) nihil mirum, ſi apud veteres magno tum illi in pretio fuerint, accedente etiam vrbis dignitate. Tu verò ſimiliter facis, vt ſi quia Veteres Romam quandiu ſtetit, & caput mundi vocata eſt, ſcriptis ſuis celebrarunt, idem me hodie iubeas facere de Romæ toties collapſę ruderibus.

Lib.3.c.4.

LXVI.
Pag.227&ſeq.

Tvrrian. *Obiicis Canonem primæ ſedis. Sed is intelligendus eſt de primatibus Africę, vt Leo papa ſcripſit. Quòd autem addis, ne Rom. Pontifex vniuerſalis appelletur, non eſt ex Canone, ſed ex Gratiani rubrica in caput proximè ſequens, vbi interdicitur ne quis Patriarcha vniuerſalis appellaretur, quaſi ſolus eſſet: & ita intelligendus eſt locus Gregorij, conquerentis de Ioanne Conſtantinopolitano.*

Sadeel. Si, vt dicis, Canon ille Synodi Africanę de ſolis Africanis intelligendus eſt, ſequitur Africanos tunc temporis nullam primam ſedem agnouiſſe extra Africam, vt ne nunc quidem. Quid verò in te admiſit Gratianus, cuius verba & ſententiam tam faſtidioſe repudias? Atenim probat manifeſtis tum Pelagij, tum Gregorij verbis *nefas eſſe quenquã vniuerſalē Epiſcopum nominari.* Tu ipſe vide Gregorij Epiſt. ac tum deſine de ea re dubitare. Stultũ eſt autē quod ais, *Gregoriũ negare ſe eſſe vniuerſalē, hoc eſt, ſolum:* eccui enim vnquã illa dubitatio incidiſſet? Imò verò aliam rationem addit Gregorius his verbis: *Quid tu Chriſto vniuerſalis Eccleſiæ capiti in extremi iudicij dicturus es examine, qui cuncta eius membra tibimet conaris vniuerſalis appellatione ſupponere?*

Can. Nullus.
Can. Ecce. Diſtinct. 99.
Lib.6.Ep.2.
Lib.4.Ep.32. 38.39.
Lib.4.Ep.38.

LXVII.
Pag.230&231.

Tvrrian. *Citas Gratianũ, ex quo dicis conſtare Pontifices Rom. fuiſſe cæteris Eccleſiis prępoſitos edictis Imperatorijs, ſed nihil tale apud Gratianũ reperies.*

Sadeel. Dicis nihil tale extare apud Gratianum. Audi igitur quid ille recitet de priuilegio conceſſo Romano Pontifici ab Imperatore Conſtantino: *Sancimus,* inquit, *vt principatum teneat tam ſuper quatuor ſedes Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolymitanam & Conſtantinopolitanam, quàm etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum Eccleſias* Dei. Nolim tamen te mihi ſuccenſere, quaſi non ſatis videam è quanam officina illa prodierint. Sed omnino vides tuos Pontifices verbo Dei & iure diuino deſtitutos, quantum in ipſis fuit ſeſe edictis Imperatoriis, & quidem non veris tantùm, ſed etiam commentitiis ſuſtentaſſe.

Can. Conſtantinus Diſt. 96. &c.

LXVIII.
Pag.231.

Tvrrian. *Obiicis Tertullianum vocaſſe Romanum Epiſcopum, Epiſcopum Epiſcoporum, per ludibrium. Sed cur dicis edictum peremptorium? an non habebat poteſtatem is, qui huiuſmodi edictum proponit? Erras autem dum dicis eſſe fallaciam in figura dictionis. Nam is error committitur quando non idem eodem modo exponitur, &c. vt ais tuus Philoſophus.*

Sadeel. Planus eſt Tertulliani locus. Inuehitur enim in Romanum Epiſcopũ, & per ludibrium eum vocat *Epiſcopum Epiſcoporum,* quemadmodum etiam ſtatutum illud Eccleſiaſticum, quod Tertullianus reprehendit, vocat *edictum peremptorium*, alludens ad edicta Regia, quod miror te non videre. Nec enim, ſat ſcio, auſis dicere Pontifices Rom. eiuſmodi edicta proponere. Licet enim eorum Canones & Decreta velint haberi etiam ſupra Imperatoria Edicta, humiliori tamen vocabulo vti ſolent. Verùm audi Tertullianum ita tuum Pontificem, vt tibi quidem videtur, mirificè commendantem, *Audio*: inquit, *edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium. Pontifex ſcilicet, Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit, Ego & mœchiæ & fornicationis delicta, pœnitentia functis dimitto. O edictum cui adſcribi non poterit bonum factum!* Hæc Tertullianus Epiſcopi Rom. laudes celebrans, vt exiſtimat Turrianus. Ego verò hîc de cauſa Tertulliani non diſputaui, ſed te tantùm reprehendi, qui non intellectum Tertullianum nobis imperitè admodum obieceras. Sed ecce carpis illud loquendi genus quo vſus ſum, qui dixerim te peccaſſe in figura dictionis, & Dialecticum ſcilicet agens, nobis explicas quomodo *fallacia illa admitti dicatur*, nempe *quando non idem eodem modo exponitur*. At enim ſi ita eſt vt vis, & quod per ludibrium & ironicè dictum eſt, tu tanquam ſeriò dictum accipis, & inde argumentaris: quid habes quod in meo loquendi genere reprehendas? Ergo (vt id obiter dicam, nec enim valdè pertinet ad hoc noſtrum inſtitutum, ſed tu omnia congeſſiſti, vt ita libri tui opus ſurgeret) perperam hæres in exemplis quæ extant in Elenchis Sophiſticis: nec cogitas, ex ſimili ratione, & analogia, loquendi illa genera vlteriùs eſſe porrigenda. Nec me latet à quibuſdam ironicam rationem referri ad amphiboliam, ab aliis ad proſodiam, ſed eos ſequi malui, qui fallaciam in figura dictionis ad totam ſententiam extendunt, quod & fecit Ariſtoteles, de vitiis Rhetoricorũ argumentorũ diſſerens. Si tamen malis te erraſſe in amphibolia, aut proſodia, licet tibi per me tuum errorem quouis nomine appellare.

Rhetor. lib. 2. cap. 45.

LXIX. Pag. 236. & ſeq.

TVRRIAN. *Dicis in Synodo Nicena ἐπειδὴ non ſignificare cauſam efficientem. Sed tu ipſe apud Lucam exponis per, Quoniam, quod non ſignificat ſimilitudinem vel exemplum. Porrò audi quid dicat Photius Conſtantinopolitanus in locum illũ Lucæ quem citaſti: Lucas, inquit, declarat cauſam cur poſt alios ſcripſerit: Hæc ille. Magiſtri igitur fuerunt cauſa efficiens doctrinæ eius, & ipſe ab illis doctus, fuit cauſa efficiens ſuæ ſcriptionis. Cauſa verò finalis fuit, vt cognoſcat, inquit, eorum veritatem de quibus eruditus es. In loco Act. 13. quem citas, eſt cauſa ſine qua non. dices fortaſſe eſſe occaſionẽ, ſed quod fit per occaſionem quod ſine occaſione non fieret, cauſam habet eam occaſionem. Audi Clementem Alexandr. Multa, inquit, concurrunt ad vnum effectum, propter quæ perficitur opus, ſed non ſunt omnia cauſæ, &c. Ergo Epeide, non differt à διότι.*

SADEEL. Turrianus Pamelion ſequutus ex Canone ſexto Nicenæ Synodi, Rom. Pontificis principatũ confirmare voluit, nimirum aquam ex pumice hauriens. Cùm igitur plana ſit illius canonis ſentẽtia, qua iubetur Rom. Epiſcopus ſeſe intra ſuos fines continere, non minus quàm alij primates, rationẽ excogitauit Turr. Pamelij ſiue præceptor, ſiue diſcipulus, qua ſibi probè viſus eſt totũ illũ Canonẽ ad ſuæ cauſæ cõmodũ torquere. Itaq; vnã voculã Græcã arripuit, ἐπειδὴ, quæ eſſet molis Pontificiæ fundamentũ. Nos autẽ ineptũ hoc concludendi genus refutauimus in ſolutione Sophiſmatis Turriani [illegible] in illo loco [illegible] diſtinguẽtes. Iam audiamus quibuſnam argumentis ſuam ſententiam defendat. Exponis, inquit, *Epeide*, quoniam, apud Lucam. Citaſti hoc ferè ex vetere interprete, qui ita voculam illam interpretatus eſt, & rectè. *Atenim*, inquis, *quoniam, non ſignificat ſimilitudinem, ſed cauſam.* Quaſi veró ſimilitudo & exemplum non poſſit præbere cauſam alicuius rei faciendæ. Quis enim præter te neſcit quàm latè pateat cauſæ vocabulum? Neque ſatis rectè intelligis teſtem illum tuum Conſtantinopolitanum quem produxiſti, qui non ſubſiſtit in illa vocula, *Epeide*, ſed totam Lucæ præfatiunculam exponit. Tu veró parúm Theologicé dicis *Magiſtros Lucæ fuiſſe cauſam efficientem doctrinæ eius.* Nam in Theologia non idem ſtatuendum eſt quod in aliis pleriſque artibus, vbi homines ipſi ſunt rerum efficientes: ſiquidem quum de cœleſti doctrina agimus, Spiritum ſanctum agnoſcimus efficientem doctrinæ ac fidei; homines autem quorum operam adhibet, organa & inſtrumenta Spiritus ſancti appellare ſolemus. Nec enim ſine cauſa hanc Prophetæ ſententiam (*Erunt omnes docti à Deo*) Chriſtus iis accommodat qui doctrinam Euangelicam vera fide amplectuntur. Nec verius eſt quod addis, *Lucam fuiſſe cauſam efficientem ſuæ ſcriptionis*: quæ Spiritum ſanctum autorem habuit: quandoquidẽ Scriptura ſacra dicitur θεόπνευστος. Quam ob rẽ omnino infeliciter verſatus es in loco illo Lucæ nobis explicando: nec vnquam efficies vt illic, *Epeide*, ſignificet, *dioti* ſed occaſionẽ potiùs: quæ licet ſignificetur cauſæ nomine latiùs ſumpto, non tamen confundenda eſt cum ea cauſa quæ ſignificatur per [*dioti*.] Sic enim Lucas, viſum eſt, inquit, *& mihi*, vt ſignificet ſibi inde ſcribendi occaſionem oblatam eſſe. Atqui hæc de loco Lucæ. Dicis Act. 13. [*Epeide*] *ſignificare cauſam ſine qua non.* Quod ſi ita eſt, non igitur ſignificat [*dioti*,] quod niſi intelligis, planè es rerũ Philoſophicarum imperitus: adeó vt ſine cauſa Philoſophus haberi velis, qui tã malè de cauſis & cauſarũ natura diſputas. Clemens autem Alexandrinus, cuius etiam teſtimonio vteris, teipſum redarguit. Docet e.n. *licet multa ſpeciẽ cauſæ habeant (vt occaſio & cætera eiuſmodi) non tamen propterea illis cauſæ nomen eſſe tribuendum.* Ergo, *Epeide*, differt à, *dioti*, atque inprimis in illo ſexto Canone de quo diſputamus.

Eſ.54. Ioan.6. 2.Tim.3. Luc.1.

TVRRIAN. *In illo Canone Niceno, [illegible], ſignificat cauſam exemplarem (inquit exponente Anacleto Papa) quæ ad efficientiam cauſæ efficientis pertinet. Itaque Ariſtoteles cauſam formalem vocat, formam & exemplar. Vt domus in animo artificis eſt forma eius, eſt efficiens cauſa domus materiatæ. Rectè igitur dixiſti, Epeide] ſignificare ſimilitudinem, hoc eſt, ſimilem formam, & exemplum. Nam forma & exemplum poteſtatis, quam habet Pontifex in ſucceſſores Apoſtolorum, cauſa efficiens fuit, vt Epiſcopus Alexandrinus ſimilem poteſtatem haberet in Epiſcopos Aegypti, &c. Proba, Antoni, quod non habere eam conſuetudinem Epiſcopum Rom. (vt hoc demus) non prohibuiſſet quin illa poteſtas Epiſcopo Alexandrino conceſſa eſſet. Si nõ potes, eſto ad palinodiã compulſus vt ſtipes.* LXX. Pag.238. & ſeq.

SADEEL. Anacletũ tuũ nihil moror, qui [illegible] inuigilans in rebus ſacris ſomniabat: ac noli putare me credere eum eſſe Anacletum, cuius Veteres mentionem fecerunt, (vt id obiter dictum ſit) Venio ad Ariſtotelẽ cuius mentem ſi tam bene intelligeres, vt Anacleti ſenſum tenes, longè aliud profectò ſcriberes. Ais igitur in Canone Niceno ſignificari *cauſam exemplarem*, *quæ*, inquis, *ad efficientiam cauſæ efficientis pertinet.* Cedò mihi rationem. Nimirum, inquis, *Ariſtoteles vocat cauſam formalem formam & exemplar: quemadmodum domus in animo artificis, eſt forma ipſius domus*. Hic video te neſcire quid ſit vel forma vel exemplar. Nam, ſi propriè loquimur, exemplar, eſt extra mentem, forma autem ex illo exemplari collecta, in animo eſt. Exemplar autem illud quod externũ eſt, non poteſt eſſe principium vel cauſa: ſed forma illa quæ eſt in mente artificis, eſt principium motus, ſi voluntas adſit. Et quia me ſtipitem vocas, propone ſtatuam aliquam (vos enim eiuſmodi ſtatuis & ſtipitibus in templis veſtris abundatis) ad cuius exemplar velis ipſe ſtatuam formare: dic mihi ſodes, illa ſtatua eritne in animo tuo? Reſponderet fortè quis poſſit, id quod ſcriptum eſt, *ſimiles fiant illis qui faciunt ea, & confidunt illis*: vt ita videas cuinam meliùs nomen ſtipitis conueniat: ſed credo te non ita reſponſurum. Agè ergo, ſi ſtatua illa quam tibi proponis, non eſt in mente tua, ſed tantùm illius forma, quod tibi cogitatione depingis: cur dicis ergo exemplar eſſe in animo artificis? Vis in illo Canone *poteſtatem Romani Pontificis fuiſſe cauſam efficientem poteſtatis Epiſcopi Alexandrini, eò quòd Patres ſibi propoſuerunt poteſtatem Romani pontificis tanquam exemplar*: hoc ſi verum eſſet, certè Principatus ille Pontificius ſemper fuiſſet res externa, qui fuiſſet exemplar, cuius formam Patres illi habuiſſent, atque ita efficeretur, poteſtatem Romani Pontificis non fuiſſe vel cauſam efficientem, vel in cauſa efficiente eius, quod decretum eſt de Alexandrino, & Antiocheno Epiſcopis. Sed iam faxo ſentias, quàm te ipſe vulneres, dum cõtrectas hunc cauſarũ gladium, cuius vſum non ſatis noſti. *Si, vt loqueris, exemplar poteſtatis quam habet Pontifex in ſucceſſores Apoſtolorum, efficiens fuit vt Epiſcopus Alexandrinus ſimilem poteſtatem haberet in Epiſcopos Ægypti: & ſequitur Romanum Pontificem nihil habere iuris in illos ipſos Epiſcopos Ægypti, &c. vis enim eam eſſe Pontificiam poteſtatem, vt ille ſuperiorem agnoſcat neminem. At verò, ſi ſimilem habeat in ſuos poteſtatem Epiſcopus Alexandrinus, nullum igitur agnoſcit Romanum Pontificem ſuperiorem: aut non erit ſimilis poteſtas.* Agè porrò, Franciſce, noue cauſarum fabricator: quæſo ex te, an Patres Nicenæ Synodi fuerint periti artifices necne? Si non fuerunt, non igitur potuerunt efficere quod volebant (vt exiſtimas) ac propterea nihil ſtatuunt in tuum Pontificem. Si periti fuerunt, quod video te malle, certè opus eorũ exemplari propoſito ſimillimum fuiſſe oportuit, adeò, vt exemplar tantùm fuerit præſtantius. Quid, quod plerique artifices tanto ingenio, tantaque pollent induſtria, vt poſſint aliquãdo exemplar ſibi propoſitum ſuperare? Hinc ergo ita ratiocinor. *Patres Nicenæ Synodi in diffiniendâ conſtituendâque Alexandrini Epiſcopi, itemque Antiocheni poteſtate ſibi propoſuerunt exemplar poteſtatis Romani Epiſcopi, quod aſſumis: Et illi Patres fuerunt periti artifices, (quod negare non audes.) Quare illos opus ad plenè ſimile illi exemplar expreſſiſſe neceſſe eſt. Ex quo efficitur vt ſi Romanus Epiſcopus habuerit poteſtatem in omnes Eccleſias, Alexandrinus quoque & Antiochenus poteſtatem ſimilem habeant. Aut ſi Alexandrinus & Antiochenus poteſtatem habent ſuis finibus diſtinctam, Romanus igitur Epiſcopus* *potestatem suis finibus distinctam habeat.* Cæterùm dum postulas *vt probem si illa consuetudo Romani Pontificis non fuisset, nihilominus patres Nicenos idem facturos fuisse:* vndènam tandem sumpsisti istud disputandi genus? Num existimas, si nunquam Roma extitisset, propterea futurum, vt antequam Nicena Synodus haberetur, aut nulla mentio fieret vel de Alexandrino, vel de Antiocheno Episcopo? Quid? Nónne Antiochia (cui vos primùm Petri Cathedram tribuitis, quam postea vester Marcellus ad se rapuit) inter reliquas Ecclesias maximè tum floruit, quum nondum vester Romanus Episcopus caput super alias Ecclesias extulisset? Abi igitur cum tua illa postulatione, quà me vis adigere, vt probem, non aliquid esse vel fuisse, sed aliquid futurum non fuisse. Præstaret igitur te silere, quàm ita, non dicam loqui, sed veritati ineptiis adeò & insulsis obiectionibus obstrepere.

LXXI. Pag. 240.

TVRRIA. *Si Episcopus Alexandrinus primatum habet, quia hoc est consuetum Episcopo Romano: Ergo, esse primum, magis conuenit Episcopo Rom. Nā propter quod vnumquodque est, & illud magis: At non potest magis esse primus, nisi sit primus omnium. Dicis Canone Niceno tres illos Episcopos suis finibus iuberi distinctos esse, quod falsum est: nam si Episcopo Rom. Synodus iussit esse distinctum suis finibus, cur figuram sermonis mutauit? Seruentur inquit, in Aegypto, Lybia, & Pentapoli antiquæ consuetudines. Episcopo verò Rom. nihil tale figuratè iubet, sed profitetur se consuetudinem eius sequi. Sanxit Synodus vt Episcopus Alexandrinus similiter Antiochenus haberent potestatem in prouincias sibi iam olim subiectas ad exemplum Episcopi Romani, qui habet in suam. Dicis fieri mentionem Priuilegiorum, sed, Parœcian, non solum Parochiam significat, sed etiam Diœcesin: quemadmodum, Didascalion, significat scholam vbi docetur. Sanxit igitur Synodus vt quisq; Episcopus Diœcesi suæ legatione pro Christo fungeretur. Tu ipse dicis hoc decretum ad solam Eutaxian spectasse.*

Pag. 241.

Ibid.

Ibid.

SADEEL. Axioma illud (vt id obiter dicamus) *propter quod vnumquodq; est, & illud magis* habet locum in caussis agentibus synonymis omnino primis & summis. Exempli gratia: hic ignis calefaciens hoc ferrū, & à nullo accipiens calorem, est calidior hoc ferro. Sed quid hoc ad flagrantem Pontificis ambitionem attinet? nisi fortè probare velis eum esse ambitiosissimū, cuius rei primatum libenter illi concedimus. At enim, inquis, *Episcopus Romanus magis est primus, quia Alexandrinus est primus propter Episcopum Rom.* Imò *primus est in sua Diœcesi, quemadmodum Episcopus Romanus primus est in sua, vt voluit Nicæna Synodus.* Cæterū, quid tibi vis dum ais, *eum esse magis primum*: quænam obsecro sunt hæc verborum portenta? Qui enim *magis* est *primus* altero primo, certè constituit alterum illum, non iam primum, sed secundum. Nemini verò dubium est quin possint esse multi primi, nempe suorum quisque inferiorum respectu primus est. Sed iam audiamus quemadmodum me reprehendas, eò quod dixerim tres illos Episcopos iuberi suis finibus distinctos esse: quoniam, inquis, *mutata est sermonis figura, quum agitur de Rom. Pontifice.* Verùm non propterea falsum est quod dixi. Nam *si Alexandrinus debet manere intra suos fines, itémque Antiochenus, quia hoc quoque erat consuetum Episcopo Rom.* nonne satis datur intelligi, Romanum Episcopum tum suis se finibus continuisse? *Non iubetur,* inquis, *Romanus Episcopus id facere.*

Quid tum? nimirum id iam faciebat, an idcirco minus verum est, illum fines distinctos habuisse? Vis vno verbo transigam, Turriane? nihil opus fuit vt Synodi iuberent Episcopos Romanos vti potestate. Nam huic rei etiam nō iussi nec admoniti diligentissimé incumbebant: quare inutile fuisset (vt ille dicebat) *bene currenti subdere calcar equo.* Sed iam præclaram tuam interpretationem audiamus. *Sanxit,* inquis, *Synodus, vt Antiochenus & Alexandrinus haberent potestatem in Prouincias sibi iam olim subiectas ad exemplum Episcopi Romani, qui habet in omnes.* Haeccine est tua illa vel formalis, vel exemplaris causa, de qua nobis tam multa anteà narrabas? Ecquodnam est istud *exemplar Antiocheno & Alexandrino propositum, vt potestatem in suos habeant ad exemplum eius qui habet in omnes?* Nonne vides (videres autem nisi Pontificem tuum tanquam trabem in oculis haberes) nonne, inquam, vides eum qui omnibus imperat, non posse esse exemplar potestatis eius, cuius Imperium certis finib. circumscribitur? Sic igitur dicendum erat, habeant illi Episcopi potestatem in omnes, ad exemplum Episcopi Romani, aut si non habent potestatem in omnes, certè ita fuit tibi dicendum, habeant illi Episcopi potestatē in prouincias sibi subiectas, ad exemplum Episcopi Romani, qui in prouincias sibi subiectas habet potestatem. Quinetiam ipsa copula te quantumuis licet reluctantem eò pertrahit: quandoquidem, inquit Synodus, *& Romano Episcopo id consuetum est.* Ex quo intelligitur idipsum de Romano Episcopo intelligendum esse, quod de Alexandrino & Antiocheno dicitur. Quid, si contendam ex his Synodi verbis intelligendam esse potestatem Romani Episcopi ex potestate illa quæ tribuitur Alexandrino & Antiocheno? Quænam est enim ista *consuetudo Romani Episcopi?* nonne similis ei rei de qua agitur? Quare ita omnino vrgente veritate dicendum est, eam fuisse consuetudinem Episcopi Romani, vt in certas Ecclesias potestatem haberet. Porrò de vocabulo, *πρεσβεῖα,* mira nobis & hactenus inaudita commemoras, & nostram ignorantiā qui id nesciamus, exagitas. Agè ergo, mi Græcule, parati sumus discere, modò bonum & peritum doctorem nacti simus. Profers ex commētitia quadam Grammatica, *πρεσβεῖον significare Diœcesim,* cuius rei exēplum nullū profers, nec proferes, licet Bibliothecam Vaticanam totā euoluas. Illud n. vocabulum honorē, dignitatem, & peculiare aliquod præmium significat. Tu veró rediculus es, qui putes eò quod desinit in *ειον, significare locum in quo Episcopus legatione sua fungitur, quemadmodum* [*didascaleion*] *significat locum in quo docetur:* debebas addere & [*gynaikeion*] quod fortasse melius conueniret tuis Episcopis quàm [*didascaleion*] sed vocabulorum significationes non ex terminatione vocis, sed ex vsu & probatorum autorum lectione colligendæ sunt. Ecquis porró sensus erit, *vnicuique Ecclesiæ seruentur sua honora* (inquit Synodus) hoc est, vnicuiq; Ecclesiæ seruetur sua Diœcesis (exponit Turrianus.) Et quia ipsa Ecclesia est Diœcesis) ex recepto Veterum loquendi vsu) is erit sensus, vt vnicuique Ecclesiæ sua Ecclesia seruetur: ita nobis vocabulum Græcū Latinè exponente Turriano. Quia verò mihi vis negotium facere ex vocabulo Priuilegij, vide Pamelium magnum Ecclesiæ Romanæ patronum in Cyprianū de Vni. Ecclesiæ, illud ipsum vocabulum vsurpantē

&

& longè aliter intelligentem quàm intelligas. Scilicet ſic inter vos Pontificios conuenit. Denique quòd *exultas eò quòd illi veterum illud ſtatutum Nicenum eutaxian ſpectaſſe, quaſi approbem illas in Eccleſia ſeniorum vel* [illegible] *leges:* longè falleris, mi Franciſce. Nam ego *eutaxian* pro diſciplina vſurpaui, & dixi *eutaxian* nonquàm approbo, ſed ad quam Patres Nicenę Synodi ſpectarunt: videlicet (quemadmodum addidi) vt ea ratione Schiſmaticis occurri poſſet. Verùm experientia docuit Eccleſiaſticas illas dignitates ignem ambitionis non extinxiſſe, ſed potiùs magis magiſque accendiſſe.

LXXII. Pag. 247.

TVRRIAN. *Dicis, Si primatus Rom. initium ſola conſuetudine, eſſe proprie rem humani iuris. Hîc te ad tuum Academicum prouoco, vt iudicet an credendum ſit nullas conſuetudines à ſanctis Apoſtolis in Eccleſiis relictas eſſe. Nos, inquit Paulus, talem conſuetudinem non habemus, nec Eccleſia Dei: vide Tertull. de corona militis, ait Ἀρχαῖον, hoc eſt, Priſcum; (quod vocabulum vſurpatur in illo Canone) dicitur ἀπ᾽ ἀρχῆς.*

SADEEL. Ego viciſſim te prouoco ad Tertullianum & Cyprianum, qui affirmant *Chriſtum ipſum ſeſe veritatē non conſuetudinem nominaſſe.* At enim, inquis, *non credendum eſt nullas conſuetudines ab Apoſtolis fuiſſe in Eccleſiis relictas.* Ego verò, Turriane, profiteor me credere, quæcunque ab Apoſtolis inſtituta & relicta ſunt ſaluti neceſſaria, ea omnia in ſacra Scriptura contineri: qua de re alibi diſputauimus, vbi etiā reſpondimus ad decantatam illam ac tritam obiectionem, quam ex Tertulliano petere ſoletis. Siquid habes aduerſus ea quæ à nobis propoſita ſunt, tuum, erit proferre. Sed obiicis hęc Pauli verba (*nos talem conſuetudinem non habemus* inquit.) quod certè Paulus de iſtis primatū gradibus veriſſimè diceret. Verùm vt omittam illam ipſam *conſuetudinem* de qua loquitur, ſcriptā ibi eſſe: certè non illic agitur de capite fidei, ſed tantū de externo aliquo ritu: & addo, illum etiam ritum in Eccleſiis propè omnibus obſoleuiſſe. Itaque ego ſic ex illo loco in te concludo: *Si conſuetudo de qua Synodus Nicena loquuta eſt, pertinet ad eiuſmodi conſuetudinem de qua Paulus dicebat: Nos talem conſuetudinem non habemus: & illa conſuetudo de qua Paulus loquebatur obſoleuit in Eccleſiis ſine vllo fidei, vel ipſius Eccleſiæ detrimento: ergo conſuetudo illa poteſtatis Epiſcopi Romani, de qua Synodus Nicena loquuta eſt, poteſt tolli & obſoleſcere ſine vllo detrimento fidei & Eccleſiæ: addo etiam, cum maximo fidei fructu, & maxima Eccleſiæ vtilitate.* Sed hîc etiam agis ineptè, quū dicis [*archaia*] dici [*apò tes arches*] quaſi verò inde ſequatur quicquid eſt *archaion*] fuiſſe [*apò tes arches*] hoc eſt, ab initio. Longè melius Tertullianus, qui, vt non negat errorem veterem eſſe poſſe, ita affirmat, *id omne verum eſſe quod ab initio eſt, & quicquid primum eſt id verum eſſe.* Non igitur quicquid eſt [*archaion*] eſt [*apo tes arches*] Nam mendacium eſt quidem vetuſtiſſimum, ſed non ab initio.

De virg. veland. lib. 2. ep 3. & In c6. Carthag.

1. Cor. 11.

Aduerſ. Marc. lib. 4. & aduerſ. Prax.

LXXIII.

TVRRIA. *Obiicis Can. Mos antiquus: in verbo Parilis: ſed ibi ſignificat ſimilitudinē formæ. Cæterū in Gratiano à noſtris multa corriguntur & limantur, nec omnia, quæ in eo feruntur, autoritate Eccleſiaſtica ſancita & confirmata ſunt.*

SADEEL. Ecce autem nouam expoſitionem vocabuli *Parilis* apud Gratianum: *vt ſit ſimilitudo formæ*: quaſi verò neſciamus quam ſimilitudinē *Parilis* ſignificet: omninò quocunque te vertas quū de *conſuetudine* loqueris; ſi conſuetudo Epiſcopi Romani fuit ſimilis illi poteſtati, quæ tribuitur Alexandrino & Antiocheno, ſequitur viciſſim id quod attributum eſt illis Epiſcopis, fuiſſe ſimile conſuetudini Epiſcopi Romani. Et quia Synodus loquitur de poteſtate, dicendum erit Epiſcopi Romani conſuetudinem, hoc eſt, poteſtatem fuiſſe ſimilem poteſtati Epiſcopi Alexandrini & Antiocheni, ac proinde non maiorem. Nec enim hic comparatur Eccleſiaſtica poteſtas cum ciuili, ſed cum Eccleſiaſtica, & fines vnius cum alterius finibus: ac propterea quum vna dicitur eſſe alteri ſimilis, alteri quoque par eſſe dicitur, quia ſimilitudo hic non tam eſt qualitatis, quàm ipſius quantitatis. Conſtat autem ſimilitudinem in quantitate eſſe æqualitatem. Sed nodum poſtea ſecas, dum fidem Gratiano abrogas, ex cuius tamen fontibus tot Doctores Canoniſtæ profluxerunt, quorũ partes erunt ſuum illum authorem defendere, ſi quid ea res ad ipſos pertinere videbitur. Nam quod ad me attinet, non Gratiano tantùm, ſed & tuis omnibus Decretalibus, Pontificiis Decretis, Bullis, Diplomatibus, ipſique adeò tuo Pontifici fidem abroges tibi per me licet.

LXXIIII.
Pag.250.
Pag.256.

TVRRIAN. *Obiicis Decretum Synodi Africanæ, ne qui illic damnati eſſent mare traiicerent Romam; ita expoſui, niſi ſit cauſa Romã veniendi ad Pontificem: Quod illi Patres Carthaginenſes tunc peccarunt, poſtea ſucceſſores eorum correxerunt.*

SADEEL. Iterum tuam expoſitionem repello ex ipſo Cypriano quem tibi obiecceram, & ad eius verba nihil reſpondes. *Singulis*, inquit, *Paſtoribus portio gregis eſt adſcripta, quam regat*: & pauló póſt. *Iam cauſa eorum cognita eſt; iam dicta ſententia.* Hæc ille. Cæterùm ecce quomodo tibi cum Cypriano non conuenit. Tu dicis *licere Romam appellare, ſi cauſa ſit illuc veniendi*. At Cyprianus ait *non licere appellare: quandoquidem iam cauſa, inquit, cognita eſt, & dicta ſententia.* Quòd ſi tu verũ diceres, ita potiùs concludendum erat. Quandoquidem à vobis, ô Cypriane iam lata eſt ſententia, licet igitur nunc poſt primam illam cognitionem appellare ſummum Pontificem, qui tandem cauſam illam definiat. Sed quia Cyprianus illi Synodo interfuit (vt multa alia prætermittam) malumus illi credere quàm tibi. Verùm, ais, ſic quærit Cyprianus: *Quæ cauſa, inquit, fuit veniendi?* Sanè quidem. Sed ita negat illis vllo modo id licuiſſe. *Nam*, inquit, *aut in ſuo ſcelere perſeuerant, aut ſi diſplicet & receſſerunt, ſciunt quò reuertantur. Nam cum ſtatutum ſit omnibus nobis, & æquum ſit pariter ac iuſtum, vt vniuſcuiuſque cauſa illic audiatur, vbi eſt crimen admiſſum, oportet eos quibus præſumus non circumcurſare, &c.* Ex quibus manifeſtum eſt, Cyprianum planè negare ſchiſmaticos illos aliquid poſſe prætexere, quamobrem Romam venerint, & (vt Cypriani verbis vtar) *illuc cum mendaciorum ſuorum merce nauigarint, aduerſus ſtatutum illud Africanum*, cuius tu nobis nouam & prorſus abſurdam expoſitionem protuliſti, quam nos propterea reiicimus, & Romam cum reliqua mendaciorum tuorum merce remittimus. Tandem videris id quod à nobis dictũ eſt velle agnoſcere, cum ſubiicis *hoc poſteà ab Epiſcopis Carthaginenſibus fuiſſe correctum*. Imò verò Turriane, quamdiu & Orientales & Africanæ Eccleſiæ ſteterunt, cum Pontificem identidem extra ſuos fines erumpentem quoad eius fieri potuit, coercuerunt: tantùm abeſt vt eius dominationi ſeſe ſubiecerint: ac ne ipſæ quidem reliquiæ, quæ hodie ſuperſunt in Orientalibus Eccleſiis, eum Pontificem agnoſcunt, quæcunque tandem falſa ſcripta vel olim protuleritis, vel etiam hodie proferatis.

LXXV. Pag. 259.

TVRRIAN. *Ait aliò te, in Decreto Gelaſii Papæ, quod citat, omiſſo breuiculum proœmium: Cuncta, inquit, per mundum nouit Eccleſia. Si pudet mihi dicere, dic in aurem tuis amiculis: Si dubitas, curre, num verum ſit quod Pontifex Gelaſius ait; Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quod ſacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi, &c. Eia ex Germania, accinge te ad iter, percurre omnes Eccleſias, & quod audies, hoc teneas.*

SADEEL. Quaſi verò, Turriane, ego tuo Papæ Gelaſio credam, vel ad ſe cauſarum omnium cognitionem rapienti, vel affirmanti, id quod dicit, *notum eſſe omni Eccleſiæ.* Hoc certè dolendum eſt tam craſſas erroris tenebras tam latè olim diffuſas fuiſſe. Sed tamen falſum eſſe quod ait tuus ille Pontifex, ſatis teſtatæ ſunt Orientis Eccleſiæ, quemadmodum paulò antè dixi, atque etiam hodie teſtantur. Quinetiam vera Dei Eccleſia nunquam id nouit quod ille iactat, nunquam id agnouit, nunquam id credidit: ſed vnum Chriſtum Paſtorum omnium Principem ſolùmque totius Eccleſiæ iudicem, vera fide perpetuò amplexa eſt. Nec ego in aurem (vt nugando garris) ſed potius quemadmodum vides clariſſima voce profiteor, me non magis credere Gelaſio Papæ dicenti: *Cunctam per mundum Eccleſiam noſſe, quod Romana Eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi:* quàm credo Satanæ ſibi *omnia mundi regna tribuenti.* Porrò, vt tuum *breuiculum proœmium,* quoniam ita vis, vrgeamus, te hîc rurſus in contradictione deprehende, qui ſuprà *Pontifici,* nunc autem *Romanæ Eccleſiæ autoritatem tribuas.* Sed enim, Franciſce, vt cætera omittam, ſatis pro imperio iubes me *omnes percurrere Eccleſias, & vniuerſum terrarum orbem peragrare,* ſcilicet *vt videam verúmne ſit quod Gelaſius ille tuus ſcripſit, omnes Eccleſias eſſe Romani Pontificis potentiæ ſubiectas.* Tu verò, ſatiſne ſanus es, aut, *ita ſponte oculum torques, vt duas flammulas ex lucerna videas* (quemadmodum ille dicebat) qui tibi perſuades omnia regna, omnéſque prouincias imperio tui Pontificis comprehendi? Quid opus eſt me tam longum iter ingredi, cùm nuſquam mihi pedem ponere liceat, quin ibi comperiam homines Pontificium principatum animo, voce, & quoad eius fieri poteſt reipſa deteſtantes & à ſe propellentes? Ita ſe res habet, neque id neſcis, vel tu, vel amiculi tui Monachi, vel Cardinales, quorum vos Monachi eſtis ſeruuli, vel ipſe Pontifex: vos, inquam, omnes id iam ignorare non poteſtis: neque vt id vobis ſignificem opus eſt. Atque hæc de mea illa profeſſione, quàm à me Turrianus flagitauit.

Matt. 4.

LXXVI. Pag. 261.

TVRRIAN. *Ais Pontifices Romanos omnia ad ſe rapuiſſe. Imò Conſtantinus vrbe Roma ſponte ceſſit Pontifici, & multi Pontifices Imperatores ipſos diſciplina coercuerunt.*

SADEEL. Quid? tune toties eiectam, & à pleriſque etiam Pontificiis exploſam illam fabulam *de Conſtantini donatione* in theatrum reducis? ſcilicet te meliora argumenta deficiunt. Vide igitur Vallã, ade-

óque

oque Nicolaum Cusanum Cardinalem *de donatione Constantini.* Quinetiam apud te cogita, satisne rectè, vt probes autoritatem Pontificiam esse iuris diuini, Constantini donationem in medium proferas. Porrò vt veram Ecclesiæ disciplinam ex verbo Dei, ac præceptis Apostolicis institutam amplectimur: ita tui Pontificis tyrannidem tum *spiritualem* in conscientias, tum (vt vulgò dicitis) *temporalem* in ipsos Imperatores ac Reges, à Dei verbo, & ab Apostolicis præceptis alienam planè reiicimus, quamuis ei nomen disciplinæ prætexatis.

LXXVII. Pag.265. **TVRRIAN.** *Quod attinet ad translationem cathedræ Petri, potuit Petrus cathedram transferre Romam, & transtulit eius verbi autoritate quo factus erat caput Ecclesiæ, & ita hodie posset Episcopus Romanus transferre quocunque vellet, & commodius videretur: igitur non sine verbo Dei loquutus est Marcellus Papa.* Pag.271. *Ais commentum de translata Petri cathedra repugnare ministerio Apostolico, &c. quod nescit Apostolos missos fuisse conuenienter suo nomini ad constituendas & ædificandas Ecclesias: postquam autem constitutæ erant, illi ipsi Apostoli Ecclesiis constitutis Episcopos præficiebant; quos sibi successores reliquerunt.*

SANDER. Ais *Petrum potuisse transferre Romam suam illam cathedram, quam vos Antiochiæ primùm collocatam esse vultis.* Sed (quod mihi sæpe & non perperam obiicis, & quod tibi semper & verè obiici potest) dicis, & non comprobas. Nos enim nec Antiochiæ, nec Romæ cathedram illam commentitiam vnquam defigi potuisse ex verbo Dei & ex Apostolici Ministerij natura affirmamus. Nec te iuuat quod ais *Apostolos, constitutis Ecclesiis, Episcopos præfecisse quos sibi successores reliquerunt.* Non enim propterea illi successores fuerunt Apostoli, sed Episcopi. Quòd si omnes Episcopi à Petro instituti, sunt Petri successores, vt sequitur ex eo quod dicis: cur igitur vnum nobis Petri successorem obtrudis? Cæterùm, vnde tandem colligis, *Petrum Cathedram Antiochiæ Romam transtulisse?* Num id fecit Petrus dum viueret? num testamento cauit, vt id post mortem eius fieret? ecquod scriptum? ecquod huius rei monimentum? Imò ante Marcellum Papam nemini id vnquam in mentem venerat. Cur igitur asseris *Petrum potuisse transferre cathedram*, si non transtulit? Scilicet, Turriane, (vt hæc verba Tertulliani vsurpemus) *vos Pontificij comparatas vanitate depellitis?* Cum enim non minus falsum sit, cathedram illam fuisse Antiochiæ collocatam, quàm Romam translatam, vos vnum somnium alio somnio eluditis. Iam quòd affirmas *Pontificem posse subinde transferre aliò Cathedram* (quam fortè in tuam Hispaniam translatam libenter velis) *adeò vt Romæ clauo trabali defixa non sit*, age cum Ecclesia Romana, quæ, sat scio, tibi propterea mulctam irrogabit. Sed de vestris somniis nimis etiam multa. Ne tamen planè te repudiare videar, proferam quid hac de re senserit Alliacensis, In quæst. vesper. Doctor Sholasticus, qui fuit preceptor Gersonis & Cardinalis Cameracensis: *Si*, inquit, *Roma subuerteretur, vt Sodoma, summus Pontificatus posset Ecclesiam Romanam dimittere.* Hæc ille Cardinalis.

LXXVIII. Pag.271. **TVRRIAN.** *Ad Ephesios 4. Dedit quosdam Apostolos, &c. ita ratiocinamur: Si finis est, sunt igitur ea quæ ad finem necessaria: Est autem finis in Ecclesia consummatio Sanctorum, & in cælesti Ecclesia nihil deest: Sunt igitur nunc in* *in cæleſti Eccleſia nihil deeſt: Sunt igitur nunc in Eccleſia quos Deus propter hunc finem poſuit: Cùm autem Apoſtoli morte prohiberentur permanere, neceſſe eſt ſucceſſores eorum remanſerint, nempe Apoſtolorum Archieſcopi, Prophetarum Epiſcopi, Euangeliſtarum Diaconi, Paſtorum Parochi, Doctorum Presbyteri. Omnes quidem Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, ſed maiores Epiſcopi, maiorésque Prophetæ primi ſuccedunt, tum minores.*

SADEEL. Totum hoc argumentum à nobis diſcuſſum eſt in ſumma huius diſputationis: pauca tantum percurrens dicam. Ludis homonymia vocabuli finis. Nam dum ais, *ſi finis eſt, eſſe quoque ea quæ ad finem referuntur:* videris loqui de finali cauſa ad quam media ſpectant. Sed ruſſus, quando *conſummationem ſanctorum finem eſſe conſtituis* (quam tamen conſummationem perperam in hac vita includis) video te nominè *finis* abſolutionem & perfectionem intelligere. Itaque fuit hoc apertiùs explicandum. Deinde quum ita concludis *oportere eſſe in Eccleſia eos quos Deus propter hunc finem poſuit, nempe propter conſummationem ſanctorum:* ſi generaliter loqueris, & intelligis eſſe, hoc eſt, nunc eſſe & permanere (quemadmodum facis) perperam connectis tuam ratiocinationem. Multa enim ac varia ſuis temporibus Deus inſtituit ad Eccleſiæ conſummationem pertinentia, quæ iam non ſunt, nec ampliús eſſe oportet. Nam (vt pleraque alia prætermittam) duodecim Apoſtoli donis ſpiritualibus præter ordinem excellentes & miraculorum edendorum poteſtate muniti, fuere quidem primordiis Eccleſiæ neceſſarij: ſed nec ille Apoſtolorum, vel ordo, vel numerus, vel dona extraordinaria in Eccleſia remanſerunt. Idem dico de Prophetis: idem de Euangeliſtis. Quamobrem qui vellet in ædificio conſtruendo ea ſemper eſſe ac manere, quæ fundamento iaciendo peculiaria fuerunt, ille ſemper fundandũ ędificiũ, nunquã autẽ exędificandũ eſſe exiſtimaret. Quinetiã Turr. cogeris nobiſcũ agnoſcere quũ loqueris de *primitiis Apoſt.* pag. libri tui 176. (licet verba Pauli ad Rom. 8. corrumpas, vti ſuo loco diximus) atq; ita tuipſe profers inſtantiam aduerſus generale hoc tuũ Lẽma, *Si finis eſt, ſunt igitur ea quæ ad finem referuntur:* primitias enim illas Apoſtolicas, de quibus loquutus es, fateris ad cõſummationẽ ſanctorum pertinuiſſe, & nihilominus negas in Eccleſia remanſiſſe. Locum autem Apoſtoli malè ad tuam concluſionem trahis: Quum enim ageret de tota ædificatione Eccleſiæ, recenſet eos omnes, quos Dominus adhibuit tum ad fundamenta iacienda, tum etiam ad progreſſus ædificationis faciendos. Quod manifeſtè patet ex alio loco eiuſdem Apoſtoli: 1.Cor.12. *Alios conſtituit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, deinde Prophetas, tertiò Doctores, deinde Poteſtates, deinde dona ſanationum, &c.* In quibus omnibus diſpiciẽdum eſt quęnam peculiariter ſpectarint ad Eccleſiæ primordia: vt ne illa putemus in Eccleſia perpetuó locum habere. Et certè eò redire cogeris, quando facis mentionem *Epiſcoporum maiorum & minorum,* quod vides non reſpondere *Apoſtolis, quorum tamen dicis Epiſcopos eſſe ſucceſſores.* Præterea ipſe locus à te citatus Ephe.4. eò te potuit deducere, quandoquidem *Paſtorum & Doctorum* nomen remanſit, quippe ordinarium ac perpetuum vſque ad finem mundi: & ipſi Eccleſiaſtici præfecti *Paſtores & Doctores* appellari ſolent, non autem vel Apoſtoli, vel Prophetæ, vel Euangeliſtæ. At ſi verum eſſet quod dicis, oporteret ſanè remanſiſſe in Eccleſia qui Apoſtoli, qui Prophetæ, qui Euangeliſtæ eſſent & dicerentur, quemadmodum remanſerunt qui ſunt & dicuntur Paſtores & Doctores. Quinetiam, ſi quæ proponis admittenda eſſent, oporteret ipſum etiam numerum Apoſtolorum ſeruari in Eccleſia, vt duodecim, aut ad ſummum tredecim tantùm eſſent, qui in Apoſtolorũ locum & nomen ſuccederent: vt enim vis vnum Romanũ Pontificem vnius Petri eſſe ſucceſſorem ita duodecim vel tredecim tantùm eſſent Apoſtolorum ſucceſſores. Sed de hoc hactenus: de quo fuſiùs tractatum eſt, ne rem actam agere videamur.

LXXIX. Pag.273. TVRRIAN. *Non eſt proprium Miniſterij Apoſtolici, diffundi per vniuerſum orbem: quod enim eſt proprium alicuius, aliter ſe habere non poteſt, ſalua natura cuius eſt proprium. Nonne Paulus conuerſatus eſt Antiochiæ annum totum: totum Romæ manſit biennio: an Miniſterium Apoſtolicum adulterabat, quia non proficiſcebatur toto illo biennio ad docendas Gentes? Porrò, quum Petrus Romæ docebat, omnes Gentes docebat.*

Pag.274. SADEEL. Quid? non igitur exiſtimas *Miniſterium Apoſtolatus fuiſſe diffuſum per vniuerſum terrarum orbem, niſi Apoſtoli perpetuò currerent?* Hoc verò, Turriane, ſerua tuis ſodalibus Ieſuiticis, qui perpetuò currunt, adeóque ad Garamantas & Indos: & tamen nihil ſunt minùs quàm Apoſtoli. Nos autem Miniſterium Apoſtolicum ideò dicimus extenſum fuiſſe ad omnes Gentes, eò quòd Apoſtoli poterant ſine vllo vel loci, vel Gentis diſcrimine doctrinam Euangelicam annuntiare. Sed omnino lepidum eſt quod dicis, *Petrum cùm Romæ doceret, omnes Gentes docuiſſe.* Nã (vt prætermittamus Paulũ potiùs ea ratione omnes Gentes docuiſſe, qui Romanos & abſens ſcriptis & præſens viua voce docuit) certè, ſi tibi credamus, hæc verba Chriſti apud Matthæum ita exponenda erunt, *Ite, docete omnes Gentes:* hoc eſt: Manete Romæ, & ibi omnes Gentes docete, Interprete Turriano. Matt.28.

LXXX. Pag.275. Pag.278. Pag.279. Pag.278. TVRRIAN. *Dicis velle probare primatum Romanæ ſedis teſtimonio Romanorum Pontificum, nugari eſſe potiùs, quàm verè diſputare. At ego tantùm in tranſlatione cathedræ Antiochenæ teſtimonium Marcelli Pontificis vſus ſum. Dic tu vbi aliàs teſtimonio Pontificum, primatum eorum probauimus, & non aliis teſtibus, non Pontificibus. Obiicis canonem Renouantes, ſed ille canon eſt apocryphus, furtim ſancitus. Item canon tertiæ Synodi Conſtantinop. & 28. can. Synodi Chalced. Gratianum legimus ita vt ſententiæ Apoſtoli antecedat: Omnia probate, & quod bonum eſt tenete. Fallere autem voluiſti non diſtinguens ſedem Antiochenam Petri à ſede Antiochena Epiſcoporum, qui ſucceſſerunt Antiochiæ, non Petro, ſed illis Epiſcopis quos illic conſtituit Petrus, Euodium dico, & poſteà Ignatium.*

SADEEL. Atenim, mi homo, hic eſt nodus Pontificiæ dignitatis, quem niſi expedias, vides reliquam tuam diſputationem ad Pontifices nihil pertinere. Quia verò Romanum Epiſcopum eſſe Petri ſucceſſorem probare non potes niſi antè probaueris cathedram fuiſſe Antiochia Romam tranſlatam: & iſtam tranſlationem nullo alio quàm Marcelli Pontificis teſtimonio probas, ſequitur tua omnia argumenta huc redire denique, & hoc connexo contineri: Pontifex

Romanus eſt Petri ſucceſſor, quia Pontifex Romanus Marcellus ita ſcripſit & affirmauit. Iam quod Canon. *Renouantes*, & alios ex quibus veſtræ fallaciæ deteguntur, reiicis, tanquam Apocryphos, quæro abs te, Turriane, quomodo tandem veſtris decretis fidem facietis, ſi veſtris decretis ipſi fidem abrogatis? Miror autem vel Gratianum, vel tot Canonicos, qui ex Gratiani ſtirpe ſurrexerunt, tandiu iſtos Canones furtiuos toleraſſe: donec tandem exortus eſt Magiſter Franciſcus Turrianus furtiuorum Canonum, adeóque ipſius Gratiani cenſor & caſtigator, qui ad ſuum arbitrium ac libidinem fidem aliis canonib. tribuat, aliis deroget, qua de re videant Canonici. Nos autem nec Gratianum curamus, nec eius Canones, cùm ſolum Dei verbum pro certiſſima regula veritatis habeamus. Quinetiam parùm abeſt, quin Turrianus in noſtram ſententiam inclinare videatur, dum citat hoc præceptum Apoſtoli: *Omnia probate, & quod bonum eſt tenete:* ſed vereor ne in hoc præcepto intelligendo longè à nobis diſſentiat: Nos enim id demum eſſe bonum ſtatuimus, quod conuenit cum verbo Dei: at ille bonum tantùm putat quod facit ad rem Pontificis, & ad augendam eius dignitatem: atque hoc ille bonum ſibi conſtituit quod teneat longè ſcilicet ab Apoſtoli ſententia diſcedens. Verùm audio quid obiicias: *Fallere*, inquis, *voluiſti, non diſtinguens ſedem Antiochenam Petri, à ſede Antiochena Epiſcoporum, qui ſucceſſerunt Antiochiæ non Petro, ſed Epiſcopis à Petro illic conſtitutis.* Imò verò, Turriane, nolo fallere, ſed do potiùs operam ne tu ſophiſmatum tuorum præſtigiis alios fallas: Ego nec Antiochiæ nec Romæ ſedem Petri colloco, ſed in his Chriſti verbis: *Ite docete omnes Gentes.* Tu verò qui tum Antiochiæ, tum Romæ Petri ſedem collocas, perperam vnam ab altera ita diſtinguis, vt Antiochenam, quã vultis priorem fuiſſe, Romanę, quę poſterior fuit, ſubiiciatis. Atque vtinam memor eſſes eorum, quæ in laudem Antiochiæ aliquando dicebat Chryſoſtomus: *Quæ tandem eſt* (inquiens) *ciuitatis noſtræ dignitas? Contigit primùm Antiochiæ Diſcipulos appellari Chriſtianos. Hoc autem ciuitatum quæ ſunt in mundo cunctarum habet nulla, nec ipſa Romuli ciuitas. Propterea contra omnem terrarum orbem oculos erigere poteſt.* Et alibi: *Nunc nobis non eſt conſideratio, inquit, vel de decem animabus, ſed de millibus infinitis & de totius orbis Capite.* Et pauló pòſt: *Sicut Petrus inter Apoſtolos primus Chriſtum prædicauit, ſic inter ciuitates, ſicut dixi, hæc prima tanquam coronam quandam admirabilem Chriſtianorum iniit appellationem.* Item: *Ciuitatum ſub Oriente poſitarum, caput & mater eſt ciuitas noſtra.* Hæc Chryſoſtomus. Atenim, inquis, *Epiſcopi Antiocheni non ſucceſſerunt Petro, ſed Ignatio & Euodio, quos illic Petrus Epiſcopos conſtituit: ac propterea non bene diſtinguis.* Hic, Turriane, teipſum tibi oppono: dixiſti pagina 271. *Eccleſiis ab Apoſtolis conſtitutis Epiſcopos fuiſſe ab illis ipſis Apoſtolis præfectos, quos* (inquiebas) *ſuos ſucceſſores reliquerunt.* Ex quibus tuis verbis efficio, Ignatium & Euodium à Petro conſtitutos Antiochiæ Epiſcopos (vt quidem vis) fuiſſe Petri ſucceſſores: ac proinde reliquos Antiochenos Epiſcopos, non minùs quàm Romanos Pontifices Petro ſucceſſiſſe. Ita, velis nolis, fremens frendens, & in ipſius veritatis ſtimulum calcitrans, huc tamen adigaris neceſſe eſt, vt fateraris, ex iis,

1. Theſſ. 5.

Ad pop. Ant. hom. 17.

Ad pop. Ant. hom. 3.

quæ vos ipſi traditis, Antiochenos Epiſcopos eſſe Petri ſucceſſores. Nam aut Euodius & Ignatius Petro ſucceſſerunt, aut non. Si ſucceſſerunt, ſunt igitur eius ſucceſſores. Si dicas non ſucceſſiſſe Petro, tibi contradicis, qui affirmaſti *eos à Petro fuiſſe conſtitutos Epiſcopos Antiochiæ*, ac propterea ipſius relictos ſucceſſores. Quare huc tibi redeundum eſt, primos illos Epiſcopos Petro ſucceſſiſſe, quib. qui deinde ſucceſſerunt, fuerint etiam, ex tuis rationibus, ipſius Petri ſucceſſores. Huc accedit quod Hieronymus de Ignatio ſcribit: *Is fuit (inquit) Antiochenæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Epiſcopus*: quibus verbis eum manifeſtè Petri ſucceſſorem appellat. Cæterùm, ex hac diſputatione tua emergit ænigma, quod ſatiſne rectè poſſis diſſoluere, tu ipſe videris. Nempe, duos Petro ſucceſſiſſe, Antiochenum ſcilicet, & Romanum, & tamen vnum tantùm eſſe Petri ſucceſſorem: & quia toties nobis dixiſti, *Petrum eſſe in ſucceſſore*, ſequitur ex tua doctrina, Petrum in Romano Epiſcopo eſſe primum, & in Antiocheno Epiſcopo ſecundum, ita vt vnus idemq; Petrus ſit primus & ſecundus. Atque hæc de *Eutaxia* Eccleſiæ Romanæ, & de *Cathedra Antiochena*, quam Pontifex Romanus euertit, vt ſuam cathedram ſtabiliret.

Recapitulatio.

Itaque diſcuſſis Turrianicis obiectionibus, iam conficienda eſt *Recapitulatio* eorum, quæ in hoc ſecundo Scripturæ loco diſputata ſunt. *Quatuor propoſuit Turrianus. Vnum: Petrum habuiſſe inter Apoſtolos principatum. Secundum: Principatum illum ad Petri ſucceſſores tranſiuiſſe. Tertium: Epiſcopum Romanum eſſe Petri ſucceſſorem. Quartum: Antiochenam cathedram (in qua dicunt Pontificij primatum olim extitiſſe) Romam fuiſſe tranſlatam. Nos autem primum illud falſum eſſe demonſtrauimus ex ipſo Dei verbo, Apoſtolos omnes in poteſtate ac dignitate Miniſterij Apoſtolici exæquante: ſimulque locum hunc Scripturæ nobis obiectum explicauimus, & ex aliis Scripturæ locis illuſtrauimus, quibus conuenientes etiam Veterum ſententias addidimus. Secundum euertimus ex natura Chariſmatis perſonalis, quod nobis obiecit Turrianus. Tertium refellimus ex ipſius Miniſterij Apoſtolici natura. Quartum ſine ratione propoſitum (quippe quod ſolo vnius Romani Pontificis teſtimonio nitatur) nos ſubiectis rationibus refutauimus*. Quamobrem illius Apoſtolici præcepti memores, quod proximè commemorauit Turrianus: *Omnia probate, quod bonum eſt, tenete*: cùm Pontificiorum de Pontificis primatu ſententia, adhibito Dei verbo, ceu lapide Lydio, probata, ipſi verbo Dei planè contraria eſſe comperiatur: nos ea reiecta, contrariam ſententiam expreſſis Scripturæ locis confirmatam amplectimur, vt, ſecundum Apoſtoli præceptum, *id quod bonum eſt, teneamus*: atque etiam Turrianum, vt idem nobiſcum faciat, admonemus.

LOCVS III. IOANNIS. XXI.

Paſce oues meas. &c.

Sophiſma Turriani.

HÆc eſt vis articuli & pronominis, τὰ πρόβατά μου, vt Chriſtus Petrum iuſſerit paſcere quaſcunq; oues ſuas, id eſt, Eccleſiam Catholicam. Quare conſe-

quens eſt, vt ſi quæ ſint quæ ad Petri curam paſcendi non pertineant, eæ oues illæ quidem Chriſti ſint. Itaque duces gregis confeſſionis Auguſtanæ, & Antuerpienſis, & Helueticæ, & ſimilium, non pertinent ad oues Chriſti, quando quidem paſci nolunt à Petro in ſucceſſore eius, ac proinde extra Eccleſiam ſunt.

Solutio Superioris Sophiſmatis.

Vera expoſitio

CVm poſt lapſum confirmandus eſſet Petrus, ne vel ipſe, vel reliqui Apoſtoli de ipſius Miniſterio & Apoſtolico munere dubitarent, eo factum eſt vt trinæ abnegationi, trina Petri confeſſio fuerit oppoſita, cum trina quoque muneris *Apoſtolici confirmatione*. Itaque verbo *paſcendi* Chriſtus apud Iohannem in illo loco ſignificauit, quicquid in docenda Eccleſia Petrus, tanquam Apoſtolus, præſtare debuit. Nam tametſi omnes Eccleſiæ Miniſtri oues Chriſti paſcunt, 1. Pet. 5. longè tamen excellentiori modo Apoſtoli dicuntur Eccleſiam paviſſe. Chriſtus igitur iubet Petrum *paſcere oues ſuas*, id eſt, fungi Apoſtolico munere, licet eius ſe indignum fœda illa abnegatione reddidiſſet, Simul etiam prædicit Chriſtus fore, vt non tantum Petrus Eccleſiam doceat, ſed etiam cœleſtem doctrinam ſuo ſanguine tandem obſignet. Ex quibus efficitur nihil hic eximium collatum fuiſſe in Petrum, quod cæteris quoque Apoſtolis non conueniret. Quod ita eſſe confirmant ſuperiora Chriſti verba apud Iohan. cap. 20. *Sicut miſit me pater, ita & mitto vos:* Et apud Mattheum cap. 28. *Profecti docete omnes gentes*: quibus exponitur verbum paſcendi hic vſurpatum. adde Epheſ. 2. *Superſtructi ſuper fundamentum Apoſtolorum*. Et Epheſ. 4. *Dedit alios quidem, &c.* Et Act. 2. *Erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum*. Qui omnes loci & ſi qui ſunt conſimiles, & de paſcendis ouibus Chriſti intelligendi ſunt, & non de vno & altero, ſed de omnibus Apoſtolis dicuntur. Ex quo fit vt Paulus ſuum Apoſtolatum aſſerens, proferat docendi, id eſt paſcendi munus, ſibi à Domino impoſitum, vt Rom. 1. *per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum ad obedientiam fidei inter omnes gentes*. Et paulò poſt, *Græcis & Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum. Itaque promptum eſt mea facultas, vobis quoque qui Romæ eſtis, euangelizare.* Et 1. Corinth. 9. *Sigillum Apoſtolatus mei vos eſtis in Domino.* Atque, vt ad verbum *Paſcendi* redeamus, ſtatim illic ſubiicit Paulus, *Quis*, inquit, *paſcit gregem, & de lacte gregis non edit?* Ex quibus perſpicuum eſt omnes Apoſtolos paviſſe gregem Chriſti, & ad eos omnes præceptum de paſcendis Chriſti ouibus pertinere. Atque id non tantum doctiſſimi quique veteres tradidere, ſed etiam hunc Iohannis locum ad omnes Eccleſiæ paſtores accommodauerunt. Sic enim Auguſtinus in Iohannem. Tractatu 123. hunc locum explicans: *redditur*, inquit, *trinæ negationi, trina confeſſio, ne minus amori lingua ſeruiat, quam timori.* Et paulò poſt, *Qui hoc animo paſcunt oues Chriſti, vt ſuas eſſe velint non Chriſti, ſe conuincuntur amare, non Chriſtum: contra hos ergo vigilat toties inculcata iſta vox Chriſti: Paſce oues meas, &c. Non ergo nos, ſed ipſum amemus, & in paſcendis ouibus eius, ea quæ ſunt eius, non ea quæ ſunt noſtra quæramus.* Idem Auguſtinus in libro de Paſtor. *Multi erant Apoſtoli, & vni dicitur, Paſce oues meas. In ipſo Petro vnitatem commendauit, &c. Ipſe ergo paſcit vnus in his, & hi in vno, &c.* Idem de verb. Dom. ſerm.

Confirmatio expoſitionis.

Ex circumſtantia loci.

Ex aliis Scripturæ locis.

Ex veterum Doctorum ſententia.

Auguſt.

Gg

ſerm. 61. *Commendabat Petro Chriſtus agnos ſuos, qui paſcebat & Petrum. Ergo fratres cum obedientia audite, oues vos eſſe Chriſti, quia & nos cum timore audimus, paſce oues meas:* hæc Auguſtinus.

Cyprian.

Sic porrò Cyprianus hunc Iohannis locum exponens De vnitat. Eccleſiæ: *Paſtores,* inquit, *ſunt omnes, ſed grex vnus oſtenditur, qui ab Apoſtolis omnibus, vnanimi conſenſione paſcatur.*

Cler. Rom.

Quòd ſi fortè Turrianum cleri Romani authoritas commoueat, cum audiat ita ſcribentem ad Clerum Carthaginenſem apud Cyprianum in epiſt. de ſeceſſu Cyp. *Chriſtus,* inquit, *Simoni ſic dixit, Diligis me? reſpondit, diligo: ait ei, paſce oues meas: hoc verbum factum ex actu ipſo quo ceſſit cognoſcimus, & cæteri Diſcipuli ſimiliter fecerunt.* Atque hæc quidem de huius loci expoſitione.

Expoſitionis à Turriano propoſitæ refutatio.

Turrianus autem ad vnum Petrum, eiúſque ſucceſſorem Romanum Pontificem ſuo more reſtringit hoc præceptum Chriſti: *Paſce oues meas:* Atque vt id efficiat, *profert articulum Græcum cum pronomine, cuius ait tantam eſſe vim, vt omnes oues Chriſti ſignificet, atque adeò quotquot vnquam futuræ ſunt: quas cum Petrus paſcere iubeatur, neque id tam per ſe præſtare poſſit, vtpote iampridem è vita ſublatus, reſtat vt in ſuo ſucceſſore, nempe Pontifice Romano, paſcat omnes oues Chriſti,* id eſt, regnum in omnes Eccleſias exerceat. Sic Turrianus ſibi videtur præclarè ratiocinari. Ego verò agnoſco argumentum Thomæ ex lib. aduerſus errores Græc. Sed iſta expoſitio vel Thomæ vel Turriani, atque adeò Pontificiorum omnium, nec ipſis contextus verbis, nec huius loci circircumſtantiæ, nec aliis Scripturæ locis conſentanea eſt, imò ne ipſi quidem rerum naturæ. Quis enim vnquam exiſtimauerit vnum Petrum omnes Chriſti oues paſcere potuiſſe? Cæterùm reſcire velim ex Turriano, quamobrem hæc verba *Paſce oues meas,* ad Pontificem Romanum longè poſtea exoriturum, potiùs quàm ad Iohannem, Mathæum, reliquóſque Apoſtolos dirigantur, quos non minus fuiſſe ouium Chriſti paſtores, quàm Petrum, ſuprà confecimus. Ergo perperam ita exponit Turrianus: *Paſce oues meas, id eſt, Tu ſolus paſce: primùm quidem per te ipſum, quamdiu ſuperſtes fueris, deinde per vnum tuum ſucceſſorem, nempe Pontificem Romanum.* Quæ quidem expoſitio non contenta eſt ipſius contextus finibus, (ſed Ieſuitarum more) longè latèque excurrit atque diffunditur. Itaque corruit vel ſola negatione: nihil enim hîc de primatu Petri, nihil priuatim de vno Petri ſucceſſore, nihil de Romano Pontifice videmus, neque tu etiam, niſi tibi fortaſſis idem contigerit quod illi, qui ſibi duplices Thebas videre videbatur. Quin potius ſi velim vrgere hæc verba: *Amas me?* facilè euertam tuum illud commentum de Pontificia ſucceſſione. Amor enim Petri erga Chriſtum fuit donum perſonale, non minùs quàm eius fides, nec tranſire ad ſucceſſorem niſi per mimeſin vnquam poteſt. Deinde nouam planè in hac quidem quæſtione, ſignificationem affingis verbo *paſcendi, dum eo ſignificari putas ſummum Petri in vniuerſam Eccleſiam principatum:* fateor quidem aliquando ad poteſtatem *ποιμαίνειν* referri, nimirum cùm de Deo dicitur, vt Pſalm. 80. fateor verbum illud aliquando etiam tribui ipſis regibus, vt Pſal. 78. Inde Paſtores populorum apud Poëtam. ſed hoc ad miniſtros Eccleſiæ transferri debere, negat ipſe Petrus 1. Petr. 5. his verbis: *Paſcite,* inquit, *gregem, non vt dominantes cleris.* Neque me mouet quod ex hoc Petri loco obiicis *vnicuique Paſtori commendari quidem ſuum gregem, in hoc autem elucere primatum Petri, quòd omnium ſimul Eccleſiarum curam geſſerit:* hoc enim fecit Petrus vt Apoſtolus, non vt primus Apoſtolus: quò fit vt Paulus affirmet *ſibi maximam omnium Eccleſiarum curam incumbere: agmen illud, inquit, in me quotidie conſurgit, nempe ſolicitudo de omnibus Eccleſiis.* 2. *Cor.*11. Quòd ſi Petrus dicto cap.5. ſe presbyterorum Conpresbyterum appellauit, non dominum, aut principem, quantò minus ius illud ſibi in Apoſtolos ipſos arrogaſſet? Hic autem, ſcilicet, promis argumentum ex intima quadam arte, & linguæ Græcę peritia, nóſque totos ad vim vnius articuli Græci reuocas. Nihil te loci circumſtantia, nihil alij Scripturæ loci conſimiles mouent, ipſam denique rerum naturam quantumlibet reclamantem non audis, ſed hunc vnum articulum vrges *τὰ πρόβατά μου, id eſt, inquis, oues omnes quaſcunque, atque adeò quotquot dicuntur oues*(ſic enim loqueris.) At enim cùm ita dicit Chriſtus, *Oues meæ vocem meam audiunt, Ioan.*10, idem articulus præfigitur, neque tamen verum eſt eos omnes qui dicuntur oues Chriſti vocem eius audire eúmque ſequi. Nam hypocritæ dicuntur quidem oues, ſed tamen ſi propriè loquimur, nec audiunt Chriſtum, nec ipſum ſequuntur. Atque, vt ad articulum Græcum redeamus, quo vno nititur tua iſthæc interpretatio, tantiſper dum noua Grammatices pręcepta nobis conficias, non credemus hanc eſſe vim articulorum apud Græcos, vt ſint inſtar notæ vniuerſalis ſed potius, vel vt rem ipſam demonſtrent, vel emphaticè augeant, vel diſcernant, vel etiam orationem tantùm illuſtrent: adeò vt falſò ita concludatur: *Præponitur articulus, ergo hæc propoſitio eſt vniuerſalis:* vt patet ex ſequentibus exemplis. Rom.11. *Prophetas tuos occiderunt*, non omnes tamen. Ioan.1. *Sui eum non receperunt, quotquot autem receperunt*, &c. non igitur omnes eum receperunt. Rom.10. *Inuentus ſum à non quærentibus me:* non tamen omnibus. Rom.11. *Salus obtigit Gentibus:* at non omnibus. *Naturalibus ramis non pepercit:* quibuſdam tamen. 1. Theſſalon.2. *Iudæi Chriſtum occiderunt:* non omnes quidem. Et ſexcenta eiuſmodi, in quibus articulus appoſitus eſt, neque tamen propterea intelligenda ſunt vniuerſaliter. Atque vt à Grammatices finibus diuellamur, nónne te, ſtrenuum videlicet diſputatorem, ars peritè diſputãdi docuit, Propoſitiones indefinitas non eſſe paſſim nec temerè cùm vniuerſalibus confundẽdas, ſed ex circũſtantia & pro ratione ſubiecti diiudicandas? Quid enim ſiquis vni cuipiam ex ſeruis præcipiat vt ſuam familiã curet atq; adminiſtret, an illud propterea reliquos ſeruos ab officio reuocabit? ita igitur ſtatuamus: hæc Chriſti verba, *Paſce oues meas*, nõ vniuerſalem ouium aggregationem, ſed eorum qualitatẽ ſignificare, qui erant adducendi ad Euangelij cognitionem. Eſt enim articulus in hoc loco *diacriticus*, non Collectiuus, quẽadmodum exiſtimas. Bis igitur à te in hac argumentatione peccatũ eſt. Primùm quidem in figura dictionis, cùm ex articulo vniuerſalẽ propoſitionẽ collegiſti (vt modũ imperandi taceã) Deinde etiã in falſo conſequenti, cùm ita perperã, id eſt Turrianicè cõcludis, Petrus iubetur paſcere oues Chriſti, ergo ſolus: nã affero inſtantiã de reliquis Apoſtolis. Vide igitur quantũ tibi largiar: fac oppoſitã eſſe notã vniuerſalem, tamen nihilo magis efficies id quod vis.

Nec enim nouum eſt, rem vnam multis in ſolidum committi. Eſaias miſſus eſt ad vniuerſos Iudæos, atque iiſdem temporibus Oſeas erga ipſos Iudæos munus Propheticum obijt. Apoſtolis omnibus ita dixit Chriſtus: *Eritis mihi teſtes vſque ad vltimas terras*, *Act.* 1. Et aliquanto pòſt, ita Paulum affatur Ananias: *Eris ei teſtis apud omnes homines Act.* 9. *&* 21. Et quamuis Paulus ſæpe ſe *Gentium Apoſtolum* profiteatur, nemo tamen hactenus, qui modò ſanus fuerit, aliquid propterea reliquis Apoſtolis detraxit. Quia verò in hac quæſtione ſæpe laudas Cyprianum, eúmque grauiſſimum authorem appellas, in ſpem venio, te hæc illius verba agniturum. *Epiſcopatus*, inquit, lib. De vnit. Eccl. *vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur*. Ecce tibi ſolutio tui ſophiſmatis, Turriane, non iam à nobis, ſed ab ipſo Cypriano, producta. Si enim ſinguli Epiſcopi vnius Epiſcopatus partem ita tenent, vt ipſum Epiſcopatum in ſolidum teneant, quia eſt indiuiſus: ſequitur, explodendam eſſe tuam hanc concluſionem: Solum Petrum, Chriſti omnes oues paſcere, quia Chriſtus dixit, paſce oues meas. **Concluſio.** Quamobrem cùm perperam verba Chriſti exponas, cùm ineptè de aliis Apoſtolis neges quod de Petro affirmatur: Denique cùm falſò addas in tua expoſitione, quod in ipſo contextu non continetur, nempe de Petri ſucceſſione, quam Romano Pontifici tribuis: concludimus totum tuum iſtud argumentum eſſe planè ſophiſticum ac nullius momenti, adeò vt vel ſola negatione refelli potuerit.

Contradictio. Retorqueamus igitur tuum argumentum hoc modo, *Petrus iubetur paſcere oues Chriſti, ſiquidem ipſum amat. Paſcuntur autem oues Chriſti pura Euangelij prædicatione, ſyncera que Sacramentorum adminiſtratione, ac cæteris aliis rebus præſtandis, quæ ad miniſterium Euangelicum pertinent, quas quidem Petrus fideliſſimè executus eſt. At Epiſcopi Romani nihil tale iampridem fecerunt, ſed, Paſtoris pedo in Regium ſceptrum conuerſo, ipſi ſe paſcunt, non oues Chriſti: imò ipſas oues, & quotquot purum Euangelium profitentur, id eſt, Chriſtum ipſum in ſuis membris non oderunt tantùm, ſed etiam gladiis & flammis inſectantur. Ergo Romani Pontifices non ſunt Petri ſucceſſores: nec enim Chriſtum amant nec eius oues paſcunt, quod vtrumque fecit Petrus.*

RESPONSIO ET OBIECTIONES TVRRIANI ad ſuperiorem Antonii Sadeelis Diſputationem.

1 Pag. 285. *NOn nego hoc præceptum, Paſce oues meas, ad omnes Paſtores pertinere: ſic enim Baſilius dicit omnes habere æqualem poteſtatem ligandi & ſoluendi. Sed contendimus Chriſtum hac lege Petro dicta, Paſce oues meas, conſtituiſſe eum principem aliorum Paſtorum omnium, & in eo tanquam in capite & principe dediſſe cæteris Paſtoribus. Quod ſi in eo dixit omnibus aliis, ergo ſi Petro non dixiſſet, nec aliis dictum fuiſſet, neque nunc diceretur. Ipſe igitur eſt per quem Dominus aliis dedit hanc poteſtatem. Vide Ambroſium in Paſtorali. Sicut quod Deus* Pag 286. *dixit per Adam, Hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. Hoc ipſum dixit per Adam, & in Adam omnibus legitimis coniugibus: ſic quia Petro primò data eſt hæc lex Paſce oues meas, factum eſt vt in eo data ſit omnibus aliis Paſtoribus.*

Reſponſio Sadeelis.

In huius tertij Scripturæ loci tractatione, quia pauciores attulit obiectiones Turrianus, idcirco breuior quoque noſtra futura eſt reſponſio. Summa huiuſce tertiæ diſputationis à Turriano propoſitæ poteſt hoc Syllogiſmo comprehendi: *Quem Chriſtus iubet paſcere oues ſuas, is habet in omnes Eccleſias principatum. Petrum Chriſtus iubet paſcere oues ſuas. Petrus igitur habet in omnes Eccleſias principatum. Et, vt Conſequentis illum ipſum principatum habet Pontifex Romanus Petri ſucceſſor.* Excutio Syllogiſmum: ac primùm comperio Maiorem propoſitionem nihil continere quod verum ſit, imò, ne veriſimile quidem. Nam hæc locutio, *Paſcere oues Chriſti*, nec propriè, nec metaphoricè vſurpata, poteſt illum principatũ ſignificare, vt in noſtra ſolutione admonuimus. Sunt enim perſonarum & rerum circumſtantiæ ſpectandæ, quæ nos planè ab imperio, principatu & dominatione reuocant. Etenim Chriſtus compellat Petrum, non Regem, ſed Miniſtrum: non Imperatorem, ſed Apoſtolum: eúmq; iubet non principatum exercere, ſed *paſcere ſuas oues*, hoc eſt, fideles ipſos: ac nominatim Chriſtus *oues meas*, inquit, non tuas: adeò vt qui alienas oues paſcere iubetur, vel ex eo, miniſterij exhibẽdi habeat, non exercendi principatus, argumentum. Quamobrem Petrus ipſe, qui Domini mentem ſatis perſpectam habuit, ſcitè admodum in Epiſtola priore diſtinxit inter Dominum ouium, quem *Paſtorum principem* appellat, & ipſius Domini, ac Paſtorum omnium principis Miniſtros, quos presbiteros, & ſe eorum conpresbiterum nominat, eóſq; ita cohortatur: *Paſcite, inquit, Dei gregem, qui penes vos eſt, non vt Dominantes* &c. Ecce igitur ipſo Petro locupletiſſimo interprete, *Paſcere*, in Miniſterio Eccleſiaſtico, non eſt Dominari, quandoquidem illa duo verba Petrus inter ſe oppoſuit: ne ſcilicet qui Paſtores ſunt ouium, in ipſum, ouium Dominum aliquid vſurpare videatur. Ex quibus eluceſcit Maioris propoſitionis falſitas. Sic enim potiùs ex ipſius Petri doctrina dicendum eſt: Quẽ Chriſtus iubet paſcere oues ſuas, eum non habere in Eccleſias principatum: ſed habere potiùs Miniſterium, non ſuis, ſed alienis ouibus exhibendum. Minor propoſitio vera quidem eſt, & nititur expreſſo Scripturæ loco Ioh. 21. ſed illius loci circumſtantiæ ſunt expendendæ: vt in noſtra ſolutione dictum eſt, & vt ipſi veteres agnouerũt. Nam propoſitum fuit Chriſto fidem Petri poſt eius lapſum magis magiſque confirmare, tum, ne vel de amore Chriſti, vel de ſua ipſius vocatione dubitaret; tum, vt ad obeundum ſuum munus fortior & alacrior redderetur. Eò ſpectat trina interrogatio & ipſum verbum diligendi, nequid dicam de ſignificata martyrij corona. Hæc ſunt in Minori propoſitione conſideranda. Complexio ruit, euerſa, ſcilicet, Maiore propoſitione: & longè minus conſtare poteſt conſectarium illud quod ſubijcitur Complexioni, in quo nullam ſimilitudinem, nedum vllam vim conſequentis, animaduerto. Quod enim Petro nominatim dictum eſt, non eſt ad alios trahendum, niſi fortè per applicationẽ: quo ſenſu veteres hoc Chriſti præceptum ſæpe ad Miniſtros Eccleſiaſticos accommodauerunt, ſcilicet pro ipſorum muneris ratione. *Rom.* autem *Pontificem non eſſe Petri ſucceſſorem*, ſæpe antè à nobis & dictũ eſt & probatum: non tantum quia Miniſteriũ illud extraordinariũ Apoſt. iampridem cum ipſis Apoſt. ſublatum eſt, ac propterea in Apoſtolico Miniſterio nulli poſſunt eſſe Petri

1.Pet.5.

ſucceſſores:

ſucceſſores: ſed etiam quia Romanus Pontifex nihil minus eſt quàm Epiſcopus. Nec ſanè longa hac de re inſtituenda eſt diſputatio, quandoquidem vel ipſe Pontifex ſatis teſtatur ſibi dictum illud non eſſe: *Paſce oues meas*, qui ad Chriſti oues non paſcendas, ſed dilaniandas iampridem incubuit. Quare ſuperiori Syllogiſmo ignorantiæ nos contrarium Syllogiſmum, eúmque verum opponamus hoc modo. *Nemo qui iubetur paſcere oues Chriſti, habet in omnes Eccleſias principatum (iubetur enim, ergo miniſter: & iubetur paſcere; ergo non dominari, inquit Petrus: & iubetur paſcere, non ſuas, ſed oues Chriſti, ouium Domini:) Petrus iubetur paſcere oues Chriſti: Petrus igitur non habet in omnes Eccleſias principatum: & ſimili ratione, nec principatum habent reliqui Apoſtoli, quanto verò minus Romani Pontifices.* Atque hæc de ſumma huiuſce tertiæ diſputationis. Itaque iam nos Turrianum audiamus. *Non nego*, inquit, *hoc præceptum Chriſti ad omnes Paſtores pertinere, nam omnes habent æqualem poteſtatem ligandi & ſoluendi.* Quid igitur? *nempe*, inquis, *contendo Chriſtum his verbis conſtituiſſe Petrum principem Paſtorum omnium.* Ecquanam in re, obſecro? Nonne memoria tenes quę in diſputatione proximè ſuperiore toties inculcaſti dum ex his verbis, Petri principatum aſſereres: *Dabo tibi claues regni cælorum, quæcunque ligaueris, &c.* Nunc verò Baſilium atteſtatus, ais Monaſt. conſtit. 23. *omnes Paſtores habere æqualem poteſtatem ligandi & ſoluendi.* Si æqualitas eſt in eo, in quo ipſe principatum conſtituis, vbinam erit ſingularis ille Petri principatus? *Nempe*, inquis, *eo quod Chriſtus in Petro omnibus aliis id dixit.* Omitto quod iam ſupra monui, id quidem per applicationē aliis poſſe conuenire; nunc tantum excutio tuam hanc concluſionē, & affirmo perinde eſſe, ac ſi ita concluderes: Solus Petrus eſt princeps, quia Chriſtus in Petro iuſſit omnes eſſe principes. Explica nobis, quæſo, vim huiuſce concluſionis. Quidnam dixit aliis Chriſtus in Petro? nempe vt paſcerent oues ſuas, inquis. Quid autem eſt *oues Chriſti paſcere?* principatum habere, inquis. Dixit igitur Chriſtus aliis vt haberent principatum. Quæro.n. ex te, Turriane, idemne tibi hæc eſſe videantur, aliquid dici in Petro omnibus: & aliquid dici quod ſoli Petro conueniat? Nonne animaduertis te in vna eademque oratione affingere vni verbo duas ſignificationes, eaſque contrarias? Vis enim verbum *paſcendi*, reſpectu ſolius Petri, ſignificare principatum: & aliorum reſpectu miniſterium: quod iam non eſt loqui, ſed minus etiam quàm balbutire. Nec enim ex eo quod vni dicitur, quod ad alios extendi vel poſſit Marc. 13. vel debeat, conſequitur illius in alios dominatus. Nam quum Chriſtus affirmaret ſe quod diſcipulis dicebat omnibus dicere, nempe vt vigilarent, non propterea diſcipulis vllum tribuebat principatum. Propterea, non te pudet blaſphemiæ, dum vocas *Petrum omnium Paſtorum principem?* quod nomen, vel ipſo Petro teſte, atque id agnoſcente, 1. Pet. 5. Chriſti proprium eſt. Sic.n. Petrus: *Quum apparuerit ille Paſtorum princeps*, inquit: nempe Chriſtus vindex ſuæ gloriæ, & eorum omnium iudex æquiſſimus, qui de ſua Maieſtate quidpiā detrahere conati fuerint. Verùm, inquis, *ſi id Petro non dixiſſet, nec aliis dictum fuiſſet.* Quid ergo ſibi volunt hæc verba (vt alia prætermittam) *Si quorum remiſeritis peccata,* Iohan. 20. *remiſſa ſunt?* quę quidem Chriſtus antea Apoſtolis dixerat. Quare quod addis, *per Petrum datam eſſe poteſtatem aliis*; falſum eſt, & petitio principij. Sed iam vide quam peritus ſis artifex, qui texendo nihil aliud quam retexis. Si verum eſſet quod ais, *In Petro, vel per Petrum Poteſtatem fuiſſe datam à Chriſto omnibus Paſtoribus* (quod abſit vt agnoſcamus) quid igitur opus eſt tuo Pontifice? num vt Paſtoribus Eccleſiæ det aliquam poteſtatem? At illa data eſt, vel teipſo aſſentiente. Excipies fortaſſe, ita datam, vt à Pontifice conferatur. Ridiculum: Quis enim hoc loquendi genus vnquam admittat? Dedit Chriſtus: hoc eſt, dabit Pontifex Romanus. Quinetiam, ſi ita eſſet, vt vis, ſequeretur, Apoſtolis fuiſſe neceſſarium, vt per Petrum ipſis ea poteſtas conferretur, & ad id Petrus ſuum Miniſterium adhiberet: quod falſum eſt: & ipſe ſuprà agnouiſti Apoſtolos non fuiſſe à Petro vel vocandos vel confirmandos, ſcilicet à teipſo diſſentiens. Ambroſius autem à te citatus aduerſus te pronunciat: quum ait, *omnes Eccleſiæ præfectos cum Petro ſuſcepiſſe oues Chriſti regendas*. Sed ecce argumentum analogicum petitum ex his Adami verbis: *Hoc nunc os ex oſſibus meis. Quemadmodum Deus* (inquis) *hoc dixit in Adam, & per Adamum omnibus coniugibus: Ita Chriſtus in Petro, & per Petrum dedit omnibus Paſtoribus poteſtatem*. Atqui [illegible] præſtat iudice Paulum ita hanc analogiam tractantem, vt exclamet *magnum eſſe myſterium*, non in Petro & reliquis Paſtoribus, ſed *in Chriſto & in Eccleſia*. Verum fac me illud non vrgere, nec etiam proponere quanto interuallo iſta diſſideant: cùm, ita iubente rerum natura, omne genus humanum in vno Adamo quodammodo exſtiterit: hoc mihi certè ſatis erit, quòd ex hac ipſa tua analogia interiit tui Pontificis principatus. Vt enim mulieri in Adamo & per Adamum Deus legem coniugij ſanciuit, nullum propterea principatum Adamus in reliquos coniuges obtinuit, qui ſunt eiuſdem iuris coniugalis ex æquo participes: atque etiam non vnus aliquis ſingulariter, ſed omnes ex æquo ſunt hac in parte Adami ſucceſſores: ita licet *Chriſtus in Petro & per Petrum poteſtatem ligandi & ſoluendi inſtituiſſet* (vt tu quidem dicis, ac nos negamus) nullum propterea principatum Petrus in reliquos Paſtores eſſet habiturus: quod ſi non Petrus: multò minus Pontifex Romanus. Imò ex tua analogia non magis [illegible] ſingulariter Petro ſuccedet, quemadmodum nullus eſt qui in iure coniugali ſingulariter Adamo ſucceſſerit. Atqui hæc de tua analogia in tuum ipſiuſque Pontificis caput à nobis retorta [illegible].

In Paſtor.

TVRRIANVS. *Obiicis Auguſtinum* [illegible] *boni Paſtoris in ipſo Petro, inquit, vnitatem commendauit.* [illegible] *ſi hoc dixit Deus* [illegible] *Petro vt vnitatem commendaret, igitur ſic voluit alios Apoſtolos* [illegible] *vt à Petro non diſſentirent* [illegible] *poteſt* [illegible] *eſſe non poſſe*.

Pag. 287.

SADEEL. Imò verò Turriane, te longè falli certo certius eſt, qui velis *Apoſtolorum vnitatem pendere à Petro*, cùm nominatim Auguſtinus eam ab vno Chriſto pendere doceat. *Ipſe* (inquit Auguſtinus de Chriſto loquens) *paſcit viuos in* [illegible]*: Quæ ſunt oues meæ* (inquit Chriſtus) *audiunt vocem meam, & ſequuntur me. Hîc igitur* (inquit Auguſtinus) *omnes Paſtores boni in vno Paſtore. Non enim* [illegible] *Paſtores boni deſunt, ſed in vno ſunt: multi ſunt qui diuiſi ſunt; hic vnus prædicatur* [illegible]

De Paſtor. ca. 13.

quia

quia vnitas commendatur. Hoc Auguſtinus. Quare falſum eſt quod ais *Chriſtum voluiſſe reliquos Apoſtolos ita paſcere, vt à Petro non diſſentirent*: atq; ita dicendum eſt potius, Chriſtum voluiſſe omnes Apoſtolos ita paſcere, vt ab ſe vnus non diſſentirent, & (vt ad Auguſtinum reuertar) vt Chriſtus vnus in illis paſceret. Miror igitur te tantopere exultare in hoc connexo quod dicis eſſe [illegible]: *Si hoc dixit Dominus Petro, vt vnitatem commendaret*, inquis, *ergo noluit reliquos Apoſtolos à Petro diſſentire, ſed potius ab eo pendere, tanquam ab origine vnitatis.* Somnia narras, mi homo, non argumenta. Et quod enim eſt vinculum huius concluſionis? *Si vnitatem commendauit, igitur voluit reliquos pendere ab vno Petro, ac propterea eſſe Petro inferiores.* Quod enim ab alio pendet, tanquam inferius eo, non eſt vnum cum eo à quo pendet. Iam, *ſi noluit Chriſtus* (vt dicis) *reliquos à Petro diſſentire*; nonne etiam Petrum viciſſim ab aliis diſſentire noluit? ac propterea, ſi quæ eſſet tui connexi fides, ſequeretur Petrum etiam ab reliquis tanquam ſuperioribus pendere debuiſſe? Porrò quum hæc ſcriberes, credo tibi in mentem non veniſſe quod ſcribit Paulus in

Gal. 2. Epiſt. ad Gal. *Petrum à ſe fuiſſe reprehenſum*. Nimirum cum Paulus non cogitabat ſibi vnquam eſſe à Petro diſſentiendum, ne Apoſtolorum vnitas diſſolueretur. Paulus, inquam, nondum ad noſtri Turriani acumen peruenerat: quin etiam ipſe Petrus Paulo admonenti cedens horum verborum Chriſti oblitus erat, ſi Turriano credimus. Atque hæc de tua ratione facilè à nobis reſoluta.

III Pag. 288. pag. 291. & 293. TVRRIANVS. *Probare debebas ſic fuiſſe omnes Apoſtolos Paſtores, vt non eſſent* [illegible] *Petro* [illegible] *paſtori: vide Tertull. de præſcript. hæret.* [illegible] *Synod. Florentinam* [illegible] *Et Cypr. de vnit. Eccleſiæ.* [illegible] *Chriſtum, vnus grex,* [illegible] *paſtor. Eſſe poſſe vno in loco* [illegible] *multos paſtores, aut plures greges. Apoſtoli.* [illegible] *Eccleſia Catholica per totum orbem diffuſi multi Paſtores, & multi greges: ſed non in vno loco* [illegible] *grege: hoc enim fieri non poteſt: ſed in multis locis, & in multis gregibus* [illegible]

SADEELVS. Tu ipſe potius probare debebas ſic multos eſſe Apoſtolos miniſterij vnitate coniunctos, vt Petrus haberet in reliquos principatum. Tertullianum quidem audio hæreticos refellentem ex Apoſtolica doctrina in Apoſtolicis Eccleſiis annunciata (vt antè à nobis dictum eſt) ſed nihilo magis te audio tuum probantem Pontificis primatum, earum Eccleſiarum teſtimonio, quæ ab Apoſtolica doctrina diſciuerunt, nec (vt verba Tertulliani vſurpem) [illegible] *Apoſtolorum repræſentant*. Quamob-

Epiſt. 56. rem præclarè Auguſtinus *Eccleſiam* [illegible] *authoritate* [illegible] *ſed etiam apparatibus*, inquit, *inuictiſſimæ rationis armatam*. Ita propterea tibi tuum Concilium Florentinum ſeruabis, quod quidem quò poſterius fuit, eò deterius: atq; id in veſtrorum Conciliorum ordine ſeruari ſolet. Locum autem Cypriani manifeſtè corrumpis, & te probas eſſe ex eorum numero, quos in illo ipſo loco Cyprianus dicebat *aſſerere* [illegible] *verisimilitudinem*, inquit, [illegible] *ſubtilitate* [illegible]. Illic enim Cyprianus

De vni. eccl. Schiſmaticos, ac præſertim Nouatianum perſtringens, *negat in vno loco poſſe eſſe, vel plures greges, vel plures paſtores: adeò vt damnandi eſſent Schiſma-*

tici;

tis, qui Ecclesias dilacerabant, & in ijs Ecclesijs quæ suum habebant Episcopum, ex ordine rite recepto constitutum, ipsi Episcopos [illegible] [illegible] *grege multos greges, & pro uno unius Ecclesiæ Pastore* [illegible] [illegible] illorum ratio) *multos Pastores obtrudebant.* Hæc est sententia Cypriani, adeò plana & perspicua, vt aspectu primo ab ipsis etiam pueris satis perspici possit. Sic enim ille paulo post. *Hi sunt,* inquit, *qui se ultro* [illegible] *temerarios conuentus sine diuinæ dispositionis* [illegible] [illegible] *præpositos sine ulla ordinationis lege constituunt: qui nemine Episcopatum dante, Episcopi sibi nomen assumunt, &c.* Hæc Cyprianus, [illegible] [illegible] [illegible] expositionem, nobis [illegible] retulimus.

IIII.
Pag.293.

TVRRIAN. *Obijcis vnum Petrum non per se ipsum* [illegible] *pastorem? Respondeo ex illa regula iuris tritissima: Quod per alium facimus, per nos facere videmur. Vide Arist. lib. 3. de Rep. ubi disputat de uariis principatib.*

SADEEL. At ego affirmo istam regulam non esse [illegible] regulam, nec habere locum in Ministerio Ecclesiastico. Cùm enim Paulus dixit *Episcopatum esse opus,* [illegible] [illegible] quod singulis ipsis Episcopis præstandum sit, ut de Apostolis [illegible] [illegible] Apostoli dicti sunt missi, non autem mittentes alios, per quos officio fungerentur, ipsi interea otiosi. *Si euangelizem,* inquit Paulus, *non est quod glorier: necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi, nisi euangelizem.* Atque omnino Ministri Ecclesiastici passim in Scriptura *operarij* vocantur. *Stude,* inquit Paulus Timotheo, *te ipsum probatum sistere Deo operarium* [illegible] [illegible]. Hæc ille. Denique Aristoteles de ciuili Regum & Magistratuum [illegible] differens, nihil hic habet [illegible] [illegible] sed Christum audimus sic interdicentem, *Reges Gentium dominantur* [illegible] [illegible] *sic,* inquit Christus.

1.Timoth.3.
1.Cor.9.
2.Tim.2.
Luc.22.

V.
Pag.294.
Ibid.

TVRRIAN. *Etiam an Concilium* [illegible] [illegible] *quæ sunt Ecclesiæ.* [illegible] *hæc obiter dictum, qui credebant Concilium esse supra* [illegible] [illegible] *nihil aliud* [illegible] [illegible]

SADEEL. Tu in [illegible] principium petis. [illegible] quidem *Ecclesiam* [illegible] Romanæ, sed, [illegible] nihil [illegible] [illegible] gans. Ex quo fit ut Paulus Romanos [illegible] [illegible] tur *animas discipulorum & Ecclesias confirmasse.* [illegible] [illegible] rem dicis, *Papam esse supra Concilium,* (hic [illegible] [illegible]) nolo tibi obijcere hæc Augustini verba: *Putemus,* inquit, *illos Episcopos qui Romæ iudicarunt, non bonos iudices fuisse: restabat adhuc plenarium uniuersæ Ecclesiæ Concilium, ubi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, ut si male iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur, &c.* Nolim, inquam, hæc & consimilia ex ueteris disciplinæ [illegible] [illegible] te remittere ad Theologos Sorbonicos, castigandum flagello Alliacensis, Gersonis, & aliorum, qui istam quæstionem agitarunt. Nos vero qui partem & totum, hoc est, & vestrum Papam & vestra Concilia, quæ quidem à vobis celebrari solent, reijcimus, parum de hac controuersia curamus, neque nostra refert, an Papa sit supra Concilium, an verò Concilium supra Papam: quandoquidem & Papa & Concilium volunt esse supra Christum, cuius tamen *inimicos & hostes Deus* (ut scriptum est) *ponit scabellum pedum ipsius.*

Rom.1.
Act.15.
&c.
Epist.162.

TVRRIA.

VI. Pa.295 & 296. [illegible] Petrus meruit, vt Apostolorum princeps fieret, fuit excellentissima confessio, quam confessus est omnium nomine: altera virtus fuit [illegible], qua meruit, vt Christus diceret, Pasce oues meas, postquam tertiò interrogasset, verùm diligeret eum plus aliis Apostolis. Ob excellentiam igitur fidei & charitatis, fecit Christus Petrum principem Pastorem Apostolorum, & vniuersae Ecclesiae suae. Atque Petrum [illegible] designauit Christus, vt hoc charisma fidei [illegible] in Romanis pontificibus [illegible] per vicariam ordinationem.

[illegible] Summam Dei misericordiam in Petro, non ipsius Petri [illegible] (quod ipse Petrus agnouit) quum precatur, vt in omnibus glorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Quamquam [illegible] hîc nihil aliud quàm nugaris, principium petens & repetens: tuam tamen ipse sententiam euertis, nihil tale cogitans. Nam si (vt dicis, & nos non negamus) propter sua merita Petrus constitutus est [illegible] princeps, certè ille principatus nihil pertinet ad Romanum Pontificem, [illegible] sua personalia, adeo vt merita Petri [illegible]. Quare cùm neque Pontifex nec Christi [illegible] neque Petri fidem, neque charitatem [illegible] Pontificem Ecclesiae principem esse non posse: imò nihil vnquam esse [illegible], vt vel [illegible] Ecclesiae Dei legitimus Pastor haberi debeat.

1.Pet.4.

VII. Pag.298. [illegible] Quum in Euangelio, [illegible] Dominum iussisse Petro [illegible] pascere, quoniam maior erat: [illegible] iussus est [illegible] praeesse, [illegible] Christum audimus sic interdicentem. Reges Gentium dominantur eorum.

Sadeel. Iam vis probare, Petrum esse iussum omnes [illegible] pascere, atque [illegible]. Verùm illud alterum tibi probandum fuit, solum Petrum iussum esse [illegible] pascere. Nos enim in superiore disputatione satis tractauimus de [illegible] Apostolatu, qui nullis locorum vel Gentium finibus [illegible] omnibus [illegible] Apostolis dictum est à Christo, [illegible] Praedicate Euangelium omni creaturae. Ex [illegible] oues [illegible] vel locorum distinctione. Quamobrem [illegible] nihil aliud quàm [illegible] non probas vnum & solum Petrum iussum esse pascere [illegible] Christi. Porro, nisi concludis de Petro, quod non possit de reliquis etiam Apostolis concludi: quoniam [illegible] Petro iussum esse pascere [illegible]: Pastorem autem praeesse est, inquis: quare [illegible] sibi caeteris praeesse. Iam redarguamus tuum [illegible] Iussus est, inquis, pascere [illegible] quoniam erat maior. Ecce principium petis: Nam quaeritur inter nos, fueritne Petrus maior omnibus, vel potius omnium maximus. Deinde ita subiicis: Pastorem praeesse [illegible] est pascere & praeesse: Scilicet nihil aliud concluderes, quàm Petrum praeesse illis oues quas pascit. Volebas autem efficere, Petrum [illegible] omnibus, quod non facis. Quod autem ais, [illegible], illud, ex verbo Dei intelligendum est. Pastores enim Ecclesiae dicuntur in Scriptura [illegible], in quibus

Matt.28. Marc.16.

1.Tim.4. Heb.13. 1.Thess.5.

bus vocabulis fateor verbum præeſſe includi: ita tamen vt ſpiritualis dignitas ſignificetur ipſius Eccleſiaſtici miniſterij finibus contenta, non regius ille Pontificis principatus. Itaque verbum *præeſſe* non vni Epiſcopo Romano tribuitur, ſed omnibus Eccleſiæ præfectis, qui dicuntur *præeſſe* quatenus paſcunt, hoc eſt, docent, & ea præſtant, quæ ad ipſorum munus pertineant, quemadmodum paulò antè diximus ſuo loco, vbi de verbo *paſcendi* diſſeruimus, & tu ipſe dices ſequenti ſectione, *præ[illegible] eſſe, paſcere*. Rectè igitur & eleganter Auguſtinus: *Scias*, inquit, *ſe non eſſe Epiſcopum, qui præeſſe cupit, non prodeſſe*. Hac igitur interrogatione tuum in te argumentum retorqueamus: Petrus his verbis Chriſti, eſtne iuſſus paſcere ipſos Apoſtolos, necne? Si iuſſus paſcere, ergo falſum eſt quod dicebas, in Petro omnes eſſe iuſſos paſcere: ſiquidem paſcere & paſci differunt. Si non iuſſus eſt paſcere Apoſtolos, ergo nec illis præeſſe ex hoc tuo argumento. At profectò nullus eſt Miniſter Eccleſiaſticus, qui alijs Miniſtris præeſſe & imperare debeat. Queſt.65. Queſt.vlt.

TVRRIAN. *Act. 15. Deus elegit in nobis audire gentes per os meum verbum Euangelij: ſignificans igitur ſe eſſe os & caput omnium, & idem prædicare, paſcere ſit, ſignificat quoniam ei præcepit Dominus vt paſceret oues ſuas, præcepiſſe vt paſceret eas per ſe & per reliquos Apoſtolos tanquam Paſtores inſtitutores ſuos: omnes igitur oues paſcere [illegible] eſſet princeps Paſtor.* VIII. Pag.298.

SADEEL. Paucis verbis multa peccata. Vnum, quod tam inepte ita concludas: *per os Petri audire Euangelium: ergo Petrum eſſe os & caput omnium*: qua de re in loco Scripturæ proximè ſuperiori, multa diximus. Secundum, quod ita diſſeras: *Si Petrus debuit prædicare Euangelium Gentibus: Petrus igitur id debuit præſtare per ſe & per reliquos Apoſtolos.* Hæc enim verba te refellunt, *per os meum*, inquit Petrus. Oporteret igitur Apoſtolos eſſe os Petri, cùm tamen velis Petrum eſſe os Apoſtolorum. Tertium: quod dicas *debuit prædicare Euangelium Gentibus, Petrum igitur omnibus Chriſti ouibus præeſſe*. Iudæos enim omittis, ad Euangelij veritatem acceſſuros, & quibus inſtituendis Petrus potiſſimùm dedit operam, vt patet ex Pauli Epiſtola ad Galatas, & ex ipſius Petri Epiſtolis. Gal.2. Aliud, & omnium grauiſſimum, peccatum tuum, Turriane, fuit, quum vocares Petrum principem paſtorum, quod nomen ipſe Petrus ſoli Chriſto tribuit. 1.Pet.5. Verùm id mirum videri non debet in vobis Ieſuitis, qui ipſum ſacroſanctum nomen Ieſu magna cum impudentia & blaſphemia vobis in veſtræ ſodalitatis inſcriptione tribuatis.

TVRRIAN. *Quum vellet Dominus poſt reſurrectionem ſuam præſtare quod promiſerat de ædificanda Eccleſia ſuper Petrum, tum dixit ei: paſce oues meas, in quo adminiſtrationem verbi conſtituit, & ſimul iuriſdictionem in eas tradidit, & poteſtatem [illegible], ſine qua eiuſmodi iuriſdictio expediri non poteſt: [illegible] negotium ædificationis Eccleſiæ verſatur. Paſce oues meas non eſt dictum reliquis Paſtoribus omnibus in Petro, niſi quatenus præſentes in Petro [illegible] eſſent: [illegible] autem non poterant, niſi eorum caput fuiſſet. Ipſum igitur [illegible] omnibus alijs Paſtoribus præeſſe, ac proinde omnibus eorum ouibus. Paſcere [illegible] præeſſe eſt: iuſſus eſt igitur Petrus omnes oues paſcere.* IX. Pag.299.

SADEEL. Inanis eſt tuæ ſententiæ repetitio, ac eiſdem propè verdis: hoc tantum affers noui, quòd tuis repetendis semper aliquid absurdi proponis, quod non antè audieramus. Nam antea vt probares Petrum præesse, dicebas *Petrum pascere*; nunc vt probes *Petrum pascere*, dicis eum *præesse*. Postò dicis his verbis, *Pasce oues meas, Christum præstitisse quod promiserat Matth. 16. de ædificanda Ecclesia super Petrum: in quo ministerium verbi continetur*, inquis, *& iurisdictio & potestas clauium*. Si hæc vera sunt, quid igitur faciebat Christus superiore capite apud Ioannem, quum diceret Apostolis, *Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos*. Item, *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur, &c.* Nonne vides ante hæc verba, *Pasce oues meas*, ea fuisse à Christo Apostolis mandata, quæ ad ædificandam Ecclesiam, ad ministerium verbi, & ad potestatem clauium pertinebant? Verùm addis, *oportuisse reliquos Apostolos in Petro censos fuisse, tanquam in capite: vt quod illis dixerit Christus in Petro, Pasce oues meas.* Supra exposuimus quomodo id ad reliquos spectare potuerit ex Veterum sententia, nempe per applicationem, non autem quod aliquid hîc Christus concedat Apostolis anteà non concessum. Omnia enim his verbis continebantur, *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum: quorumcunque remiseritis peccata, remissa sunt, &c.* Quid porrò tibi vis verbo *Censendi*? Tibine videtur Christus fuisse Censor aliquis, qui Apostolos tanquam oues in alicuius familias censeret? Abi inepte cum tuo illo censendi vocabulo, dignus certè qui inter indoctos & à theologia alienos, Theologorum omnium iudicio censearis.

X. Pag. 302. TVRRIAN. *Aiunt nolle referre quare hæc verba, Pasce oues meas, potius ad Pontificem Rom. quàm ad Apostolos dirigantur. Respondeo, Pasce oues meas dictum fuisse Petro immediatè: Successori verò Petri dici à Christo per vicariam ordinationem, quæ ministerio Episcoporum fit. Cæteris Apostolis dictum fuisse in Petro, sine aliquo ministerio intermedio, quatenus in illo erant vt in capite: licet non tanquam successores Petri, non in illo gradu primo & summo, in quo erat Petrus vertex totius ordinis Sacerdotalis.*

SADEEL. Audio tua somnia centies repetita. *Dictum est Petro immediatè, reliquis Apostolis mediatè, Successori Petri per vicariam ordinationem*, inquis. Atenim ego dicebam me rationes velle, non autem simpliciter audire, quæ vos Pontificij confinxistis. Non enim scientia ex vanis hominum opinionibus & commentis, sed ex causarum cognitione comparatur. Atqui etiam non vos pudet vestrum Pontificem ipsis etiam Apostolis anteferre. *Non erant*, inquis, *Apostoli tanquam successores Petri in illo gradu primo*. Ex quo efficitur, si tibi credimus, Paulum, Ioannem, & reliquos Apostolos fuisse suo Pontifice inferiores. Quid? nónne, etiam ex vestra doctrina, successori Petri dictum est, *Pasce oues meas, in ipso Petro*? Certè: mediatè igitur. Dicis autem *alterum primatum Petri, eò quòd non mediatè, sed immediatè illi dictum est, Pasce oues meas*. Quare sequitur ex tua ipsius sententia, Petri successorem non habere primatum, quia non illi dictum est non immediatè, sed mediatè. Quinetiam facis mentionem *vicariæ ordinationis*, quam mirum [illegible], quando hæc Christi verba proponis. Istáne ordinatio Pontificia per Cardinales in causa est quamobrem Pontifex præferatur Apostolis? scilicet, quia Cardinales ordinant Pontificem; Chriſtus autem ipſe Apoſtolos ordinauit. Idcirco ius Pontificis eſt potius. O impudentem audaciam! Verùm cur tantopere laboras, vt efficias Papæ tuo dictum eſſe, *Paſce oues meas*: quando ſatis conſtat tuum Pontificem Romanum illa verba nunquam audiuiſſe, nec aliquid eorum præſtitiſſe, quæ ad docendam Eccleſiam Romanam pertinent? Ibi enim eſſent oues ab eo paſcendæ (non autem vniuerſus terrarum orbis) ſiquidem Romana Eccleſia eſſet vera Eccleſia, & ipſe eſſet verus Paſtor Eccleſiæ Romanæ

TVRRIAN. *Amor Petri, inquis, fuit donum perſonale, non minus quàm eius fides: itaque tranſire ad ſucceſſorem non potuit niſi* per mimeſim. *Reſpondeo:* XL. Pag. 304.
quum Chriſtus rogauit pro Petro cui iubebat confirmare ſuos, id eſt, totam Eccleſiam, ipſum rogaſſe pro omni ſucceſſore Petri. Itaque in aliis Apoſtolicis ſedibus hæretici ſederunt: At Apoſtolica ſedes Romana ſemper hæreticos damnauit. Quum autem non dixerit Dominus, rogaui ne deficeret amor tuus: ſequitur non neceſſe eſſe vt amor Petri ad ſucceſſorem tranſeat, ſicut neceſſe eſt vt tranſeat fides. Poſſe autem fidem eſſe ſine charitate qui negat, verbum Dei negat, vt patet ex Epiſtola Iacobi. Item: Charitas, inquit Apoſtolus, de corde puro & con- Pag. 305.
ſcientia bona, & fide non ficta. Ergo eſt fides ficta per regulam Contrariorum, nempe fides ſine charitate. Item. 1. Pet. 1. Spem viuam, inquit: eſt igitur & ſpes mor- Pag. 306.
tua. Spes autem ſine fide eſſe non poteſt, quia in eius ratione continetur: Subſtan- 307.
tia rerum ſperandarum, inquit Apoſtolus, Hebr. 11.

SADEEL. Aliò digrederis, nec reſpondes: Ego circunſtantiam loci apud Ioan. premo ex his verbis: *Petre, amas me? Paſce oues meas.* Tu verò me ad Luc. 22. reuocas, *Rogaui pro te ne deficiat fides tua.* Redeamus igitur ad Ioannem, & videamus quemadmodum hæc ſint coniuncta in verbis Chriſti: *Amas me? Paſce oues meas.* Quis non videt poſteriora verba planè eſſe cum ſuperioribus coniungenda? Quoties enim Chriſtus dixit, *Paſce oues meas*, toties antè dixerat: *Amas me?* Enimuero permirum eſt Pontificiis id in more poſitum, vt quum hunc Ioannis locum ad ſui Pontificis cauſam trahunt, tum hæc verba ſæpiſſimè inculcent, *Paſce oues meas*: hæc verò: *Amas me?* perpetuò obliuiſcantur. Scilicet Pontifices nec Chriſtum amant, nec paſcunt eius oues, de ſeipſis paſcendis tantùm ſoliciti. Sed omnino dic mihi, Turriane, ſi vis ad Succeſſorem Petri hæc verba, *Paſce oues meas*, pertinere: cur hæc etiam, *Amas me*, non pertinebunt? Item *ſi ſucceſſores Petri erant in Petro, quando illi dictum eſt, Paſce oues meas:* quare non fuerunt in Petro, quum illi Chriſtus diceret: *Petre amas me?* Item, vbìnam erant iſti ſucceſſores, quum Petrus reſpondit: *Etiam Domine, tu noſti quòd amem te?* Certè in Petro tum non fuiſſe, ipſi veſtrorum Pontificum mores ſatis ſuperq; teſtantur. Quamobrem ego ita concludo: *Cùm oratio Chriſti non interrupta nec lacerata, ſed tota ſibi cohærens ſimul accipienda ſit: ſi Petri ſucceſſores, nec in Petro interrogato, nec in Petro reſpondente fuerunt: eos profectò in Petro non fuiſſe quando ei dictum eſt: Paſce oues meas: ac propterea fruſtra vos conari aliquam tantùm huius orationis particulam arripere, vnde, ſi poſſitis, cauſam veſtri Pontificis ſubleuetis.* Quare nos ita dicamus, hæc verba Chriſti dicta ſunt Petro amanti Chriſtum: non igitur Pontifici, Chriſtum non amanti, ſed Chriſtum in ſuis membris gladio & flamma inſectanti. Prætereà, quandoquidem ita vis: iam ad Lucam digrediamur, ac videamus quid inde colligas, quamobrem tuus Pontifex amare Christum non debeat. *Rogauit Christus*, inquis, *pro Petro, ac propterea pro eius successore*: vnde id colligis? nec enim vlla est in illo loco circumstantia, quæ te iubeat de Petri successore cogitare. Instans periculum proponitur, & iamiam imminens tentatio: quid illud ad successorem? Quinetiam hæc verba: *& tu conuersus confirma fratres tuos*: necessariò ad personam Petri referuntur, propter eius lapsum. Dices fortasse, hoc etiam in vestros Pontifices quadrare, eò quòd turpissimè lapsi sint, longè etiam grauiùs quàm Petrus, Christum negauerint: fateor certè ita esse, sed addo: hactenus, quòd sciam, tuorum Pontificum nemini istud conuenire potuisse, quod sequitur apud Lucam: *Et tu conuersus*. Ostende igitur mihi aliquod vestigium successoris. Addis, *in aliis Apostolicis sedibus hæreticos sedisse: Romæ non item*. Hîc fortè expectas, Turriane, dum tibi obiiciam Romanos illos Episcopos qui fuerunt hæretici: & tibi commemorem *Liberium, Arrianum, Honorium, Eunomianum, Anastasium, Photinianum: Marcellinum idololatram: Ioannem XXII, à Theologis Parisiensibus damnatum, quòd immortalitatem animæ negaret: ac tibi* opponam hæc Lyrani Scholastici doctoris verba: *Multi Papæ*, inquit, *inuenti sunt Apostatæ*. Hæc, inquam, & plæraque similia proferre nolo, nec singulis recensendis tempus terere: malo omnes simul comprehendere, atque affirmare, Pontifices Romanos, posteaquàm Maximi Episcoporum Episcopi salutati sunt, & imperium in alias Ecclesias præter ius fásque vsurparunt, non tantùm defecisse à fide, sed etiam fuisse conatos fidem ipsam, verámque Euangelij doctrinam, quoad eius fieri potuit, suis decretis, commentis, ac traditionibus extinguere. Tu verò fateris quidem, aut certè negare non audes, tuos Pontifices non esse charitatis Petri, & eius amoris erga Christum successores, ne videaris negare (non dicam miridie lucere, quando hoc tibi displicet) media intempesta nocte diffusas esse tenebras. Sed hoc tibi est satis, *quòd non dixerit Dominus*, inquis, *Rogaui ne deficeret amor tuus: sed ne deficeret fides tua.* Itáne tandem existimas, inepte, Christum non rogasse, *ne amor Petri deficeret*, cui salus Petri ac reliquorum Apostolorum tantæ curæ fuit? Audi quemadmodum Christus pro omnibus Apostolis, ac proinde pro Petro sit precatus: *Serua eos*, inquit, *per nomen tuum, quos dedisti mihi, vt sint vnum, prout & nos*. Item, *sanctifica eos tua veritate*. Item. *vt vbi sum ego & illi sint mecum, vt conspiciant gloriam illam, quam dedisti mihi*. Item, *vt charitas, qua dilexisti me, sit in eis, & ego in eis*. Quid? Turriane, nónne tibi videtur Christus precatus esse pro charitate & amore Petri erga Christum ipsum? Et quia imprimis de successore cogitas, expende hæc verba superioris precationis: *Non pro eis rogo tantùm, sed etiam pro iis qui per sermonem eorum credituri sunt in me*. Hîc vnum ex te quæro: Quum Christus dicit apud Lucam se *pro Petro rogasse ne deficeret fides eius, cuius precationis vim prorsus contendis ad eius successorem quoque pertinere*: qui fit vt nominatim non fecerit ipsius successoris mentionem? quandoquidem apud Ioannem nominatim profitetur Christus *se non tantùm pro ipsis Apostolis precari, sed etiam pro om-*

nibus

In cap. 16. Matth.

Ioann. 17.

Ibid.

nibus fidelibus, quotquot erant per verbum eorum credituri. Sed cur non te refello ex tuis argumentis contradictoriè inter ſe oppoſitis? Dixiſti paulò antè, ſectione ſexta, *Petrum meruiſſe fieri principem Apoſtolorum propter fidem & charitatem:* atque ita charitatem Petri cum eius fide coniungebas. Porrò in diſputatione ſuperiore plus millies inculcaſti *te loqui de fide Petri credentis, ſuper quam ædificata ſit Eccleſia:* adeò vt affirmares, *Petri fidem & Petrum credentem idem eſſe.* Ex his igitur, Franciſce, non meis ſed tuis armis, ita tuam ſententiam confodio. *Si fides Petri credentis, ſiue Petrus credens tranſit ad ſucceſſorem,* vt ais, *& fides Petri credentis ſiue Petrus credens habuit charitatem coniunctam, vt fieret Apoſtolorum princeps,* quemadmodum exiſtimas: *ſequitur, ſi fides Petri ad ſucceſſorem tranſit, tranſire quoque charitatem: quia ex tuo argumento non ſola fides conſtituit Petrum principem, ſed etiam charitas.* Iam expendo quæ ſubiicis, *eum negare verbum Dei, qui negat charitatem poſſe eſſe ſine fide.* Nos verbum Dei amplectimur, & hanc tuam ſententiam pernegamus. Quinetiam Auguſtinus (vt de aliis taceam) non negauit verbum Dei: & tamen affirmauit *fidem ſine charitate eſſe nolle. Pia fides,* inquit, *ſine ſpe & ſine charitate eſſe non vult.* Et alibi, *Ille credit eſſe Chriſtum qui ſperat & diligit, alioqui credit eſſe Chriſtum, non credit in Chriſtum.* Quo fit, vt Lombardus, ex eodem Auguſtino, & Ambroſio, *neget fidem ſine charitate virtutem eſſe, ſed informem tantùm mentis qualitatem.* Et alibi: *Pia fides non eſt ſine charitate.* Obiicis Iacobum: ſed nos de vera, &, vt loquitur Auguſtinus, de pia fide loquimur, non de fide homonymos & impropriè dicta, de fide quæ dicitur, & non eſt fides, de fide cuius etiam diaboli ſunt participes, denique de fide mortua. Hanc fidem, Turriane, ſi tuis Pontificibus tribuis, fateor eam longiſſimo interuallo à charitate, adeoque ab ipſa vera fide diſtare. Addis hæc verba Pauli: *Charitas de corde puro & fide non ficta.* Ex quibus tu, cui contraria placent, ita ex natura contrariorum ratiocinaris: *Si fides eſt non ficta, ergo eſt fides ficta.* Verùm, Franciſce, qui dicit fidem fictam, fidem tollit, ac proinde loquitur, ac ſi diceret non fidem: atque ita non eſt contrarium propriè, ſed contradictio: adeò vt iaceat tua illa contrariorum regula: quemadmodum homo effictus in tabula non eſt verus homo, nec dicitur homo, niſi homonymos. Itaque Paulus de vera fide loquens, vocat eam non fictam. Quare ex hoc loco à te producto colligo, illam fidem, quæ eſt ſine charitate, eſſe hypocritarum fidem: adeò vt te ipſe in laqueum induceris. Fides enim aut eſt vera & nõ ficta fides: aut dicitur ſimulata & hypocritarum propria. *Fides* autem quæ *vera* eſt, cum *charitate coniungitur,* vt patet ex hoc loco Pauli: *Finis mandati,* inquit, *eſt charitas ex corde puro & fide non ficta:* quare fides, quæ non coniungitur cum charitate, non eſt vera piorum, ſed falſa hypocritarum fides: quam ex tuo argumento tuis Pontificibus tribuis. Idem dico de loco Petri, vbi opponis mortuam ſpem viuæ ſpei: nam *mortua* ſpes non dicitur, niſi homonymos: vt homo mortuus non dicitur homo, niſi homonymos. Fateris autem *ſpem ſine fide eſſe non poſſe, quia,* inquis, *in eius ratione, hoc eſt, definitione continetur:* atque dicendum erat potiùs, fidem non

Ad Conf.ep. 85.

De verb. Dom.Ser.61.

Sentent.lib. 3.diſt.23.

Lib.3.diſt.25.

Iac.2.

1.Tim.7.

Ibid.

eſſe ſine ſpe, alioqui tuum argumentum non procedit) *ac propterea ſequitur ſpem Petri, ad ſucceſſorem tranſire*: quod vide an cũ pudore de tuo Pontifice poſsis affirmare. Certè permirum videri debet, Petri fidem ac ſpem tranſire ad ſucceſſorem: ſolam autem charitatem (quam Apoſtolus vinculum perfectionis appellauit) non tranſire. Sed ita vobis aulicis Pontificiis videtur, quibus nihil cum charitate, & cum illa perfectione, de qua Paulus loquebatur, commune eſt. Vis autem, Turriane, vno verbo audire tuę ſententię refutationem? *Fides Petri non fuit hypocritæ fides, ergo vera fides. At vera fides neceſſariò cũ charitate coniungitur. Itaq; qui charitatem non habet, fidem Petri non habet, quæ vera fuit fides, ac proinde cum charitate coniuncta. Ex quo efficitur veſtros Pontifices charitate deſtitutos fidem Petri non habere, ac propterea ex veſtra ipſorum ratiocinatione non eſſe Petri ſucceſſores.* Atque ita in tuis ſcriptis, Turriane, fallacia aliã, vt ille dicebat, aliam trudit.

XII. Pag. 307.

TVRRIAN. *Amiſſa charitate non amittitur docendi poteſtas. Nam Paulus non negat quin Pſeudoapoſtoli haberent poteſtatem dandi Spiritum ſanctum. Sic enim ille, 2. Cor. 11. Si is qui venit (inquit) alium Chriſtum prædicat, quem non prædicauimus, aut alium Spiritum accipitis, quem non accepiſtis, rectè pateremini. Ergo Pſeudoapoſtoli dabant Spiritum, ſiqui erant qui Spiritum ſanctum accipiebant. Matth. 23. Super cathedram Moſis ſederunt Phariſæi & Scribæ: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facete: ſecundum opera verò eorum nolite facere. Ergo illi Spiritum Dei acceperant ad docendam veritatem legis: hi enim erant ſucceſſores eorum ſeptuaginta quos elegit Moſes, Num. cap. 11. Ergo in ſucceſſore Petri chariſma fidei Petri eſſe poteſt ſine charitate & ſanctitate eius.*

Pag. 307. & 308.

SADEEL. Vis probare *amiſſa charitate, non amitti poteſtatem docendi.* At non quæritur inter nos de amittenda, ſed de acquirenda illa docendi poteſtate: negamus enim tuum Pontificem eſſe vllius Eccleſię legitimum doctorem & paſtorem, nedum omnium. Quare illa tua omnia ſunt extra rem & præter rem: niſi fortè à nobis poſtulas, vt dicamus te locum Pauli corrupiſſe. Ibi enim ait Paulus, *falli Corinthios ſi exiſtiment ſe à quoquam poſſe, vel excellentius aliquod Euangelium, vel præſtantiora Spiritus dona accipere poſſe.* Itaque Paulus illam conditionem apponit tanquam impoſsibile, vt magis inde ſuam ſententiam confirmet. Quæro enim an Pſeudoapoſtoli legitimè vocati fuerint, necne? Si legitimè vocati, cur Pſeudoapoſtoli? Si non legitimè, quomodo Spiritum ſanctum conferebant? Tu verò, Franciſce, ſi exiſtimas eos qui alium Chriſtum prædicant, quàm quem Paulus prædicauit (vt vos Monachi facitis) conferre Spiritum ſanctum: ſerua tibi tuam iſtam Theologiam. Idem reſpondeo ad locum Matthæi de *Scribis ſuper cathedram Moſis ſedentibus* (ne mihi de illorum Scribarum vocatione longa ſit inſtituenda diſputatio) nihil enim hæc res ad tuum Pontificem ſpectat. *Vis enim Scribas fuiſſe legitimè vocatos, & legem Dei docuiſſe, quippe in cathedra Moſis ſedentes.* At tuus Pontifex nullam habet vocationem à Deo, nec eſt Scribarum & Phariſæorum ſimilis in eo quòd docerent legem Dei, ſed potius eſt Phariſæorum ſimilis, de quibus dicebat Chriſtus: *Cauete à fermento Phariſæorum*: nempe ab eorum doctrina & falſis commentis, Matt. 16.

quibus purum Dei verbum corrumpebant, quod & tuus Pontifex, & vos Monachi iampridem factitatis. Denique ſi tua iſthæc argumenta quæſtioni propoſitæ reſpondent, ſequitur *charitatem Petri* nihil aliud eſſe quàm officium docendi. Ex quo etiam fit, vt hanc charitatem in Pontifice negemus eſſe quādoquidem imperandi poteſtatem, non docendi officium exercet.

TVRRIAN. *Obijcis me nouam ſignificationem affingere verbo paſcendi: hoc tu per ignorantiam dicis, non intelligens quid dicas. Verbum enim paſcendi non eſt proprium hîc, ſed translatum, vt Eſ. 40. Sicut Paſtor paſcet gregem ſuum. Non putaui Pontificatum ſignificari hoc ſolo verbo, ſed his verbis, Paſce oues meas. Vide quàm honorificè veteres Doctores, Patriarchæ, & alij Epiſcopi, tum Imperatores de Petro loquuti ſint. Chryſoſtomus autem [illegible] Apoſt. vocat Petrum ouem primogenitam gregis Chriſti boni Paſtoris. Quis autem ignorat ad primogenitum pertinere primatum, niſi quid obſtet?* XIII. Pag. 309. & 310.

SADEEL. Quum verbum, *Paſcere*, dicitur de Deo Paſtore & de Chriſto, non dubium eſt quin ſummam poteſtatem ſignificet, quia nulla Dei poteſt eſſe poteſtas, niſi ſumma. Sic vſurpatur apud Eſaiam in loco quem ipſe profers per ignorantiam, non intelligens quid dicas. Nam quia Petrus non eſt Deus, idcircò perperam verbum *Paſcendi* ita exponis apud Ioannem, vt apud Eſaiam. Sed cum dicitur de Miniſtris Eccleſiaſticis, affirmo illo verbo non dominandi ac imperandi poteſtatem, ſed magiſterium dicendique munus ſignificari, vt admonui in prima ſect. huiuſce diſputationis. Quod autem cōtendis non ex vno vocabulo, ſed ex hoc complexo, *Paſce oues meas; principatum intelligendum*, iam ſuprà refutauimus, ac docuimus, ei qui non ſuas oues paſcere dicitur, ſed iubetur alienas paſcere, Miniſterium tribui, nō principatum. Nunc accedo ad tuum argumentum pecuarium, quod eſt eiuſmodi: *Chryſoſtomus*, inquis, *vocat Petrum ouem primogenitam: ad primogenitos autem pertinet primatus* (*niſi quid obſtet.*) *Quare ad Petrum primatus pertinet*. Nempe, Turriane, niſi quid obſtet. Atqui nondū audiueram *ius primogenituræ* (vt vocant) habere locum in pecudibus: nec etiam ſatis poſſum diſpicere quomodo *ouis primogenita debeat habere primatum in omnes Paſtores*. Verùm vt hæc omnia prætermittamus, quorſum hoc argumentum ex ouibus petitum, quandoquidem Pontifex, nec ouem agit, nec Paſtorem, ſed lupum potius? Hoc igitur tibi obſtat tuóque Pontifici: Quòd, qui ne ouis quidem eſt, ouis primogenita cenſeri non debeat, nedum omnium ouium Paſtor: aut ſi mauis, quòd oues lupos non pariant. Vide Matthæum cap. 7. in his verbis: *Intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*.

TVRRIAN. *Obijcis hæc verba Pauli, Agmen illud in me quotidie conſurgit 2. Cor. 11. Legis Græcè Epiſyſtaſis vt & Theodoretus, & Chryſoſtomus Hom. de quadrag. legit Epanaſtaſis quod verbum ſignificat coitionem, non iſtud tuum agmen quotidie conſurgens: ſic enim vertis. quid ineptiùs exponi poteſt? ſolicitudinem de omnibus Eccleſiis, quam perferat & illo pectore Apoſtolico dignum, continuam eſſe, facis Antonius bellus quotidianam. O ſingularem ſolicitudinem, quæ quotidie & non potiùs ſingulis horis & momentis vexabat. Ad Romanos 9. Magna mihi triſtitia eſt & continuus dolor: Itaque locum illum deprauaſti &* XIIII. Pag. 310. & 311.

[illegible] non eſt ἐξηγητικὸν, ſed διαιρετικόν.

SADEEL. Omnes codices conſtanter habent *ἐπισύστασιν*: ego verò non meam propoſui interpretationem, ſed ex iis quæ extant eam ſelegi quæ mihi doctiſſima & accommodatiſſima viſa eſt. Tu verò non habens quid ad locum Pauli quem tibi obieceram, reſponderes, diuerticulum quæſiuiſti in interpretatione vocabuli Græci, & me reprehendis quòd veterem interpretem non ſim ſequutus. Meum argumentum fuit huiuſmodi. *Si Paulus nihil fecit extra vocationem ſuam, & habuit curam omnium Eccleſiarum, vtique neceſſarium inde ſequi omnes Eccleſias non minùs Paulo quàm Petro, ac proinde reliquis omnibus Apoſtolis eſſe commiſſas.* Hic quia non habebas quod contradiceres, nec tamen velles eſſe planè mutus, qui toties nobis tuam illam palinodiam minitaris, exclamas *me locum Pauli deprauaſſe, adolens [illegible] ſanctam Apoſtoli de omnibus Eccleſiis ſolicitudinem, quam eam facio quotidianam, quæ ſemper erat,* inquis, *& illo pectore Apoſtolico dignum, continuam eſſe, ac nunquam intermitti.* Verumenimuerò, Turriane, dum tu huic noſtræ interpretationi inſultas, tuam ipſe refellis ſententiam, & noſtram egregiè comprobas. *Nam ſi dignum fuit Apoſtolico pectore continuam ac nunquam intermiſſam Eccleſiarum omnium curam gerere:* conſequitur omnium Eccleſiarum curam ad munus Apoſtolicum pertinere. Ita ſcilicet proficiunt qui magis intenti ſunt alienis reprehendendis, quàm ſuis confirmandis. Atque hæc de argumento noſtro, in quo tu quantumuis licet exclamans, planè tamen fuiſti mutus, quia nihil reſpondiſti. Venio ad tuam reprehenſionem qua me accuſas, *quod Eccleſiarũ curam dicam eſſe in Apoſtolo quotidianam, quæ potiùs fuerit continua.* Itane, mi Grammaticule, quid ſit *quotidianum* intelligis, vt neges id eſſe *continuum* quod ſit *quotidianum*? tua iſthæc diſtinctio apud Medicos fortè locum habeat de febribus differentes: non autem in peruulgato loquendi vſu, quo dicitur *quotidiana cura*, non quæ ſemel in die nobis in-
Deu.17. cidit, ſed quæ identidem nobis occurrit. Audi enim quid dicat Chriſtus:
Si quis vult me ſequi, inquit, *abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie.*
1.Cor.15 Et vt ad Apoſtolum redeamus: *vt quid, inquit, & nos periclitamur omni hora?* (ſequamur veterem interpretem, vt hanc à Turr. gratiam ineamus)
Quotidie morior propter veſtram gloriam, fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu.
Luc.11 Hæc ille: ne mihi etiam proferendum ſit quod iubemur petere *Panem noſtrum quotidianum*: quo intelliguntur ea omnia quæ ad tuendam hanc vitam ſingulis horæ momentis ſunt neceſſaria. Iam vides, Turr. quàm ridicula fuerit tua iſthæc reprehenſio. Nam quod ais articulum Græcum eſſe *diaireticon*, ex ipſius contextus ſtructura, patet quàm falſum ſit. Proponamus enim tibi veterem interpretationem, quæ tibi placet,
2.Cor.11. *Præter illa quæ extrinſecus ſunt* (inquit Apoſtolus) *inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum.* Hic, quis, præter te, non facilè animaduertat *Solicitudinem omnium Eccleſiarum eſſe illã inſtantiam quotidianam* de qua loquitur? Nonne loquitur de ijs quæ non corpus, ſed animum ipſum vehementer afficiunt? Sic enim ille: *præter illa quæ extrinſecus ſunt.* Quare intima hæc cura de omnibus Eccleſiis nominatim diſtinguitur à malis & periculis externis. Præſtat igitur audire Ambroſium rectè hunc locum exponentem, quàm Turrianum falſò veram interpretationem repre-

reprehendentem. *Solicitudo hæc*, inquit Ambroſius, *quod dicit quotidianam, de rationis vſu deſcendit, vt omnibus diebus commiſſum ſibi populum inſtruat.* Hæc ille. Age nunc, Franciſce, & quantum libet in Ambroſium exclamato: ſed fortaſſe liberiùs ages cum Thoma Scholaſtico Doctore, qui ita locum hunc explicauit. *Quaſi dicat*, inquit Thomas, *præter omnia quæ exteriùs patior & paſſus ſum, vrgit me grauius interior affectio, ſcilicet, ſolicitudo ſubditorum.* Haſtenus Thomas, qui articulum illum non *diairetikon* ſed *exegeticon* eſſe intellexit. Atque hæc de noſtra interpretatione, quum malè reprehendiſti.

In.2.Cor.cap. 11.

In.20.Cor. cap.11.lect.4.

XV. Pag.312.

TVRRIAN. *Obijcis quod Petrus ſe Presbyterorum Sympresbyterum appellauit. Certè. non enim Petrus erat vniuerſus Epiſcopus, alioqui non fuiſſent alij Epiſcopi. Vide Cypr. lib. 4. ep. 2, de Cornelio. Quum poſt primum, inquit, ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt etiam, non ſecundus eſt ille, ſed nullus eſt. Hæc ille. Ergo pontifex omnibus præeſt, & eſt maximus ſolus, & primus præeſt.*

SADEEL. Negas *Petrum fuiſſe vniuerſalem Epiſcopum & tamen addis Pontificem omnibus præeſſe: eſſe maximum, ſolum, & primum præeſſe.* Quid obſecro, aliud eſt *eſſe Epiſcopum vniuerſalem?* Nimirum, inquis, *ſi eſſes vniuerſalis, nulli alij eſſent Epiſcopi:* quod quidem vanum ac ridiculum effugium iam antè à nobis refutatum eſt. Sed & hoc addam, tantùm abeſſe vt *vniuerſale* tollat particulare, vt potiùs non poſſit eſſe vniuerſale niſi ſint particularia. Quare quum ita concludis, *ſi eſſet Epiſcopus vniuerſalis, nulli alij eſſent Epiſcopi particulares*, perinde facis atq; ſi ita ratiocinaris, ſi animal eſt, non igitur homo eſt, neque brutum, adeóque nihil quod animali ſubijcitur: quod quàm ineptum ſit, nimis eſt perſpicuum. Locus Cypriani intelligitur de vnoquoq; vniuſcuiuſq; Eccleſiæ Epiſcopo, vt ſupra iam expoſuimus.

XVI. Pag.314.

TVRRIAN. *Dicis perperam concludi ex Articulo propoſitionem vniuerſalem. Dixi tum circumſtantia pronominis μȣ ſignificare hoc loco omnes oues vniuerſaliter. Audi rationem. Cùm Dominus vni Petro ſingulariter dixit: Paſce oues meas: quod reliquis Apoſtolis non ſingulariter, ſed communiter dixit in ipſo; conſequens eſt vt omnes oues vni Petro commiſerit. Imò hoc amplius addam. Apoſtolos ipſos non ſine Petri iudicio & voluntate profectos, ſicut Dominus præceperat, ad prædicandum Euangelium. Sic enim 2. Cor. 10 Non in immenſum gloriabimur, inquit, ſed ſecundum menſuram regulæ qua menſus eſt nobis Deus menſuram pertingentem per vos. Vide Theophylactum in hunc locum: Deus, inquit, orbem terrarum nobis Apoſtolis diſtribuit, & aſſignauit tanquam agricolis, quibus vineam diſtribueret.*

SADEEL. *Audi*, inquis, *rationem*: ſed quam obſecro, cum tu nullam rationem, ſed ſolam principij petitionem afferas? Quare cogor etiam repetere, hoc connexum nullam habere vim, adeóque connexum non eſſe, quum ita nugaris: *Petro ſingulariter dictum eſt: Paſce oues meas, Ergo ſoli Petro omnes oues commiſſæ ſunt*: hoc, inquam, inſulſum eſt, nec vllum poteſt eſſe medium, quo iſta duo extrema coniungantur. Quinetiã antè reddidi rationem, quamobrem falſa ſit hæc tua concluſio, quandoquidem (ne nunc omnia commemorem) omnibus Apoſt. ſimul dictum eſt, *Ite, docete omnes Gentes: Prædicate Euangelium omni creaturæ, &c*

Gal. 1.

Hoc ampliùs addam, inquis, *Apostolos non profectos sine Petri iudicio.* Rectè præfatus es te ampliùs addere: hoc enim de tuo addidisti quod falsissimum est; nihil enim tale extat in scriptis Apostolicis. Imò potiùs Paulus affirmat contrarium in epistola ad Galatas, cui tu, Monache, contradictoriè contradicis. Quis porrò non te exsibilet tam fœdè ac miserè locum Pauli corrumpentem ex Epistola 2. ad Corinthios, *Secundum mensuram regulæ quam mensus est nobis Deus*, inquit, *hoc est, qua mensus est nobis Petrus*, interprete Turriano. Nec te etiam puduit Theophylactum citare, qui ne Petrum quidem nominat, sed ait post Chrysostomum *Deum omnibus Apostolis orbem terrarum distribuisse*: ex quo efficitur omnes simul Apostolos esse Pastores ouium Christi, non autem vnum Petrum, quemadmodum somnias alios tecum somniare. Longè meliùs Hieronymus: *Nihil*, inquit, *supra mensuram humanam faciamus: sed in Apostolatus gratia quantum nobis Dominus donare dignatus est, per quam vobis, Corinthij, prædicamus.*

In.2.ad.Cor. cap.10.

XVII. Pag.315 Pag.316. Pag.317.

TVRRIANVS. *Aliud est dicere oues, aliud oues meas: illic enim significatur vniuersale non vniuersaliter; hic significatur vniuersale vniuersaliter. Vide Aristot. lib. de interpretatione. Basilius in reg. breuior. interr. 4. cùm Apostolus dixit per transgressionem legis Deum inhonoras, indiscretè, inquit, per omnem transgressionem. Idem: Stimulus mortis, peccatum, indiscretè, inquit, omne peccatum. Sic Basilius 21. Ego sic argumentatus sum: Petrus iubetur primò pascere, ergò primò solus pascit: reliqui enim Apostoli non primò iubentur pascere: sed in Petro communiter iubentur pascere; Petrus autem singulariter. Tuus Paralogismus est ab homonymia: sic enim dicis, omnibus Apostolis iussum est, Pascere: non igitur solus Petrus iussus est, Pascere: imò solus iussus est, singulariter.*

SADEEL. Rursus Aristotelem appellas: oues, inquis, vniuersale significat. Vbinam tandem aliquid simile apud Aristotelem vidisti, nugator? vt constituas vniuersale, dicendum est omnes oues. Sed quia hoc non successit, alia via aggrederis, & citas Basilium dicentem in plerisque locis Scripturæ, *indefinitam propositionem æquivalere vniuersali, & cum dicit omne peccatum esse stimulum mortis* (ac propterea tollis discrimen mortalium & venialium peccatorum, quo vestrum Purgatorium nititur, vt hoc obiter dictum sit) quasi verò id negemus aut non ipsi admonuerimus in nostra solutione, *propositiones indefinitas non esse passim nec temerè* (hæc sunt verba nostra) *cum vniuersalibus confundendas, sed ex circumstantiis, & præsertim subiecti, diiudicandas.* Itaque cùm ea sit natura rerum earum, de quibus agunt loci à Basilio citati, vt etiamsi nota vniuersalis apposita non fuerit, sint tamen loci illi vniuersaliter intelligendi: rectè & peritè Basilius indefinitum ibi pro vniuersali positum esse censuit: sed id locum hîc non habet. Præterea vt sæpe monui, non tantum erras quòd indefinitum accipias pro vniuersali: sed quòd affirmes hic omnes oues Christi Petro esse commissas, vt soli Petro commissæ sint. Hîc nihil habes quod afferas nisi veterem illam tuam crambem: *singulariter Petro, & in Petro communiter omnibus dictum est; Pasce oues meas: ergo solus Petrus pascit.* Atque ita, Turriane, tu singulariter & communiter: hoc est, contradictoriè concludis: qua de re locuti sumus

fusiùs

ſtatuis in Summa huius diſputationis. Sed enim paucis excutiamus quod ſubiicis. *Petrus*, inquis, *iubetur primus paſcere*. vnde id colligis? annon omnes iuſſi ſunt paſcere, nempe cap. 20. *Sicut miſit me pater, ita & ego mitto vos, &c.* Quòd ſi omnes hic rurſus iubentur paſcere in Petro (vt vis) cur iubetur primò Petrus? Ita igitur concludendum eſt: ſi omnes iubentur in Petro, ergo Petrus cum omnibus iubetur paſcere: ſi vna cum Petro, cur igitur primò Petrus? At enim, ſi iubetur primò paſcere: ergo primò ſolus paſcit, inquis. Hic explica quid intelligas his verbis: *Primò paſcere*: ſi refers ad tempus, vt Petrus primus annuntiarit Euangelium: quid hoc attinet ad tuum Pontificatum? Si non ad tempus, ſed ad dignitatem & principatum refers, petis principium: ſic enim præclarè diſſeris: *Christus dedit principatum Petro his verbis, Paſce oues meas, quia Christus Petro his verbis principatum dedit.* Cæterùm vnde tandem colligis, *Petrum iuſſum eſſe primò paſcere? quia ſingulariter iuſſus eſt*, inquis. Ecce alium Paralogiſmum ex verbo (*ſingulariter.*) Si ſingulariter Petrum dicis eſſe iuſſum, hoc eſt, nominatim: tibi aſſentimur: ſed nominatim aliquem compellare, & eidem principatum tribuere, duo ſunt, eáque inter ſe valde diuerſa: Si, *ſingulariter*, ita exponis, vt aliquid ſingulare & eximium ſignificet, neque cum aliis Apoſtolis communicatum, id verò pernegamus. Pugnat enim cum his verbis *Ite, docete omnes Gentes, &c.* Pugnat etiam cum eo quod ipſe dicis *in Petro communiter Apoſtolos eſſe iuſſos.* Non igitur committo Paralogiſmum in homonymia vt ais (volebas dicere in falſo conſequente) ſed ex verbis Christi, & ex eorum vera ſignificatione ſum argumentatus: tu verò addis aliud, *ſingulariter*, de tuo: nec cum verbis Christi, nec cum tuis ipſe conſentiens. Sed de hac re ſatis iam multa diximus.

XVIII.
Pag. 310.

TVRRIAN. *Dixi* [illegible] *Apoſtolis* [illegible] *Prophetæ id* [illegible] *ſunt* [illegible] *Prophetæ* [illegible] *Apoſtoli* [illegible] *paſcere* [illegible] *Deum, ſed etiam præeſſe. Obiecit, Etiam, inquis*, [illegible] *non eſt præeſſe. Præeſſe eſt* [illegible] *Apoſtolis in ſolidum* [illegible] *in ſolidum. At* [illegible] *in ſolidum dominus eſſe* [illegible] *Eccleſiæ* [illegible] *ſunt* [illegible].

Ibid.
Pag. 3[illegible]

SADEEL. Prophetas habuiſſe præfecturam cur negas, non video: quandoquidem in rebus Eccleſiaſticis munera ſunt *præfecturæ*: Prophetas autem habuiſſe munus, idque præſtantiſſimum in Eccleſia, mihi dubium non eſſe exiſtimo. Quinetiam quum Dominus Ieremiam ad munus Propheticum vocaret, *Conſtitui te*, inquit, *ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, ædifices & plantes, &c.* vbi verbum Hebræum [illegible] ſignificat. Atque vt ad Apoſtolos reuertamur, certè munus Apoſtolicum hanc *præfecturam* [illegible], non in vno tantum Petro, ſed in omnibus Apoſtolis: adeò vt Apoſtolatum ipſius Iudæ proditoris Scriptura *præfecturam* appellarit, teſte Petro, qui locum hunc citauit ex Pſalmo 109. *Et Epiſcopatum eius accipiat alius*: vbi verbum à Pſalte uſurpatum *præfecturam* ſignificat, quam Septuaginta interpretes Epiſcopatum dixerunt.

Ier. 1.

Act. 1.

nemini. Verùm, quid multis opus est? Tu ipſe, Turriane, agnoſcis, *Apoſtolos accepiſſe præfecturam*: ex quo efficitur, plures vnius eiuſdemq́ præfecturæ ſocios ac participes eſſe poſſe. Itaque mirum eſt, quàm tecum ipſe pugnes, qui modò præfecturam Apoſtolis tribuas, modò illis detrahas. Ais enim ex illis Christi verbis, *Eritis mihi teſtes, &c. non ſequi, Apoſtolos accepiſſe præfecturam*: atque ita prodis te loquendi illud genus non intelligere. Non enim hîc agitur de teſtibus in cauſis ciuilibus producendis, ſed de iis teſtibus, qui ſunt teſtes Chriſti, dum Euangelium annunciant, & Apoſtolico munere funguntur. *Recipietis*, inquit Chriſtus, Act. 1.
[illegible] Spiritus ſancti, poſtquam ſuperuenerit in vos: eritisq́ mihi teſtes, & in omni Iudæa, Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Bene. quodnam hic teſtimonij genus ſignificetur, nempe quod neceſſariò munus Apoſtolicum inferat. Verùm audi nunc, quid præterea obiicias: *Si Apoſtoli in ſolidum præfecturam [illegible] in ſolidum domini eſſe non poſſunt, ex Vlpiani & aliorum Iuriſconſultorum reſponſis.* Quaſi verò, Turriane, non hîc de humano terrenoq́; dominio diſputemus. Vlpianum ac reliquos Iuriſconſultos [illegible], vel te potius in forum [illegible] introducentem, verùm [illegible] Quid porrò tibi vis iſta concluſione? [illegible] inquis, [illegible] Imò verò, non id ſequitur. Nam enim dixit Chriſtus: *Paſce [illegible], ſed paſce [illegible]*, inquit. Itaque ſpiritualis & Eccleſiaſtica præfectura non infert dominium, ſed miniſterium, ita docente Petro ipſo planis expreſſiſque verbis: *Paſcite*, inquit, *gregem [illegible] non vt dominantes* [illegible]. Quare turpiſſimum eſt iactare te eſſe ex ouibus à Petro paſcendis, [illegible] illa diuini verbi paſcua [illegible] ſed ab illis [illegible] longiſſimè [illegible]. hic igitur habeto. Illam Apoſtolicam præfecturam fuiſſe non dominium, ſed miniſterium, tum erga Deum, tum erga ipſam Eccleſiam. Sic enim Paulus: *Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Chriſtum Ieſum Dominum, nos autem ſeruos veſtros propter Ieſum.* Et alibi: *Quis Paulus, [illegible] Apollo, ſiue Cephas, omnia veſtra ſunt)* ideòque huius ſpiritualis [illegible] plures ſocios eſſe potuiſſe. [illegible] Vlpiano & Iuriſconſultis [illegible] perperam [illegible] inquit, [illegible] non poſſe [illegible] dominium, nec ita [illegible] Iuriſconſulti intellexerunt: *ſemper enim accipiendum eſt ius indiuiſum, vt partes in [illegible]* quid [illegible] *in ſolidum domini eſſe poſſunt.* Sed hactenus de tuis Iuriſconſultis. Addis poſtremò, *Eccleſiam fuiſſe [illegible] Apoſtolis, ſicut mulierem [illegible]*: [illegible] longè aliam [illegible] Apoſtolorum, quàm illi [illegible]. Nec enim Paulus ſe ſponſum Eccleſiæ [illegible] Corinthiis loquitur: *Deſpondi enim vos vni viro [illegible] Chriſto.* Et alio in loco, *Chriſtus ſe ſponſum [illegible]*. Ita Iohan. *Qui habet ſponſam*, inquit, [illegible] quod Chriſti proprium eſt Apoſtolis tribuis. Quorſum autem tua iſta battologia? nonne percipis te tuo ipſo argumento [illegible]? Nam *ſi Eccleſia fuit [illegible] Apoſtolis [illegible]*,

1.Pet.5.

2.Cor.4.

2.Cor.[illegible]

2.Cor.11.
Matth.9.
Iohan.3.

certè Petrus in aliorum Ecclesias nihil planè iuris habuisset. Quid n. Turriane? Siccine vos qui diuina omnia humanaq; iura peruertitis, id vestro Pontifici tribuitis, vt in aliorum vxores aliquid iuris habeat? Ecce igitur à te ipso & hac tua similitudine, tua ipsius euersa sententia: adeò vt verissimè Chrysostomus *mendacium sibi ipsius pugnans esse,* dixerit. In Psal.124

XIX. Pag.321. 322.

TVRRIAN. *Obiicis hæc Cypr. verba, cuius à singulis in solidum pars tenetur: hac de re egit Ruffus aduersus Molinæum. Ego verò, quia cum Dialectico disputo, subtilius hoc premam & magis philosophicè. Si is qui partem Episcopatus, qui vnus est, tenet, ipsum vnum Episcopatum in solidum tenet: igitur totum non distinguitur à parte: nam quæ sunt vni & eidem simpliciter eadem, ipsa sibi vicissim sunt eadem: ex quo rursus fieret, vt Episcopatus, qui vnus est totus, non haberet partes diuersas quas singuli Episcopi tenerent. Itaque Cyprianus nomine Episcopatus Ecclesiam intellexit. Quod autem ait in solidum pars tenetur: hoc est ipse solus qui tenet in solidum, redditurus est rationem suæ partis. Vt multæ orationes vna sunt oratio, sic multi Episcopatus, cum in vnum cohæreant, sunt vnus Episcopatus indiuisus, qui ex suis partibus compositus est. Totum autem re quidem non differt à partibus suis: nec syllaba à literis, vt ait Arist. lib. 7. Metaphy. Differt tamen ratione: alia enim est forma Ba, & alia B. A: sic alia est forma vnius Ecclesiæ Catholicæ, & alia singularium, ex quibus tanquam ex materia, vnus Episcopatus, siue vna Ecclesia Catholica componitur.* Pag.322. & 323.

SADEEL. Suprà in superiori disputatione sect. 63. locum Cypriani exposuimus) non nostris, sed ipsius Cypriani verbis: ex quibus fuit perspicuum Cyprianum nomine *Episcopatus non Ecclesiam intellexisse,* vt tu opinionis errore fingis, *sed communem Episcopatum in eiusdem ministerii arctissimam coniunctionem.* Verùm quia tibi res est, inquis, cum Dialectico, idcirco rem ipsam vis tractare subtilius quàm Ruffus Doctor Lutetianus fecerit: ac proinde ex recondita quadam Dialectica penu hanc conclusionem promis. *Si qui partem Episcopatus, qui vnus est, tenet, ipsum vnum Episcopatum in solidum tenet: igitur totum non distinguitur à parte: ex quo vis effici, vt si Episcopatus vnus est totus, non habeat partes, quas singuli Episcopi teneant.* Haeccine est tua illa subtilitas? ego verò te crassum hic reperio, qui rebus crassis ac terrenis adhærescens, existimes in ministerio Ecclesiastico idem quod in ligno, aut lapide esse statuendum. Quæ si diuidantur, eorum partes diuisas disiunctasque esse oporteat. vtinam verò subtilius rem ipsam considerares & melius. Nec enim res materiatæ quæ possint diuidi confundendæ sunt cum iis quarum ea est natura, vt diuidi non possint: est enim aliquid totum totaliter totum quod à multis in solidum participatur, ad cuius cognitionem video tuam illam subtilitatem, nondum peruenisse. Exemplum sit tibi anima ipsa, quæ quia est indiuisibilis, idcirco à toto corpore, & à singulis corporis partibus in solidum participatur. Atq; vt de *Episcopatu* agamus, meministi, vt arbitror (nisi fortè memoriam cum ratione amiseris) te mihi suprà in hac disputatione sect. 1. Basilium proposuisse affirmantem *omnes Pastores habere æqualem potestatem ligandi & soluendi.* Ex quo efficitur ius illud ab omnibus & à singulis Pastoribus in solidum teneri. Conuerte nunc, si libet, tuum illud philosophicum (quo te planè à philosophia alienum esse prodis) vel in Cyprianum, vel in Basilium, vel potius in teipsum, qui ea retractes, quæ antè propoſueras. Quód ſi diſtingueres inter *diœceſim ipſam Epiſcopi, & Epiſcopatum*, hoc eſt, munus Epiſcopi, facilè videres non repugnare, *Epiſcopos fuiſſe variè diſtributos pro ratione Diœceſium: & tamen ſingulos eiuſdem muneris Eccleſiaſtici (quod ad rationem eius attinet) fuiſſe in ſolidum participes, alioquin eſſent tantum ex parte Epiſcopi.* Quamobrem cum tua ſubtilitas tam citò in neruum eruperit, nihil video cauſæ cur adeò fidenter in huius argumenti tractatione te Ruffo Lutetiano doctori, hoc eſt, Hiſpanum Gallo præpoſueris. Sed audiamus quomodo *In ſolidum* exponas apud Cyprianum: hoc eſt, inquis, *ipſe ſolus qui tenet, ſcilicet ſuam Diœceſim, redditurus eſt in ſolidum rationem ſuæ partis.* Ergo, Franciſce, idem tibi eſt, *ſolus*, &, *in ſolidum*: quo nihil dici potuit non ſubtilius, vt loqueris, ſed futilius, & ineptius. Quid ſit enim *in ſolidum*, vel à tuis Iuriſconſultis diſcere poteras, quos tum interpellaſti, quum nihil opus erat: nunc verò tibi poterant ſuccurrere: nimirum quum tradunt *eiuſdem rei plures poſſe eſſe in ſolidum debitores, & fideiuſſores: nam illud vocabulum non perſonam ſpectat, ſed rem ipſam*, adeò vt qui ita exponit, *in ſolidum*, hoc eſt, *ſolus*: ille inſcitiam ipſam, non ſolus, ſed cum multis alijs in ſolidum poſſidere videatur. Aperi igitur oculos, Turriane, & lege apud Cyprianum, *Epiſcopatum eſſe vnum & indiuiſum*: ſic enim ille: *Vt Epiſcopatum*, inquit, *vnum atque indiuiſum probemus.* Et alibi: *Epiſcopatus vnus Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus.* Hæc Cyprianus, ſuam ſententiam explicans, quam tu implicare voluiſti. Nam *ſi ſinguli Epiſcopi ſeparatim tenent partem Epiſcopatus in ſolidum*, vt exponis, *hoc eſt, totam, & ſoli*: falſum eſt igitur *Epiſcopatum eſſe indiuiſum*, quod tamen verum eſſe Cyprianus affirmauit. Sed iam profers Ariſtotelem, vt eum Cypriano opponas: nobis ſcilicet rem exponis alphabetica demonſtratione. Quod quia Ariſtoteli licuit argumento ſuo ſeruienti, vis idem tibi licere. Sed certè tu ſaltem debebas proferre non *Ba*, ſyllabam, ſed, *Pa*, quæ repetita tantopere tibi placet. Quid igitur facit cùm illud *Ba*? nimirum Philoſophus ita oculis ſubiiciebat rerum, quæ materia conſtant, compoſitionem. At nos hic agimus de re, quæ planè eſt materiæ expers. Quó fit, Turriane, vt nõ ineptè ad ipſum Alphabetum redieris, qui tantam imperitiam (niſi potiùs ſit malitia) nobis identidem oſtendas. Verumenimuerò ex tua hac literarum compoſitione, & ex argumento quod inde petis, colligo, te ad extremum pœnitentia ductum, ſuperiora tua retexere & illis omnibus renuntiare, quæ in prima diſputatione propoſueras de Catholica Eccleſia, quam dicebas eſſe viſibilem, licet non ſit in eodem loco, ſed in multis locis ac planè diſſitis: hoc, inquam, nunc iſto tuo argumento Alphabetico retractas. Nam ſi forma Eccleſiæ Catholicæ eſt vt forma huius ſyllabæ, Ba, non autem vt B & A: quatenus ſeparantur, conſequitur tum demum Catholicam Eccleſiam forma viſibili conſtare, quando omnes eius partes ſimul & vnà congregantur in vno loco: nec ſunt amplius locorum interuallo ſeparatæ. Atque hanc tuam retractationem tibi, Turriane, gratulamur.

De vnit. eccl.
Ad Antonia.
lib.4. epiſt. 2.

XX.
Pag. 326. &
ſequent.

TVRRIAN. *Obijcis Epiſcopos Romanos* [illegible] *ſeparatam commiſſa, ſeipſos paſcere, non oues Chriſti: hoc fecerunt aliqui Pontifices, ſed non propterea ſequitur non eſſe Paſtores, quia Dominus per Ezechielem ca. 34. vocat malos Paſtores,*

ſtores, Paſtores: nec enim eſſent mali Paſtores, niſi Paſtores eſſent [illegible] [illegible] eſſe [illegible] Coriſcus [illegible] illi Paſtores. Vide Cyprianum pro Pontifice Romano [illegible]. Itaque cùm omnes Antonianas [illegible] contradictionum & repugnantiæ ac captionis & fallaciæ plenas demonſtrauerim: [illegible] nihil aliud Antonio relictum ſit, niſi negare tantùm veritatem: Scripturam ſuo ſenſu interpretari: ſupereſt vt ſecundum Tertulliani præſcriptionem, nunquam cum eo ampliùs diſputandum, ſed vitandum ab omnibus Catholicis. Pag. 330.

SADEEL. Tandem probas tuum *Pontificem eſſe Paſtorem, et quòd mali Paſtores ſunt nihilominus Paſtores, ex 34 cap. Ezech. & ex Coriſco muſico, cuius ſæpe meminit Ariſtoteles.* Ego (vt iſtum muſicum taceam, quem perperam citas, confundens Relatū cum Subſtantia: Paſtor enim non eſt Subſtantia, vt Coriſcus) ad locum Ezechielis reſpondeo: illic agi de Paſtoribus legitimè quidem vocatis, ſed non rectè ſuo officio fungentibus: At nos in tuo Pontifice hoc inprimis reprehendimus, quòd nullam habeat legitimam vocationem: & eò ſpectat [illegible] hæc noſtra diſputatio. Nam quod ad mores attinet, & ad oues non paſtas, ſed mactatas: ad debiles non confirmatas: ad errantes non reductas: ad perditas non quæſitas; & reliqua quæ Ezechiel ibi commemorat, aliam diſputationem deſiderant, aut non deſiderant potiùs. Nam de ijs quæ ſunt ante oculos poſita, & quæ ab omnibus videntur, audiuntur, cognoſcuntur, non eſt diſputandum. Et quia Cyprianum obijcis: ſcito nihil hic tibi eſſe cum Cypriano commune. Tu enim Pontificem tueris: ille Cornelium, non Pontificem Romanum, ſed Epiſcopum, non vocatione carentem, ſed tunc legitimè vocatum: non otio luxúque diffluentem, ſed Euangelium annuntiantem (quod tandem ſuo ſanguine obſignauit) non immeritò defendebat. Quæ cùm ita ſint, facilè cuiuis perſpicuum eſſe poteſt in his Chriſti verbis ad Petrum, *Paſce oues meas,* nihil eſſe quo Petri in reliquos Apoſtolos, & Pontificis Romani in omnes Eccleſias, principatus confirmari queat.

Atq; hæc de hiſce tribus Scripturæ locis, quorum verum ſenſum aduerſus Turriani corruptelas, falſas interpretationes & eius ſophiſmata defendimus hac noſtra Reſponſione: ex qua patuit ſiue nomine Eccleſiæ Catholicæ, ſiue perſonam & miniſterium Petri ſpectemus, Eccleſiam Catholicam non habere caput viſibile in terris, nec Romano Pontifici eſſe ſubiectam: quippe quæ Chriſtum vnum caput, vnum fundamentum, vnum Paſtorem, Paſtorum omnium principem agnoſcat. Itaque cùm Turrianicos errores ex verbo Dei refutauerimus, eiuſque ſophiſmata & fallacias Philoſophiæ præceptis [illegible] ſupereſt vt non ampliùs aduerſus veritatem diſputet Turrianus, ſed illam ipſam veritatem quam [illegible] eſt, complectatur: alioqui ſummo Dei iudicio ſuæ pertinaciæ & obſtinationis pœnas grauiſſimas aliquando dabit. Quia verò nobis obijcis, in hanc diſputationem [illegible] Doctore Freyhubio inſtituta [illegible] tempore in alienam poſſeſſionem inuaſiſſe, & nos conari alienam potiùs refellere, quàm noſtram aſſerere ſententiam: idcirco quæ de hac quæſtione iampridem ſcripſeramus, antequam Turriani ſcripta ad nos perueniſſent, deſcribenda, & ad finem ſubijcienda curauimus. vide tractationem, De Legitima vocatione Paſtorum.

LAVS DEO.

SOPHISMATA F. TVRRIANI ET RESPONSIONIS AD EADEM repetita de Eccleſia & ordinationibus Miniſtrorum Eccleſiæ,

PARS ALTERA.

Pag. 35.

PRAEFATIO.

QVod in tota ſua diſputatione propoſitum habeat Turrianus, ſatis vt arbitror copioſè in ſuperioribus noſtris libris explicatum eſt: nempe *Romanum Pontificem eſſe caput vniuerſæ Eccleſiæ*: itemque, *eam demum eſſe veram Eccleſiam Dei, quæ continua ac viſibili ſucceſſione* [illegible] Hoc autem vt efficiat, quandoquidem aliquot Scripturæ locos adhibuit, quos ego deprauatos & Sophiſticis quibuſdam præſtigiis in alienum ſenſum detortos eſſe affirmaui, atque etiam affirmo; ideircò tota hæc diſputatio in hoc potiſſimum cardine vertitur, vt falſis expoſitionibus repudiatis, quæramus quænam ſit locorum Scripturæ, de quibus inter nos agitur, vera ſynceraq; interpretatio, ex qua Theologicè liceat, & demonſtratiuè argumentari. Atq; vt de hoc iudicium quodãmodo poſſimus adiuuare, operæpretium viſum eſt antequã in ipſos diſputationis carceres ingrediamur, proponere aliquot regulas de locis ſcripturæ rectè & propriè explicãdis, ex doctiſſ. cũ veterũ, cũ recentiorũ Theolog. ſcriptis collectas, quemadmodũ facile animaduertent qui in eorũ lectione verſati ſunt. Hæc ſit igitur 1. regula:

PRIMA REGVLA. Spectandam in eſſe primariam totius loci ſententiam, eamq; cum ex antecedentibus tum ex ſubſequentibus colligendam. Vt enim (inquit Chryſoſtomus) abſq; fundamento imbecilla eſt ædificatio, ita niſi inuento ſcopo Scripturæ [illegible] eſt inutilis.

SECVNDA REGVLA. Singula vocabula diligenter excutienda, vt figurata diſtinguamus à Propriis, & earum vſitatiorem ac magis propriam ſignificationem cognoſcamus: quod faciendum eſſe Auguſtinus admonet. Quod ſi vocabulum aliquod multa ſignificat, diſpiciendum erit ex loci circumſtantiis, quænam ſit accommodatior ſignificatio. Rectè enim idem Auguſt. Verba, inquit, Euangelica ſecum portant expoſitiones ſuas.

TERTIA REGVLA. Phraſes etiam animaduertendas, Hebraicas præſertim, quæ paſſim ſparſæ ſunt in ſcriptis etiam Apoſtolicis: earumq; ſenſum ex ipſis Hebræorum fontibus hauriendum, vt Hieronymus, Auguſtinus, & alij plerique doctiſſimi cenſuerunt.

QVARTA REGVLA. Diligenter item [illegible] allegorias diſtinguendum: eaſque non cuiuſuis arbitrio, ſed ex locorum circumſtantiis, & ex aliis Scripturæ locis explicandas, [illegible] argumenta depromantur: quæ fuit Hieronymi, Auguſtini, & aliorum doctiſſimorum ſententia. Quod idem in vocabulis metaphoricè vſurpatis obſeruandum erit.

QVINTA REGVLA. Expendendam eſſe interpretationem tum ad primariam ſententiam totius loci, tum ad alios Scripturæ locos, in quibus res eadem tractatur, ideoq; ad ipſam fidei analogiam [illegible]. Rectè enim Chryſoſtomus Scripturam dixit eſſe catenæ ſimilem: quippe quæ tota ſibi cohæret, & in qua omnia ſecum aptiſſimè cohæreant. Auguſtinus autem non ſolùm docet Scripturam eſſe ſecundum fidei regulam exponendam, ſed etiam vetat locum vllum ita exponere, vt cum aliis manifeſtioribus Scripturæ locis repugnet.

Quæ omnia ſi ſedulò obſeruata fuerint; ſi interpretatio conueniat cum primaria ſententia totius loci & cum ipſa ſerie contextus, nihilq;

occurrat vel in antecedentibus, vel in subsequentibus, quod repugnet, & nititur vera & propria significatione vocabulorum & phrasium [illegible] respondeat collatio similium Scripturæ locorum: denique si [illegible] Doctrinæ Christianæ capitibus consentanea [illegible] [illegible] esse analogam fidei & [illegible] quid [illegible] genuinæ interpretationis. His ita propositis, iam expendamus interpretationem à Turriano propositam, vt [illegible] an ille ac proprio Scripturæ locum exposuerit, an verò potius (vt ad Petri reprehensionem redeamus) habendus sit in eorum numero, qui Scripturam in alienum sensum detorquent. Lectorem autem admonitum volumus, nos Turriani sententiam paucis comprehensuros, ipsius tamen verbis quoad eius fieri potuit expressisse; sed ita, quia sæpius eadem verba repetere solet, argumenta ac testimonia, [illegible] vno tantum loco respondisse, ne superfluis repetitionibus molesti essemus.

Vera explicatio loci, ex [illegible] in Petro loci circumstantia.

LOCVS IIII. ACT. X. ET XI.

EXORSVS Petrus omnia exposuit eis ordine, dicens: Ego eram in ciuitate Ioppe precans: & visum in mentis excessu vidi, nempe descendens vas quoddam ceu linteum magnum, quatuor extremis demissum è cælo, & ad me vsque venit, &c.

Sophisma Turriani.

Pag. 32. 33. 34. 35. 36.

[illegible] illud significabat [illegible] Ecclesiam catholicam [illegible] quatuor [illegible] Euangelij [illegible] Euangelistas [illegible] Matthæum, Marcum, Lucam, & Iohannem. Quod [illegible] Petro [illegible] Dominus, [illegible] [illegible]

Solutio superioris Sophismatis.

HOc Argumentum est allegoricum. Itaque videndum est quatenus eiusmodi argumenta valere debeant, id libenter audio Hieronymum docentem, *Allegoriam esse [illegible]* [illegible] Duo sunt [illegible] in allegoriis spectanda, vt in Scripturis [illegible] expressum habeant [illegible] & simul contextui [illegible], quam nobis Scriptura ipsa suppeditat, neque per [illegible] alienas interpretationes vagemur. Cum autem Turrianus ea non obseruârit, ideò nihil potest concludere, quamuis clamet sua hæc argumenta esse demonstratiua & veritatem astringere. Quod vt planum fiat, iam nobis de hoc Petri viso differendum est.

De argumentis allegoricis.

Primum omnium, cum Petrus ipse verbis quàm apertissimis illud

visum

Vera expositio loci, ex ipso Petro & loci circumstantiis.

[illegible] exposuerit, quænam est hæc, vel inscitia, vel impudentia, Petro repudiato, commentum prorsus & alienam expositionem comminisci? Nam visum illud Petro cælitus oblatum, significauit gentes esse capaces Euangelicæ prædicationis, neque iam earum commercium esse fugiendum: sic enim ipse Dei Spiritus exposuit, quemadmodum narrat Lucas: *Petro,* inquit, *cogitanti de visione, dixit ei Spiritus: ecce tres viri quærunt te, surgens itaque descende & proficiscere cum eis, nihil ambigens, &c.* Petrus etiam intellexit eò visionem illam spectare, sicut testatus est Cornelio his verbis; *ostendit mihi Deus ne quem pollutum aut impurum hominem dicerem.* Et paulò post, *In veritate,* inquit, *comperio, Deum non accipere personam.* Postremò fideles qui erant ex circuncisione eodem etiam modo visionem intellexerunt, teste Luca Act. 11. *his,* inquit, *auditis, quieuerunt & glorificauerunt Deum, dicentes: nempe & gentibus Deus dedit pœnitentiam ad vitam.* Cùm autem illud ipsum munus reliquis Apostolis incumberet, non autem soli Petro (quod & Turrianus agnoscit, cùm ait, *Id quod beato Petro prædixit Dominus in ænigmate illius lintei, perfectè sunt illo ænigmate sanctis Apostolis iniunctum fuisse, cùm Christus eos iussit ire ad texendum,* id est, inquit Turrianus, *ad ædificandam Ecclesiam instar lintei, cùm dixit, euntes, docete omnes gentes*) efficitur, vel ipso Turriano assentiente, aut certè sibi non constante, hoc visum ad Petri principatum accommodari non posse: quanto verò minùs ad texendum linteum Romani Pontificis, id est, ad eius regnum in Ecclesia stabiliendum? Hæc sunt igitur ipsa luce clariora, siquidem Turrianus oculos haberet. Verumenimuerò ita sudat in singulis huius visionis partibus allegoricè discutiendis; ita lintei cælitus demissi texturam, formam, & quatuor extrema curiosè tractat, vt [illegible] linteum ipsum [illegible], totisque viribus [illegible], vt illud ad suum Pontificem quoquo modo detorqueat. Quid si autem ex te quæram, Turriane, quamobrem ea visionis interpretatio quam Petrus ipse in medium attulit adeò tibi non satisfecerit, vt malueris alienam prorsus & ineptam interpretationem obtrudere? [illegible] est summa illa Petri authoritas, quam singulis propè paginis [illegible] in ore, Petrum vocans *Apostolorum principem, summum Ecclesiæ doctorem, denique ipsius Ecclesiæ caput & fundamentum,* si tua commenta sanctissimæ eius interpretationi doctrinæque non dubitas anteferre? Audiamus enim [illegible] hanc tuam interpretationem: *Linteum quod visum est ad Petrum,* [illegible] (ex commentario Turrianico) *[illegible] Petro & Pontificibus Romanis eius successoribus.* Quod certè est mirè nugari, aut potius aliquid peius. Tradunt philosophi sophistarum argumenta esse non existentia quidem, sed tamen apparentia: at istud tuum, Turriane, est neque existens, neque apparens. Illud enim non modò non est argumentum, sed nullum etiam argumenti colorem, nullam speciem [illegible], licet vim huius [illegible] magnopere consideres. Cæterùm illud nugaris cùm *[illegible]* quæ vetus interpres conuertit, *initio,* tu allegoricè *ad [illegible] accommodas,* in qua ista sæpe decantantur *initium sancti Euangelij secundum Matthæum, &c.* Ego verò ita potiùs interpretor: vos [illegible] semper repetere, quandoquidem ad initium Euange-

Pag. 33.

Pag. 32. 33. 34. 35. 36.

Exposit. Turriani refellitur.

Cur pontificij toties recantent initium sancti Euangelij.

Euangelij tanquam ad ipſum limen adhæreſcitis, neque vultis ingredi in plenam Euangelij cognitionem. Sed vt ad viſum Petri redeam, miror profectò qui fieri potuit vt Auguſtinus totam hanc viſionem accuratiſſimè ac propemodum curioſè pertractans, nullámque eius vel minimam partem intactam relinquens, tamen ad iſtud acumen Turriani peruenire non potuerit. Nam tantum abeſt vt hunc locum ad primatum Petri referat, aut ad Petrum ipſum reſtringat, vt potius dicat *ad vniuerſam Eccleſiam pertinere, cuius hic Petrus tantùm perſonam geſſerit*, quinquag. hom. hom. 45. Agè porrò (vt alia etiam expendamus) qui tantopere delectaris Græcis dictionibus enucleandis, &, quaſi ſolus Athenas nauigaueris, ſoles identidem alios ad leges Grammaticas reuocare, quænam vnquam lex Grammatica tibi permittat ita dictionem *ἄχρις*, interpretari, *vt non in vno Petro ſubſiſtat, ſed in infinitum ad eius omnes ſucceſſores extendatur*? Quinetiam ſi allegoricè etiam tecum agere libeat, facillimum fuerit tuam illam interpretationem ac totum tuum argumentum refellere. Cùm enim illa animalia linteo incluſa ſignificarint non iam collectam Chriſtianorum Eccleſiam, ſed eos ſolos quibus nondum Euangelij veritas illuxerat, & (vt inquit Baſilius in 14. capite Eſaiæ) *qui variegatis peccatorum maculis aſperſi, conciliandi erant fidei noſtræ*, conſequetur (ſiquidem vis hanc viſionem Romano Pontifici accommodare, & præſcriptis verbis ex hac viſione argumentari) non eius eſſe munus imperium exercere in Chriſtianos, ſed potius Euangelium prædicare Turcis, & id genus infidelibus, eóſque cùm aſſiduis concionibus, tum vitæ ſanctimonia ad Chriſtianam Religionem adducere: idque non per aliquot emiſſarios (ne tu mihi Ieſuitas fortè commemores) ſed per ſeipſum præſtare debere, quia linteum venit vſque ad Petrum: ac tum vrgebo tuum illud *ἄχρις* & proferam ipſius Petri aſſiduè concionantis exemplum. Cùm autem videam tuos Pontifices valde alienos ab hoc ſuſcipiendo munere, inde colligo, linteum illum de quo agimus, ad ipſos vſq; nondũ perueniſſe. Iam ergo mecum, Turriane conſidera, quanto interuallo diſtent Romani Pontifices ab hoc linteo, & ab exemplo Petri. Is enim *gentes* (vt ais & rectè quidem) *verbi Dei gladio mactauit, dum eas ab impuriſſimo idolorum cultu ad puriſſimum Euangelij lumen traduxit*: Pontifices verò, innumerabiles propè homines Euangelij cognitionem amplexos, eam ipſam ob cauſam, tanquam innocentes victimas, abhinc annos ſeptuaginta mactare non deſtiterunt.

Cur pontificii toties recantent initium ſancti Euangelii.

Refellitur Turri. ab Auguſtino.

Item ex dictione.

Expoſitio Turriani in Pontifices retorquetur.

Atque hæc de tua illa allegorica expoſitione, cui veram hanc contradictionem oppono. *Linteum cælitus demiſſum ad Petrum vſque, fuit ſignum Eccleſiæ Catholicæ, quæ doctrina & præceptis Euangeliorum ligatur, non minùs quàm linteum illud quatuor extremis reuinctum erat:* (ita Turriano exponente.) *At Romanus principatus non fuit demiſſus è cælo, ſed ex terrena potentia, & humana ambitione ſurrexit, & viget in ea Eccleſia, quæ non doctrina, neq; præceptis Euangeliorum ligatur, ſed potius humanis decretis atque inſtitutis, denique humanis viribus vndique reuincta eſt. Quare neque Romanus principatus, neque Romana Eccleſia quicquam habet commune cum ſigno lintei quod Petro oſtenſum eſt, neque verè nomen Eccleſiæ catholicæ ſibi tribuit.*

RESPONSIO ET OBIECTIONES TVRRIANI ad Superiorem Antonii Sadeelis Diſputationem.

1. Pag. 3. *NE ordinatio miniſtrorum quaſi diuina & cœleſtis à Martino Luthero fabricata rueret, ſuppoſuit humeros Antonius Sadeel tanquam alter Atlas, vt eſt in fabulis: & in veſtibulo ipſo locos ſcripturæ numerauit: quòd cuperet præ ſe ferre ſtudium & ſcientiam ſcripturarum: quas ſicut à magiſtro ſuo Luthero didicit proprio Spiritu interpretandas eſſe putat: cum tamen Petrus di-* 2 pet. 1. *cat Prophetiam propria interpretatione non fieri. Adde Roman. 12. haben-* Pag. 4. *tes Donationes ſecundum gratiam differentes. nam per ſpiritum fidei verbi Chriſti, per quem ſacra ſcriptura edita eſt, interpretationem item accipis: & non per Spiritum proprium, Interpretationes Scripturarũ ex ſpiritu Eccleſiaſticę traditionis oportet diiudicare. Argumenta igitur mea defendam, & vt præcipit Salomon in prouerbiis, ſapientiam vallo ſepiam. Vallum interpretatus eſt Clemens Alex. Philoſophiam.*

Reſponſio Sadeelis.

Poſteriorem hunc librum defenſionis ſuorum Sophiſmatum à fabulis exorſus eſt Turrianus: quod & eum facere memini in ſuperiore libro: quum præfationis ad Illuſt. Principem Landgrauium initium à Plauti Comœdia mutuaretur. Quod ſcribendi genus vt parum decet veros Theologos, ita egregiè conuenit tum ingenio Turriani, tum argumento: quippe qui de Romani Pontificis principatu, eiúſque potentia diſputet, non à Dei veritate, ſed ab hominum commentis profecta. Quinetiam (quod miteris) videri poſſit aliquam à nobis gratiam inire voluiſſe, qui in hac ſua Atlantica fabula cauſę noſtrę bonitatem cum cęlo cõparauit. vt enim cœlũ ruere non poteſt: ita cœleſtis Dei veritas, quam profitemur, nec labefactari poteſt, nec ruere quinpotius ſublimis eminet non humanis humeris aut viribus ſuffulta, ſed ſua ſe virtute ſuſtentans. Contra verò (vt Turrianicę fabulę ſacram hiſtoriam opponamus) Turrianus reliquíque Pontificij monachi, ac præſertim Ieſuitæ Pſeudonymi videntur mihi ſimiles non Atlanti illi qui pro cęlo laborare viſus eſt ſed ambitioſiſſimis & audaciſſimis illis hominibus, qui (vt eſt apud Moſem) extruenda turri Babylonica in cælum ipſum inſurgere videbantur. Atque hanc hiſtoriam non hæc diſputatio tantùm, ſed ipſũ etiam Turriani nomen mihi in memoriam reuocauit. Porrò ne à fabulis recederet, hoc fabuloſum ac commentitium obiicit, nempe putare *me poſt Doctorem Lutherum Scripturas eſſe proprio Spiritu interpretandas: cùm tamen Petrus dicat Prophetiam non eſſe propriæ explicationis.* Vndénam verò id de me coniiciat aut ex quibus verbis meis id colligat, non addidit: adeò vt proprio ipſe ſpiritu totum hoc obiicere videatur. Rectè quidem Lutherus ſcripſit: atque nos Luthero aſſentimur: *eos longè falli qui veram ſcripturæ interpretationem exiſtimant apud ſolos doctores Pontificios reperiri: aut eam* (quod vos monachi vultis) *in monachorum cucullis tanquam in nido deliteſcere.* Sed abſit vt propterea exiſtimemus ſcripturas eſſe humano ſpiritu & noſtro arbitratu exponendas. Varia quidem ſunt

Spiritus S.dona,(vt ait Paulus, quem hic pro nobis Turrianus citauit:) atque temporibus Apoſtolicis magna fuit eorum copia, qui ſpirituali Prophetię dono pollebant: quemadmodum ex priore Epiſtola ad Corinth. facile eſt cognoſcere. Sed quemadmodum ſcriptura à Spiritu Dei manauit: ita vera ſcripturæ interpretatio ab eodem Spiritu proficiſcitur: quæ fuit Petri ſententia. Hoc igitur inter nos conſtat, Scripturam non eſſe proprio, hoc eſt humano ſpiritu, ſed ex verbo Dei exponendam: ſed hic eſt controuerſię ſtatus: *quidnam vocabulo verbi Dei intelligi debeat.* Turrianus enim *per verbum Dei intelligit traditionem Eccleſiaſticam:* nos autem affirmamus nullum eſſe verbum Dei noſtræ ſaluti neceſſarium, quod non in ſacris literis contineatur: quod quàm verum ſit à nobis anno ſuperiore demonſtratum eſt in diſputatione noſtra Scholaſtica & Theologica *de verbo Scripto aduerſus humanas traditiones.* Quare non repetam quæ illic fuſiùs tractauimus. Sed cùm Turrianus velit *Scripturæ interpretationes ex traditione Eccleſiaſtica diiudicandas eſſe:* hoc quatenus verum ſit, videamus. *Si Eccleſiaſticæ traditionis* nomine ea ſolum intelligit, quæ extant in Scriptura (quo ſenſu Tertullianus & Irenæus de Eccleſię traditione locuti ſunt) nihil habet cauſæ quamobrem à noſtra ſententia recedat, qui *Scripturam eſſe dicimus interpretationum omnium regulam & menſuram.* Sin autem per *Eccleſiaſticam traditionem* aliud intelligit, quàm quod ſcriptura continet: videat quid ſit reſponſurus Paulo affirmanti *ſacram Scripturam diuinitus inſpiratam, & vtilem ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem quæ eſt in iuſtitia: vt homo Dei ſit perfectus, & ad omne opus bonum perfectè inſtructus.* Refellat Hieronymum qui docet *ſcripturas ſanctas eſſe fines Eccleſię, extra quos non egreditur.* Reiiciat Ambroſium qui alludens ad pauperculam illam viduam de qua Luc.21. *affirmat pretium ſcripturæ eſſe fidem noſtram: & vetus & nouum teſtamentum eſſe duo æra, quæ miſit Eccleſia, poſtquam accepit à Chriſto.* Explodat Iuſtinum Martyrem qui ait *non ad humanas rationes ſed ad voluntatem doctrinæ Spiritus* (loquitur autem de Scriptura) *interpretationem eſſe accõmodandum.* Damnet Baſilium qui *fidem noſtram niti ſcripturis ſanctis affirmauit.* Tertullianum improbet, qui *ſcripturam appellauit doctrinæ inſtrumenta.* Quinetiam eundem Tertullianum non audiat veterem illam Eccleſiam Romanam his verbis commendantem: *Legem,* inquit, *& Prophetas cum Euangelicis & Apoſtolicis literis miſcet, & inde potat fidem.* Damnet etiam Auguſtinum qui docuit *ſententiarum veritatem in ſanctis libris quærendam eſſe.* Quid plura? fidem igitur abrogat Turrianus etiam Pontificiis decretis, quibus ſancitum eſt vt *interpretationes ſcripturarum ex ipſis ſcripturis depromantur: quãdoquidem* (inquit Canon) *ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis oportet.* Ex his igitur manifeſtum eſſe poteſt magno in errore verſari Turrianum, dum ſtatuit *eccleſiaſticam traditionem eſſe regulam interpretationis ſcripturarum:* ſiquidem per *traditionem eccleſiaſticam* aliquid aliud intelligit, quàm id quod in ſacris literis continetur. Nam ſi *æquum eſt,* (vt Tertullianus cenſuit) *incerta de certis & obſcura de manifeſtis præiudicari:* erit igitur iniquiſſimũ ad hominũ traditiones incertas, obſcuras, & vt plurimũ ſine certo authore recurrere: ne mihi dicendũ ſit, propoſitam à Turriano expoſitionem huius viſionis Petri, quam nobis obiicit,

2 Tim.3.

In Mich.lib. 1.c.1.

Lib.9 Epiſt.76.

In expoſ.fidei.

In Eſa c.8. De præſc.hæret.

Ibib.

De doctr Chr.lib.2. cap.31.

Can.Relatũ. Diſt. 37

De Reſur.car.

obiicit, nec ſcriptura nec vlla traditione fundatum eſſe. Nam *ex eo quod dominum dicatur ad Petrum vſque veniſſe, Petri principatum colligi poſſe,* nulla ſcriptura, nulla traditio, nemo ex doctoribus Eccleſiaſticis (qui modò nomen doctoris mereatur) vnquam dixit. Sed enim huic ſuæ ſententiæ diffidens Turrianus, quum iſtam traditionem non ſatis in tuto collocatum eſſe cognoſceret: ait ſe *illam Philoſophiâ tanquam foſſa & vallo munire valuiſſe*: idque ex Solomonis loco perperam citato: & ex quadam Clementis Alexandrini alluſione. Quam peritè extruat vallum Philoſophicum, & iam antea vidimus in libro eius ſuperiore, & in hoc libro videbimus: ſed dum *Eccleſiaſticæ traditionis* propugnaculum in Philoſophia conſtituit, non autem in Scripturæ: ſatis declarat ſe non in ſapientiæ ac veræ Theologiæ arce munitiſſima, ſed in ſophiſtarum, qui veritatem oppugnant, caſtris & acie verſari. Quocirca Turrianicum hoc fundamentum *de traditione Eccleſiaſtica, vallo, vt ait, Philoſophiæ ſepta,* nos ſcripturæ vallo muniti repudiamus: atque affirmamus *omnes expoſitiones ſcripturarũ, ex ipſis ſcripturis diiudicandas & dirigendas eſſe: vt ſcriptura non aliena, ſed ſua luce lucere videatur*: quemadmodũ in præfatione huius noſtræ reſponſionis pluribus verbis expoſuimus.

II Pag.6. TVRRIAN. *Dicis meum argumentum eſſe Allegoricum & non habere fundamentum in ſcriptura, & ais viſum illud Petro cœlitùs obiectum ſignificaſſe Gentes eſſe capaces Euangelicæ prædicationis. At ego ſcripſi linteum magnum ſubmiſſum de cœlo, & in eo omnia quadrupedia, & ſerpentia, & volatilia cœli ſignificaſſe, eſſe in Eccleſia Catholica homines ex omnibus gentibus, ex omni ſuperſtitione, & ex multiplici varietate ingeniorum ad fidem Chriſti, qui de cœlo deſcendit, vt hanc Eccleſiam ædificaret, conuerſos & ſuperædificatos ſuper fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum: adeò vt planè cæcus ſis, cui viſus ſim Petro repudiato nouam expoſitionem comminiſci. Nam qui dicit linteum illud ſignificaſſe homines ex omnibus Gentibus conuerſos ad fidem: (quod iam factum eſſe cernimus) an non ſimul dixit gentes eſſe Euangelicæ prædicationis capaces? Imò vide adhuc quæ ſtatim adiunxi, illa omnia quadrupedia, reptilia, & volatilia Petrum intellexiſſe eſſe homines exuendos per Euangelium moribus ferinis & ritu gentili.*

SADEEL. Videri vis, Turriane, idem ſcripſiſſe, quod ego, poſt Lucam, attuli de huiuſce viſi expoſitione: nempe, *viſo illo Spiritum ſanctum ſignificaſſe gentes Euangelij capaces eſſe: nec iam earum commercium eſſe fugiendum.* Atque ita ratiocinaris *te dixiſſe, animalia linteo comprehenſa ſignificaſſe homines ex omnibus gentibus conuerſos: ac propterea illos eſſe Euangelij capaces.* Hoccine eſt tuum *vallum philoſophicum?* At enim licet verum ſit, omnes homines conuerſos ad Euangelium eſſe Euangelij capaces: non tamen verum eſt omnes Euangelij capaces ad Euangelium eſſe conuerſos: quandoquidem capacem eſſe alicuius, latiùs patet quam, præditum iam illo eſſe. Viſum autem Petri non ſignificaſſe gentes conuerſas, ſed conuertendas: ipſa temporis circumſtantia declarat. Nondum enim oblatum fuerat gentibus Euangelium. Sed quemadmodũ Petrus ipſe viſum expoſuit, *Dominus oſtendit neminem pollutum aut immundum exiſtimandum,* ſed quibuſvis promiſcuè proponendum eſſe Euangelium: quod & Petrus & reliqui Apoſtoli hoc ipſo viſo magis magiſque confirmati factitarunt. Petrum autem ipſum imprimis fuiſſe in hac doctrina

confir

confirmandum vel eo patet quòd longè etiam poſt hanc viſionem titubauit, ac ſe ſubduxit à gentibus, tùm quum Paulus eum ſancta reprehenſione ſuſtentauit. Gal. 2. Huc pertinent hæc verba ad Petrum *macta & veſcere*: quod de gentibus gladio Euangelico mactandis, & ad Chriſtianã religionem conuertendis intelligendum eſſe paulò pòſt dices. Imò ſtatim tranſis in noſtram ſententiam, quum, ais: *Petrum intellexiſſe homines eſſe per Euangelium exuendos moribus ferinis & cultu gentilitio.* Atq; ita Turriane, tuo more, tibi ipſe contradicis. Antè enim dicebas *viſum illud ſignificaſſe gentes conuerſas*: nunc ais *ſignificaſſe gentes conuertendas*, quam contradictionem videbis ſi quo non tam philoſophiæ, ſed ſophiſtices & cauillationis vallo poſſis obſepire. III. Pag. 7.

TVRRIAN. *Hoc quod dicebam à te erat refellendum, ſi poteras: nempe hanc eſſe vim connexi: vt quia Petrus vidit illud linteum vſque ad ſe veniſſe, ſequatur neceſſariò omnes gentes, quæ gladio verbi Dei mactandæ erant, vſq; ad Petrum veniſſe; ita vt quæ non venirent, non pertinerent myſticè ad linteum magnum; id eſt, ad Eccleſiam Catholicam. Venire autem vſq; ad Petrum nihil aliud accipi poteſt, quàm debere eſſe omnes ſubditos Petro, ſcilicet in ſucceſſoribus Petri; qui ſunt Pontifices Romani: quibus qui obedimus, etſi corpore abſentes ſumus, per Spiritum obedientiæ, vſq; ad Petrum venimus.*

SADEEL. Hoc in diſquiſitione poſitũ eſt: an *ex eo Petri viſo quod Lucas commemorat Act. 10. colligi poſſit Romani Pontificis Principatus*. Tu affirmas; nos verò pernegamus. Quia verò nobis hîc de allegoria tractandum eſt, ea velim in memoriam reuocari, quæ in huiuſce diſputationis præfatione diximus: quatenus ex Allegoriis nobis liceat Theologicè & demonſtratiuè argumentari; nimirum ex illa Allegoriæ expoſitione, non quam arbitratu noſtro comminiſcemur, ſed quam ex ipſa ſcriptura depromemus. *Quis enim* (inquit Auguſtinus) *non impudentiſſimè nitatur aliquid in Allegoria poſitum pro ſe interpretari, niſi habeat & manifeſta teſtimonia quibus illuſtrentur obſcura?* Epiſt. 48. De pudic. *Siquidem* (vt Tertullianus ait) *nos non ex parabolis materias commentamur, ſed ex materiis parabolas interpretamur.* Act. 10. Atq; id agnoſcit Turrianus verũ eſſe lib. 2. pag. 16. his verbis: *Ita eſt Antoni.* Itaq; huius viſi Allegorici expoſitio ex ſacris literis proferenda eſt: nempe ex Petro ipſo ita exponente: *Mihi*, inquit, *Deus oſtendit ne quem pollutum aut impurum hominem dicerem.* Quib. verbis ſignificat ſublato illo diſcrimine, quod ſub lege fuerit, cõmercium gentiliũ non iam refugiendum, ſed illis quoq; Euangelium prædicandũ eſſe. Quòd ſi quis, Turriane, ita concluderet: *licet prædicare Euangelium gentib. ergo Petrus eſt caput Eccleſiæ Catholicæ*: num obſecro eum ratiocinari, ac nõ potius inſanire dixeris? ſed quia poſtulas vt tuũ connexum refellam, cuius vim nobis magnopere commendas, age, perrumpamus vallum iſtud Sophiſticum, quo locum Scripturæ detorquens, ſapientiam illam tuam ſepire voluiſti quam Petrus inſcitiam appellauit. 2. Pet. 3. Connexum eſt huiuſmodi. *Si conſtat ex hoc viſo Petri, omnes gentes quæ gladio verbi Dei mactandæ erant, vſq; ad Petrum veniſſe: ergo quotquot ad Eccleſiam Catholicam pertinent debent eſſe ſubditi Petro in eius ſucceſſoribus Pontificib. Romanis.* Excutiamus iſtud connexum: atq; abs te quæramus, Turriane, ecquonam vinculo res adeo diſſentaneas, & tam longè inter ſe diſſitas, poſſis connectere. Addis, *venire ad Petrum, idem eſſe, atque ipſi Petro obedire, & ad eum venire per Spiritum obedientiæ:* cuius expoſitionis quandoquidem nullam rationem nec ex ſcriptura, nec ex traditione, nec ex *vallo philoſophico* ſubſicis: eam nos ſolo riſu eiicimus. Tibi impoſuit (quantum coniicio) turba illa hominum qui Romam ventitant ad tuum Pontificem, eius pedes oſculaturi: quos quidem vis ſignificatos fuiſſe illis beſtiis quæ in linteo continebantur: adeò vt exiſtimaueris *venire ad Petrum nihil aliud eſſe quàm ad eum venire per Spiritum obedientiæ:* vt loqueris. At nos non ad vnum Petrum omnes gentes venire debuiſſe credimus, aut ab eo ſolo fuiſſe mactandas: hoc eſt, conuertendas ad Euangelij cognitionem: (quis.n. exiſtimauerit tot animalia Petro oſtenſa fuiſſe vt illa omnia mactaret, veſcendoq; conſumeret?) ſed affirmamus, illud ipſum munus docendarum gentium reliquis etiã Apoſtolis incubuiſſe ex hoc Chriſti mandato: *Ite docete omnes gentes:* ne dicam Paulũ ſingulariter dictũ Matth.28. *Apoſtolum gentium, Petrum autẽ Iudæorum:* quaſi ille proficiſceretur ad gen- Act.9. tes quas ſpirituali gladio mactaret, *vt eas* (ipſius.n. verbis vtendum eſt) Rom.11. *tanquam ſacrificium & oblationẽ Deo exhiberet: Petrus autẽ inter Iudæos po-* Gal.2. *tiſſimum Apoſtolatu fungeretur.* Præterea gentes, quæ vel à Petro, vel à Philip.2. Rom.15. Paulo, vel ab aliis Apoſtolis inſtitutæ ſunt, negamus *ad illos per ſpiritum obedientiæ veniſſe* (vt ais) ſed ad Deum per Euangelij prædicationem adductas fuiſſe dicimus. Sic enim Paulus: *Accepimus,* inquit, *grati-* Rom.1.16. *am & Apoſtolatum ad obedientiam fidei inter omnes gentes.* Ex quibus tuum illud connexum à nobis facile diſſolutum eſſe vides. Cæterùm, mi allegoriſta, vt ſentias quàm infirmum ſit argumentum tuum allegoricum, ſtatue aliquem viciſſim antallegoriſtam in medium prodire, æquè argutum & curioſum: qui ex hoc viſo aellgoricè concludat *Petrum non eſſe caput Eccleſiæ: eo quòd linteum venerit ad Petrum deſcendendo: membra autem ad caput perueniunt aſcendendo.* Itémque efficiat, *Petrum eſſe inferiorem Eccleſia: quandoquidem Petrus non ſupra, ſed infra linteum fuerit conſtitutus.* Addat etiam: *hoc perincommodum eſſe Eccleſiæ tuæ allegoricæ, quòd linteum receptum ſit in cælum: & Petrus in terris tum manſerit. Nam tandem accidit, vt Petrus in cælum receptus ſit, Eccleſia in terris manente.* Quid ad hæc omnia reſponderes? Quamobrem vt poſthac cautiùs & peritiùs in allegoriis verſeris, ſic habeto: non omnia quæ in viſis deſcribendis commemorantur eſſe allegoricè, & myſticè intelligenda, cùm multa ſint quæ tantùm ad ipſorum viſorum circunſtantias pertineant. Exempli gratia: in hoc viſo dicit Petrus *lin-* Act.11. *teum veniſſe vſque ad ſe:* nimirum vt ea poſſit inſpicere, quæ in linteo continebantur. Sic enim Petrus: *Linteum,* inquit, *ad me vſque venit, in quod quum intendiſſem oculos, animaduerti & vidi quadrupedia terræ, &c.* Ecce tibi, Turriane, cur linteum ad Petrum vſque venerit. Nam ſi manſiſſet in ſublimi ſuſpenſum, nunquam profectò vidiſſet Petrus animalia in linteo incluſa atque ita nullus fuiſſet cæleſtis viſionis fructus. Similiter quum dicitur Petrus *oculos intendiſſe ac vidiſſe: & quum vox audita dicitur:* in illis omnibus nullum eſt ſcrutandum myſterium quandoquidem ad viſi circunſtantiam tantùm pertinent. Atque hæc de tuo connexo, quod vt refellerem tantopere flagitaſti.

TVRRIAN.

IIII.

TVRRIAN. *Ais nos ἀδολεσχεῖν: ſed hoc verbum ſignificat etiam philoſophari* Pag.7. *vt Photius Conſtantinopolitanus in Lexico ſuo annotauit. Porrò maluiſti ἀρχὰς* Pag.21. *interpretari, extrema, quàm, initia: Reſtat vt interpreteris Gen. 1. In extremo creauit Deus cælum & terram.*

SADEEL. Vocabulorum Græcorum ſignificationem non ex Græ- Pag.21. cis interpretibus veteris Teſtamenti (quicunque tandem ij fuerint) ac multo minùs ex monacho illo Conſtantinopolitano eiúſque Lexico: ſed ex vetuſtiſſimis ſimul & doctiſſimis authoribus diſcendam eſſe, omnes linguæ Græcæ ſtudioſi cenſuerunt. Verbum igitur *adoleſchein* vſurpaui in eo ſenſu in quo ſolitum eſt vſurpari à Philoſophorum principe, cuius nomen ſæpe quidẽ appellas, ſenſum autẽ perrarò aſſequeris. Neq; verbum illud aliud ſignificare ſolet quàm nugari, quoties ab illis vſurpatur, qui de re aliqua diſputant. Verũ quia inſtas vt concedamus verbũ illud ſignificare etiam philoſophari: agè, hoc quidem à me obtineto: ſed ea lege, vt in te ſimul quadret vtraq; ſignificatio, qui nihil aliud quã nugaris philoſophando. Quod quàm verè à me dictũ ſit lectóres facilè intelligent, tùm ex iis quæ antè dicta ſunt, tũ ex iis quæ ſequuntur. Eſt autẽ ridiculum quod non meam ſed interpretis doctiſſimi interpretationem, quam ſequutus ſũ, ferre nõ poſſis, qui *archàs* vertit extrema, nõ initia. Quis.n. ignorat ſignificationẽ dictionis *arche* aut quis poteſt dubitare quid illa ſignificet in principio libri Geneſeos? (quem tamen nos non ex Græco, ſed ex Hebraico contextu interpretamur.) ſed circunſtantia loci & numerus pluralis poſtulant, vt apud Lucam *archas* interpretemur, extrema: niſi tu fortè linteum hoc fuiſſe infinitum (quod eſt ingenij tui acumen) exiſtimas. Expendendum igitur fuit complexum hoc, *ἀρχαῖς δεδεμένον*, hoc eſt ad verbũ, *initiis deuinctum*. Vbi nemo nõ videt, extremis conuenientiùs dici quàm initiis. Sed eſt & aliud, quod miremur te tantopere fuiſſe valli tui philoſophici oblitum, vt Lib. nõ memineris (ſi quando fortè locũ vidiſti) traditum eſſe in prima philoſophia extremũ ſignificare tam initium quàm finem. Sed quia noſter Interpres rationem reddit totius ſuæ interpretationis noui Teſtamenti, ipſum conſulito: ne poſthac mihi tecum his de reb. ſit diſputandum. Atq; hæc de mira tua philoſophia, quæ te docuit eiuſdem rei plura eſſe initia, eáque inter ſe oppoſita. Iam reliqua videamus. V.

TVRRIAN. *An tandem ſignificatio fuit illo viſo id quod illis contexta temporib. Apoſtolorum fieri debebat? an non etiam quod in futuro? Igitur ſicut illa varia animalia quæ in linteo erant vſque ad ſe Petrus venire vidit: ſic e-* Pag.7. *tiam in futuro vſque ad ſe venire videt. Et quid aliud ſunt Giapponenſes & aliæ Indorum gentes quæ ad fidem Eccleſiæ Romanæ veniunt? Veniunt enim vſq; ad Petrum per obedientiam in ſucceſſore eius Epiſcopo Romano. Petrus S. & ſucceſſores eius vnum ſunt. Quæcunq; n. vt princeps philoſophorum in S. primæ* Pag.8. *philoſophiæ tradit, non differunt inter ſe, quatenus non differunt, vnũ ſunt. Aut ſi non eſt hoc venire vſq; ad Petrum, linteum illud interpretare tu ſi potes, quid erit, quomodo vſq; ad Petrum veniunt hodie, ſi nullus locus eſt eius in terris.*

SADEEL. Hæc eſt ſumma tui ſophiſmatis: *illius viſi cæleſtis quod oblatum eſt Petro ſignificatio non tantùm ad Apoſtolorum ætatem, ſed ad futurum etiam tempus pertinebat, oportet igitur Petrum ſemper eſſe in* *terris, ad quem veniant ij qui ad Euangelium conuertuntur. At Petrus per ſe non eſt in terris. Quare Petrum eſſe in terris in ſucceſſore ſuo Romano Pontifice neceſſe eſt.* Reſpondeo, illius viſi ſignificationem ex Scriptura petitam, adeoq; ab ipſo Petro propoſitam & olim vtilem fuiſſe & ſemper vtiliſſimam fore Eccleſiæ. Contrà verò ſignificationem à te citra & contra verbum Dei fabricatam, exitioſam eſſe Eccleſiæ ac propterea à piis omnibus explodendam. Cæterùm vide quàm grauiter pecces in arte diſſerendi, in qua tamen tantùm ponis. Quis enim te ferre poſſit ita concludentem? *Si viſi illius cæleſtis ſignificatio* ad futurũ etiam tempus ſpectat, *Ergo Petrum perpetuò manere neceſſe eſt.* Quid? tune viſi ſignificationem cũ Petro ipſo confundis? Quod ſi ita eſt, cur dubites ita quoq; concludere? quandoquidẽ ſignificatio viſi Petri ad Cornelium etiã pertinebat (vt docet Lucas) oportet igitur Cornelium ſemper in terris exiſtere. Ecquis vnquã præter te exiſtimauit eos quib. viſa cœleſtia oblata ſunt debere perpetuò manere in terris eò quód viſorũ illorum ſignificatio ad futurum tempus pertineat? Cur igitur ipſa viſio ter tantùm fuit repetita, ac non potius manſit perpetuò? Itaq; cúm dicimus ſignificationem huius viſi ad futurũ etiã tempus fuiſſe referendã, nõ res ſingulas intelligimus: ſed ſenſum illum cuius fructus ad omnes homines & ad omnia ſecula debuit peruenire. Alioqui oporteret ipſa ſingularia eſſe motus & corruptionis expertia: quod eſſe abſurdiſſimũ, & te debuit philoſophia docere, & poteſt experientia cõuincere. Quænã igitur fuit ſignificatio huius viſi? nempe gentium commerciũ nõ eſſe fugiendum: quippe quæ beneficio Chriſti factæ erant prædicationis Euangelicæ capaces. Hoc ſignificatum, Turriane, ad omnes ætates pertinet, & pertinebit vſq; dũ Chriſtus in gloria apparebit: ad ſingulares autẽ homines pertinet, pro ſingulorũ temporũ ratione. Sic ex illo viſo Petrus prædicauit Cornelio & pleriſq; aliis gentilibus: Sic Paulus vt gentes ad Chriſtũ adduceret, orbem terrarũ peragrauit: quod & reliqui Apoſtoli fecerunt. Sic pij veteres Epiſcopi pro ſui officij ac vocationis ratione gentib. ad Euangelium conuertendis operam dederunt. Quare, licet non iidem Doctores, nec iidem diſcipuli remanſerint: manſit tamen & perpetuò manebit huius cœleſtis viſi ſignificatum & fructus. Quare falſum eſt quod dicis *Petrum vidiſſe animalia in futuro ad ſe vſq; venire.* Atq; id nominatim pugnat cum iis quæ expreſſe dicit Petrus: *viſum illud ter tantùm repetitũ, ac poſtea ſtatim omnia in cælum retracta fuiſſe.* Ad Giapponenſes autem quod attinet (quos fortaſſe commemoraſti vt ad verbum Ioppen alluderes) melius certè cum illis barbaris actũ eſſet, ſi probis ac ſynceris Doctorib. vterentur. Quanquã (nequid diſſimulẽ) de reb. Indicis & eiuſmodi rumoribus quos libris etiam editis vos Ieſuitæ paſſim ſpargitis, nec tibi nec tuis ſodalib. fidem habeo. Quod poſtremum affers ex Ariſtotele: *ea quæ non differunt quatenus non differunt vnum eſſe:* certè vt id aſſereres nihil opus fuit prima philoſophia: ſed in eo potiùs tibi elaborandũ erat, vt probares in quonam Rom. Pontifices à Petro non differant. Nã ſi nomẽ hominis excipias, nihil video ego in quo cõueniant. Quamobrẽ ego tibi viciſſim ex prima philoſophia obiicio: ea quæ differunt, quatenus differunt, vnũ nõ eſſe: ac propterea nihil eſſe in hoc Petri viſo in quo

Luc. 10. & 11.

Romanus Pontifex mutus & ſtertens cum Petro Euangelium viua voce docente, vnum quiddam eſſe poſſit. Quod ſi dicas vtrumque in verbo *mactandi* conuenire, reſpondeo, Petrum infideles gladio prædicationis mactaſſe: Pontificem verò fideles Euangelium verè profitentes, gladio tyrannicæ crudelitatis mactare. Illum, inquam, mactaſſe, docendo: hunc verò mactare, trucidando. Petrus igitur & Romanus Pontifex vnum non ſunt: de quo nos copioſius diſſeruimus in noſtra Reſpōſione ad primum librum tuæ defenſionis: vbi te (quando ita vis) philoſophando nugantē ex veræ philoſophiæ præceptis refutauimus. Quinetiam (vt videas quàm nos parùm moueat tua regula Metaphyſica) quamuis Turriane, in permultis rebus à tuo Pontifice ipſe non differas & vtrumq; idem ſpiritus mendacij & erroris tranſuerſum agat: non tamē es propterea Pontifex Rom. niſi fortè ſpe, cupiditate, & ambitione: quibus in rebus, quatenus omnes vos monachi non differtis, vnum eſtis.

VI. Pag. 8.

Pag. 11.

TVRRIAN: *Dicis animalia linteo incluſa eos ſignificaſſe quibus nondum Euangelij veritas illuxerat: ſed diſce, Antoni, linteum illud, & illa animalia ſignificaſſe Eccleſiam ex illis congregandam, & ex iiſdem partim iam tum congregatam. Auguſtinus tuus & idem noſter docet hoc homil.* [illegible] *T. 10.* [illegible] *cur Eſaiæ c. 11. At Auguſtinum hunc locum ad Petrum non reſtringere. Quando igitur dicit Auguſt. eum qui ad viſionem Petri non pertineat, non pertinere ad claues Petro datas? niſi primò datæ eſſent claues Petro, quare diceret Auguſtinus, ſi non pertinent ad Eccleſiam, nec ad claues Petro datas pertinebunt? Expedias rationem Antoni, ſi potes. Porrò ſic demonſtro hunc locum ad Petrum reſtringi: nam ſi linteum illud ſignificabat vniuerſam Eccleſiam, & Petrus perſonam Eccleſiæ gerebat, ergo, dicit totam Eccleſiam vſque ad ſe veniſſe* (vt dicit Cyp. *in Eccleſiam eſſe in Epiſcopo, & contrà.) Ad nullum igitur ex Apoſtolis, tanquam ad caput ſuum, in viſione totius orbis Eccleſia vt ad Petrum,* [illegible] *ſtatur.*

SADEEL: Auguſtinum tibi obieceram, non vt ex Auguſtino (quem dicebam hanc viſionem propemodum curioſè tractaſſe) peterem veram illius viſi cæleſtis interpretationem, ex qua Theologicè & demonſtratiuè diſſerere liceret: (nec enim Auguſtinus ipſe diſputaret ex ſuis allegoricis expoſitionibus, niſi expreſſis Scripturæ locis niteretur, vt in præfatione noſtra docuimus) ſed cùm illic Auguſtinus non diſputans, ſed in populari concione verſans, Petri viſum illuſtrando & amplificando ita tractet, vt ſingulas eius particulas allegoricè exponat, adeò vt nimius in ea re pleriſq; videatur: obieci tibi allegorizanti Auguſtinum allegorizantem, ac te reprehendi qui videri volueris ipſo Auguſtino argutior. Quamuis enim hic prolixè ſingulas illius viſi circumſtantias excutiat: non tamen hæc verba (*vnde vſq; ad ſe*) allegoricè expoſuit: tantum abeſt vt inde Petri principatum colligeret. Atq; vt quod dixi fiat manifeſtum: age, adſcribamus breuiter allegoricas Auguſtini expoſitiones, qui hoc Petri viſū in concione enarraret. *Vas illud*, inquit, *Eccleſiam ſignificat: quatuor lineæ, quatuor partes orbis terrarum. Animalia gentes ſunt. Linteum linea non conſuitur: ne prauis cogitationibus tanquam tineis penetretur, qui vult ad ſacramentum illius lintei pertinere. Ter ſubmiſſum de cœlo ſublatum eſt, quia omnes gentes nomine Trinitatis baptizantur. Quatuor lineæ* *quibus vas illud complectebatur, Eccleſiam ſignificabant. Quare duodenarium Apoſtolorum numerum oſtendit, quem etiam illa duodecim filii. Petrus typum habuit Eccleſiae: quod aſcendit in ſolarium, ſignificat quod Eccleſia ſpiritualiter aſcenſura erat in altum, vt ſcriptum eſt: noſtra conuerſatio eſt in caelis: quod Petrus eſurire dicitur: ſignificat quod Eccleſia ſalutem gentium eſuriret. Quod dictum eſt Petro, macta & manduca: ſignificatum eſt quod Eccleſia Catholica omnes qui in Chriſtum crederent, prius occiſura, & poſtmodum manducatura: hoc eſt, occiſura eſſet infidelitatem, cum inſereret fidem.* Haec Auguſtinus. Ex quibus ſingulis vide num poſſis demonſtratiuè argumentari. Nam de me, vt liberè dicam, poſſe diffido. Verum affirmo: cum ille viſu Petri referat etiam ad duodenarium Apoſtolorum numerum, cum proculdubio viſu hoc ad Petri perſonam non reſtringit ille. Imò tu ipſe tui immemor ſcripſiſti *gentes, eos qui conuerſi ſunt iuxta hoc viſum Petri fuiſſe ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum aedificatas.* Porrò quod ais *viſum Petri ſignificaſſe gentes conuertendas & conuerſas,* non rectè dicitur & pugnat cum his Auguſtini verbis. *Quòd Eccleſia,* inquit, *occiſura eſſet infidelitatem, vt inſereret fidem.* Aliud eſt igitur rei ſignificatio, quàm ipſe rei ſignificatae euentus. [illegible] Propheticis viſionib. ſignificata fuit Iudaeorũ captiuitas: illae quidem viſiones tum futuram ſignificabant, quam nos praeteritã eſſe ſcimus. Si quis ergo dicat viſiones Propheticas ſignificaſſe captiuitatẽ praeteritam: ille reſpectu noſtri & poſteriorum temporum verè diceret: non autem reſpectu ipſarum viſionum. Itaque verum nõ eſt viſum Petri ſignificaſſe gentes eſſe conuerſas, (nã conuertendas ſignificauit) licet verũ ſit, gentes, quae illo viſu ſignificatae ſunt conuertendae, poſtea fuiſſe magna quidem ex parte conuerſas. Meam autem ſententiam confirmaueram, tum ipſius ſcripturae authoritate, cum Baſilij teſtimonio, ad quod nihil reſpondiſti. Feres autem & aliud proferam teſtimonium Iuſtini Martyris authoris vetuſtiſſimi cum ipſa ſcriptura conſentientis, ſi fortè magis te mouere poſſit, quàm potuerit Baſilius. *Ex reſponſione Petri,* inquit, *intelligimus, quaenam fuerint animalia in ſindone: hoc eſt* [illegible] *hoc linteum omnia, non complexit* [illegible] *da & immunda, ſed immunda dumtaxat, per quae Petro immundorum gentium* [illegible] *per fidem Chriſti Deus corda purificauit.* [illegible] *caput Chriſtum eſt* [illegible] *fidelem* [illegible] haec Iuſtinus. Sic porrò Chryſoſtomus: *linteum,* inquit, *eſt terra: beſtiae in illa, ſunt gentiles: macta verò & manduca, ſignificat* [illegible] hactenus Chryſoſtomus. Sed video te [illegible] Auguſtino [illegible] eſſe, vt reliquos non audias. Age ergo, accipe, quemadmodum Auguſtinus non tuus ſed noſter teſtis, [illegible] tibi explicarit. *Quòd per hoc viſum Petri gentes* [illegible] *ſignificatae ſint (inquit) omnes* [illegible] *vt coniiciamus: ipſe quippe* [illegible] *hoc* [illegible] *in illa viſione ſibi demonſtratum nobis oſtendit. Deum, inquit Petrus, nullum* [illegible] *dicere hominem. Ita expoſuit illud* [illegible] *de animalibus illo linteo comprehenſis audierat, quae Deus mundauerat,* [illegible] *illud vas ſignificatum orbem terrarum cum omnibus gentibus:* haec ille. Deſine igitur Turriane malè reprehendere, quod ego benè dixi de ſolis infidelibus in illa viſione ſignifica-

In Cap.
Eſa. 14.

Queſt. &
Reſp. quę. 89.

Hom. 22.
In Act. Apoſt.

e vnit Ec-
cſ.
ap. 10.

tis. Nam quod aſſeris ex Eſaiæ c. 11. *habitabit lupus cum agno* & c. non eſt planè cum hac Petri viſione confundendum, licet ad gentium vocationem accommodetur: quia aliquidem [illegible] [illegible] mundi animalis, nempe agni: quod in hoc Petri viſo locum non habet. Porrò Eſaias proponit infideles tanquam iam conuerſos: viſum autem Petri, proponit tanquam conuertendos. Sed vrges quod ait Auguſtinus, *quæ ad viſionem Petri non pertinet, ad eum claues non pertinere.* Nimirum de ipſius viſionis effectu loquutus eſt Auguſtinus: quum poſt gentium vocationem Eccleſia per vniuerſum terrarum orbem diffuſa eſſet. Ex quo factum eſt, vt per viſionem Petri illa omnia intelligat quæ ad Eccleſiam Catholicam pertinent. Quod autem dicit, *claues Petro* [illegible] qui potueris ex pluribus aliis Auguſtini locis diſcere quid ipſe de his clauibus ſenſerit. Nam is affirmat, *quum claues Petro datæ ſunt, Petrum geſſiſſe totius Eccleſiæ figuram: ita vt toti Eccleſiæ datæ ſint.* Nec vnquam intellexit Auguſtinus, eccleſiaſticarum clauium vſum eſſe ab Rom. Pontifice mutuandum, vt tu ſomnias cum reliquis Pontificiis adulatoribus. Atque ita tuam rationem, vt loqueris, expediuimus, quam à nobis poſtulaſti. Sed ego vicissim poſtulo, vt hanc noſtram rationem expedias. *Apoſtoli ne etiam illis animalib. ſignificati? Si affirmas, repugnas Auguſtino, ſublibis his verbis (macta & veſcere) quib. tu ipſe conuerſionem ad fidem intelligis. Apoſtolos autem Petrus ad fidem non conuertit: nec illi erant gentiles, nec eorum contubernium fugiebat Petrus. Quod ſi Apoſtoli nõ erãt ſignificati illis animalib. quorum ſuib. Petri principatum terminat: Petrus igitur nullũ habuit in Apoſtolos* [illegible] *conſequentia, Pontifex nihil habet iuris in Epiſcopos, quoniam fecisti Apoſtolorum ſucceſſores* [illegible] *regulis. Apoſtoli & Apoſtolorum ſucceſſores, quatenus non differunt vnũ ſunt.* Porrò ſi hæc tua demonſtratio (ſic n. appellas) ex tuo illo *[illegible] philoſophico* prodit, nę tu nouas & hactenus inauditas demonſtrandi regulas apud te retines, de quib. nos tamdiu celatos iniquum fuit. Sic igitur (vt quidem tibi videris) demonſtras viſionem Petri ad eius primatum referri, atq; ad illum ipſum reſtringi: *Si linteũ ſignificabat Eccleſiam, & Petrus figuram gerebat Eccleſię (hoc eſt, ſignificabat Eccleſiam) & linteum ad Petrum vſq; venit: ergo Eccleſia venit vſq; ad Petrum ipſum Eccleſiæ caput.* Cuius tui conſequenti vinculum aliquod quæro, nec inuenio. Nam (ne quid dicam de inepta illa tua interpretatione: *venit, hoc eſt, adhæſit* quam ſupra iam refutauimus) quid aliud efficias, quàm Eccleſiam ad Eccleſiam veniſſe? Si enim Petrus figurabat Eccleſiam, dum linteum ad eũ veniret (vt tu ſignificare verb. ſignificatiue [illegible]) ſi vis linteum ſignificaſſe quoq; ipſam Eccleſiam, neceſſe eſt [illegible], Vt linteum ad Petrum venit, Eccleſiã veniſſe non ad Petrum, ſed ad Eccleſiam ipſam in Petro ſignificatã. Quod quam abſurdè dicatur facilè omnes intelligunt, & ipſe, ſi ab animo (tanquam ab oculis) caliginem diſpellas, facilè videbis. Ecce igitur quantum proficis nimirũ dũ elaborans ſcrutaris allegoricis expoſitionib. quas Auguſt. in hunc locũ propoſuit. Breuiter ſi velim Auguſt. ex tua [illegible] exponere, [illegible] Eccleſiam Catholicam hoc modo, *Linteũ figura ſuis Eccleſiæ Catholicę* [illegible] [illegible] *confeſſionem Eccleſiæ Catholicæ*

In Ioan. Tract. 50.

Denique, Petrum figuram gerebat Ecclesiæ Catholicæ. En igitur tibi tres Ecclesiæ Catholicæ personas. An fortè huc spectarunt boni illi Pontificum Rom. fabricatores, qui (vt in memoria proditum est) pro vno tres Pontifices aliquando crearunt: vt nempe tribus corporibus totidem capita responderint. Itaque, Turriane, si Augustinum authorem adhibes: saltem mane intra ipsius Augustini metas. Vt enim dixit *Petrum Ecclesiam figurasse*, ita simul addidit in quibus Petrus gesserit Ecclesiæ personam: nempe *[illegible], & [illegible]*: et paulò antè illum ipsum Augustinum allegoricè tantum audiuimus: non autem quatenus [illegible] ad Petrum venerit, vt tu fabularis, dum vides me Augustinum [illegible]. Porrò Cyprianum esse tacitum, si libenter vellis [illegible] in eius authoritate delitescere. Quid igitur Cyprianus? *Episcopum (inquit) esse dixit in Ecclesia, & Ecclesiam in Episcopo.* Nimirum his verbis exprimere voluit Cyprianus arctissimam vniuscuiusque [illegible] cum suo grege coniunctionem. Sed quid hoc ad Petrum, [illegible] adhæsionem hanc iam sæpe tam multis verbis agitatam? Vt enim, Turriane, tibi constet: non amplius tibi dicendum est *Ecclesiam venisse vsque ad Petrum*, sed ita potiùs Petrum fuisse in [illegible], & [illegible] in Petro: quod ad vestram illam transsubstantiationem propemodum accedere videbitur. Nam continere & contineri aliud esse quàm pertingere, ex philosophia discere debuisti, cuius vallum ac præsidium tibi arrogas. Sed, quantùm video, illa nunquam vsque ad te venit, nec illa vnquam in te fuit, nec tu in ea. Cæterùm, quum addis, *Petrum ipsam Ecclesiam ad se venisse tanquam ad caput*, falsissimum est, vt profectò nescio quonam tandem vallo tuum hoc mendacium [illegible].

VII. TVRRIANVS. *Cum ædificatio Ecclesiæ quæ de cælo descendit in Apocal. Ioannis, ad instar illius linthei de cælo demissi vsque ad fundamentum quod est Petrus [illegible] Ecclesiæ ædificatio quæ vsque ad hoc fundamentum quod Christus posuit non venit, non est ædificatio Ecclesiæ, sed synagogæ Satanæ. Nec ædificatio Ecclesiæ vnquam fit in fundamento nisi [illegible] quod est Christus, [illegible] in fundamento, [illegible] quod Christus [illegible], quod est Petrus.*

Pag.9.

SADEEL. Perperam confundis locum Apocalypseos cum hoc viso Petri. Nam Ioannes describit Ecclesiam non colligendam, sed planè collectam, non instituendam, sed suis omnib. numeris constantem, qualis die nouissimo apparebit. Longè verò ineptissimum est, quod locum Ioannis deprauans, dicis *Ecclesiam illam cælestem ad Petrum sicut ad fundamentum venisse*: quum quidem manifestis verbis Ioannes ita describit spiritualem hanc ciuitatem, *vt in muris [illegible] fundamenta duodecim in quibus erant nomina duodecim Apostolorum*: quibus significari voluit Ioannes, veram Dei Ecclesiam niti scriptis Apostolicis (quod ista vestra Ecclesia negare si audes, itare tamen non potes) non autem humanis traditionibus & commentis, quod de vestra Ecclesia affirmamus: atque id vos ipsi pro vobis facitis, quum tantopere pro vestris traditionibus decertatis. Quod tibi, Turriane, vsu venit, quum in libri tui præfatione statuens, *Traditiones Ecclesiæ esse [illegible] fundamentum [illegible]*. Atque hæc quidem de vestra Ecclesia, & de ista Satanæ synago-

Apoc.21.

ga: quemadmodum loqueris. Nam vanam illam diſtinctionem *fundamenti virtutis propriæ, & miniſterij communicatæ* (quam hic reponis) vt impiam, blaſphemam, & à theologia alienam, in ſuperiore noſtra reſponſione profligauimus. XI

VIII. Pag.10. **TVRRIAN.** *Dicis Pontificem debere prædicare per ſeipſum Turcis & infidelibus, non per alios: ſed tamen Petrus abſens prædicabat per literas: nam ad fideles Ponti, Galatiæ, Aſiæ, & Bithyniæ & eorum Epiſcopos ſcribebat. An non pertinebant illorum Eccleſiæ ad linteum illud plenum varijs animantibus, quod vſque ad Petrum venit? tamen Petrus S. Xiſtum primum Epiſcopum Rhemenſem ad illos populos miſit, itemque S. Euſtachium Epiſcopum Treuerenſem & S. Dionyſium Pariſios ad prædicandum. Vide Clementem in Epiſt. ad Iacobum fratrem Domini. An peccauerunt Pontifices quia non ipſi ad Germanos profecti ſunt, ſed miſerunt Bonifacium? ſic enim Zacharias Pontifex ad Bonifacium: Chriſti potentiam deprecor (inquit) vt Domino meo Beato Apoſtolorum principe intercedente, cuius tu vicem agis inter ſenes & indomitas gentes, ipſa te ſua pietate cuſtodiat, &c. Omnes itaque Epiſcopi ſunt vicarij Petri, ſicut Pontifex Romanus ſucceſſor Petri, vicarius Chriſti.*

SADEEL. Dixi, vt hoc Petri viſum ad tuum Pontificem accommodari poſſit, non iam otioſe in ſublimi illo ſolio Pontifici, tanquam immundo animali inter immunda animalia in eodem linteo ſimul voluta, eſſe reſidendum: ſed proficiſcendum ad infideles inſtituendos Euangelij prædicatione: quemadmodum fecit Petrus. Hic vero mihi narras *Petri epiſtolas, quibus ais illum prædicaſſe*. Quam impropriè hoc dicatur, nunc non quæro. Sed obſecro, ſi ſcripſit Petrus, num propterea viua voce non docuit? Et quid hoc ad præſentem locum, in quo verſamur? Petrúſne egit cum Cornelio per epiſtolas, ac non potius ad illum & ad eius familiares acceſſit, vt eos viua voce inſtitueret? Tuus autem Pontifex nec viua voce docenti, nec ſcribenti Petro ſimilis eſt. Craſſus autem fuit hic error, quum diceres, *eos ad quos Petrus ſcripſit pertinuiſſe ad linteum varijs animalibus refertum*. Nam conſtat gentes fuiſſe illis animalibus ſignificatas, vt antè dictum eſt. Illi autem ad quos ſcripſit Petrus, erant Iudæi, vt patet ex primo capite epiſtolæ prioris. Quod autem citas ex veſtra illa *Legenda* (quam aliquando doctor quidam Sorbonicus *non auream ſed ferream appellauit*) *de Epiſcopis à Petro miſsis*: & fide caret, & ad hanc rem non facit: non enim alijs laborantibus, Petrus interea quieſcebat, otio ac voluptatibus diffluens. Nec te iuuat Bonifacius, cuius beneficio valde niteris, qui toties illum nobis obijcias. Nam (vt maneamus in hoc Petri exemplo de quo agimus) Petrus neminem miſit ad Cornelium, ſed potius à Cornelio accerſitus, ad eum e veſtigio profectus eſt. Sed Pontifex tuus alios ad ſe accerſit, alios a ſe ablegat, mandat, edicit, dominatur: non Petro, ſed Imperatori ſimilis, cuius etiam ſedem vſurpauit. Poſtremò quum addidiſti, *Pontificem tanquam Petri ſucceſſorem, eſſe vicarium Chriſti, & Epiſcopos eſſe Pontificis vicarios*, oblitus eras hæc verba: *Qui vos audit, me audit*. Item: *Nomine Chriſti legatione fungimur*: & alia multa conſimilia non ad ſolum Petrum, ſed ad alios etiam pertinere. Adde Ambroſium in 1. Cor. 11. *Epiſcopus*, inquit, *habet perſonam Chriſti, & vicarius Domini eſt*: ne mihi ſæpius repetendum ſit, nec Pontificem cum Petro, nec Pontificiis Luc.10. 2.Cor.5.

Episcopis cum veris ac legitimis Episcopis aliquid esse commune.

IX. TVRRIANVS. *Obiicis dictionem [illegible]: sed perinde est ac si Petrus diceret, venit vsque ad me, & vsque ad meos successores. Quod patet ex lege Scripturæ de perpetua successione pastoris loco Petri: & ex lege philosophica, quam paulò antè ex principe philosophorum recitauimus. Hac lege philosophica sapientiam Euangelij circumdamus, vt ait Salomon. Itaque meum argumentum non est allegoricum, vt dixisti, sed demonstratiuum. Nam ex authoritate Petri huius lintei allegoriam ad Ecclesiam referri intelligimus, & ex explicatione [illegible] summus, alioquin in solutione quarti Sophismatis, quæ tu [illegible], quæ prudens prætereo, &c.*

Pag.12.

SADEEL. Hoccine est interpretari, ac non potius peruertere ac lacerare Scripturam? *vsque ad me, hoc est,* inquis, *vsque ad me & ad meos successores.* Hoc tibi, Turriane, non Petro visum est atq; ad humanum somnium, non ad cœleste visum pertinet. Quid? istúdne linteum cœlitus ostensum Petro, tuis quoque Pontificibus ostensum est, quos vis esse Petri successores? falleris, mi Allegorista. *Non enim Petri linteum, cœlitus demissum venit ad Romanos Pontifices,* vt nugaris: *sed longè aliud linteum erroribus, dolis, fallaciis contextum & consutum: quod ipsa inferorum [illegible] [illegible] Monstris [illegible] [illegible], & præsertim [illegible], tanquam [illegible] serpentibus, [illegible] [illegible].* illud, Turriane, illud inquam, linteum ad Romanos Pontifices iampridem venit, & quotidie ventitat, ita vt istorum animalium artibus Romani Pontifices vescantur & (mirum dictu) illa vicissim vescantur pontificibus: dum ipsius culinæ nidorem [illegible] naribus, & apertis faucibus ex ipsa etiam India famelici hauriunt. hæc est allegorica expositio eius lintei quod ad Romanos Pontifices venit, ne posthac, Turriane, linteo Petri in gratiam & assentationem tui Pontificis abutare. Nam quod subiicis de *lege Scripturæ & de vallo illo tuo sophistico*, satis iam superq; à nobis refutatum est. Tu verò ad extremum quasi velis resipiscere, profiteris te Petri expositione esse contentum, ita vt argumentum tuum demonstratiuum esse possit. Atque ita agnoscis verum esse quod initio posui, *de allegoriis ex ipsa Scriptura [illegible].* Quod illud igitur, accipimus: atque inde concludimus, visum hoc Petri ad ipsius principatum (quem comminisceris) minimè pertinere: quandoquidem Petrus visum illud explicans nihil tale proposuit, sed potius, *ostendit mihi Deus,* inquit, *neque pollutum aut impurum hominem dicerem.* Et, *fideles audito Petro, nempe,* inquiunt, *etiam Gentibus Deus resipiscentiam dedit ad vitam.* Ecce quonam spectauit visum Petri ex ipsius Petri & reliquorū fidelium expositione: qua quidē cum Turrianus (vt ait) sit contentus, efficio visum hoc Petri ad stabiliendā Rom. Pontif. tyrannidem non modò nō verè, sed ne verisimiliter quidē trahi posse. Quod postremò *[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sophismate [illegible] appellationem:* nescio an ista [illegible] tibi prudens videre: quandoquidē nihil tale diximus in solutione nostra superiore, quemadmodū lectores poterunt ex ipsa lectione iudicare. Veruntamen fateor *non prudenter*, [illegible] potius, vt tibi [illegible], multa ex nostris argumentis præteriisse, ad quæ quid responderes, non habebas. Vnum tibi repræsentasse contentus ero. Obiiceras, Turriane, te ipsum tibi: qui in tuo sophismate exposueras hoc visum Petri ex his Christi verbis *docete,*

Act.10.
Act.11.

docete omnes gentes: atq; inde efficiebam ſignificationem huius viſionis Petro exhibitam non minus ad reliquos Apoſtolos, quàm ad Petrum pertinere. Quin etiam digito commonſtrabam craſſiſſimum tuum errorem, quòd ſcripſiſſes, *id quod tunc in ænigmate illius lintei beato Petro præcepit Dominus, poſtea ſine vllo ænigmate ſanctis Apoſtolis præcepiſſe, quando dixit: Euntes docete omnes gentes.* Agnoſcis, Turriane, tua verba, vt opinor. Ex quibus perſpicuum eſt, te in Photio & in Lexico eius Conſtantinopolitano tantopere fuiſſe occupatum, vt Euangelicam hiſtoriam, & temporum ordinem ſis oblitus, qui exiſtimes hæc verba Chriſti Mat. 28. *Ite docete omnes Gentes*, ſubſequi tempore viſum hoc Petri, de quo tamdiu & tam ineptè diſputas. Atque hæc, Turriane de tua, vel obliuione, vel inſcitia, quam tu prudens ſilentio præterire voluiſti.

TVRRIAN. *Dicis Romanum principatum non fuiſſe demiſſum de cælo: ſed ego ſuperiori libro ſatis demonſtraui è cælo eſſe. Sic enim Paulus: Dedit quoſdam Apoſtolos, &c. Item: Ex quo totum corpus connexum, &c. Atqui corpus, non eſt totum corpus niſi caput habeat. Corpus igitur cum capite ex Chriſto capite compactũ & connexum eſt: quia neceſſe eſt aliud eſſe connexum, & aliud ex quo connexũ ſit.*

SADEEL. Ad ſuperiorem tuum librum iam reſpondimus: tuique errores ſuis locis à nobis demonſtrati ſunt. Vnum addis, cuius in libro tuo ſuperiore oblitus eras: nempe argumentum quod ducis ex loco Pauli ad Eph. 4. Qui locus ſic habet. *Veritatem*, inquit, *ſectantes cum charitate prorſus adoleſcamus in eum per omnia qui eſt caput, nempe Chriſtus: ex quo totum corpus coagmentatum & compactum per omnes ſuppeditatas commiſſuras ex vi intus agente pro menſura uniuſcuiuſque membri capit incrementum corpori conueniens, ad ſui ipſius extructionem per charitatem.* Hæc ille. ex quibus ita, Turriane, minus etiam quàm ſophiſtice concludis. *Neceſſe eſt, inquis, aliud eſſe connexum, & aliud ex quo connexum ſit: At totum corpus Eccleſiæ connexum eſt ex Chriſto, vt docet Paulus. Quare aliud caput præter Chriſtum conſtituendum eſt, quandoquidem totum corpus non eſt ſine capite.* Peccas, Turriane, à dicto ſimpliciter ad dictum ſecundum quid: atque inſidias ponis in vocabulo *totius*. Itaque reſpondeo: *totum corpus*, ſi ſimpliciter dicatur, caput etiam comprehendere: quia non eſt totum ſine capite. Et *totum dicitur* (inquit Philoſophus) *id quo nullum abeſt eorum ex quibus dicitur totum.* Sed *quando totũ corpus dicitur reſpectu capitis, tunc nomine totius corporis reliqua omnia membra præter ipſum caput eſſe intelligenda*: idque ex natura relatorum, cùm caput ad corpus referri ſoleat. Apoſtolus autem expreſſiſſimis verbis atque omni exceptione Ieſuitica maioribus, differit in illo loco de *vno Eccleſiæ capite, quod eſt Chriſtus: cui totum corpus, hoc eſt, tota Eccleſia ſubiecta eſt: ita vt totum corpus dicatur excepto capite.* Sic tota domus ſimpliciter dicta, tectum etiam comprehendit: ſed ſiquis dicat totam domum opertam eſſe tecto: tunc reliquas domus partes, excepto tecto, ſignificabit: nec propterea ſecundarium aliquod tectum conſtituendum erit. Perperam igitur & impropriè *Eccleſiam* ex loco Pauli *bicipitem* reddere conaris. Sed hæc figura vos, vt audio, delectat: quorum Epiſcopi mitrati & bicornes in mediis veſtris delubris inambulant.

XI. Pag. 14.

TVRRIAN. *Obiicis Romanum principatum ex terrena potentia, & humana* *ambitione ſurrexiſſe. Verùm, quis niſi Deus Conſtantinum Magnum excitauit, &c. Propheticam Eſaiæ argutis, cap. 61. Fortitudinem gentium comedetis, & in diuitiis eorū eritis admirabiles. Item: In faciem terræ adorabunt, & puluerem pedum tuorum lingent. Quomodo, aut vbi hoc fit, niſi in deoſculatione pedum Epiſcopi, & imprimis Romani? vt iam exitus rei ſit optimus interpres huius prophetiæ.*

SADEEL. Etiam tu *donationem Conſtantini*, hoc eſt, fabulam centies à tuis quoque Pontificiis, adeòque ab ipſis Cardinalibus exploſam, nobis obtrudis? nimirum te meliora argumenta deficiunt. Quinetiam nihil tale cogitans ſtatuis *principatum Romanum eſſe humani iuris, non diuini*: quod ſæpe iam tibi à nobis obiectum eſt. Quare ex hoc tuo argumento ſequitur, Pontificem eſſe Conſtantini potiùs quàm Petri ſucceſſorem: & vi conſequentis, ex *legali tua regula ſucceſſionis*, quam ſuprà nobis obiiciebas, efficitur, Pontificem eſſe Neronis ſucceſſorem, ac proinde eundem cum Nerone eſſe, ex altera illa regula quam ex primæ philoſophiæ penu depromſiſti, *ea quæ nō differunt, quatenus non differunt, vnum eſſe*. Verùm ecce aliud argumentum ex Eſaia: *Vnde vis probare diuitias & potentiam tui Pontificis, &, quod longè grauius eſt, oſculationem pedum eius.* Quid igitur Eſaias? *Fortitudinem gentium comedetis, &c.* O tuam, Turriane, impudentiam! Siccine mauis tranſire ad Iudæos, quàm tuo Pontifici non aſſentari? Promiſſiones illas propheticas, quibus ſacer Dei Spiritus ſpiritualia terrenis adumbrauit, miſerrimi & craſſiſſimi Iudæi de terrena fœlicitate intelligunt: verba Prophetarum, ita vt ſonant, accipientes. Vtinam verò, Turriane, non iam diſputator, ſed aſſentator impudentiſſime, huius præclaræ Hieronymi ſententiæ meminiſſes: *Scripturæ ſenſum non eſſe in foliis verborum, ſed in radice rationis.* Quis enim non videt locum Eſaiæ non de terrenis, ſed de cœleſtibus ac ſpiritualibus diuitiis exponendum eſſe? Audi quemadmodum hunc Eſaiæ locum idem Hieronymus explicarit. *Illi fortitudinem gentium comedent,* inquit. *Corona enim Patrum, gloria liberorum, & profectus populi, epulæ ſacerdotum. De iſtis ſpiritualibus diuitiis Paulus ſcribebat ad Corinthios: Gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum, quoniam in omnibus diuites facti eſtis in eo, in omni verbo, & in omni ſcientia. fortitudo gentium triumphus eſt martyrum. & nos in eorum gloria ſuperbi ſumus, non ea ſuperbia quæ in vitio eſt: cui Deus reſiſtit, & humilibus dat gratiam.* Hęc Hieronymus: quibus verbis veras Eccleſiæ diuitias, veramque gloriam à tui Pontificis gloria diſcernebat. Sed cur non Iohannem huiuſce Prophetię locupletiſſimum interpretem adhibeo? ſic enim Iohannes Hieroſolimam de cœlo deſcendentem deſcribens: *Gloria Dei,* inquit, *illuſtrauit eam, & gentes quæ ſeruatæ fuerunt ambulabunt ad lucem eius. & Reges terræ gloriam ſuam & honorem ad eam afferent: nec portæ eius claudentur interdiu: nox enim non erit illic, & afferent gloriam & honorem gentium ad eam: non intrabit in eam quidquam quod inquinet, aut abominationem quidpiam patrat, vel mendacium loquitur: ſed qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.* Hæc ille ad locum Eſaiæ alludens, eumque exponens non craſſe de terrenis diuitiis Romanorum Pontificum, ſed de Spirituali puritate Eccleſiæ, quæ tandem nouiſſimo die perfectiſſima futura eſt. Cùm igitur de ſola electorum Eccleſia Ioannes loquatur poſt Eſaiam: ſatis conſtat locum Eſaię de Romana Eccleſia non eſſe

Lib. 17. in cap. Eſ. 61.

Apoc. 21.

intelligendum : vel te aſſentiente , qui in ſuperiori libro nobis centies repetieris *Eccleſiam illam tuam Romanam, quam appellas Catholicam, non conſtare ex ſolis electis, ſed ex electis & reprobis mixtam eſſe* . Faxit autem Deus vt quotquot in ea ſunt electi ad veram Dei Eccleſiam ſe breui recipiant ab inquinamentis Eccleſiæ Romanæ , & eius mendaciis liberati . Iam dum addis poſtremò *oſculationem pedum Pontificis* (de qua vos Ieſuitæ libros etiam editis , vt reliquos monachos noua, inaudita , ſtupenda denique impudentia , & putidiſſima aſſentatione ſuperetis) nec dubitas locum Eſaię peruertere in gratiam pedum tui pontificis , mirum eſt te memoriam cum pudore amiſiſſe . Quid enim agis Turriane, qui *oſculationis pedum Pontificis memineris*, dum in hac Petri hiſtoria verſaris? oblitúſne es *Petrum reprehendiſſe Cornelium quòd ſe ad eius pedes abiicere videretur?* At quòd Petrus recuſauit à Centurione: bonus iſte ſcilicet Petri ſucceſſor à ſummis Regibus & Imperatoribus nō recuſauit. Non recuſat autē? Imò eos ad crepidæ oſculationem adigit , alioqui Pontificiis fulminibus obruendos . Sed ſi ita vobis certum ac fixum eſt, ô Ieſuitæ Romani Pontificis Gnathones & oſculatores pedum eius: ergo aſſentamini, mentimini , & ſiquid frontis habetis , frontem magis ac magis perfricate . *oſculamini pedes veſtri Pontificis* , pedes , inquam , illos quibus Rom. Pontifex , Imperatorum maieſtatem, & quod longè eſt acerbius , ipſam Dei veritatem , quoadfieri potuit , conculcauit. *Adorate: atque etiam abiecti proſtratique lambite puluerem pedum eius*. At nos interea, certiſſima ſpe , ac fiducia expectabimus ſummum in vos veſtrúmque Pontificem judicium Dei , *qui ponet inimicos Chriſti ſcabellum pedum ipſius* Pſal.110.

Cæterùm , licet quod affers reſponſione non indiget : hoc tamen dicam: quod dicit Eſaias de gloria Eccleſiæ , te non ſine flagitio ac ſcelere trahere ad gloriam pontificis augendam , qui nihil cum vera Dei Eccleſia commune habet, Preterea gloriam Eccleſiæ nobis proponi, non propter ipſā eccleſiam ſed vt Dei maieſtas ac potentia in Eccleſia In Eſ.lib.17. reluceat , & in ea Deus vnus glorificetur . Sed malo Hieronymi verbis quàm meis tuam blaſphemiam ab Eſaiæ loco amouere . *Quod ſequitur* inquit, *Puluerem pedum tuorum lingent, ſignificat quod Reges & Principes quidquid in pedibus Eccleſię terreni operis adhæſerit ſuo ſermone tergant atq; delingant &c. per quæ omnia diſcis Eccleſia non eſſe aliud dominum præter eum, quem qui exiſtimauerint, æternam gloriam poſſidebunt*. Hactenus Hieronymus.

Quamobrem , Turriane, dum ais *exitum rei eſſe optimum interpretem huius prophetiæ : in nominandis prophetiis tua te aſſentatio feſellit* Non enim *oſculatio pedum Pontificis illam Eſaiæ*, ſed hanc potiùs tum Iohannis, tum Pauli prophetiam impleuit: quas, ne poſthac erres in gratiam tui pontificis ſubiiciam. Sic igitur Ioannes, *dedit*, inquit *Beſtiæ draco virtutem ſuam & thronum* Apoc.12. *ſuum, poteſtatem magnam . Itaque adorabant eam omnes incolæ terræ, quorum nomina non ſunt ſcripta in libro vitæ agni , &c.* Sic porrò Paulus : *Non ve-* 2.Theſſ.ca.2. *niet dies Domini , quin venerit defectio priùs , & retectus fuerit homo ille ſceleratus filius ille perditionis ſeſe opponens & efferens aduerſus quidquid dicitur Deus aut Numen : adeò vt in templo Dei tanquam Deus ſedeat præ ſe ferens ſe eſſe Deum, &c.* Has, Turriane , prophetias tuus Pontifex *oſculatione pedum ſuorum* impleuit. Et nos, vt ea prophetia quæ apud Paulum protinus ſequitur, breui impleatur, optamus, ſperamus & omnibus votis à Deo Opt. Max. ſuæ gloriæ aſſertore ac vindice iuſtiſſimo precamur; Tunc, inquit Paulus, *retegetur impius ille, quem Dominus conficiet Spiritu oris ſui, & illuſtri aduentu ſuo abolebit. Amen.*

LOCVS V. I. PET. III.

CVm appararetur arca in qua paucæ, id eſt, octo animæ ſeruatæ ſunt per aquam, cui nunc correſpondens exemplar Baptiſmi nos quoque ſeruat, (non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum) per reſurrectionem Ieſu Chriſti.

Sophiſma Turriani.

Pag.27.28.29.30.

Baptiſmus debet eſſe ſimilis formę cum Arca: (ſic enim ἀντίτυπον vetus interpres reddidit) arca autem Noe fuit figura Eccleſiæ Catholicę: nam vt arca diuerſas habuit manſiones, quas ſeptuaginta interpretes nidos vocarunt, ſic ſingulę Eccleſię, velut nidi ſunt in ipſa illa Catholica Eccleſia conſtructi. Vt igitur erant in arca filij Noe, ac quiſque eorum caput vxoris ſuę: & rurſus horum qui capita erant, caput erat pater Noe qui eos procreauerat, ac loca eis cum eorum vxoribus in arca aſſignauerat: ſic ſingulas Eccleſias Epiſcopi tenent qui earum capita ſunt, & horum caput eſt in ſucceſſoribus ſuis Petrus Euangelicus Noe, vt vetus Noe caput erat filiorum, qui vxores quoque habebant, Petro autem Epiſcopi Romani in eadem arca myſtica, id eſt, in Eccleſia, perpetua ſerie, ſucceſſerunt.

Solutio ſuperioris Sophiſmatis.

ECce autem aliud argumentum allegoricum, nihilo fortius ſuperiori. Iam enim confecimus, *allegorias non aliter concludere, niſi quatenus ab ipſa Scriptura, non tantùm propoſitæ ſed etiam expoſitæ ſint.* Cùm autem Petrus in hoc loco nihil dicat de ſuo primatu, nihil etiam de ſuis ſucceſſoribus, quos ſemper Turrianus in ore habet, hinc fit, vt plane iaceat totum hoc argumentum allegoricum. Inſtat tamen Turrianus, & ait *Petrum Eccleſiam cum arca Noe comparaſſe, adeò vt iam non ſit probabilis coniectura*, inquit, *ſed ipſa veritas.* Equidem non dubito de veritate eius doctrinæ quam tractat Petrus, neque de illa vllus vnquam Chriſtianus dubitauerit, ſed nihil propterea accedit cauſæ Turriani, quandoquidem longiſſimè diſtat Petri veritas à Turriani mendaciis. Quia verò vult videri demonſtratiuè diſputare, operępretium eſt rem ipſam accuratiùs conſiderare, vt videamus num hoc eius argumentum veritatem (vt ille dicere ſolet) aſtringat. Primùm, ſi preſcriptis verbis agendum eſt, nego illic Eccleſiam à Petro cum arca Noe comparari: nec ſatis ſibi conſtat Turrianus cùm ait *Baptiſmum eſſe ſimilis formæ cum arca:* ſic enim non Eccleſiam ſed Baptiſmum cum arca comparat. Certè poſtquam Petrus dixit octo animas fuiſſe in arca Noe per aquam ſeruatas, tum ſubiicit: *cui*, inquit, antitypus *Baptiſmus nos ſeruat.* Ita cùm Eccleſia ne nominetur quidem, & Petrus non de Eccleſia tractet, ſed de

Locus Petri diſcutitur.

Baptiſmo, vereor vt poſſit demonſtratiuè ex hoc loco probari, Eccleſiã eſſe arcæ Noe, correſpondens exemplar (ſic enim melius exprimitur vis Græci vocabuli) ne vrgeam relatiuum ὃ, quod ad *κιβωτὸν* referri non poteſt. Itaque, Turriane, ex his Petri verbis poteris per me demonſtrationem conficere de Baptiſmo, & præclaris eius effectis: ſed non video qui poſſis ita longè excurrere, vt facis, in huius ſimilitudinis applicatione, ſiquidem Petrum ducem ſequi velis. Citas Auguſtinum in lib. de vnit. Eccleſiæ, ſed ille planè te redarguit, cùm profitetur *ſe nolle ex hoc Petri loco argumentari, niſi quatenus eius expreſſa verba ferre poſſunt*, adeò vt non auſus ſit ex hac arcę ſimilitudine probare, Eccleſiam fuiſſe ex omnibus hominum generibus congregandã aduerſus Donatiſtas. Itaq; recurrit ad alias probationes. Tu verò longè ſcilicet Auguſtino audacior, ſic contendis: *Baptiſmus eſt in Eccleſia*, inquis. Certè, ſed ſi ita ſyllogiſmum inſtitueres: *Baptiſmus eſt antitypus arcæ Noe* (vt ait Petrus) Baptiſmus autem eſt in Eccleſia. Ergo Eccleſia eſt ipſius arcę antitypus: te profectò vel tota Ieſuitarum ſchola exſibilaret. At enim veteres ſępenumero hanc ſimilitudinem vſurparunt. fateor, atq; addo, non vna tantùm, ſed variis rationibus: nunc, *vt oſtendant malos cum bonis in Eccleſia eſſe commixtos*: nunc, *vt doceant extra Eccleſiam, ſalutem non eſſe*. nunc deniq;, *vt affirment iactari quidem Eccleſiam variis procellis, nunquam tamen ſubmergi poſſe*. poſſent & alię huius ſimilitudinis rationes afferri, nec obſto quin eam pręclarè inducant Theologi pro inſtituti ſui ratione: ſed hoc contendo, aliud eſſe rem ſimilitudine illuſtrare, vt faciliùs doceas, aliud autem demonſtratiuè argumentari, quod te hîc facere gloriaris, ſed falsò. Verùm vt hoc diſſimulem, quęro, num Petrus aliquid tradat quod vel tantillum accedat ad tuam allegoricam expoſitionem, vel potius quod non eam euertat? Petrus enim antitypum liberationis Noe, ſtatuit in Baptiſmo, non in eo quidem viſibili & exteriori ſed in ſpirituali efficacia, & in eius effectis (vt patet ex his Petri verbis, *Non carnis depoſitio ſordium &c.* tu verò antitypum arcę ponis in Eccleſia viſibili, & in eius Epiſcopis, & ſic longiſſimo interuallo a Petri ſententia diſſides. Quanto melius Nazianzenus *qui corruptelas Epiſcoporum deſcribens, ſe arcam Noe quærere exclamauit. Carm. ad Epiſcop.* nimirũ non in externa Epiſcoporum larua antitypum arcæ Noe conſtituens. Quis autẽ riſum teneat, qui te ita diſſerentem audiuerit? *quemadmodum*, inquis, *Noe fuit caput ſuorum liberorum, ita & Petrus & eius ſucceſſor eſt viſibile caput Eccleſiæ*. Quinetiam addis *tres filios Noe repræſentaſſe Epiſcopos, & filiorum Noe vxores, repræſentaſſe particulares Eccleſias, quarum Epiſcopi ſunt capita*. Acutum ſanè diſputandi genus & planè demonſtratiuum. Verumenimuerò vnum omiſiſti, Turriane, quod valde ad rem tuam facere videbatur: nempe Romanam Eccleſiam, (quam ex tua ſimilitudine vxor Noe repræſentauit) velle cæteris omnes ſupereminere, quemadmodum vxor Noe inter ſuas nurus excellebat. Quod ſi ita eſt, non ſatis rectè dicitis in veſtris decretis, *Eccleſiam Romanam eſſe matrem reliquarum Eccleſiarum can. non decet. diſtinct.* 12. cùm eam potius Eccleſiarum nouercam dicere debeatis. Quamobrem cùm nobis contumelioſè obiicis, *nos eſſe proteruo illi filio ſimiles*, *qui patrem Noachum ludibrio habuit*

De Auguſt. ſententia.

Item à Nazianzenus.

ſatis indicas te non eſſe tui memorem, qui *tres illos Noachi filios cum Epiſcopis tuis comparaſti* quos quidem tuo illo ſale aſpergere debebas. Sed eſt etiam aliud quod tibi grauiter ſuccenſeant Pontificij. Nam in tua allegorica deſcriptione *Pontificem quidem Noacho, & Epiſcopos tribus Noachi filiis ſimiles facis: Archiepiſcopis verò & Patriarchis nullum in arca locum reliquiſti.* Obſecro, eóſne ex arca in aquas diluuij deturbaſti? quinetiam illos ipſos Cardinales in arca tua non reperio, niſi fortè lateant in quibuſdam brutorum animalium nidis, quos vocas. Præterea occurrit etiam aliud valde abſurdum in hoc tuo idolo allegorico: vt enim Pontif. Rom. creat ſuos Epiſcopos & Cardinales, ita viciſſim olim ab Epiſcopis, nunc à ſolis Cardinalibus creatur, quod neſcio (niſi ſuccurras) qua ratione poſſit vnquam Noachi filiis conuenire. Nam eos à patre Noacho progenitos quidem legimus, at patrem fuiſſe vnquam à liberis progenitum, inauditum eſt. Quid etiam facies Iuſtino Martyri authori vetuſtiſſimo, qui locum hunc Petri explicans in Thryph. docet *Chriſtum fuiſſe repræſentatum in Noacho, eò quod Chriſtus principium fuit alterius generis regenerati ab ipſo per aquam.* Quid? quod ſi arca fuit typus Eccleſiæ, neceſſe eſt vt Noe non tantum liberorum, ſed etiam ipſius arcæ fuerit caput, ſiquidem Pontifex Romanus eſt caput Eccleſiæ vniuerſæ, quemadmodum diſputas? Denique (vt videas quàm parum ſibi conſtet tua allegoria) nunc Eccleſiarum ſingularum antitypum conſtituis in filiis Noe, & eorum vxoribus, nunc in illis nidis quibus varia animalium genera concludebantur. Quid? Noe fuitne caput illorum animalium? negas: eſt enim perabſurdum. Concludam igitur ex hac tua allegoria Romanum Pontificem non eſſe caput Eccleſiarum. Enimuero, Turriane, cùm te iſtam Allegoriam tractantem video, gregáléſque tuos monachos, in illis arcæ nidis includentem, mihi in mentem venit eius quod aliquando Chryſoſtomus dicebat: *Eccleſiam eſſe arca Noe longè præſtantiorem: quandoquidem hîc immunda animalia ſemper eadem remanſerunt: at in Eccleſia, immundi homines mundi redduntur per Euangelij prædicationem.* Itaq; te tuóſq; Ieſuitas adhortor (quos ego inter immunda animalia recenſeo) vt abiectis errorum ſuperſtitionúmque ſordibus, atque percepta Euangelij puritate, ex immundis, munda tandem animalia euadatis. Hæc ſit igitur refutatio huius Allegoriæ a Turriano propoſitæ: cui ego veram & perſpicuam hanc Allegoriam oppono.

In Eſa. in proœm.

Quemadmodum diluuij tempore, cùm aquæ vniuerſam terram inundantes ipſa etiam ſumma montium cacumina ſuperarent, Noe cum tota familia in arcæ latebris delituit, donec nouo ſalutis exorto die, rurſus in lucem prodiit: ita Pontificiis erroribus longè latéque per vniuerſum terrarum orbem diffuſis cùm Romani Pontifices ſummos Imperatores, ad pedis oſculum adactos, tanquam ſumma montium cacumina, horrenda quadam inundatione obruerent: tum Eccleſia Dei velut in arca Noe concluſa, in tenebris delituit, donec tandem hiſce nouiſſimis temporibus exorto prædicationis Euangelicæ fulgore, è ſqualore & tenebris emerſit, & aliquot pij ac verè Chriſtiani principes, iam non oppreſſi Pontificiis erroribus, ſublato capite, lucem Euangelij clariſſimam conſpexerunt. quos dum eo nomine flagellas Turriane, non iam in homines, ſed in ipſum Deum lucis authorem ſuum illud maledicentiæ virus euomis, totum orbem, ſi poſſit, nouo ſuperſti-

Cõtradictio.

Pag. 330.
331, 162.

tionum

RESPONSIO AD OBIECTIONES

Turriani ad superiorem [illegible] Disputationem.

I. C[illegible]

Pag. 16.

Pag. 17.

Rom. 12.

Responsio Sadeelis.

SADEELIS. Dixi, Turriane, [illegible] Hic verò tergiuersari [illegible] Ecclesiam comparata Nos comparasse [illegible] ac non potius de vera huius loci expositione disputemus, quem tu, sicut & locos superiores deprauasti dum eos detorques ad primatum tui Pontificis asserendum. Quare [illegible] hoc fundamentum [illegible] [illegible] Atque vt ad Augustinum veniamus [illegible] noluit hunc locum Petri Donatistis obiicere, [illegible] cum probarent Ecclesiam per vniuersum terrarum orbem diffusam esse, quamuis id clarissimè locis in Scripturis [illegible] quanto minus Turriane, [illegible] debuisti [illegible] tui Pontificis principatum asserere, qui apertissimis Scripturae testimoniis refutatur. Verùm, sic Augustinum voluisse [illegible] Theologicè disputare cum Donatistis, quid te iuuabit Augustinus? qui [illegible] colligit Ecclesiam esse [illegible] diffusam, non [illegible] Africa [illegible] ex loco illo [illegible] ita argumentari: [illegible] Pontifex est caput Ecclesiae vniuersae. Sic vos [illegible] concludere soletis? Sed videbis Antonius [illegible] Age, [illegible] istud connexum, cuius vim

De Vnit. Eccles.

Antonius tantopere reformidat. [illegible] *Si arca fuit figura Ecclesiæ visibilis: ergo Noe fuit figura Episcopi Romani*. Rationem [illegible] *figuram fuisse Ecclesiæ* [illegible] *figuris* [illegible]. Quasi verò figuræ erant in in arca essent [illegible] exponenda, sequeretur Noe ita exponendum allegoricè vt tu somnias. Iam tibi obicceram Iusti- [illegible] *principalis*, [illegible] Obscurum [illegible] Theologum [illegible] Theologiam [illegible] *fuerit, vel sit ipse Christus*? [illegible] Iustinum Martyrem [illegible] dum [illegible] illam philosophicam [illegible] At ego Iustini allegoriam [illegible] In te [illegible] Pontificem [illegible] *Si arca fuit Ecclesiæ figura* [illegible] *Noe fuit figura Pe-* [illegible] *Ecclesiam Catholicam* [illegible] *Christus. Vnus enim Noe fuit in arca, non duo; quorum alter fuerit principalior, alter propinquior, vt tu* [illegible] *distinguis: & quemadmodum* [illegible] *Ecclesia Catholica* [illegible] *Christus* [illegible] *ex Allegoria Iustini Martyris* [illegible] Itaque paucis [illegible] Primus error, quòd ex loco Petri [illegible] *arca* [illegible] Petrus loquitur de [illegible] qui serua- [illegible] *(inquit)* [illegible] *seruatæ sunt per aquam* [illegible] &c. Atqui in Ecclesia visibili non [illegible] seruantur. [illegible] intelligi potest locum Petri ad [illegible] Ecclesiam pertinere: quòd etiam ex eo manifestum est quòd Petrus ([illegible]) [illegible] visibili & exte- [illegible] Baptismum [illegible] sed spiritualem eius effica- [illegible] inquit, [illegible] vt [illegible] interpretes. Secundus error quòd [illegible] *fuerit Ecclesiæ figura, quæ in arca erant allegoricè* [illegible] Nam Allegoriæ in scriptura propositæ non debent ipsius scripturæ [illegible] per commentitias interpretationes. [illegible] producitur Augustinus, qui [illegible] Episcopum [illegible] reprehendit [illegible] *quid hærc-* [illegible] *interpretatur: quis erit finis?* inquit Augustinus. Tertius error, quòd *si* [illegible] *quæ in arca* [illegible] *allegoricè* [illegible] *collegi posse* [illegible] Nihil enim in arca Noe reperio quod ad [illegible] Pontificem referri possit: nisi fortè Pontificem & Monachos [illegible] assentatores cum brutis animantibus [illegible] velis comparare. Sed tu hoc non vides, quia videre non vis, quippe cæco- rum numero qui oculos habent, & non vident. Ac de præclaro quidam

Ibid.

illo

[illegible] connexo [illegible] quia verba Augustini quibus Donatistas perstringebat, [illegible] dem Augustini verba, quibus [illegible] in te [illegible] inquit, si possumus non in sermonibus [illegible] [illegible] in ipsis [illegible] Canonicis [illegible]

TVRRIANVS. [illegible] Ibid.

[illegible] II.

[illegible] Tit.3. Rom.6. Pag.12.

SADEEL. Lepidum certè disputandi genus. Quid [illegible] Turriane? Quanta [illegible] [illegible] Ecclesiæ [illegible] & [illegible] Quorsum igitur [illegible] Petrus [illegible] Ecclesiæ Catholicæ. Nam in hoc cardine [illegible] disputatio versatur. Tu verò [illegible] concludis: Petrus [illegible] in Actis Apostolicis [illegible] Romani Pontificis primatum [illegible]. Quæ verò dicis [illegible] superiore [illegible] locum Cypriani & Basilij respondebimus in superiore [illegible] responsione [illegible] de illo Actorum loco disputauimus [illegible] Pontificis primatu [illegible] Loc.2. Sect.4. Loc.3 Sect.8.16.17. [illegible] Euangelium annunciarent. Quare [illegible] agamus, [illegible] pagina [illegible] repetitionibus implemus, non ea repetemus quæ [illegible] dicta sunt.

TVRRIANVS. [illegible] III. Pag.20.

Pag. 22. *in Ecclesia comparari non arca. Et qui dicis Baptismum in Ecclesia, is Baptis-*
mum ab Ecclesia non seiungit, ut Ecclesiam a Baptismo. Significatur per aquam
[illegible] *per Baptismum aquæ, sine*
Baptismo aquæ in Ecclesia [illegible] *Ecclesia* [illegible]
[illegible]
[illegible] *Baptismum ab Ecclesia non seiungeres* [illegible]
[illegible] Nam enim loquitur: *Sine Baptismo ab Ecclesia* [illegible]
Ecclesiam [illegible] *seiungit* [illegible] *de Ecclesia* [illegible]
Baptismo [illegible] in salutem suæ baptismatis, si præscriptis
[illegible] non Ecclesiam, sed Baptismum
[illegible] Ecclesiam [illegible], sed Baptis-
[illegible] arcam [illegible]
[illegible] comparari, [illegible]
à Petro tanquam exemplar quod ipsi arcæ respondeat. At, inquis, *Bap-*
II. *tismus est in Ecclesia.* Quis negat? sed obsecro te, quodnam est, hoc con-
cludendi genus? *Baptismus est in Ecclesia: ergo quod Petrus de Baptismo di-*
Tit. 3. [illegible] *regenerationis*
Rom. 6. [illegible] *Christo* [illegible]
1. Cor. 12. [illegible] Ecclesiæ [illegible]
[illegible] non prop-
terea [illegible] Ecclesiæ. Falsum
igitur [illegible] *Baptismum est in Ecclesia, colligis Petrum Eccle-*
[illegible] Quin etiam velim mecum expendas
[illegible] conuenire. *Baptis-*
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] quod vi-
[illegible] Ecclesia, hoc est, fidelium congre-
gatio [illegible]. Quare si non incom-
modè [illegible] *Ecclesia* hinc perspici
[illegible] Baptismo [illegible]
[illegible]
[illegible] esse quæ di-
[illegible] Quomodo verò etiam
[illegible] potuisse. Sicut in Noe
[illegible] *Ecclesiæ* [illegible]
[illegible] repræsentabat.
[illegible]
[illegible] Ecclesiam significabat [illegible]
Ecclesia [illegible]
[illegible] Ecclesiam [illegible]
Ecclesia Catholica [illegible] Catholici continentur [illegible]
[illegible]
allegorica tua subtilitas. Venio ad id quod dicis *Baptismum* [illegible]
III. [illegible] in Theologia,

tum

cum etiam in philosophia. In Theologia quidem, quia *Theologi non dicunt Baptismum esse cum Ecclesia, sed in Ecclesia.* In philosophia verò quandoquidem philosophi nihil tale tradiderunt de [illegible] an. Vide philosophum in prima philosophia lib. 5. & 7. Quomodo ergo Baptismus cum Ecclesia, & Ecclesia cum Baptismo, [illegible] significent, hoc est, vnius cum altero coniunctionem: non tamen idem (vt tu sentis) quia Baptismus aliud est quàm Ecclesia: [illegible] tradictis, quum ais *Ecclesiam salutem fuisse per Baptismum* [illegible] *per Baptismum, & cum Baptismo*, non idem significant. Denique videris [illegible] *Ecclesiæ intelligere Ecclesiasticum Ministerium*, quod tu cum arca Noe comparas. Si ita est, debuisti cogitare, ministerium Ecclesiæ non esse Catholicam Ecclesiam. Vtut est, moneo, Turriane, vt posthac in disputando gradum figas (vt olim locutus est Tertullianus) nec ita titubans dicas, *Ecclesiam in Baptismo, cum Baptismo, per Baptismum*: [illegible] & rursus *Ecclesiam seruare & seruari*: Ecclesiæ nomen in eodem sensu vtrobique vsurpato. Sed iam reliqua audire pergamus.

IIII. Pag. 21. **TVRRIANI.** *[illegible] imperitè Græca [illegible] quia [illegible] legendum est, [illegible] in vetustissimis exemplaribus, [illegible] id est [illegible] nempe [illegible] debuisti [illegible] dicere [illegible] quàm [illegible]*

SADEELI. Ego apud Petrum lego [illegible] in dandi casu ex codice Complutensi, quod tibi in Vaticana bibliotheca versanti nouum esse non potuit. Sed dum retines ὃ, & exponis καθ' ὅ, nempe [illegible] inquis, vt ad aquam referatur, nihil promoues: sed in nostram venis sententiam qui nobiscum statuas Baptismum fuisse antitypum aquæ [illegible] Sic enim exponis, *secundum quam, videlicet aquam,* [illegible] *nos facit Baptisma, &c.* Hæc autem Ellypsis est durissima, quam huc affers: nec minùs propriè dicitur [illegible] quàm [illegible] pro lectione Complutensi. Quamobrem [illegible] id quidem (vt Augustini verbis vtar) [illegible] *sincere veritate.*

V. Pag. 23. **TVRRIANI.** *Debuisti dicere non tantùm in visibili & externo Baptismo, sed in separato alter ab altero, vt non intelligatur necessarius visibilis & corporalis quod in cum hæreticis separatè videris.*

SADEELI. Age cum ipso Petro quem ego secutus sum, & qui particulam, *tantùm*, quam mihi suggeris, non apposuit. Sic enim ille: Nos, inquit, *Baptismus seruat: non quo carnis sordes abijciuntur, &c.* Absit autem ad salutem nostram externo signo alligatam esse [illegible] quod si [illegible] sanam, hoc certè cum hæreticis sentio. Sed quia [illegible] tantopere occupatum detinet hæc Noe Allegoria, expone nobis, si placet, quonam modo hæc conueniant in arca Noe: octo illas animas & omnia animalia tam munda, quàm immunda fuisse quidem seruata per aquam: at non omnes qui aqua Baptismi tinguntur fieri salutis participes: cum *munda & immunda animalia,* [illegible] *hominum qui sunt in Ecclesia,* [illegible] *pag.* [illegible]

VI. Pag. 24. **TVRRIANI.** *[illegible] de [illegible] Episcopis [illegible] Ecclesiam quæ habet Episc.* [illegible] *Baptismum* [illegible]

SADEEL. *Episcopi illi Episcopi* quorum sedem, consilium, & commercium Nazianzenus fugiebat, erant in illa Ecclesia, cuius arcam Noe figuram fuisse contendunt. [illegible] cur Nazianzenus *se Episcopos illos fugere, & simul arcam se Noe quaerere profitetur*? Quid enim [illegible] Nazianzenum appellans [illegible] cum illo agerent? Iam Ecclesiam visibilem despicis, Nazianzene, quam olim Petrus cum arca Noe comparauit? num aliter arcae figuram esse statuis? Arcam, ne erres, ipsa Ecclesia visibilis, est arca Noe mystice, & Episcopi illi quos refugis, in filiis Noe allegorice reperiuntur. Nimirum, Turriane, [illegible] locum expostulanti hoc vnum Nazianzenus repeteret: *Quaero arcam Noe vt grauem mortem effugiam*: quasi diceret: si corruptissima illa Ecclesia, si nequissimi isti Episcopi ad figuram arcae Noe pertinerent, non ab eis me subducerem. Etenim quaero, non fugio arcam Noe. Ego vero me illis non adiungo, sed confugio: quia non quaero, sed fugio grauem mortem: in qua video illos tanquam in profundo demersos esse. Tu porro quid contra pro tuis Episcopis obiiceres Nazianzeno, cum erit otium cogitabis.

VII. Pag. 26. TVRRIAN. *Archiepiscopi cum Episcopis comparantur tanquam fratres Maiores cum Minoribus, vt erant filij Noe maiores alius alio. Idem enim ordo est, licet non idem gradus dignitatis. Patriarchae in vno Patre Patrum Noe tanquam in figura concluduntur: sed imprimis Patriarcha Patriarcharum Petrus Euangelicus Noe, &c. Perinde facis vt si quis in pictura nihil pateretur* Pag. 27. *esse [illegible]*

SADEEL. Non absurde sane somnia illa tua, quae tibi cogitatione depingis, Turriane, cum picturis comparas *[illegible] opaca & abdita*, quae, tanquam [illegible] circumfusis, oculos fugiunt. Sed quia Theologi non pingendo, sed disserendo solent demonstratiue concludere, suadeo vt pictam hanc tabellam ab hac disputatione remoueas, eaque posthac in palatio tui Pontificis suspensa maneat, qua se ille oblectet, dum erit commodum. Quid enim magis ridiculum esse potest, quam *ex filiis Noe aliis alios aetate superantibus Archiepiscoporum & Episcoporum varios dignitatis gradus probare velle*? Porro cum Noe filij fuerint tres numero, miror cur *Maiores & Minores* tantum nomines, qui Minimos etiam addere debueris, vt Allegoria melius quadraret. Quam etiam apte dicatur, *[illegible] esse [illegible]*, explicabis cum voles: vt ita obscuram illam tuam & abditam picturam in lucem proferas. Nam ad Noachum quod attinet, *quem in vno Patriarcha & ipso summo Pontifice [illegible] Patriarcha Romano Pontifici [illegible]* [illegible] hoc tantum respondeo iniuriam te Noacho facere, quem [illegible] tollis, vt non eius sedem aliquam immundis animalibus [illegible], ab eis distinctam [illegible] tribuas: cum in arca varias mansiones fuisse non dubium. Denique videris gratiam à Franciscanis inire velle, qui Episcopos toties *fratres Minores* appellas.

VIII. Pag. 27. TVRRIAN. *[illegible] liberis fuisse progenitam? Videris non legisse in Ps. 44 de Apostolis: pro patribus tuis nati sunt tibi filij, [illegible] Quanto igitur erit absurdum id figurasse in filiis Noe secundum carnem progeniem [illegible]*

[illegible] ſpiritualem ſignificantium in Noah.

SADEEL. Quod Pſaltes dicit *[illegible] in lectum [illegible]* Pſal. 4. *[illegible] tur, & Apoſtolus de fidelibus [illegible]* ad rem præſentem [illegible] Allegoriam à quibuſdam [illegible] vſurpatam hanc ſuperiorem Allegoriam noua etiam Allegoria oneratis (quis enim præter Turrianum Allegoriam ex Allegoria [illegible]?) Hoc enim vrgeo, ne ex ipſis quidem Allegoriis [illegible] ſequi quod vis efficere de Cardinalibus [illegible] *ſuum Romanum Pontificem [illegible]*: cuius tu ergo typum in Noe, de qua diſputamus, [illegible] quandoquidem Noachum neque naturaliter neque ſpiritualiter à ſuis liberis progenitum fuiſſe vnquam acceperimus. Quoniam [illegible] exemplo quæ adhibes [illegible], dicendum eſſet Pontificem [illegible] ſpiritualiter generari, hoc eſt, non eligi, ſed deligi à ſuis Cardinalibus, quem ille naturaliter genuerat. Papæ! de ſuo Papa Turrianum Papiſtam tam indignè vel ſentire, vel ſcribere! Nempe ea eſt mendacii natura, vt ipſum magis tegere coneris, eo ſe magis proferat ac detegat, ab ipſa veritatis luce patefactum. Sed iam ad reliqua pergamus.

LOCVS VI. EZECH. XXXIIII.

Ecce ego iudicabo inter ouem & ouem, & inter arietem & arietem.

Sophiſma Turriani.

Epiſcopos vocat arietes, quoniam duces gregis, id eſt, duces quiſque gregis ſui, vt ſunt arietes duces ouium. Ergo conſequens neceſſarium eſt, ſecundum rationem ac naturam, illis non minus opus eſſe Paſtoribus, quam gregi, [illegible], id eſt, laicis, imo etiam magis, vt qui aliorum duces ſunt, ipſi errent, & alios in errorem mittant. Petrus autem & poſt eum Romanus Pontifex eius ſucceſſor, eſt paſtor arietum, id eſt, Epiſcopus Epiſcoporum. Pag. 50. 51. 52

Solutio ſuperioris Sophiſmatis.

NOn magnam fortaſſe gratiam à Pontificiis iniit Turrianus, qui toties è brutis animantibus petiit Eccleſiæ Romanæ confirmationem. Nos autem repetere cogimur quod iam antè monuimus, *ſimilitudines quas Dei Spiritus in ſacris literis vſurpat, nunquam eſſe in alienum ſenſum detorquendas*, vt enim aquæ dum alueo continentur, vtiles, dum autem extra ripas diffluunt, non tantum inutiles, ſed etiam ſæpenumero periculoſæ ſunt: ita etiam ſi ſacras ſimilitudines ex proprio loco deductas, in alienum ſenſum conuerteris, non obſeruata ipſarum ſimilitudinum ratione, neglecto fine, ſpretiſque locorum circumſtantiis, certè non iam eas ſimilitudines vocabo, ſed ſimilitudinum deprauationes. Argum. Turr. allegoricum. Atque vt ad hanc Ezechielis allegoriam accedamus, Propheta non ſolos Sacerdotes & Leuitas, ſed vniuerſum etiam populi corpus grauiſſima hac obiurgatione comprehendit. Itaque *paſtorum nomine* tam ſacerdotes quàm Magiſtratus intelligit, reliquos autem

Expoſitio loci ex eius circumſtantia & ſententia veterum.

ſignificat enim arietum & hircorum [illegible]. Quia verò non ſemel [illegible] [illegible] qui potentiores erant, opprime- bant alios [illegible] cornu ventilabant eos, vel [illegible] ſi Rhetorum [illegible] quicquid eſt, à Pro- [illegible]. Hæc eſt ſummaria huius loci [illegible] vel [illegible] Hieronymus & doctiſſimi quique [illegible] ſequimur).

Expoſitio Turriani refellitur.

At Turrianus [illegible] planè diſcedit ab Ezechiele, qui [illegible] Paſtorum [illegible] in Eſt [illegible] in Epiſcopos [illegible] (niſi forte [illegible] Epiſcoporum [illegible]) quid doqui- dem [illegible] gregis [illegible] paſcuntur: eſt au- tem Epiſcoporum [illegible] paſcere Eccleſiam Dei, [illegible] dictum eli- [illegible] paſſim in Scriptura Epiſcopi vel Presbyteri vocan- tur Paſtores, non [illegible] Turrianus [illegible] argumentando & diſputando) [illegible] & ipſos Pa- ſtores in arietes conuertere, quod certè monſtri ſimile videre poſſit. Verùm [illegible] hunc exponat. *Arietes*, inquit, *ſunt duces populi, & Epiſcopi duces quiſque gregis ſui. Vt igitur Arietes ha-* [illegible]. Satin' ſanus es, Turriane, qui ita ludas in re ſeria? ecquis enim Paſtor tam ignarus vnquam ac rudis fuit rei paſtoritiæ, vt curam ouium arietibus commiſerit? Sed, ne teram tempus: cùm ita ratiocinaris *oportere eſſe aliquem, qui iudicet inter arietes, & ſimul profiteri Romanum Pontificem*: refellat te Dominus ipſe apud Prophetam his verbis: *Iudicabo*, inquit, *inter* [illegible] *&* [illegible] *& hircos*. Ergo Deus ipſe ſibi partes iudicandi depoſcit. Tu verò bonus ſcilicet interpres Ezechielis ſic exponis, [illegible], *id eſt, iudicabit Pontifex Romanus*: atque ita tuo more grauiter peccas in falſo conſequenti: & quod eſt longè grauius, tenebras (quantum in te eſt) offundis clariſſimo vaticinio de

Elench. Turriani.

Chriſto: ad quem locum hunc Ezechielis pij omnes doctores cùm veteres tum recentiores retulerunt. Vt igitur melius intelligas quiſnam

Solus Chriſtus Epiſcopus Epiſcoporum.
1.Pet.5.
Heb.13.
Lib.1.epiſt.

ſit ſummus Epiſcoporum Epiſcopus, audi quid dicat Petrus Epiſcopis vel Presbyteris [illegible], inquit, *apparuerit ille Paſtorum princeps, id eſt, Chriſtus,* [illegible] *gloriæ coronam*. Audi quemadmodum loquatur Apoſtolus ad Hebræos, dum [illegible] *Paſtorem Dominum noſtrum Ieſum* [illegible]. Audi denique quid affirmet Cyprianus, vbi docet, *ſingulis Paſtoribus portionem gregis aſcriptam eſſe*, [illegible] *Domino redditurus*. Quæ omnia ſunt [illegible], ſaltem nouitatis ipſa Pontificum decreta [illegible], quibus [illegible] *Pontifex vniuerſalis Epiſcopus*. Cæterùm quid tibi vis dum addis etiam *Pontificem iudicare inter hircos, id eſt, ipſos Reges & Magiſtratus*? Nùm etiam [illegible] Pontificem de ciuilibus omnibus cauſis & cognoſcant & iudicent? Tandem igitur animaduerte quàm ſit inepta tua argumentatio ex loco Ezechielis. At [illegible] authore loqui videaris, citas Clementi libro de conſtitu. Apost. Hic non disputo vel de nomine Clementis, vel de authoritate & fide eorum librorum, quorum fragmentis tuus iste liber, penitus de refertus est, vt si libros illos describendos tibi sumpsisses. Sed quicunque tandem fit illorum librorum author, non rectè citat hunc locum Ezechielis hoc modo: *Iudicabo inter arietes & arietes:* cum ita legendum sit ex Hebræo contextu: *Iudicabo inter arietes & hircos:* quod postea Hieronymum citatis agnoscis. Atque ita friget totum illud argumentum parabolicum. Quinetiam tuus Clemens, licet magnus Pontificij principatus assertor, nihil tamen tale profert quale tu somnias: sed hoc tantum: *Dominum fore iudicem non Episcoporum modò, sed etiam laicorum.* Quæ sententia vera quidem est, sed non satis apertè ex illis Prophetæ verbis elicitur. Miror autem cur non potius Augustinum citaueris, qui librum integrum de Pastoribus composuit in hoc 34. caput Ezechielis: vbi etiam multa de Petro commemorat: adeò vt coniiciam te lapsu quodam Augustinum prætermisisse. Quare, vt tibi gratificer, subijciam quod oblitus es in tuo libro inserere. *An fortè,* inquit Augustinus, *quia modò non videtur in corpore Petrus (iam enim assumptus est in requiem Apostolorum & martyrum) non est qui dicat secretius Domino ostium: Pastor aperit?* Ita quærit Augustinus: cui Turrianus continuò responderet Petrum adhuc viuere, & esse visibilem in Romano Pontifice. Sed longè aliter Augustinus hanc quæstionem soluit. Sic enim aliquanto post: *Quæ sunt oues meæ, vocem meam audiunt,* inquit Christus. *Hic intellige omnes Pastores bonos in vno Pastore: non enim verè Pastores boni desunt, sed in vno sunt. Multi sunt qui diuisi sunt: hic vnus prædicatur, quia vnitas commendatur.* Item, *omnes boni Pastores in vno sunt, vnum sunt: illi pascunt, Christus pascit. Nam amici sponsi non vocem suam dicunt amici sponsi, sed gaudio gaudent propter vocem sponsi: ergo ipse pascit, cùm ipsi pascunt, & dicit: Ego pasco, quia in illis vox ipsius, in illis charitas ipsius. Nam & ipsum Petrum, cui commendabat oues suas, quasi alter alteri, vnum secum facere volebat, vt sic ei oues commendaret, vt esset ille (nempe Christus) caput, ille (nempe Petrus) figuram corporis portaret, id est, Ecclesiæ, tanquam sponsus & sponsa essent duo in carne vna.* Item: *etiam cum ipse Petrus erat, & cum adhuc ipsi Apostoli erant in hac carne, & in hac vita, tunc dixit ille ouile, in quo vult omnes vnum: habeo alias oues quæ non sunt de hoc ouili, oportet me & eas adducere, vt sit vnus grex, & vnus Pastor. Sint ergo omnes in pastore vno, & dicant vocem Pastoris vnam, quam audiant oues, & sequantur Pastorem suum, non illum aut illum, sed vnum, & omnes in illo vnam vocem dicant, diuersas voces non habeant.* Hæc Augustinus: quibus vnum Christum Ecclesiæ catholicæ pastorem agnoscit, non quendam vnum Episcopum inter alios qui ipsum Christum *repræsentet* (quod vult Turrianus) sed in quo omnes Ecclesiæ Pastores, vnum sint. Quòd si quæras vbinam vox Christi Ecclesiæ catholicæ Pastoris audiatur, ita respondet Augustinus: *pascam eas,* inquit, *super montes Israëlis. Constituit montes Israel auctores Scripturarum diuinarum: ibi pascite, vt securè pascatis. Quicquid inde audieritis, hoc vobis bene sapiat: quicquid extra est, respuite, ne erretis in nebula. Audite vocem Pastoris: colligite vos ad montes Scripturæ sanctæ: ibi sunt deliciæ cordis vestri: ibi nihil venenosum, nihil alienum, vberrima pascua sunt: vos tantùm sani venite, sani pascimini, & cætera.*

Turrian. refellitur ab August.

Ibid.

& cætera plusquàm aurea, quibus fidelis ille pastor suum gregem adhortabatur ad audiendam Christi summi Pastoris vocem, in sacris literis resonantem. I nunc, Turriane, cum tuis Clementinis constitutionibus, atque interim dum te abdis in tenebricosos bibliothecarum recessus, ut illis obscuris & rancidis fragmentis famem, si possis, expleas: nos in Scripturarum montibus editis, conspicuis, & ante oculos omnium positis versabimur, & eorum purissimis ac suauissimis alimentis refecti, in pascuis illis uberrimis acquiescemus.

Contradictio Prima. Iam ex hoc Ezechielis loco, quem Turrianus Pontifici & Episcopis accommodauit, ita nos argumentemur, non ex Allegoriis longè petitis, sed ex ipsius Prophetæ planis & expressis verbis. *Dominus grauissimam sententiam tulit in Pastores Israeliticos, eo quòd seipsos non gregem pauissent: pingue comedissent: quod crassum erat, mactassent: debiles oues non confortassent: ægrotas non sanassent: confractas non obligassent: perditas non quæsiissent: quin in duritie & sæuitia dominati essent eis. Hæc autem omnia rectè quadrant in Pontificem & eius Episcopos, adeo ut, Turriane, quamuis nihil tale cogitans, rectè tamen hunc locum ipsis accommodaueris. Nam non gregem sed seipsos pascunt: pingue comedunt: quod crassum est, mactant: debiles oues non confortant: ægrotas non sanant: confractas non obligant: perditas non quærunt: quin potius in duritie & sæuitia eis dominantur. Quare Deus qui semper sui similis est, iudicabit inter falsos istos Pastores, & afflictam ac vexatam eorum Ecclesiam.*

Secunda. Item: *Dominus denuntiat apud Ezechielem fore, ut grex suus, id est Ecclesia, recolligatur & instauretur, exauthoratis & reiectis falsis illis Pastoribus. Sic enim ille: faciam eos cessare,* inquit, *ne ultrà pascant oues: neque Pastores pascant ultrà seipsos: sed eripiam oues meas ex ore eorum, neque erunt eis in cibum. Ergo nihil mirum si Pontificiis Episcopis reiectis, alios Dominus excitarit ad Ecclesiam instaurandam: itaque iam non possit Turrianus Episcoporum suorum successionem nobis obiicere.*

Tertia. **Act.20.** Item: *prædixit Paulus lupos graues ex ipsis Episcopis exorituros, & in gregem Christi ingressuros qui ipsi gregi non parcerent. Itaque si Dominus iudicabit inter oues & oues, inter oues & Pastores, quanto magis inter oues & lupos?* Postremò (ne Turriani interpretationem omnino repudiare videamur) *si in illo loco Ezechielis arietes significant Episcopos tanquam duces ouium, quemadmodum post Clementem authorem suum censet Turrianus: Dominus autem dicit se iudicaturum inter arietes, id est, Episcopos, nec ullum superiorem præter se illis assignat: consequitur nihil loci Archiepiscopis, neque Patriarchis, nec ipsi Romano Pontifici relictum esse.*

RESPONSIO ET OBIECTIONES
Turriani ad superiorem Antonij Sadeelis Disputationem.

I. **Pag.19.** *Sic interrogaueram: dicit Confessionista, quem pastorem habent Arietes uestri, id est, Ministri, uel Superintendentes? Cur formam hanc interrogationem dissimulasti? Sic enim concludebam eos extra Ecclesiam esse. Pastorem unum, inquit Christus, Petrum: hoc est, quascunque oues.*

Responsio

Responſio Sadeelis.

Sic reſpondent veri, veræ Eccleſiæ ex Euangelica veritate reformatæ, Paſtores, ac Miniſtri ad tuam illam interrogationem: *Nos vnicum Paſtorum omnium Principem ac Dominum agnoſcimus Ieſum Chriſtum* ita docente Petro: tantum abeſt, vt voluerit hoc nomen ad ſe transferre: quod tamen non dubitas facere non ipſius Petri, ſed tui Pontificis cauſa. Atque hanc reſponſionem, Turriane, ſatis facilè poteras ex meo ſcripto colligere, ne putares id me diſſimulare voluiſſe, quod pro me ſemper tuli atque etiam fero. Quare hæc tua querela leuiuſcula viſa eſt. Longè grauius eſſet, quod ſubiicis (ſi quidem verum diceres) *eos eſſe extra Eccleſiam qui Romanum Pontificem non agnoſcunt Epiſcopum omnium eſſe Principem.* Sic quidem tibi videris concludere, eorum more qui ſomniant. At nobis nunquam id concludere viſus es inani illa tua ac futili loquacitate: quam quia ego totidem verbis non repræſento, mihi ſuccenſes. Atenim profiteor me nullum (quod ſciam) ex tuis argumentis ad hanc noſtram diſputationem pertinentibus diſſimulaſſe vel prætermiſiſſe. Cæterùm de loco Ioan. 21. diſſeruimus in ſuperiori noſtra diſputatione, in loco 3. vt hîc repetere non ſit opus. 1.Pet.5.

TVRRIAN. *Quis ignorat Sacerdotes Paſtores legis Moſaicæ, figuram fuiſſe ſacerdotum Paſtorum legis Euangelicæ? ergo quæ dicuntur apud Ezech. ad noſtros etiam ſacerdotes pertinent.* 1. *Corinth.* 10. *Hæc in figura facta ſunt noſtri &c. Cur igitur cum noſtris Paſtoribus non communicetur nomen* [illegible] *victum, quo à Propheta veteres Paſtores vocantur, &c. Mirabile ſanè videri poſſit te tam ſtupidum eſſe, vt arietes irrationales & non potius rationales intellexeris. Nomine autem arietum & hircorum eos intelligi, qui omnibus præerant, ea quæ ſequuntur declarant, Nonne ſatis vobis erat paſcua bona depaſci: inſuper & reliquias paſcuarum veſtrarum conculcaſtis pedibus veſtris, & oues meæ iis paſcebantur, &c.* II. Pag.30. & 31.

SADEEL. *Sacerdotes legis Moſaicæ figuram fuiſſe Paſtorum Eccleſiæ Chriſtianæ* falſum eſt: ſiquidem Apoſtolo credimus, qui in Epiſtola ad Hebræos perſpicuè docet, *veteres Sacerdotes, cæteraque omnia quæ ad ceremonias pertinebant, figuram Chriſti fuiſſe:* atque hoc argumentum copioſè tractat. Tu verò libenter *Moſaico Pontifici Rom. Pontificem ſubſtitueres* Chriſto ipſo deturbato. Nec ſatis commodè Paulũ de veteribus ſacramentis & figuris diſſerentem, cũ hoc loco Ezechielis confundis. Quare tuum iſtum errorem ita corrigito, vt dicas: quandoquidem veteris Teſtamenti ſubſtantia & fructus nobis in Chriſto remanſit, & *quæ ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt* (inquit Paulus) iddirco reprehẽſiones Propheticas noſtris temporibus pro circũſtantiarũ ratione poſſe accommodari. Itaq; nõ obſto, quin grauiſſima illa Ezechielis obiurgatio ſtringatur, in ſomnolentos Paſtores, vt ita ad præſtandũ officium excitentur. Quia verò ſummè contendis, vt à nobis obtineas locum Ezechielis in tuos Epiſcopos quadrare, age, hoc à nobis auferto: ſed ea lege, vt Paſtores illi Iſraelitici hoc vno Pontificios Epiſcopos ſuperent, quòd ex præſcripto legis haberent vocationem, quippe ab Aarone oriundi: tui verò Epiſcopi ſeſe ingerant & intrudant in dignitates Eccleſiaſticas, Heb.5.7.8.9. Rom.15.

ſpreto ac violato illo ordine quem Apoſtoli præſcripſerunt. Ex quo fit,
vt ad ſuperiorem obiurgationem poſſis etiam ſi velis hanc reprehenſi-
onem, quæ alibi extat, adiungere: *Currebant illi, & ego non* [illegible] *in-* Ierem. 23.
quit Dominus. Porrò non ſum adeò ſtupidus, vt (quod mihi obiicis) locũ
Ezechielis de brutis animantibus intelligam: nec ſatis poſſum conii-
cere, vnde nata tibi iſta ſuſpicio iniecta ſit, niſi fortè quod tibi aſſenſus
ſim verba Ezechielis tuis Epiſcopis accommodanti. Denique accedis
ad interpretationem verborum Ezechielis: & quæſtioni à me propo-
ſitæ nodum tangis ſed non diſſoluis, videlicet: *An Propheta nomine arie-*
tum & hircorum præfectos populi ſignificet: hoc autem vt probes, affers quæ
ſequuntur apud Prophetam de iis qui alios vexabant. Quaſi verò ne-
ceſſe ſit quotquot populum opprimunt, eſſe ipſius populi præfectos,
ac non nimis experientia comprobet, in ipſo etiam populi corpore,
potentiores iniuriam inferre tenuioribus. Ac ne poſthac tempus teras
in mea interpretatione reprehendenda: audi quid Propheta ſubiiciat.
[illegible] inquit, *conculcatis pedibus veſtris depaſcebatis, & conturbatis pedi-*
bus veſtris [illegible] *propterea ſic dicit Dominus*: *Ecce ego iudicabo inter pecus* Ezec. 34.
pingue, & pecus macilentum. Et paulò antè: *pinguem & fortem ouem diſper-*
dam (ſic enim ex Hebræo legendum eſt, licet LXX. aliter legerint vni-
us literæ figura decepti) ex quibus intelligitur ditiores Iſraelitas & po-
tentiores (vt fere fit) in aliorum facultates inuadere ſolitos, ac prop-
terea reprehenſos fuiſſe. hos ego dixeram cum arietibus & hircis à
Propheta comparari: quemadmodum ex his Prophetæ verbis perſpi-
cuum eſt. *Eò quòd*, inquit, *latere & humero impellitis & cornibus veſtris* [illegible]
[illegible] *infirma*, *donec ea extruderetis*. hæc ille. Vnde ipſe perſpi-
cere potes me (poſt Hebræos doctores) conuenienter arietes & hir-
cos de ditioribus & potentioribus intellexiſſe, quos tu dicis Epiſcopo-
rum tuorum (fortè quia ſint competitores) figuram fuiſſe.

III. Pag. 33. Pag. 34. TVRRIAN. *Obiicis arietes non paſcere: ſed monent Græci interpretes, in*
[illegible] *fingis etiam me committere* [illegible]
[illegible] *quæ ſcripſit Homerus de Circe & ſociis Vliſſis*
[illegible] *Apuleius de Aſino. Debebas reddere rationem cur laici habeant ſuos paſtores*
[illegible] *paſtores verò quos ſuperintendentes vocatis, non habeant.*

SADEEL. Vtinam illos audias qui toties [illegible] & minu-
ta quæque ſcruteris, tanquam paleas colligens, quibus [illegible] illam
Pontificiam extruas. At (vt tibi in fabellis verſanti Homerum, Vlyſſem,
Apuleium, atq; etiam eius Aſinũ relinquam) id ego tibi obiicere volui
quod verum eſt: nempe iis qui Scripturam allegoricè tractant (quanto
minus autem id fieri debeat, expoſuimus) dandam eſſe operam vt omnia
ſint analoga: ne riſum potius captare quàm docere velle videantur.
Atque vt id intelligas cùm Ezechiel grauiſſimè reprehendat *non paſto-*
res tantùm, ſed etiam arietes & hircos, [illegible]
[illegible] *Dominus denuntiet ſe non ſolùm in Paſtores animaduerſurum, verum etiam*
[illegible] *inter pecus & pecus* (vt loquitur Propheta) ecquid dubium
eſſe poteſt, Paſtorum nomine, præfectos intelligi? [illegible]
[illegible] reliquum gregem cornibus extrudentes, nos ſignificare qui dum in
grege ipſo, hoc eſt, in medio populo viribus & potentia præcellunt,

aliis

alijs faciant iniuriam? Quod ſi tu negas, [illegible] Epiſcopi nobis [illegible] arietibus & hircis repreſentari, explica igitur nobis, tui allegoria, quonam in hac tua Allegoria intelligas paſtorum nomine. Paſtores enim eſſe arietibus & hircis ſuperiores, fortè non dubitas. Quare porro Allegoria oporteret, quamplurimos vno eodemq́; tempore eſſe Pontifices, qui arietibus & hircis, hoc eſt, Epiſcopis imperarent. Ipſi [illegible] [illegible] rationem quam ego reddere debui (vt aiunt) [illegible] paſtores ac duces: noſtri autem paſtoribus non ſunt [illegible]. Egregiam verò quæſtionem & philoſopho dignam. Imò quatenus Paſtores & duces ab alio paſcerentur & ducerentur, non iam paſtores nec duces habendi eſſent. Verumenimuero, Turriane, à te viciſſim peto, vt rationem reddas quamobrem Ezechiel, in cuius prophetia nunc verſamur, meminerit quidē paſtorum tanquam præfectorum populi, nullum tamen præter Deum proponat paſtoribus ipſis ſuperiorem? Quod autem ad paſtores noſtros attinet non ſunt ſine duce, quippe cum Chriſtum ex ore Petri Paſtorum omnium principem agnoſcant. 1.Pet.5.

TVRRIANVS. [illegible] iudicabo, inquit Dominus, id eſt, iudicabit Pontifex Rom. [illegible] Pontifex Romanus, [illegible] Dabo tibi claues regni cælorum, &c. IIII. Pag.34. Pag.35.

SADEEL. Imò nunc etiam dicis, qui affirmare audes Dominum iudicare, quando iudicat Rom. Pontifex (abſit verbo blaſphemia) & quamuis non totidem verbis tu exponas locum Ezechielis, nemo tamen non videt eò pertinere tuum argumentum, [illegible] Romanum Epiſcopum eſſe Epiſcoporum omnium principem ex hac Ezechielis prophetia, [illegible] verbis, iudicabo inter arietem & arietem (ſic enim poſt vnum Clementem perperam legis repudiata etiam veteri interpretatione) [illegible] nomine Epiſcopos intelligis, de quibus Romanus Pontifex [illegible] [illegible] clauibus [illegible] Petro [illegible] omnibus [illegible] Apoſtolis à Chriſto [illegible] ſuperiori [illegible]

TVRRIANVS. [illegible] Chriſtus [illegible] Pag.35. [illegible] Eccleſiæ [illegible] caput [illegible] [illegible] [illegible] Pontifex [illegible] Apoſtolus & Pontifex [illegible] Heb. 3. [illegible]

SADEEL. [illegible] Chriſto [illegible]. Ego [illegible] verbo Dei [illegible] Pontificem [illegible] Chriſti vnici Eccleſiæ capitis & paſtorum omnium principis hoc nomine, atque [illegible] qui quod Chriſti proprium eſt, id tuo Papæ tribuere non dubitas [illegible]. Eſaias ſic aliquem loquentem introduxit: Super aſtra Dei exaltabo ſolium meum, [illegible] ſuper altitudinem nubium & ſimilis ero altiſſimo. Verùm tu au- Eſa.14.

dis quid dicas, caput analogum esse *Eccleſiæ corpori ſimilem, quod virtutem Chri-ſti capitis participet.* Itáne cenſes? Verùm vbinam expiſcatus es iſtam analogiam, *ex qua caput corporis debeat* [illegible] *ſuam haurire ex alio capite?* Imò potiùs hoc poſtulat analogia tum corporis, tum capitis, vt corpus vitam accipiat à capite, caput autem vim infundat corpori, hoc eſt, reliquis membris, quemadmodum docet Paulus Epheſ. 4. qui *vnius* tantùm capitis, hoc eſt Chriſti facit mentionem: *ex quo,* inquit, *totum corpus congruè* [illegible] *capit,* &c. de quo ſuprà egimus, loco quæ te errantem ac longè à [illegible] *philoſophica* vagantem, ipſius tui Theologiæ tum philoſophiæ legibus ac frenis coercuimus. Quid enim obſecro ſtultius & ineptius dici poteſt, quàm *corpori* [illegible] *ſecundum analogiam conſtitutum præter vnum illud caput, ex quo vita in reliquum corpus infunditur,* [illegible] *affingere?* dic, Turriane, quid ſit analogiæ [illegible] corporis analogia, vnius corporis vnum caput, non duo capita eſſe oportere. Iam quod addis, *corpori Eccleſiæ opus eſſe capite ſui ſimili, id eſt, humana infirmitate circumdato atque in uno Pontifice* [illegible] non inuides tantum, ſed etiam detrahis Chriſto ſuam gloriam, & tuum Pontificem parem facis Chriſto, de quo ſic Apoſtolus, *Non habemus,* inquit, *Pontificem qui non poſſit affici ſenſu infirmitatum noſtrarum, ſed tentatum in omnibus ſimili modo, abſque peccato.* hæc Apoſtolus: (quæ quantum in ipſo eſt, deleueris tuis ſordibus & blaſphemiis inquinas Turriane,) ſed enim, mi homo, Rhetoricem etiam meam vbi nihil opus eſt, profundis, quum ſic tibi videris nos vrgere? *analogiæ,* inquis, [illegible] *ſimul;* nimirum Pontificem cum radio, & [illegible] comparans, quæ quidem tua ſimilitudo miror quomodo tibi [illegible] [illegible] guttula aliqua veritatis aſperſerit. Audi enim illam ſimilitudinem, vt ita ſaltem Turrianus Turrianum doceat. Quemadmodum ſinguli radij ab vno, eodemque ſole emanantes lucem ſpargunt: ſinguli riui ab vno eodemque fonte promanantes, agros irrigant: ita ſinguli paſtores ab vno eodemque Chriſto, tanquam ſole clariſſimo, lucem veritatis in ipſius verbo propoſitam accipiunt, qua totam Eccleſiam illuſtrent: ab vno, inquam, eodémque Chriſto, tanquam fonte puriſſimo, doctrinam hauriunt, qua totam Eccleſiam imbuant. Quocirca, Turriane, quum *Pontificem* [illegible] *caput, Eccleſiæ ſi-*[illegible] ſimilitudinem facis, [illegible] poſſe [illegible] [illegible] lippientibus [illegible] oculis, nobis videre videamur: ſed tu tibi commentitium illum *ſolem ſecundarium* fingito. Nos enim vno eodémque vero ſole contenti ſumus. Quid autem ſi Pontificem illum tuum in te recoquamus? Nequè enim quum hoc eſt amentiæ aut blaſphemiæ potiùs, Pontificem Rom. Chriſti gloriæ opponere? [illegible] tenebris obſcurare ſolem clariſſimum, & [illegible] ac [illegible] pleni fonte [illegible] ſupra [illegible] Nam [illegible] ſed reprimo me, ne in campum illum latiſſimum ingrediar de Chriſto & Pontifice in aduerſum, vt loquitur Paulus, [illegible] in quid cogitabat o-[illegible] *Rege* [illegible] *oppo-*[illegible] Ecce igitur [illegible] quæ dixiſti omnia, & *communicata Christi virtute [illegible]* excepto [illegible] *Pontificem participare virtutem Christi*: atque ita [illegible] obiectioni, quam tamen ceu columnam firmiſsimam Pontificij Romani ſuffulciebas: nempe *virtutis propriæ, & communicatæ*. Nam ſi aliena eſt: non eſt igitur communicata. Qua de re tu videris. Quod autem ais, *Christum dici Apoſtolum & Pontificem confeſsionis noſtræ,* [illegible] *Apoſtolos eſſe Eccleſiæ datos: atque inde efficias* [illegible] planè abſurdum eſt. *Apoſtolus enim* [illegible] nominauit *Chriſtum paſtorum Principem* [illegible] tuum Pontificem paſtorum principem [illegible] Scripturam loquentē nunquam audiuimus. Porrò negamus de vllo alio vnquā dictū, quod Apoſtolus de Chriſto affirmauit, [illegible] *eſſe Apoſtolum & Pontificem confeſsionis noſtræ*: debebas n. totum hoc complexū proponere: non ſolum Apoſtoli vocabulum. Atq; omnino in ſuperiori noſtra diſputatione admonuimus, *quædam nomina quæ Chriſto tribuuntur, cum miniſtris Eccleſiæ communicari: cuiuſmodi ſunt paſtoris & Miniſtri nomina: quædam verò propria eſſe, cum nullis hominibus communicanda: vt Capitis, Sponſi & Principis Paſtorum nomina.* Hîc ſiquid habes quod opponas, tuum erit proferre, vt tuam inſtantiam audiamus.

TVRRIAN. *Cypriani locum obiicis ad quem reſpondi libro ſuperiore. Cæterùm ſi ſingulis paſtoribus alio paſtore opus non eſt præter Dominum, cui reddituri ſunt rationem: ergo laici nullo paſtore opus habent præter Dominum, cui & illi rationē reddituri ſunt vnuſquiſque actionis ſuæ. Quomodo* [illegible] *tibi iniecisti, expedito.* VI. Pag.36.

SADEEL. Quia nos ad ſuperiorem tuum librum remittis, more vicisſim ad noſtram ſuperiorem reſponſionem relegamus, qua veram Cypriani ſententiam à tuis commentis ſpero vindicatam. Nunc paucis agendum eſt de iſto tuo laqueo, in quo tantoperę exultas. *Si, inquis, ſingulis Paſtoribus alio Paſtore opus non eſt præter Dominum, cui reddituri ſunt rationem: ergo laici nullo paſtore opus habent præter Dominum,* [illegible] *Domino reddituri ſunt rationem.* Tuam, Turriane, argumentationem video: meam non agnoſco. Sum enim argumentatus ex tota ſententia Cypriani, non ex aliqua tantùm eius parte. Verba Cypriani ſic habent: *Singulis paſtoribus portio gregis adſcripta eſt, quam regat vnuſquiſque, rationem ſui actus Domino redditurus.* Hæc Cyprianus. Meam autem concluſionem inde ductam quia non potuiſti vel noluiſti potius intelligere, nunc explanabo. *Si Cyprianus ipſum Romanum Epiſcopum complectens, affirmat ſingulis Paſtoribus portionem gregis dominici, hoc eſt, Eccleſiæ, adſcriptam eſſe: certè Romanum Epiſcopum in Paſtorum numero comprehendit: alioqui non item Paſtorem habendum.* Quod ſi ita eſt, Turriane, efficio ex Cypriano, *portionem gregis Romano Epiſcopo adſcriptam eſſe, quam regat: & vi conſequentiæ, non totum gregem Romano Epiſcopo commiſſum eſſe.* Totum enim gregem, & portionem gregis ex Cypriani ſententia, opponi ſatis vides: atque etiam ſentis hunc laqueum, quem tibi Cyprianus iniecit. Amplius dico: *ſi Epiſcopus Romanus tum habuiſſet ſupremum ius, quod ſibi ille poſtea arrogauit: non ita loquuturum fuiſſe Cyprianum, quin aliquam de ipſius Pontificis authoritate mentionem faceret.* Lib.1. Epiſt.5.

At

[illegible] *ipsis, inquit, [illegible] rationem Domino reddituri [illegible]* Cùm ita [illegible] (siquidem tantum poterat Rom. Episcopus) Tibi, ô Corneli tanquam Romano Episcopo ac summo Pontifici vnusquisque pastor Ecclesiæ secundum Deum rationem actus sui deberet reddere. Sed longè profectò aliud in animo habuit Cyprianus, qui in illa Epistola grauissimè cum Cornelio expostulat, quòd hæreticos & Schismaticos [illegible] Romæ [illegible]. Sed de hac re in superiori responsione [illegible]. Denique [illegible] aliquid etiam dicemus de reddenda ratione, [illegible] *[illegible]* Sic enim Apostolus [illegible]

Heb.13. *[illegible]* Atque hæc de illo quidem loquo [illegible] Apostoli vocabulum. Atq; omnino [illegible]

VII. Pag.36. Pag.37. [illegible] *[illegible] Defensionis Epistolarum Pontificum.*

[illegible] At nos tua defensione, atque adeò tuorum Pontificum Epistolis ac decretis valere iussis, [illegible]

Luc.12. Mat.16. *[illegible]* non terrenorum regnorum, sed regni cælorum, dici claues. Verùm non versamur in hac quæstione, [illegible] Rom. Pontificem non modò non Episcoporum Principem, sed ne Episcopum quidem esse agnoscimus.

VIII. Pag.37. *[illegible]* Hieronymus [illegible] Prophetarum [illegible] Nomen autem Hebraicum proprià significatione petrus, qui vel tantillum linguam illam [illegible] non [illegible] vocabulum Hebræum [illegible] sed peculi[illegible]

Lib.1. Epist.3. [illegible] Hieronymus [illegible] Hieronymum [illegible] Clementis [illegible] esse voluerit.

IX. Pag.38. [illegible] *[illegible] Augustinus [illegible] de Pastoribus: sed cur hæc distinctio [illegible] pastores [illegible] Dominus [illegible] Petro [illegible] voluit Dominus [illegible] origine [illegible] Petro [illegible] data* *dat: eſt omnes Apoſtoli quatenus paſtores, & eorum ſucceſſores Epiſcopi continebantur. Huc pertinet illud Auguſtini, quod contra te facere non intelligis: ſi ipſe eſſet ille caput (Chriſtum dicit) ille (hoc eſt, Petrus) figuram ipſius portaret, hoc eſt, Eccleſię. Amabò, Antoni, quomodo vnus Petrus figuram Eccleſię portabat, non vllus* Pag. 39. *alius ex Apoſtolis, niſi quia in Eccleſia quam repræſentabat principatum tenebat? Eras ne manus, aut pes, aut oculus? at illa non ſic corpus repræſentant, vt caput.*

SANDER. Quæ dicis à me diſſimulata, ſatis continentur in ijs quæ ex Auguſtino deſcripſeram; ſiquidem oculos haberes. Sed quando ita vis, excutiamus hanc noſtram ſimulationem, vt omnes intelligant quantum inde accedat tuæ ſententiæ. Quærit igitur Auguſtinus cur *non hodie habeat etiam Dominus cui commendet oues ſuas, vt olim Petrum habuit, cui ſuas oues commendaret.* Reſpondet *Chriſtum in ipſo Petro vnitatem commendaſſe*: quaſi dicat Auguſtinus, non ideo Chriſtum vni Petro dixiſſe, *paſce oues meas*, quòd ſolus paſcere deberet, (debebant enim & alij paſcere) ſed vt omnes paſtores intelligerent arctiſſimo ſe coniunctionis & vnitatis vinculo eſſe coniunctos. *Vnitatis autem vinculum eſt Chriſtus in quo vno omnes ſunt vnum*, inquit Auguſtinus. Hîc peto à te, Turriane, quidnam ſit quod ad tua ſomnia accedere videatur. Imò verò ſic ego Ibid. in te regero verba Auguſtini quæ mihi obiicis: *Si, licet Petrus iampridem inter nos non viſatur, non propterea deſinunt eſſe paſtores coniunctiſſimi in vno, nempe Chriſto*, vt docet Auguſtinus: *nequid loci tuo Pontifici relictum eſt?* Quis porrò non obſtupeſcat noua hac tua concludendi ratione? *Si Chriſtus in Petro vnitatem commendauit, ergo Chriſtus voluit vt Petrus eſſet vnus & ſolus primus.* Siccine ratiocinaris? ego verò ita potius concludo, Chriſtum noluiſſe Petrum eſſe primum, quia in Petro vnitatem commendauit. Quum enim Apoſtoli verbis inter ſe contenderent, *quiſnam eorum eſſet maior, hoc audierunt à Chriſto: ſiquis vult primus eſſe, erit omnium* Matt. 19. *vltimus*, inquit Chriſtus, *vnitatem commendans*. Sed quia fuſiùs hæc differuimus in ſuperiori diſputatione in loco 3. non erit difficile. Venio ad demonſtrationem tuam Mathematicam, ex qua vis *Petrum vnionem omnes Apoſtolos continuiſſe, ſicut vnitas numeri numeros continet.* Quid ais, mi Mathematice? quis credet te puluerem illum vel extremis digitis vnquam attigiſſe, ſi te ita ratiocinantem audiat? vt enim prætermittam quod ait Philoſophus, *vnitatem propriè non eſſe numerum* (vnde ſequeretur Petrum non eſſe Apoſtolum) quis non exſibilet craſſam illam tuam homonymiam in vocabulo *vnitatis*? vnitas enim, de qua loquitur Auguſtinus, non eſt referenda ad principium numeri, nec ad numerum vel numerantem vel numeratum (ſicut philoſophi diſtinguunt) ſed ad animorum & doctrinę coniunctionem. *Multi ſunt, qui* [illegible], inquit Auguſtinus. Sic in duodecim Apoſtolis fuit vnitas, hoc eſt, ſanctiſſima coniunctio in vno Chriſto. Alioqui repugnaret, eſſe vnitatem, & duodecim, quod non ignorares, ſi vallum illud tuum paulò magis philoſophicè extruxiſſes, quo tu initio gloriatus es. Docet enim prima philoſophia Lib. 10. *vnum & multa opponi, adeòque eſſe prima contraria, ad quæ reliqua contraria re-* c. 4. *ducuntur*: ex quo fit vt nec primatus ſine multis, nec multi in vnitatem eſſe poſſint, quatenus ad numerum refertur. Sed expendamus etiam quod addis in tua ſimilitudine Mathematica, nempe *Petrum continuiſſe Apoſtolos*,

& Apoſtolorum ſucceſſores continere, vt vnitas omnes numeros continet. Atqui (et hoc demus) *vnitas dicitur continere numeros omnes potentia non actu*: quia quilibet numerus eſt vnitas toties multiplicata: vt vnitas continet potentia duodenarium numerum, quem efficit duodecies repetita: contra verò, quilibet numerus continet actu vnitatem, vt numerus duodenarius continet actu vnitatem duodecies multiplicatam. Quòd ſi tuam ſimilitudinem recipimus, ô nos igitur hactenus miſerè deluſos! Etenim dum Apoſtolos numerabamus Iohannem, Petrum, Matthæum, Iacobum, & reliquos ſuis nominibus appellabamus. Atqui (ſi Turriano credimus) omnes ſunt Petri ſimul aggregati: quemadmodum duodenarius numerus nihil aliud eſt quàm duodecim vnitates aggregatæ. Quamobrem operæpretium eſt (quandoquidem ad Arithmeticos duce Turriano tranſiuimus) huius Turrianicæ concluſionis errores numerare, ac tres præſertim recenſere ad quos reliqui facilè reuocentur.

Primus eſt in Homonymia vocabuli *vnitatis*: quod cum ſignificet apud Auguſtinum *animorum, ac doctrinæ commixtionem*, Turrianus ad vnitatem tranſtulit, quæ numerorum eſt principium. Secundus error eſt, quòd numeros numerantes confuderit cum numeris numeratis: licet enim verum ſit duodenarij numeri & reliquorum vnitatem eſſe principium ac radicem, eò quod multiplicata vnitas quemuis numerum efficit: id tamen locum non habet in numeris numeratis. Non enim duodecim Apoſtolorum hic vel ille tantùm ceu vnitas, poteſt eſſe radix & principium, (æquè enim poſſum numerando Apoſtolos incipere à Matthæo, aut quouis alio, atque à Petro) alioqui ſequeretur (vti dictum eſt) duodecim Apoſtolos nihil eſſe, quàm Petrum duodecies repetitum. Tertius error quòd ex delirio Pythagorico quantitatem cum ſubſtantia confundat, id quod ex ſuperiori errore manifeſtè patet. Itaque, mi Franciſce, tibi ſim author, vt ne poſthac tuam inſipientiam vaſto Mathematico ſepias, cum hoc initium tam infauſtum tibi fuerit. Quod verò poſtea ſubdidis *Petrum figuram Eccleſiæ geſſiſſe, ideo propterea habuiſſe principatum*, non eſt fortius tuo illo ſuperiori argumento arithmetico: licet de figura loquens ad Geometriam accedere videaris. Aliud eſt enim *typum repræſentare Eccleſiam*, aliud *principatum habere in Eccleſia*. Quod ſi nondum perſpicis, velli obſecro illi memoriam loci ſuperioris proximi, quem mihi obiecisti *de arca Noe*, quum eam propè centies dixeris *figuram fuiſſe Eccleſiæ*, nec tamen (quantum exiſtimo) putas arcam in Eccleſia habere principatum: niſi fortè de tua Eccleſia cogitas, in qua fateor arcam, loculos, & nummos tenere principatum. *At enim*, inquis, *caput melius repræſentat totum corpus quàm pes aut manus*. Ridiculum: quaſi verò ſi manum videam, non æquè coniiciam ſubeſſe corpus, quàm ſi caput ipſum videro. Sed quorſum tam multa? Duo tibi ſunt probanda, Turriane: *Vnum: Petrum fuiſſe caput Eccleſiæ: Alterum, quonam modo caput abſentis corporis figura eſſe poſſit.*

X. Pag. 39. TVRRIANVS. *Diuinitus dictum fuiſſe Epiſcopos Pontificios iuxta Prophetiam Ezechielis. Videte progreſſionem, quantum qui progreſſus ſit factus veſtræ defenſor Antonini, vt non ſatis habeat hæreticum eſſe, ſed inſuper Iudæum eſſe velis.*

SADEEL. Mira profectò narras, Turriane. Nam *ſi qui reiicit Epiſcopos*

Pontificios, vt Euangelicos Paſtores amplectatur, (quemadmodum ego cenſeo) *is vult eſſe Iudæus:* Ergo Iudæi facti ſunt Chriſtiani: qui nuntius eſſet nobis optatiſſimus & iucundiſſimus, niſi ex aula Pontificis afferretur, ex qua tot mendacia quotidie huc illuc circumferri ſolent. Verùm hoc audiat tuus Pontifex, qui Iudæos conuerſos nolit: ex quibus tam ampla vectigalia exigit, atque dum Iudæos Chriſtum benedictum blaſphemantes fouet, veros Chriſtianos Euangelicam veritatem profitentes flammis & gladiis excruciat. Sed hactenus de tuo argumento Iudaico.

LOCVS VII. 1. COR. 12.

MVlta quidem membra ſunt, vnum verò corpus: non poteſt autem oculus dicere manui, non eſt mihi opus te: aut rurſum caput pedibus, non eſt mihi vobis opus: imò multò potius quæ videntur membra corporis infirmiſſima eſſe, neceſſaria ſunt: & quæ putamus mēbra corporis maximè eſſe inhoneſta, iis honorem ampliorem circumponimus.

Sophiſma Turriani.

Pag. 53. 54.

Hæc analogia ad Eccleſiam vnam Catholicam pertinet: ergo omnino neceſſe eſt vt in corpore viſibili myſtico Chriſti, quod eſt Eccleſia vna catholica, caput ſit item viſibile: aut vacabit illa pars parabolæ analogicæ, Non poteſt dicere caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij: & ſi hæc pars vacat, vacabit quoque illa, Non poteſt oculus dicere manui, opera tua non indigeo. Nunquid enim oculos, manus, & pedes viſibiles myſticos habet Chriſtus in Eccleſia, & caput myſticum viſibile non habet? aut habebit vnum corpus myſticum viſibile, quod eſt Eccleſia vna Catholica, & non habebit vnum caput viſibile, ſed multa, qui ſunt multi Epiſcopi, capita Eccleſiarum, quiſq; ſuæ? Reſpondeant Proteſtantes, quo ſe ipſi magis ac magis reſpondendo refellant, & coarguant.

Solutio ſuperioris Sophiſmatis.

Quoniam Turrianus in hoc Argumento inprimis exultat, dum Proteſtantes ad reſpondēdum prouocat, *vt ſe ipſi reſpondendo,* inquit, *magis coarguant,* accuratiùs nobis erit tractandus hic locus Apoſtoli, qui videtur neſcio quos ſpiritus Turr. addidiſſe. Primùm igitur genuinum eius ſenſum inueſtigemus. Corinthij multis ſpiritualibus donis exornati, multis quoque vitiis laborabant: & hoc inprimis, quòd illis ipſis donis à Spiritu Dei ad ædificationem Eccleſiæ collatis, ad vanam oſtentationē abuterentur. Cum autem illi qui donis ſpiritualibus excellere videbantur, alios præ ſe faſtidirent, tanto ſtudio pleriq; ad ſpiritualia cariſmata, atque inprimis ad linguarum donum adipiſcendum rapiebantur, quaſi ſine illis non eſſent inter Chriſtianos recenſendi: neglecta interim charitate, iiſque poſthabitis, quæ maximè ad Eccleſiæ ædificationem pertinebant. Huic vitio vt medeatur Paulus, præſtantiſſimam de chariſmatibus diſputationem quatuor continuis capitibus abſoluit. Opponit igitur huic morbo, ex quo diſſenſiones neceſſariò ſuboriebantur, arctiſſimā Eccleſiæ coniunctionē, quam exprimit eleganti corporis humani ſimi-

Vera expoſitio loci.

ſimilitudine. *Quemadmodum enim licet alia membra aliis nobiliora ac præſtantiora videantur, quia tamen communi vinculo continentur, & tam arctè cohærent, vt alia ſine aliis eſſe non poſſint, quin corpus ipſum pereat: ita quemadmodum Eccleſiæ quidam ſint ſpiritualibus aliis donis illuſtriores: quia tamen cum reliquis vnum quodammodo idemque corpus efficiunt, non debent alios negligere, quaſi ſine illis poſſint in Eccleſiæ corpore ſubſiſtere: quod quidem non vno aut altero membro conſtat, ſed ſuis omnibus membris ac partibus aptè inter ſe cohærentibus. Rurſus qui minus excellunt, non debent tamen animum abiicere quaſi ad corpus Eccleſiæ ideo non pertineant, quòd donis ſpiritualibus non æquè vt alij præditi ſint.* Hoc modo Paulus vtriſq; conſultum voluit, dum alios ab arrogantia reuocat, alos vindicat à contemptu: & omnes in vno eodemq; Eccleſiæ corpore coniungit. Hæc eſt ſententia huius loci, quemadmodum facilè eſt colligere ex ſerie & circunſtantiis totius diſputationis Apoſtoli. Sic enim ille: *Huic,* inquit, *datur per Spiritum ſermo ſapientiæ, alij verò ſermo cognitionis per eundem Spiritum, alij verò fides per eundem Spiritum, alij verò dona ſanationum, alij facultates virtutum, alij Prophetia, alij diſcretiones ſpirituum, alij verò genera linguarum: ſed omnia hæc efficit vnus idemque Spiritus, &c.* Item, *Æmulamini dona potiora.* Item cap. 14. *quandoquidem Spiritus ambitis* (id eſt dona ſpiritualia) *ad ædificationem Eccleſiæ, quærite vt excellatis.* Idem etiam Apoſtolus in Epiſtola ad Romanos eandem ſimilitudinem vſurpauit cùm eos ad ſanctam concordiam adhortaretur: *per gratiam quæ mihi data eſt,* inquit, *edico cuiuis verſanti inter vos, ne ſapiat ſuprà quàm oportet ſapere, ſed ſapiat ad ſobrietatem, prout cuique Deus partitus eſt menſuram fidei. Quemadmodum enim in vno corpore multa membra habemus, membra verò omnia eandem non habent actionem, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſingulatim autem alij aliorum membra. Habentes autem diuerſa dona pro gratia quæ nobis data eſt, &c.* Ex quibus omnibus facile cernitur Apoſtolum in eum finem quem dixi hanc corporis ſimilitudinem Corinthiis propoſuiſſe. Nec verò aliter cenſet Chryſoſtomus: ſic enim hunc locum explicans homilia viceſſima nona in priorem ad Corinthios. *Donis,* inquit, *pollebant; alij quidem minoribus, alij maioribus, ſed maximè linguarum, quod eis ſimultatis cauſa factum eſt, non ſuapte natura, ſed accipientium ſtultitia. Qui enim maioribus erant præditi, contra eos qui minora dona acceperant nitebantur: hi rurſus dolebant, & inuidia in maiores ferebantur. Cùm igitur [illegible] hinc plaga inferatur, & inter eos tumultus ſuboriretur, hoc agit maximè, vt eos corrigat. Euenerat enim hoc etiam Romæ, ſed remiſſius: quamobrem in Epiſtola ad Romanos id tangit, &c.* Item Homilia ſequenti, *Idcirco igitur quòd non eadem omnes ſpiritualia [illegible] pollentia, ſed vnus aliud alius habet, corpus eſtis, corpus verò [illegible], quod corpus eſtis, differtis inter vos. Iſtud igitur fratres nos etiam reputemus, omnem inuidiam proculcemus, neque gratiis maioribus pollentibus inuideamus, neq; inferioribus inſultemus.* Hæc Chryſoſtomus. Sic autem Ambroſius in hunc locum, *Docet,* inquit, *nullius perſonam, quaſi deſpicabilis [illegible] contemnendam, nec alicuius quaſi perfecta ſit, eſſe efferendam, neq; gloriam quæ ſoli Deo debetur, hominibus tribuendam. Hoc propter ſuprà dictam cauſam: quia Corinthij in aliquibus gloriabantur, aliquos verò velut contemptibiles ſpernebant.* Hæc ille. Quamobrē ex iis quæ diximus perſpicuū

Confirmatio ex circunſtantia loci.

Ex aliis Scripturæ loci. Rom. 12.

Ex veterum Doct. ſententia.

eſſe

Tres errores in arg. Turr.

Abſurda quæ hoc argumentandi genus conſequuntur.

eſſe poteſt, quorſum Paulus hanc ſimilitudinem vſurparit. Iam prodeat Sophiſma Turr. *Refertur, inquit, hæc ſimilitudo ad Eccleſiam Catholicam. Ergo neceſſarium eſt vnum aliquod extare totius Eccleſiæ caput, cui poſſit conuenire, quod dixit Paulus: non poteſt dicere caput pedibus, Non eſt id nobis neceſſarium: Chriſtus quidem eſt caput, ſed ſuper omnia eſt inuiſibile: At oportere viſibilis corporis caput eſſe viſibile, vel ipſa natura ita dictante. Quare, Pontifex Romanus erit caput myſtici corporis Chriſti, id eſt, Eccleſiæ Catholicæ.* Hæc eſt ſumma totius Sophiſmatis: in quo tres errores potiſſimum deprehendo, quos ſigillatim diſcutiam. Primus error hic eſt, quòd dum argumentum petis ab ea ſimilitudine qua Paulus vſus eſt, non te contines intra fines ipſius ſimilitudinis: nec Apoſtoli ſcopum retines: ſed procul excurris, & quàm longiſſimè te Sophiſtices aura prouehit, eò raperis, quaſi te nunquam veritas poſſit aſſequi atque prehendere. Verumenimuero quod ſupra monuimus de allegoricis argumentis, hîc etiam locum habere debet: nempe ſiquis velit demonſtratiuè argumentari (quod eſt Theologi proprium, quandoquidem niti debet veris, ſeueris, ac proinde firmiſſimis fundamentis) ſiquis etiam velit aduerſarios reuincere, (quod te facere ſæpius iactas, Turriane) eum non ab aliqua Allegoriæ vel ſimilitudinis parte debere argumentari, ſed ab redditione ſimilitudinis quæ exprimitur in contextu. Atqui nihil tale facis, ſed ipſius Pauli ſententia à tergo relicta, omiſſo ſcopo, ſpreta ſimilitudinis redditione, quam Paulus apertiſſimè propoſuit, tu nobis, ſcilicet, inſidias in vno ſimilitudinis vocabulo collocaſti. Ex quo fit, vt non tantùm frigeat, verumetiam planè mortua ac ſine viribus, tua illa iaceat argumentatio. Quod quia fortaſſe non ſentis, te deducam ad ea quæ proculdubio abſurda eſſe dices, ſi ſemel illud argumentandi genus recipiatur. Fac enim te ita argumentari: *Si quia vnum eſt caput in humano corpore, vnum quoque hominem totius Eccleſiæ caput viſibile eſſe oportet: ergo ſimili ratione, cùm Paulus mentionem faciat, oculi, auris, manus & pedis, quæ omnia membra tantùm bina ſunt: conſequitur in vniuerſa Eccleſia duos tantùm homines eſſe oportere, qui cum oculis comparentur: duos item, qui cum auribus: & ſic deinceps, atque Catholicam Eccleſiam ex nouem hominibus componas, nempe ex vno capite & octo membris.* Addes & hoc aliud ſi velis: *Quæ membra ſunt inhoneſtiora, ijs, inquit Paulus, honorem ampliorem circumponimus. Atqui hodie, quia omnia noua placent, ſicut vulgus Pontificiorũ ampliores honores Ieſuitis deferat, quàm alijs Monachis antiquis & ſimilibus. Ergo Ieſuitæ ſunt reliquis Monachis inhoneſtiores.* Quid tibi videtur de iſtis argumẽtis, Turr? eáne inter demonſtratiua recenſebis? video te negare: quare nobis etiã, ſi placet, idẽ licebit facere in preclara illa tua argumẽtatione. Cùm enim argumẽteris, extra propoſitũ Pauli, ex vna tantũ ſimilitudinis parte, quã perperã in alienũ ſenſũ detorques: argumẽteris, inquam, ex ſimilitudine, non ex ea ſimilitudinis redditione quam proponit Paulus: reſtat vt illud tuũ argumentum frequentiſſimo ſapientũ theatro explodatur: eſt enim metaphoricũ: propterea nihil concludit. Longè certè tolerabilior fuit Gratianus, qui ex Gregorio hanc ſimilitudinem Pauli in eos accommodauit, qui *non vno contenti, pluribus ſeſe onerant ſacerdotiis: in can. Singula, diſtin. 89.*

Secundus error.

Quod decretum quantum à vobis fiat, res ipſa loquitur. Secundus error tui Sophiſmatis eſt in homonymia vocabuli *Capitis*. Sic enim inſtas, *[illegible] capitis ad Romanum Pontificem referendum: alioqui vacabit*, inquis *illa pars parabolæ analogicæ, Non poteſt dicere caput pedibus: non eſtis mihi neceſſarij*. Quaſi verò nulla poſſit eſſe analogia capitis extra Pontificem Romanum. Quanquam autem non omnes ſimilitudinum partes curioſius diſcutiendæ ſunt, præſertim in ſacris literis: tamen ſi quæras à nobis, ad quoſnam Paulus in hoc loco ſimilitudinem capitis referat, ego viciſſim quæram abs te, quoſnam intelligat pedum nomine. Nonne [illegible] quoſque, & [illegible] inter alios excellentes? Atqui opponuntur hic pedes capiti, adeò vt, ratione oppoſitionis ita poſtulante, neceſſe ſit capitis ſimilitudinem ad eos referre qui omnium præſtantiſſimi videbantur: quaſi dicat Apoſtolus, eos qui donis ſpiritualibus abundabant, non debere alios abiicere tanquam inutiles. Sed malo id Chryſoſtomi verbis, quam meis exponere. *Non poteſt oculus manui dicere, [illegible] caput pedibus, [illegible] vobis opus. Poſtquam* inquit, *[illegible] repreſſit, [illegible] in quo eſſe [illegible]: nunc rurſum etiam faſtum deiicit, qui donis [illegible]*. Hæc ille.

Obiectio Turriani

Responſio.

Nec alienum eſt quod ait Ambroſius in hunc locum: *caput, inquit, non ego, neque ſacerdos, [illegible] vt iis addatur per quod [illegible]: hic & fratribus in quibus ſtudium peritiæ, & conuerſationis viget honeſtas, nihil eſt quod à nobis addatur*. Atenim, inquis, *hæc Pauli doctrina ad vniuerſam Eccleſiam pertinet*: fateor quidem: ſed affirmo ita eſſe generalem, vt etiam poſſit ad Corinthiorũ Eccleſiam accommodari: alioqui fruſtra Corinthiis proponeretur. Agè nunc, & accommoda ad Pauli propoſitum tuam illam parabolam analogicam *de Petro totius Eccleſiæ*, vt inquis, *viſibili capite*. Quid? Petrúſ-ne inter Corinthios verſabatur, ita vt periculum eſſet, ne caput diceret pedibus, *Non eſtis mihi neceſſarij*? fuit-ne Petrus admonendus ne inferiora Eccleſiæ membra deſpiceret? Quis igitur non facilè videat in ipſa Corinthiorum Eccleſia inueniendos eſſe aliquos qui cum humani corporis capite conferantur?

Turrian ſuis vrgetur.

Quòd ſi nolis aſſentiri, teipſum tuis verbis vrgebo, vt et magis ac magis (vtendum eſt enim tuis verbis) *refellaris atque conuincaris*. Nam ſi *[illegible] pars vacat, Non poteſt dicere caput pedibus non eſt mihi vobis opus: vacabit quoque illa, Non poteſt dicere oculus manui opera tua non indigeo*. Addam etiam, alias quoque huius ſimilitudinis partes eſſe vacaturas. Nã ſi [illegible] exemplo, non poteſt Eccleſiæ Corinthiorum conuenire, [illegible] quæ de oculis, auribus, & aliis membris dicuntur. Itaque Turriane, vt te non meo, ſed teipſum potius, reſpondendo magis ac magis refellamus, iam euoluenda eſt homonymia dictionis capitis, in qua latet tui ſophiſmatis fallacia.

De vocabulo capitis.

Chriſtus caput Eccleſiæ vniuerſæ.

Quia caput propriè & phyſicè vſurpatum non tantùm tenet totius corporis gubernaculum, ſed etiã corpus ipſum alit & fouet, atque ab eo vita ad alia membra diuanat: ideo [illegible] eſt vt *Chriſtus dicatur caput Eccleſiæ vniuerſæ* (ex quo, inquit Paulus Epheſ. 4.) *totum corpus congruenter coagmentatum & compactum per omnes ſuppeditationis commiſſuras ex vi intus agente pro menſura vniuſcuiuſque membri incrementum capit corporis, ad ſui ipſius ædificationem per charitatem*. [illegible] Eph. 5.

Christus est caput Eccleſiæ, & ipſe eſt ſeruator corporis. Ex quibus Apoſtoli verbis manifeſtum eſt nomen *capitis* in Theologia ſoli Chriſto conuenire reſpectu totius Eccleſiæ; quia perfectiſſimè reſpondet capiti naturali, vti diximus. Aliquando etiam nomen *capitis* non ita propriè vſurpatum, ad eos transfertur qui videntur eſſe primi, quique inter alios eminent: cuiuſmodi erant illi qui toties apud Iſraelitas vocabantur *familiarum capita.* quæ ſignificatio familiaris eſt dictioni Hebraicæ *Roſh* vnde Eſaias cap. 1. propoſita corporis humani ſimilitudine, vt miſerum Iudæorũ ſtatum deſcriberet: ait *totum caput eſſe languidum.* Quo nomine non vnum aut alterum ſed omnes populi præfectos intelligit, vt etiam capite 9. *Exſcindet Dominus*, inquit, *de Iſraele caput & caudam, Senior & honorabilis ſuſpiciendus is eſt caput.* Hæc Eſaias. Ex quibus intelligitur ſimilitudinem *capitis* ſæpe in Sacris literis ad eos referri qui inter alios excellunt: quo ſenſu locum Pauli Chryſoſtomus expoſuit, vt antè dictum eſt. Scio tamen quoſdam ex veteribus nomen capitis in hoc Apoſtoli loco ad Eccleſiæ Paſtores accommodare, quod & Ambroſius fecit, ſed quàm parùm inde cauſa Turriani ſubleuetur, ex ipſo Ambroſio cognoſcamus. *Non poteſt dicere caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij; id eſt*, inquit, *maior gradu & dignitate non poteſt eſſe ſine illo qui humilis eſt, quia eſt, quod humilis poteſt, quod ſublimis non poteſt, quia ferrũ poteſt quod non poteſt aurũ.* Et paulopoſt, *Poſuit,* inquit *Deus quoſdam in Eccleſia, primùm Apoſt. &c. Caput in Eccleſia Apoſt. poſuit qui legati Chriſti ſunt ſicut dicit idem Apoſt. Pro quo legatione fungimur: ipſi ſunt Epiſcopi, &c.* Ecce vides Turriane, ſi malis nomen capitis intelligere de gradu Eccleſiaſtici miniſterij, non tibi eſſe in vno quopiam homine ſubſiſtendum, ſed ipſum Eccleſiæ miniſterium comprehendendum eſſe, quemadmodum fecit Ambroſius, qui non vnum Petrum dixit eſſe caput (vt ille Papa, qui Cepham caput interpretatus eſt, cuius tamen cauſam ineptiſſimè tueri voluiſti) ſed omnes ſimul Apoſtolos. Rurſus non vnum Petri ſucceſſorem Romanum Epiſcopum caput eſſe dicit, ſed omnes ſimul Epiſcopos, id eſt, ipſum miniſterium Eccleſiaſticum. Quod etiam confirmatur præclara hac Cypriani ſententia, quam iam antè aliquoties commemorauimus, *Epiſcopatus*, inquit, *vnus eſt cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur.* Tu verò nullam vnitatem potes apprehendere, niſi in vno homine, eoque Pontifice Romano, cum potius conſideranda fuerit in ipſo Eccleſiæ miniſterio. Et certè ſi hæc verba refers ad ſuperiorem ſimilitudinem: aut manca erit ſimilitudinis redditio (quod abſit à Paulo accuratiſſimè ſcribente) aut nomen capitis reſpondebit, non vni, ſed multis: cum Paulus numerum multitudinis vſurparit. *Primum* inquit, *poſuit Apoſtolos, deinde Prophetas &c.* Quid autem ſi te tua interpretatio cogat idem quoque nobiſcum, vel potius cum doctiſſimis veteribus concludere? Ais enim *nomen capitis in hac ſimilitudine eſſe referendum ad caput aliquod viſibile Eccleſiæ, ne pars hæc ſimilitudinis vacet*, vt inquis. Si ita eſt, Turriane, vbinam igitur collocabis oculos & aures niſi in capite? Atqui licet ab illis membris reliquum corpus gubernetur, ipſa tamen inter ſe diſtincta ſunt, & ea Paulus in hac ſimilitudine manifeſtè diſtinxit. Quocirca ex tua argumentatione ſequitur, caput viſibile Eccleſiæ non eſſe conſtituendum in vno homine ſed

Quidam ex veteribus nomen capitis ad Miniſterium Eccleſiaſticum retulerunt in cap. 12. 1. Cor.

Can. Sacroſancta D. 23. p. 18.

Turrian. refellitur ab ipſa ſua interpretatione.

in

in vtralibet: vtrãuis igitur expoſitioné eligas ſéper cauſa cades. Nam ſi *mēbrorū differentiis*, cum Chryſoſtomo, *de variis Spiritus ſancti donis intelligas:* nomen *capitis* ſignificabit eos qui inter alios donis ſpiritualibus excellebant. Sin malis gradus Eccleſiaſticos fuiſſe membrorum ſimilitudine adumbratos, ſequetur nomen *capitis* ad plures ſimul pertinere, quandoquidem oculi & aures à capite ſeparari non poſſunt. Quinetiam, vt Pontificiis decretis, id eſt, tuis telis teipſum confodiam, quid reſpondebis Calixto Papæ, qui apud Gratianum affirmat *Romanam Eccleſiam eſſe caput Eccleſiæ vniuerſæ?* Si enim tota Eccleſia Romana eſt caput, cur tu mihi toties vnum hominem, vnum Pontificem, vnum Petri ſucceſſorem inculcas? Porrò *ſi caput Eccleſiæ viſibile nullum poteſt eſſe niſi ratione ſucceſſionis Petri* (quemadmodum diſputas) ac nemo ſanus dixerit Romanam Eccleſiam Apoſtolo Petro ſucceſſiſſe (tunc enim non eſſet ſucceſſio perſonalis) quomodo dici poteſt Romana Eccleſia caput Eccleſię vniuerſę? Reſpondeat Turrianus ſuo Papæ, quó ſe ipſe & ſuos, magis ac magis, reſpondendo refellat & coarguat. Sequitur tertius error tuę argumentationis: quòd ea concluſio quam infers, *nempe, Pontificē Romanum eſſe caput vniuerſæ Eccleſiæ*, eſt planè abſurda. Quoties enim Scriptura diſſerit de *capite Eccleſiæ*, nunquam aliud nominat, quàm *Vnum Chriſtum:* ſic Eph. 1. *Eum conſtituit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius, &c.* Idem ad Coloſſ. 1. Epheſ. 5. &c. Quare ſummopere vitanda ſunt illa loquendi genera, quæ manifeſtè contradicunt expreſſis Scripturæ ſententiis: hoc enim eſt ὑπερφρονεῖν, vt ait Paulus. Atqui vt id magis perſpicias, profero quod ait Paulus, Epheſ. 4. vbi enumerans gradus Eccleſiaſticos (vt in hoc loco quē tractamus) *Dedit*, inquit, *alios quidem Apoſtolos, alios Prophetas, &c. ad coagmentationem ſanctorum, in opus Miniſterij, ad ædificationem corporis Chriſti, donec adoleſcamus in eum per omnia qui eſt caput, nempe Chriſtus.* Item ad Rom. 12. *Vt in vno corpore multa membra habemus, membra verò omnia eandem non habent actionem: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto.* Item in hoc loco de quo iam diu diſputamus: *Sicut*, inquit, *corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia verò membra corporis vnius multa cùm ſint, vnum ſunt corpus: ita & Chriſtus.* Audis Turriane? *Ita & Chriſtus*, inquit: id eſt, *ita & Eccleſia, cuius caput Chriſtus eſt: ſic enim totum corpus ab ipſo capite denominauit.* Cùm ergo in hac ſimilitudine quam nobis obiicis, Paulus noluerit aliud *Eccleſiæ caput præter vnū Chriſtum* aſſignare: quî fit vt tu qui non potes animum inducere *ſimilitudinem capitis hîc aliter ſtare poſſe, niſi de vno intelligatur, qui ſit caput totius Eccleſiæ*, non ipſum igitur Chriſtum intelligas? Paulus enim dicit *Corinthios eſſe membra corporis Chriſti*, non dixit, Petri, aut eius ſucceſſoris, ſed de vno Chriſto mentionem fecit. Tune Paulo peritior aut acutior? num ignorauit Paulus eſſetne Chriſtus viſibilis an inuiſibilis? An non potuit animaduertere abſurdum illud quod ais *neceſſariò ſequi, niſi Petrus tanquam viſibile caput interponatur inter Chriſtum & Eccleſiam?* Si Pauli potius quàm tuo iudicio ſtetiſſes, Turriane, proculdubio idem caput Eccleſiæ catholicæ cū Paulo nominaſſes, nempe Chriſtū. Itaq; quod nobis falſò obiicis, in te verè quadrat, *cum ais nos conſtituere corpus Eccleſiæ* ἀκέφαλον: nos enim vnico Eccleſiæ capite, nempe

Tertius error.

Chriſto, cõtenti ſumus. Vos autẽ *duo capita Eccleſiæ conſtituitis, vnũ viſibile, alterũ inuiſibile*, adeò vt quoties inter vos Antipapæ ſurrexerint, toties veſtra Eccleſia, ad minimũ, triceps fuerit. Sed vt ad Paulũ redeã, ſi nomẽ *capitis* vſurpatũ in ipſius ſimilitudine neceſſariò *reſtringis ad caput Eccleſiæ catholicæ*, ſummę profectò ſunt impudentię, aliud caput proponere quàm Chriſtũ, à Paulo in hoc ipſo loco nominatũ. Cùm enim *Eccleſiam vocauit corpus Chriſti*, neceſſe eſt *Chriſtũ eſſe caput huius corporis*, id eſt, *Eccleſiæ*.

De his verbis: Caput non poteſt dicere pedibus, Non eſt mihi vobis opus.

Sed video ſcrupulũ qui te malè habet. Vereris enim vt hæc Pauli verba: *Caput non poteſt dicere pedibus, non eſt mihi vobis opus*, rectè poſſint Chriſto conuenire. Sed te illo metu liberat Paulus, cùm alibi dicit, *Eccleſiã eſſe corpus Chriſti, & cõplementũ eius qui omnia implet in omnibus*. Quòd ſi malis ſequi veterem interpretem, qui τὸ πληρουμένου paſſiuè expoſuit, *Adimpletur*, luculentior etiamnum erit noſtrę ſententiæ confirmatio.

Epheſ. 1.

Quamuis ergo *Chriſtus, quatenus eſt æternus ille λόγος & ipſa perfectio, non habeat opus vllis hominibus (ſic enim implet omnia, & impleri non poteſt) tamen quatenus Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, habet opus corpore & membris, vt ſit caput.* Hęc enim adeò inter ſe relata ſunt, vt non poſſit eſſe caput ſine corpore, cuius ſit caput.

Elench. Turria.

Tu verò, mi diſputator, qui in Dialecticis videri cupis ſemper præſtare, & cæteris antecellere vniuerſis, incidiſti in errorẽ longè maximũ, dum ſumma genera prædicamentorũ confundis, nẽpe Subſtantiã cum Relatione. Sed de his hactenus; cęterùm quid tibi venit in mentẽ cùm ita cõcludis? *Si pedes viſibiles myſticos habet Chriſtus in Eccleſia: habebit igitur & caput myſticũ viſibile*: quo certè nihil vnquam ineptius dici potuit, nihilque acuto diſputatore indignius.

An viſibilis corporis viſibile caput eſſe debeat.

Nam iſte Syllogiſmus eſt planè inſipidus, cum caput ſit ex ijs quæ ad aliud referuntur: nec referri poſſit ad caput, ſed ad corpus: non enim rectè dicitur caput capitis, ſed caput corporis. Hoc te verò inprimis mouet, quòd *viſibilis corporis, viſibile quoque caput eſſe debeat*: atque hîc tragicè exclamas, eos omnes monſtra in Eccleſiam inuehere, qui monſtroſis tuis erroribus non ſubſcribunt.

Turrianus ſeipſum refellit.

Atqui ſi te ipſe intelligeres, facilè deprehenderes fallaciam tui Sophiſmatis. Quid enim tibi vis, cum dicis, *pedes myſticos, & caput myſticum*? Nonne ita declaras te loqui de Eccleſię corpore quod non humanis ſenſibus percipi, non humana ratione comprehendi, ſed ſolis fidei oculis intelligi poteſt? Iam autem ſuprà demonſtraui, *Eccleſiæ Catholicæ corpus ſub Chriſto capite eſſe inuiſibile, cùm pertineat ad ſolos electos, non autem ad hypocritas, quorũ Chriſtus non eſt caput*: neq; repetã quę illic à nobis dicta ſunt. Hoc vnũ dicã, ſatis conſtare ex hoc loco quoſnã Paulus intelligat, cũ diſputat de myſtico Chriſti corpore: *Omnes*, inquit, *per vnũ Spiritũ, in vnũ corpus baptiſati ſumus, & omnes vna potione potati ſumus in vnũ Spiritũ*. Eſt igitur deueniendũ ad ſpiritũ ſanctũ, vt in eo Catholicę Eccleſiæ cõpactũ & cohærens corpus reperiamus. Homines quidem ipſi ſunt aſpectabiles, ſed hoc nobis non eſt peruiũ vtrũ hic vel ille ad corpus Chriſti verè pertineat: nam vt inquit Auguſtinus, *multi videntur eſſe in corpore, qui ſunt extra corpus*. Quocirca in Symbolo, poſtquã profeſſi ſumus nos *Eccleſiã Catholicã credere*, ſtatim ſubiicimus, *ſanctorũ communionẽ, peccatorum remiſſionem, & vitã ęternam*: quę quatuor nexu indiſſolubili inter ſe cohærent, licet ea Turrianus diuellere atque diſtrahere conetur.

Itaque tametſi Chriſtus nunc eſt inuiſibilis, noſtris ſcilicet oculis corporeis, eſt tamen viſibilis oculis fidei (quæ ſola etiam poteſt Eccleſiam catholicam intueri) donec aliquando perfectè beatiſſimo eius conſpectu perfruamur. Sed eſt aliud quod valde miremur in Turriano. Non enim contentus Chriſto capite inuiſibili, aliud proponit *quod ſit viſibile*, nempe *Petrum*. Atqui non minus eſt hodie Petrus inuiſibilis quam Chriſtus. Reſpondet Turrianus, *Petrum eſſe viſibilem in ſuis ſucceſſoribus*. Obſecro, cur igitur non tantundem ſaltem Chriſto tribuit quantum Petro? Cur non dicit, Chriſtum reddi quodammodo viſibilem in ſuis legatis, ac miniſtris Eccleſiaſticis? Sic enim ille: *Qui vos audit, me audit.* Et Paulus, *velut Deo per nos exhortante.* Vnde Ambroſius, *Epiſcopus*, inquit, *habet perſonam Chriſti, & vicarius Domini eſt.* Cum ergo tantopere delecteris rebus viſibilibus, Turriane: oculos in eos conijce per quos ſe Chriſtus quodammodo præbet hominibus aſpectabilem, id eſt, veros ac fideles Eccleſiæ doctores, quoties rectè officiũ funguntur. Atq; vtinam nihil moratus fragmentum illud Conſtantinopolitanum (quod Græcè recitaſti) Auguſtinum potius conſuluiſſes ita locum hunc Pauli tractantem, vt nos ſemper ad Chriſtum caput vnicum Eccleſiæ deducat. Sic enim in epiſt. ad Dardanum, citans hunc locum Epiſtolæ ad Corinthios: *illæ diuiſiones donationum*, inquit, *dictæ ſunt ſicut membrorum in corpore: quia non idem valent aures quod oculi, atque ita membra cætera diuerſis officiis concorditer diſtributa: quæ tamen cùm ſani ſumus, vna, neque diuerſa, nec alibi maiore alibi minore, ſed cùm ſint ipſa diſparia, communi & pari ſalute congaudent. Huius corporis caput eſt Chriſtus, &c.* Idem de Chriſti præſentia cum ſua Eccleſia diſſerens: *Quamuis*, inquit, *Chriſtus ſedeat in cælo: tamen compatiens membris laborantibus (quia caput eſt membrorum & vniuerſi corporis) quando, inquit, vni ex minimis meis non feciſtis, nec mihi feciſtis. Iam certè erat in cælo quando Paulum ex perſecutore fecit prædicatorem: nam miſertus eius, & incorporans eum vniuerſo corpori ſuo, dixit de cælo: Saule Saule, quid me perſequeris? Certè iam in cælo ſum: tamen in ipſis membris meis adhuc ego perſecutionem patior, &c.* Et paulò pòſt: *Caput in cælo eſt, nos hîc laboremus & inuicem onera noſtra portemus: quò enim ibit caput, cætera membra itura ſunt.* Hæc Auguſtinus: ex quibus facilè perſpici poteſt, Chriſtum, licet nobis inuiſibilem, ſemper tamen præſentem Eccleſiæ tanquam myſticum caput myſtico corpori adeſſe, & ſanctiſſimam hanc arctiſſimamq; coniunctionem nullis poſſe locorum ſpatiis impediri.

2.Cor.5.

In1.ad Cor.11.

pag.55.

Quinqua.homil. homil.15.

Concluſio.

Supereſt vt hunc Pauli locum in Turrianum hoc modo retorqueamus. *Hæc eſt capitis natura, vt vitam corpori infundat, illud foueat, & reliquis membris patientibus, ſimul etiam patiatur. Atqui Romanus Pontifex puram Euangelii doctrinam, ex qua vitam haurit Eccleſia, quantum in ipſo eſt, è medio tollit, ea quæ aliorum membrorum ſunt propria, ad ſe vnum trahit, Eccleſiæ membra diuellit ac lacerat: deniq; veris Eccleſiæ Chriſtianæ membris omni pœnarum genere excruciandis delectatur. Quare (ne quid grauius dicam) Pontifex Romanus non eſt caput Eccleſiæ.*

I.
Pag. 3.

RESPONSIO ET OBIECTIONES TVRRIANI ad Superiorem Antonii Sadeelis Diſputationem.

Ais Paulum, vt morbo Corinthiorum mederetur, oppoſuiſſe arctiſſimam Eccleſiæ coniunctionem: optandum mihi fuit vt hoc fundamentum in veſtibulo iaceres. Nam arctiſſima Eccleſiæ coniunctio non poteſt eſſe ſine vinculo ex- Pag. 14. *ternæ gubernationis ex vno capite externo, & viſibili nexo. Nam pambaſilicon eſſe optimum genus gubernationis dixi libro ſuperiore. Itaque Cyprianus ait inde ortas hæreſes quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur. lib.1. Epiſt.3. vbi totam fraternitatem, hoc eſt, Eccleſiam Catholicam dicit vni ſacerdoti obtemperare debere.*

Sadeel. Huiuſce diſputationis fundamentum ieceram, quod non modò non conuellis, ſed ne attingis quidem: videlicet *in ſimilitudine non eſſe ex eius aliqua parte aut ex aliquo vocabulo, ſed ex ipſius ſimilitudinis ratione argumentandum*: quod à nobis antè probatum eſt, tum ex Theologiæ natura, tum ex ipſis præceptis rectè diſſerendi. Hoc, Turriane, dum II non obſeruas nihil aliud quàm incertus vagaris, non argumentorum robore ſubnixus, ſed vana tantùm ac futili loquacitate diffluis. Etenim tua omnia huc redeũte deniq;, *Paulus in hac corporis ſimilitudine meminit capitis. Hæc ſimilitudo potius accommodari Eccleſiæ Corinthiorum. Ergo in Eccleſia Corinthiorum erat aliquod caput, nempe Epiſcopus. Quod ſi in ſingulis Eccleſiis ſinguli Epiſcopi ſunt earum capita: Ergo in tota Eccleſia Catholica vnum eſſe Epiſcopum neceſſe eſt, quod ſit ipſius Eccleſiæ Catholicæ caput.* Vides ſummam præclaræ tuæ argumentationis. Quam ſiquis te adigat ex legibus peritè & accuratè diſputandi in Syllogiſmum reducere, & duo extrema connectere medio aliquo demonſtratiuo: næ tu magis ſudares, quàm ſi tibi in Indiam ad tuos ſodales, viſendi cauſa, proficiſcendum eſſet. Quòd ſi mihi non credis, facies periculum cùm voles. Nulla eſt enim propemodum propoſitio in illo tuo III Paralogiſmo, quæ non claudicet: tantum abeſt, vt rectam veráque inde complexionem elicias. Nam ex ſimilitudine Pauli, *ſequi in Corinthiorum Eccleſia vnum eſſe ſolum, cui ſimilitudo capitis debeat conuenire*: alienum eſt à Pauli ſententia: *Illum autem vnum fuiſſe Epiſcopum* falſum eſt, & Apoſtolicis temporibus repugnans. Porrò *inde ſequi, vnum eſſe Epiſcopum Eccleſiæ vniuerſæ*, ineptum eſt, ſtolidum, ridiculum. Atque, vt vno verbo tranſigam, ita ratiocinando perinde facis, vt ſi ita argumentaris: Ieſuitæ ſunt apud Indos & Giapponenſes: Ergo Pontifex Romanus eſt Epiſcopus Epiſcoporum, & caput Eccleſiæ Catholicæ. Quia verò in noſtra ſolutione tua Sophiſmata coarguimus, quæ tu tantùmmodo repetis & inculcas, idcirco erimus breuiores. *Coniunctionem Eccleſiæ dicis ſtare non poſſe niſi vnum viſibile caput Eccleſiæ Catholicæ præficiatur*: ſed ita, Turriane, principium petis: id ſumis quod eſt in diſquiſitione poſitum. Atqui ſua repetere, non eſt ſua confirmare. Neque te iuuat *vallum tuum philoſophicum* ex Politicis Ariſtotelicis extructum: quia ciuilis politia non eſt menſura rerum Eccleſiaſticarum, ſed potius verbum Dei,

quæ

quale eſt hoc Chriſti interdictum. *Reges gentium dominantur eis: vos autem non ſic*, vt copioſius diximus in ſuperiori noſtra Reſponſione, ad quam te remittimus, cùm nihil hîc aliud quàm repetas argumentum in priore tuo libro propoſitum. Niſi me velis hoc vnum etiam addere: conſequi ex argumento illo tuo philoſophico, regna non eſſe benè & ritè conſtituta, niſi Rex vnus reliquis omnibus Regibus præficiatur, & omnia regna vno regno cõtineantur. Ac fortaſſe vos Hiſpani propterea Regem veſtrũ Catholicum appellatis, quòd optetis illum cæteris Regibus imperare atque dominari: quod abſit. Patuit etiam ex ſuperiori noſtra diſputatione, quàm perperam locum Cypriani intellexeris, qui de vnoquoque Epiſcopo loquitur, non autem de Romano, vt tu putas, idque ita fidenter pronũtias, vt ſi non vulgò extaret illa Cypriani Epiſtola, quã omnes legere poſſunt. Quinetiã miror te Põtificia cæcitate adeò laborare, vt non videas Cyprianum illic ſuam cauſam agere, non Romani Epiſcopi, quẽ potius graui reprehẽſione caſtigat, *quod ſchiſmaticis, qui Aphricanas Eccleſias turbarant, non ea conſtantia, qua par erat, obſtitiſſet, eorum minis deterritus*. *Fraternitatis* autem vocabulo ſignificat Cyprianus vniuſcuiuſque loci Eccleſiam ac præſertim plebem ipſam, quemadmodum facilè norunt ij qui in ipſius ſcriptis verſati ſunt.

II Pag.42. TVRRIAN. *Recitabo quæ St. Dorotheus in libro de non iudicandis proximis ſcripſit, inuehens in hunc Pauli locum. Qui gubernant, ſunt caput: qui attendunt & corrigunt, ſunt oculi: qui ſermone iuuant, ſunt os: qui obediunt, ſunt aures: & qui operantur ſunt manus: pedes ſunt, qui habent Diaconias.*

SADEEL. Iſte tuus Dorotheus te refellit, quandoquidem nomen *capitis* refert ad eos qui gubernant, numero multitudinis: tu verò reſtringis ad vnum hominem, Epiſcopum videlicet. Quid autem ſibi velit Dorotheus, *dum eos qui obediunt in capite conſtituit, ipſos cum auribus comparans*; tu ipſe videris, vt tui patroni patronus eſſe videaris. Cæterùm huius loci expoſitionem in noſtra ſolutione propoſuimus, & ipſi Scripturæ, & probatiſſimis veteribus conſentaneam: quo fit, vt minus nos iſte Dorotheus moueat.

III Pag.43. TVRRIAN. *Licet ad cauillatiunculas tuas, quamuis ineptiſſimas, meo magno faſtidio reſpondeam, tamen ordine perſequar. Dicis, duos igitur Romanos eſſe oportere in Eccleſia, qui cum oculis comparentur: miror quòd non potiùs vnum dixeris, quia vnus homo duos oculos habet. Caput eſſe in Eccleſia ſignificat præeſſe: & oculi, aures, manus, pedes ſignificant miniſteria luſtrandi, audiendi, operandi & miniſtrandi. Et in conſtitutionibus Apoſtolicis Diaconum eſſe Epiſcopi oculum, os, cor, & animam.*

SADEEL. Tuum faſtidium nihil miror. Num autem ad argumenta mea ordine reſponderis, & vtrùm cauillatiunculas (vt loqueris) protuleris, doctiſſimorum Theologorum eſto iudicium. Porrò te ad[illegible] incommodum, quod non ſolùm, ſed [illegible] corporis eludere: dum ita falſè ſcilicet, & acutè cauillaris: *vnum hominem fuiſſe cum oculis comparandum, quia vnus homo duos oculos habet*: quo tuo ſale nihil dici potuit inſulſius. Atenim, neſcio an ſis ex eorum numero, qui duos oculos habent, qui tam parum ſis perſpicax vel in tuis defendendis, vel in alienis refellendis. Sed tandem nobis expoſuiſti *quid ſit*

capitis

caput esse in Ecclesia: nempe præesse. (Quasi verò [illegible] scriptura non dicatur *caput Ecclesiæ* non tantùm quòd præsit, sed etiam quòd vitam toti corpori suppeditat.) Ac deinde *oculos, aures, manus & pedes refers ad Ecclesiastica ministeria.* Quid? solos-ne Ecclesiæ Ministros Paulus compellauit? num etiam in solis clericis (vt loquimini) Ecclesiam constituis? Quinetiam præclara hac tua expositione non tantùm recedis à mente Pauli, sed etiam à tuis ipse testibus dissentis. Nam *aures, ad eos qui obediunt*, tuus Dorotheus retulit: at tu videris ad eos qui nuntiant, referre. Tu *pedes de Diaconis* exponis: at paulò pòst ex constitutionibus Apostolicis, ais *Diaconum esse oculum, os, cor, & animam Episcopi.* Quamobrem argumentare nunc demonstratiuè ex nominibus in hac similitudine vsurpatis, vt videas quem exitum sis habiturus. Nam si dicas *Episcopum esse caput, & Diaconos pedes:* ego contrà tibi obiiciam *Diaconos esse oculos, os, cor & animam Episcopi:* vt ex constitutionibus Clementinis retulisti: & (vt ille dixit) vanitatem vanitate depellam. Verùm qui fit vt non memineris *olim Romæ Diaconos fuisse in honoribus cum presbyteris coæquatos*, si Hieronymo credimus, Romanam Ecclesiam perstringenti? Tu verò *Diaconos ad pedes Ecclesiæ* deiicis. Atque vt te aberrantem manu reducam intra fines eius loci de quo inter nos agitur: Paulus de donis spiritualibus loquens: *Omnia hæc*, inquit, *efficit vnus idemque Spiritus distribuens priuatim singulis sicut vult. Sicut enim corpus vnum est & membra habet multa: omnia verò membra corporis vnius multa cùm sint, vnum sunt corpus: ita & Christus.* Et ad finem: *Num omnes*, inquit, *habent dona sanationum? num omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur? sed ambite dona potiora.* hæc Apostolus. Ex quibus vides non certatum fuisse in Ecclesia Corinthiaca, ecquis in illa præesset, aut eam regeret: sed potius ecquis donis illis spiritualibus antecelleret. Mane ergo intra hos cancellos: ac tum, mihi crede, poteris inde firmissima argumenta depromere, non nugas inutiles, quibus abundas.

TVRRIAN. *Gregorius loquitur de officiis, non de sacerdotiis, pudeat te tuæ inscitiæ, qui officium à sacerdotio nescis distinguere: non dixit Gregorius Beneficia, sed officia.* IIII. Pag. 44.

SADEEL. Quid? *tu sacerdotium esse officium negas? & beneficium* (vt loqueris) *ab officio distinguis?* nempe in sacerdotiis non officium, sed beneficium vulgò spectatis: ita vt quidam ex vestris illis beneficiariis legere apud Paulum sit solitus, *Qui Episcopatum desiderat, opus desiderat:* si non, *opus.* Saltem hanc meam inscitiam, quam ita exagitas, reiice, si placet, vel in teipsum, vel saltem in glossatorem Gratiani, qui verba Gregorij etiam de pluribus sacerdotiis intellexit: *Vna persona non suppleat*, inquit, *vices plurium, nisi in causa necessitatis: vt idem sit carnalis & spiritualis pater, vel prælatus in diuersis Ecclesiis, & cætera:* quorum, adeóque decretorum omnium Pontificalium, decisionem non tanti facio, vt de iis velim longam disputationem instituere. Gloss. in Can. Singula. Distinct. 89.

TVRRIAN. *Dicis Iesuitis ampliores honores deferri: sed quos honores dicas, nescis. nisi fortè quòd Dominus nos pedes in Ecclesia in præparationem Euangelij pacis calceauit, vt ad insulas & Indos nomen Iesu, nomen nostræ societatis, portaremus.* V. Pag. 46.

SADEEL.

[illegible] Dominus, Turriane, an vos Ieſuitæ ſitis pedibus calceati in præparatione Euangelij pacis (vt loquitur Apoſtolus) quibus potius conueniat quod ex Pſalmo idem Apoſtolus alibi ſcripſit: *Quorum os, inquit, diris & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem: contritio & infelicitas in vijs eorum: & viam pacis non cognouerunt:* quandoquidem nihil aliud quàm gladios & ignes comminis aduerſus eos qui veram doctrinam Ieſu Chriſti profitentur, cuius ſanctiſſimo nomine ad ſectæ veſtræ inſcriptionem non ſine blaſphemia abutimini, nimirum quibus ſordet nomen Chriſtianorum tanquam nimis vulgare. Verumenimuero aliud etiam colligo ex hac mirifica tuæ ſectæ commẽdatione. Nam ſi verum eſt quod nobis ſuprà ex Dorotheo recitaſti: *Diaconos eſſe pedes Eccleſiæ:* ac etiam quod paulò pòſt afferes ex Dionyſio ad Demophilum: *Diaconis præſcribere Monachis:* ſi, inquam, iſta ſunt vera: quomodo ſtare poteſt quod nunc dicis, *Ieſuitas eſſe pedes in Eccleſia?* Cùm enim monachi ſint inferiores Diaconis, ex Dionyſio certè vis in Eccleſia eſſe pedes pedum, ſicut etiam caput capitis. quæ forma corporis hactenus inaudita eſt: niſi quid monſtri eiuſmodi vobis ex Indicis, & Cipangenſibus, hoc eſt, remotiſſimis regionibus allatum ſit. Nos autem monſtris veſtris valere iuſſis, & ad Indos relegatis, eam corporis humani analogiam amplectimur, quæ nobis in Scriptura propoſita eſt.

Ephes.5.

Rom.3.

VI. TVRRIAN. *Audi quæ Chryſoſtomus ſubiiciat in eo loco quem mihi obiicis. Etſi donum inferius eſt, ſcilicet pedum, neceſſarium tamen: & vt illo non exiſtente multa impingerent, ita ſine hoc plenitudo Eccleſiæ manca fuerit. Ergo ex Chryſoſtomo nomen capitis apud Paulum, ſignificat non quodcunque excellentius donum, ſed donum regendi, quod analogiam cum capite humani corporis habet. De ſingulis Epiſcopis ſingularium Eccleſiarum loquar modò, ex quibus cogam te dare vnum caput quod præſit Eccleſiæ Catholicæ. Fateris doctrinam Pauli non ſolùm generalem eſſe, hoc eſt pertinere ad vniuerſam Eccleſiam, ſed etiam ad ſingulas Eccleſias ſimul ſpectare ad illas ſingulas Eccleſias accommodari hoc poſſe: (Non poteſt dicere caput pedibus non eſtis mihi neceſſarij) vt capita Eccleſiarum, nempe Epiſcopi, non debeant ſeſe efferre in eos qui locum tenent. At ſingularium Eccleſiarum vniuerſa multitudo eſt Eccleſia Catholica, cuius vnus eſt Epiſcopus qui vt caput eſt Eccleſiæ Catholicæ, ita eſt caput ipſorum Epiſcoporum. Huic igitur capiti vniuerſæ Eccleſiæ conuenit, quod Paulus in ſua analogia poſuit: Non poteſt caput dicere pedibus, non eſtis mihi neceſſarij &c. Id quod das in Eccleſiis ſingulis, cogeris dare Eccleſiæ vniuerſæ.*

Pag.47

Pag.48.

Pag.49.

Pag.50.

SADEEL. Dicit Chryſoſtomus *ſine dono inferiori plenitudinem Eccleſiæ mancam futuram.* Ecquid te hoc adiuuat? cedò: hinc-ne colligis Apoſtolum non eò ſpectaſſe vt qui maioribus donis præſtarent, alios ne faſtidirent, idque interprete Chryſoſtomo? Audi igitur, quæ ſtatim poſtea ſubiicit idem Chryſoſtomus: *Corporis,* inquit, *ſimilitudinem adhibet, vbique deiectum erigens, tumidum verò coercens.* Hæc autem verba (*ſcilicet pedum*) ſunt tua, non Chryſoſtomi: cuius ſententiam implicant, nedum explicant. Non verum eſt quòd dicis, Chryſoſtomum locum Pauli intelligere de regendi dono, quemadmodum ex eius verbis in noſtra ſolutione recitatis perſpicuum eſſe poteſt. Quomodo verò me cogas, operæpretium eſt videre. *Intelligis* (inquis, me compellans) *hanc*

In pr. ad Corinth.
Homil.31.

Ibid.

[illegible] poſſe ad ſingulas Eccleſias, [illegible] Eccleſiarum [illegible] pe Epiſcopi, non debere ſe [illegible] in [illegible] qui [illegible] Mi Franciſce, cur me in Turrianum conuertis, ac non meam, ſed Turriani ſententiam proponis? hoc-cine eſt veſtrum diſputandi genus? non [illegible] latio eſt, errare te, niſi me ſimul tecum errantem introducas? Atque tantum abeſt, vt exiſtimem *locum hunc Pauli accommodari potuiſſe ſingulis ſingulorum Eccleſiarum Epiſcopis*, vt pernegem illum ordinem priſcis illis Apoſtolorum temporibus locum habuiſſe, qui poſtea humano inſtituto receptus eſt, vt vnus eſſet in vnaquaque Eccleſia Epiſcopus. Qua de re pluribus agemus infra in loco Scripturæ 12. Cæterum, quis te patienter audiat ita concludentem; *Quemadmodum Eccleſiis ſingulis* (inquis) *[illegible] data Eccleſiæ vniuerſæ*: Ego verò, Turriane, nondum Pauli temporibus Corinthiacæ vel vllius Eccleſiæ præfecturam fuiſſe penes vnum Epiſcopum. Et ſi id darem (abſit autem à me tam profuſa & iniqua prodigalitas) affirmo non propterea ſequi quod tu infers, [illegible] tibi dari non ſit, tanquam datum ſumis: nempe eſſe vnum Epiſcopum Eccleſiæ qui cenſeri debeat caput viſibile Eccleſiæ vniuerſæ. Atqui tu me cogis, vt [illegible] is: quomodo tandem? tuum hoc plumbeo pugione tui Connexit? *Si ſingulæ Eccleſiæ* (inquis) *habent ſingulos Epiſcopos, & eoſdem capita, ergo multitudo omnium Eccleſiarum, hoc eſt, Eccleſia Catholica habet vnum Epiſcopum & caput viſibile.* Quis te ita ratiocinantem non ſtatim ablegat ad collegium illud Neophytorum, cuius nobis in ſuperiore tuo libro feciſti mentionem? almo ita concludendum eſſet potius: *ergo multitudo Eccleſiarum habet multos Epiſcopos & multa capita.* Quod vt videas, exemplum aliquod proferamus. Eſto igitur hæc concluſio Turrianica. *Si ſinguli homines habent vnum caput, videlicet vnuſquiſque ſuum: Ergo multitudo hominum habet vnum caput.* Abſurdum: ſed dicendum eſt, multitudinem illam hominum habere multa capita, quia ſinguli habent ſuum. Age, & aliud exemplum tibi fortaſſe iucundius & gratius apponamus: *Si ſinguli monachorum ordines habent vnum veſtimenti genus quo ipſi ab aliis diſtinguuntur* (quippe verecundum, ne qui religiis omnia perturbarent & confunderent, ipſi inter ſe confundantur) *ergo omnium monachorum multitudo habet vnum veſtimenti genus*: ex tua ſuperiori concluſione. Ego verò ita concludo, ſi quis videret omnium monachorum multitudinem, eum poſſe ſimul omnes propè veſtium figuras, omnia colorum genera, omnes denique pannorum ſpecies intueri. Quare mi Franciſce, quàm parum me coget tua iſthæc argumentatio, ſatis, vt opinor, vides. Dum verò dicis *[illegible] Pontificem eſſe caput [illegible]*, ad quodnam relationis genus iſta referas, nobis, quum licebit, explicabis. Atque vtinam ſaltem hic ſubſiſteres: vt hominum caput conſtitueres: ſed miror te in hanc etiam blaſphemiam prorupiſſe, vt in tuo Sophiſmate dixeris, *Chriſtum in Eccleſia habere caput myſticum viſibile.* Quid? poteſt-ne conſiderari Chriſtus in Eccleſia, quin ſit ipſius Eccleſiæ caput? Ac tu miſer auſus es non cogitare tantùm, aut dicere, ſed etiam ante omnium oculos palam, in mediam lucem proponere, *Chriſtum in Eccleſia habere caput viſibile.* Ergo-ne *tuus Pontifex erit caput viſibile Chriſti in Eccleſia?* ô blaſphemum hominem! Audite, Ieſuitæ, quemadmodum

Turri-

[illegible] veſtræ ſectæ defenſor, veſtram illam ſectam & Pontificios errores ſine horrenda blaſphemia defendere non poſſit.

VII Pag.49. TVRRIAN. *In Euangelio Matthæi his verbis: Quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter Miniſter, non prohibuit Dominus, caput eſſe in Apoſtolis: Maior enim in Apoſtolis, quid eſt niſi caput? ſed admonuit ne ſe efferret caput in* [illegible].

Matt.20. SADEEL. *Si maior in Apoſtolis idem eſt atque caput:* certè Chriſtus interdixit, ne vllus ex Apoſtolis vellet eſſe aliorum caput. Sic enim Chriſtus: *Qui voluerit inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter: & quicunque voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus.* Item Marc. 9. *Si quis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus, & omnium miniſter.* Et neſcio profectò inſcitiæne an impudentiæ tibi adſcribere debeam quòd ex his Chriſti verbis colligas Petri inter Apoſtolos primatum: & quod Chriſtus grauiſſimè interdixit [illegible] accipias, vbi expreſſiſſimis id verbis præcepiſſet.

VIII. Pag.51. TVRRIAN. Quin *Ambroſius dicit aliquè, Dominus in Eccleſia Apoſtolos poſuit capita in Eccleſia, non vnum caput omnium Apoſtolorum: non Apoſtoli dicuntur fundamenta: Aut ipſum confitere Apoſtolos non caput vnum, ſed capita fuiſſe, aut neges eos eſſe fundamentum, &c. Vide Dionyſium in Epiſtola ad Demophilum monachum: Tibi, inquit, præſcribunt miniſtri, ſiue Diaconi: Miniſtris ſacerdotes: Sacerdotibus Epiſcopi: Epiſcopis Apoſtoli & Apoſtolorum ſucceſſores.*

SADEEL. Ridiculum te præbes, Franciſce, qui apud Ambroſium [illegible] commentaris. Cùm enim in hac Apoſtoli ſimilitudine verſetur, in qua non multa corpora, ſed vnum corpus propoſitum eſt, non adeò demens fuit Ambroſius, *vt vnius corporis multa eſſe capita crederet.* Verùm excipiamus tuam rationem petitam ex libro Apocalypſeos. *Apoſtoli* inquis, *dicuntur fundamenta ciuitatis cæleſtis Hieruſalem:* fateor. Sic enim Ioannes ſignificare voluit eos, quorum miniſterio prima Eccleſiæ Chriſtianæ fundamenta iacta fuerunt. Ergo inquis, *Apoſtoli non fuerunt caput vnum, ſed multa capita.* Sic iſtic Ambroſium argumentaris. Ego verò, licet ante ſatis expoſuerim quemadmodum locum Pauli intelligam, nunc tamen pro Ambroſio reſpondeo, ineptam eſſe tuam concluſionem: nam ex loco Apocalypſeos ſequeretur potiùs, ſi Ambroſius dixiſſet capita, de vno capite intelligendum fuiſſe: quemadmodum *duodecim illa fundamenta,* de quibus Ioannes locutus eſt, ad vnum idemque Eccleſiæ fundamentum referuntur. Quare nemo non videt Ambroſium vſurpaſſe nomen capitis tanquam collectiuum, quando dixit *Apoſtolos fuiſſe caput.* Ex quo magis magiſq; etiam infelix prodis, qui nomen tanquam collectiuè vſurpatum non pateris ſingulari numero efferri, ſed numerũ pluralē neceſſariò requiris. Atq; hæc de Ambroſio à te oppugnato, & à nobis defenſo. Niſi fortè expectas dum Ambroſio ſocium adiungam Baſilium: qui ad hunc Pauli locũ alludens, *modò nomen capitis, modò nomen manus tribuit Epiſc. tranſmarinis.* Cæterùm tu nihil tale cogitans tuâ ſententiâ *de uno Petri capite* euertis: quandoquidem affirmas *Apoſt. fuiſſe capita, vt & fuerunt fundamenta.* Atqui ex deſcriptione Ioan. manifeſtũ eſt, nullum ex Apoſtolis fuiſſe aliorum fundamentum. Nec ſolius Petri, ſed aliorum etiam nomina dicuntur inſcripta fuiſſe fundamentis. Itaque colligo ex tua argumentatione Petrum non fuiſſe aliorum Apoſtolorum caput, ſed

In Epiſt. ad Epiſc. tranſmar.

ſed omnes Apoſtolos æquè fuiſſe capita, (ſi quidem nomen capitis Apoſtolis tribuis) *quemadmodum omnes Apoſtoli æquè fuerunt fundamenta*, ſi Ioanni credimus. Sed iubes me credere tuo Dionyſio, qui vult *vt Epiſcopis præſcribant Apoſtoli & Apoſtolorum ſucceſſores*. Ego verò ingenuè profiteor me in cauſa religionis ſoli Scripturæ credere, & ea demum recipere, quæ cum ipſa Scriptura conueniunt. Sed quia tanti facis illum Dionyſium: expende igitur quæ dicit, quum non vnum Pontificem (vt tu facis) ſed *Apoſtolos, & Apoſtolorum ſucceſſores, numero multitudinis, conſtituit Epiſcopis ſuperiores*: atque ita te refutat verbis apertiſſimis. Quinetiam prodit alium tuum errorem, quem alibi affirmaſti, *non presbyteros, ſed Epiſcopos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores*, quod memini in ſuperiori noſtra reſponſione à me tibi obiectum eſſe. Crede igitur, Turriane, Dionyſio à te producto, ac tuos errores refellenti. Nos autem credemus Scripturæ, noſtræ ſententiæ veritatem aſſerenti.

TVRRIAN. *Niſi hæreticus eſſes proprio iudicio condemnatus, intelligeres ex Cypriano vnitatem Eccleſiæ non poſſe apprehendi niſi ab vno homine incipientem. Exordium ab vnitate proficiſcitur, inquit, vt Eccleſia vna monſtretur. lib. de vnitate Eccleſ.*

SADEEL. *Non qui audit, ſed qui facit conuitium, miſer, eſt*, inquit Cyprianus, quem mihi obiicis. Itaque, Turriane, pro tuo conuitio nihil aliud à me nunc audies, quàm quod Auguſtinus Donatiſtis aliquando dicebat; *vindicet nos de vobis Deus, & error iſte veſtrum in vobis occidat.* Iam quod ad Cypriani locum attinet: nos in ſuperiori reſponſ. copioſè demonſtrauimus Cyprianum de Rom. Pontifice nunquam cogitaſſe: nec eius verba eò ſine ſumma iniuria torqueri poſſe. Is enim hæc verba expendens, *Paſce oues meas: Quamuis, inquit, Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum ſanctum. Si cui remiſeritis peccata, remittentur illi, &c. tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnam cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. hoc erant vtique cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus: pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis: ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt vna Chriſti Eccleſia, & cathedra vna monſtretur. Et Paſtores ſunt omnes, ſed grex vnus oſtenditur, qui ab Apoſtolis omnibus vnanimi conſenſione paſcatur.* hæc Cyprianus. Ex quibus ſcilicet *vis probare vnum Petrum cæterorum omnium Apoſtolorum caput, & reliquis omnibus ſuperiorem fuiſſe*: cùm tamen Cyprianus doceat *eiuſdem honoris & poteſtatis conſortio fuiſſe præditos omnes Apoſtolos*. Quamobrem, Turriane, licet apprehenderem vnitatem Eccleſiæ, non ab vno homine, ſed ab vno Chriſto incipientem, & in vno Petro demonſtratam ac figuratam (quæ fuit Cypriani ſententia) ego certè non propterea tuum Pontificem apprehenderem, qui nihil habet neque cum Petro, neque cum vnitate Eccleſiæ commune. Ne mihi ſit repetendum, quod in ſuperiori reſponſione dixi in loco Scrip. 4. te imperitè admodum exiſtimare vnitatem Eccleſiæ non ſemel incepiſſe: ſed quotidie incipere debere: vt illic fuſiùs à nobis diſputatum eſt. Ex quibus manifeſtum eſſe arbitror nos (quos falsò hæreticos appellas,) ſi tuo, at certè non veritatis iudicio eſſe condemnatos.

Lib. 1. Epiſt. 3.

Epiſt. 166.

De vnit. Eccl.

X. Pag. 54. TVRRIAN. *Multos oculos, & aures non indicare caput in multis, patet ex Ariſt. 3. Polit. Principes, inquit, & Reges multos ſibi oculos faciunt.*

SADEEL. Si ex inſtituto noſtro eſſet, dicerem te quum Ariſtotelem citares, non aduertiſſe ad hæc verba quæ ſubiicit Ariſtoteles, non iam ex aliorum dubitantium, ſed ex ſua ſententia: in ſimilibus, inquit, & paribus, neque conuenit neque iuſtum eſt, vnum omnibus imperare. Quæ te egregiè refellunt opinantem *inter Apoſtolos eiuſdem muneris & miniſterij participes, vnum fuiſſe reliquis omnibus præficiendum.* Quia verò te tantopere Politica delectant: ergo qui Romæ verſaris reuoca in memoriam veterem Senatum Reip. Romanæ ex multis ac præſtantiſſimis viris conſtantem, quem nihilominus vnum Reipub. caput optimi quiq; ciues agnoſcebant. Sed iã à Politicis ad Theologica reuertamur.

Polit. lib. 3. vlt.

XI. Pag. 55. TVRRIAN. *Obiicis Eccleſiam Romanam dici caput in decreto Calixti: ſed vt ait Cyprianus lib. 4. Epiſt. ad Florent. ſiue Puppianum: Epiſcopus eſt in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo &c. Ergo qui dicit Eccleſiam Romanam; dicit Epiſcopum Eccleſiæ Romanæ.*

SADEEL. Leuiuſculum eſt hoc effugium. Cyprianus enim illis verbis mutuam *Paſtoris & Eccleſiæ coniunctionem ſignificauit:* neque propterea quod Eccleſiæ proprium eſſet, voluit in vſum Epiſcopi tranſire poſſe. Quare ſi Eccleſia Romana eſſet caput (quod abſit) certè nomen capitis ſoli Epiſcopo Romanæ Eccleſiæ minimè conueniret. Huc adde, perperam te ex verbis Cypriani ita concludere: *Qui dicit Eccleſiam Romanam, iam dicere Epiſcopum Eccleſiæ Romanæ.* Aliud eſt enim eſſe Eccleſiam, aliud eſſe in Eccleſia. Vide igitur quonam te deducat tua argumentatio. *Si Epiſcopus eſt in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo* (vt aliquando dixit Cyprianus) *& Eccleſia Romana eſt caput Eccleſiæ vniuerſæ* (vt Calixtus Papa ſomniauit) Ergo (inquit Turrianus) *Epiſcopus Romanus eſt in capite Eccleſiæ vniuerſæ: & ipſum caput Eccleſiæ vniuerſæ in Epiſcopo Romano.* Ita tibi, Turriane, argumentandum eſſet, ac tum ego dicerem, me Cypriani verba exponere: Calixti ſomnium non admittere: tuam conſequentiam reiicere: quæ quidem nec me lædere poſſit, nec te iuuare. Quia verò tum in hoc, tum in ſuperiore tuo libro paſſim ſoles tuos Syllogiſmos ita inchoare: *Qui dicit, &c.* Ego te familiariter admoneo, vt, quoad eius fieri poterit, ab illo argumentandi modo poſthac abſtineas. Sic enim ante aliquot annos monachus quidam Hiſpanus Romæ, poſt multas deliberationes, exploſus eſt quum ita argumentaretur. *Qui dicit te eſſe animal, dicit verum. Qui dicit te eſſe aſinum, dicit te eſſe animal: ergo qui dicit te eſſe aſinum, dicit verum.*

XII. Pag. 56. TVRRIAN. *An vera abſurda confeſſio eorum, de quibus Cyprianus ad Cornelium: non ignorantes vnum Epiſcopum in Eccleſia Catholica eſſe debere.*

SADEEL. Cypriani mentem non aſſequeris, quod & paſſim tibi vſu venit. *Eccleſiam Catholicam* intelligit vnamquamq; veram Eccleſiam, quam ita diſtinguit ab hæreticorum & ſchiſmaticorum conuenticulis: vt lib. 1. Epiſt. 3. *Miſi nomina Epiſcoporum, qui integri & ſani in Eccleſia Catholica fratribus præſunt, &c.* Illic igitur deſcribit Cyprianus eorũ reſipiſcentiam, qui à Schiſmate ad Eccleſiam redierant, *quum agnoſcerent vnum Epiſcopum in Eccleſia eſſe debere: hoc eſt vnius Eccleſiæ vnum Epiſcopum eſſe opor-*

tur: ac propterea ſe pſeudoepiſcopo communicare. Hoc autem vetus quidem fuit, *at humanitus inſtitutum, in remedium Schiſmatis inuentum,* vt teſtatur Hieronymus. Atque hæc de Cypriani verbis à te malè intellectis. Ad Euag.

XIII. Pag. 56. TVRRIAN. *Cur Scriptura quum de capite Eccleſiæ diſſerit, nunquam aliud caput nominat quàm Chriſtum, dicam tibi, etſi non quæris: quia qui Chriſtum habet caput, neceſſariò habet Pontificem in Eccleſia caput: non tamen reciprocatur: non enim quicunq; habet Pontificem caput, habet eumq; perfectè Chriſtum caput: licet autem Scriptura non nominet, eſt tamen neceſſariò intelligendum.*

SADEEL. Itáne temerè profundis mirificas tuas expoſitiones, vt eas etiam nihil tale abs te petentibus obtrudas? Quare ego tibi reddo tuum, Franciſce, atque ita ex verbo Dei ſtatuo, *eum qui Chriſtum habet caput,* perfecto & viuifico illo capite eſſe contentum. Dum autem addis *eum qui Pontificem caput habet, non perfectè habere Chriſtum caput,* dicis bene, ſed non plenè: (vt illud Auguſtinianum vſurpemus.) Quare delendum eſt illud *Perfectè* vt plena & perfecta ſit ſententia. Iam quod exiſtimas: *licet Scriptura ſecundarium illud & fictitium caput non nominet, eſſe nihilominus intelligendum:* dicis, & non probas, (id quod mihi identidem obiicis) ſcilicet longè audacior Ambroſio ita exclamante: *Scripturis,* inquit, *non loquentibus, quis loquetur?* En tibi, Ambroſi, prodit in medium Turrianus, qui affert *inſtantiam* de ſuo Pontifice, de quo Scripturis nunquam loquentibus, nunquam ille loqui deſinit. De vocat. gent. lib. 2. cap. 3.

XIIII. Pag. 58. TVRRIAN. *Hic locus Pauli: Non poteſt dicere caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij &c. eſt vnus ex iis, in quibus Petrus dixit quædam eſſe difficilia intellectu, quæ hæretici deprauant.*

SADEEL. Hic locus Pauli non eſt quidem ex locis difficilibus: cùm in ſimilitudine trita vulgatáque verſetur: ſed tamen fateor illum eſſe ex iis *quæ hæretici detorquent.* Atque vt id fatear, in cauſa eſt Turrianus, locum Pauli per ſe clariſſimum ſuis tenebris inuoluens, & in alienum planè ſenſum detorquens. 2. Pet. 3.

XV. Pag. 59. TVRRIAN. *Si ſufficit Chriſtus vniuerſæ Eccleſiæ, vt ſit eius caput, cur non ſufficit ſingulis Eccleſiis, quæ nihilominus habent capita ſua, hoc eſt, Epiſcopos ſuos?*

SADEEL. Singulæ & particulares Eccleſiæ *nullum aliud caput agnoſcunt præter Chriſtum, ſicut nec alium ſponſum:* cuius vnici ſponſi & capitis omnes Eccleſiarum paſtores ſunt miniſtri & tanquam inſtrumenta, per quæ viuificum illud caput ſuo Spiritu vim ſuam per totum corpus Eccleſiæ diffundit. Non aliter Scriptura locuta eſt: non aliter etiam credimus. Quod autem veteres aliquando *nomina capitis, & ſponſi tribuerunt Eccleſiæ paſtoribus:* id abuſiuè dictum eſt, ac propterea non eſt inde argumentandum ei qui Theologicè diſſerere velit. Quæris autem à nobis, Turriane, *quid ſit cauſæ quamobrem ſi ſingulæ Eccleſiæ habent ſuos paſtores viſibiles, Eccleſia vniuerſa ſuum itidē vnū viſibilē paſtorē non habeat?* Nimirū quia ita fert rerum natura, vt paſtores poſſint ſuos greges videre, noſſe, paſcere, cum illis cōmunicare: deniq; illa omnia præſtare, quę miniſterij Eccleſ. munus ac ratio poſtulat. At Eccleſia Catholica non eſt grex aliquis viſibilis in vno loco cōgregatus, quē paſtor vnus videat, norit, paſcat, viua voce inſtituat, eidemq; præſtet omnia erga illum gregem quæ ad paſtoris officiū pertinēt. Chriſtus autē cuius virtus vbiq; diffuſa alit, Eccleſiam Catholicam vbique diffuſam, nouit, regit, alit, ac fouet: ea denique erga ſuum corpus præſtat omnia, quæ Paulus elegantiſſimè ſimul ac veriſſimè deſcribit in 4. cap. Epiſt. ad Epheſ. Habes quid ad tuam interrogationem reſpondeam. Tu verò vide quid ſis reſponſurus, ſiquis ex te quærat: cùm veteres appellarint *Epiſcopos capita, & ſponſos Eccleſiarum*: tu autem *Pontificem illis omnibus præficias, qui ſit illorum omnium capitum caput*: an etiam Pontificem eſſe ſponſorum omnium ſponſum exiſtimes.

XVI. Pag.60. **TVRRIAN.** *Si caput in ea ſimilitudine interpretari oportet Chriſtum, vt vis: quomodo ſtabunt quæ dixiſti, Paulum voluiſſe alios ab arrogantia reuocare: alios vindicare à contemptu?*

SADEEL. Ecquis adeò demens fuerit, vt cùm de Corinthiis loquens, alios dixerim ab arrogantia reuocandos fuiſſe, hæc verba per vim ac nefas ad Chriſtum trahat? abſit tantus furor, tantáque blaſphemia. Quia verò tu noſtram ſententiam intelligere diſſimulas, eam tibi paucis repeto. Primò, dixi Pauli locum ita accipiendum eſſe, vt ſi diceret: *In Eccleſia Corinthiorum, qui maioribus donis ſpiritualibus excellebant, non debere alios deſpicere: contrà, qui donis minoribus & paucioribus erant præditi, non debere vel animos abiicere, vel aliis inuidere.* Secundò, affirmaui in his Pauli verbis: *Si dicat pes, quia non ſum manus, &c. non curioſè quærendum, quinam ſint pedes, vel oculi, vel aures, vel caput: ſed hoc nobis ſatis eſſe, quòd ſuperiora membra ſignificent eos qui pluribus ac potioribus donis antecellebant; inferiora verò repræſentent, qui minus donorum ſpiritualium habebant.* Quæ quidem omnia ex Chryſoſtomo, & reliquis doctiſſimis petita ſunt. Tertiò, quia in his verbis Apoſtoli: *Non poteſt caput dicere pedibus, non eſt mihi vobis opus:* nomen capitis intelligis de vno quopiam qui ſit Eccleſiæ caput: addidi per conceſſionem, ſi quidem ita velis interpretari, Chriſtum igitur eſſe neceſſariò intelligendum, quippe vnicum Eccleſiæ caput. Hîc inſtas, & quæris qui poſſint hæc verba Chriſto conuenire: *non eſt mihi vobis opus.* Reſpondeo, atque etiam reſpondeo, *Chriſto capiti opus eſſe vel infimis Eccleſiæ membris, vt ſit plenitudo Eccleſiæ, quæ vtique non eſt ſine omnibus ſuis membris, atque etiam infimis.* [illegible] *Eccleſiæ* [illegible] *ſuo* [illegible] *Corinthiis non eſſe committendum, vt præſtantiſſima huius corporis membra diſſidiis, contentione, & tumultu diſtrahantur: ſed ab illis potius colendam eſſe ſanctam ac mutuam ſocietatem.* Quod ſi Chriſtus ne minima quidem & infima membra deſpicit: quid de illis cenſendum eſt, qui ſuos fratres deſpectos habent, licet fortaſſe non tot tantiſque Spiritus ſancti donis exornatos? Atque hæc, Turriane, de noſtra, vel potius doctiſſimorum tum veterum, tum recentiorum ſententia à tuis cauillis vindicare. Poſtquam verò ad tuam interrogationem reſpondimus: viciſſim & nos hanc tibi proponimus quæſtionem: *Quomodo ſtabit quod dicis, de vno Epiſcopo, nomine capitis intelligendo, in hac Pauli ſimilitudine? quandoquidem in Eccleſia Corinthiorum (cui inprimis hæc ſimilitudo accommodanda eſt) non erat vnus Epiſcopus, qui reliquis paſtoribus eſſet præfectus:* [illegible] *Vide 14. caput illius Epiſtolæ, vt diſcas, Eccleſiam Corinthiorum* [illegible] *Doctores: vbi de tuo illo vno Epiſcopo nullum verbum.*

Item

Philip. 1.
In Ep. ad Tit.
Ad Euag.

Item quarto ex te: *ſi hæc ſimilitudo ſingulis Eccleſiis conuenire debuit (vt ais) quomodo igitur conueniebat Eccleſiæ Philippenſium, in qua nominatim Paulus teſtatur plures fuiſſe Epiſcopos?* Si nobis reſpondere nolis: reſpondo igitur Hieronymo affirmanti *priſcis illis Apoſtolicis temporibus nondum extitiſſe ſtatutum illud de vno Epiſcopo ſingulis Eccleſiis præficiendo.* Quæ ſi vera ſunt (vt ſunt veriſſima) ſequitur aut *nomen capitis* in Pauli ſimilitudine non eſſe ad vnum Epiſcopum reſtringendum: aut Paulum propoſuiſſe doctrinam ſuis illis hominibus inutilem. Sed præſtat dicamus doctrinam Pauli fuiſſe & eſſe vtiliſſimam: tuum verò commentum eſſe non inutile modò ſed etiam exitioſum Eccleſiæ.

XVII.
Pag. 91.
Pag. 92.

TVRRIAN. *Caput & pedes non ſunt relata, quia caput poteſt eſſe ſine pedibus: quòd caput non eſt ex iis quæ dicuntur ad aliquid, vt Ariſtoteles ait in prædicamento eorum quæ ſunt ad aliquid: ſed propriè refertur, inquit, ſi dicatur caput capitati.*

SADEEL. Non dixi *caput ad pedes referri:* eſtque hoc tuum commentum, qui omnia peruertere, & confundere, ſuſq; deque habes. Sed dixi Chriſto capiti opus eſſe corpore & membris, vt ſit caput. Iam vt corpus humanum conſtet ſuis partibus, pedes eſſe neceſſarios perſpicuum eſt. Caput autem eſſe poſſe ſine pedibus, hoc eſt, ſine corpore quod pedes habeat, quum dicis: aliud proponis caput quàm humanum, de quo nobis ſermo eſt: & certè hoc redolet monſtra illa tua Americana. Etenim in corpore humano ſi adſit caput, & pedes abſint, iam erit mutilum corpus. Sed ecce, Ariſtotelicum fragmentum nobis obiicis, & ais, *caput ex Ariſtotelis ſententia non eſſe ex iis quæ dicuntur ad aliquid.* Quantos ſcilicet progreſſus feceris in Ariſtotelis doctrina, iam ſatis ſuperq; nobis declaraſti in ſuperiore tuo libro: adeò vt noua hac probatione nihil opus fuerit. Non negat Ariſtoteles quin caput dicatur ad aliquid (abſit à tanto viro tantum peccatum) Sed cùm ſit ad aliquid, docet quomodo cum ſuo correlato retrò commeet ac reciprocetur: negat autem reciprocari cum animali. Sed hic (vt in pleriſque aliis ex tertio genere relatorum) vſurpandum vocabulum, & ſi deſit, fingendum eſſe, in quo vis relationis inſit: & cum quo vocabulo conuenienter fieri poſſit reciprocatio, cuiuſmodi eſt capitatum: ac cum (inquit Ariſtoteles) caput conuenientiùs *aſſignabitur capitati caput, quàm ſi animalis caput aſſignetur: nec enim in eo quod eſt animal, caput habet: multa enim animalia ſunt caput non habentia.* Hæc ille. At nobis, Turriane, qui de humani corporis natura & analogia diſſerimus, neceſſe non eſt addere, capitatum eſſe corpus. Nemo enim ignorat corpus humanum eſſe capitatum: ac nemo præter te in dubium reuocauit quin caput referatur ad corpus. Præſertim cùm de humano corpore agitur. Atque hęc nobis de tui capitis capitati inſcitia dicta ſint.

XVIII.
Pag. 62. & 63.

TVRRIAN. *Myſticos pedes dixi, vt ſignificarem non eſſe veros pedes (ſymbolica autem vocantur myſtica) quæ verò myſtica dixi, tu dicere ſpiritualia exiſtimaſti. Petra Horeb erátne inuiſibilis? Sic tamen Paulus: Bibebant de conſequente eos Petra: Petra autem erat Chriſtus. Nonne Apoſtolus interpretatus eſt quòd illa Petra myſticè ſignificaret?*

Corinth.
Hom. 7.

SADEEL. Audiamus, quemadmodũ Chryſoſtomus myſterium definiat: *Myſterium, inquit, appellatur, quoniam non id quod credimus, intuemur; ſed quod alia videamus, alia credimus.* Ex quo facile eſt concludere myſticū non eſſe viſibile, ſed opponi potius viſibili: adeò vt non malè te reprehenderim qui *myſticos viſibiles pedes, & myſticum viſibile caput dixeras.* Verùm ſic nos interrogas: *Petra Horeb eratne inuiſibilis?* inquis. Minimè, Turriane, ſed id quod erat myſticum in illa Petra, non erat viſibile. Sic enim Paulus: *Petra, inquit, erat Chriſtus:* quem quidem fideles Iſraelitæ non aliis tunc, quàm fidei oculis videre poterant. Cæterum, qui *myſticū viſibile caput, & myſticos viſibiles pedes* toties inculcas, recita nobis, non ex Dei verbo, à quo tua ſomnia aliena ſunt, ſed ſaltē ex Pontificiis decretis, quinam ſint iſti *pedes myſtici, non particularium Eccleſiarum,* (eos enim anteà dixiſti eſſe Diaconos) *ſed totius Eccleſiæ Catholicæ?* Nam, vt tua verba in te retorqueamus: *Numquid Eccleſia Catholica caput myſticum viſibile habet* (quod tu ſomnias) *& pedes myſticos viſibiles non habebit?* (quod ne ſomniare quidē potes.) Ego te tuis argumentis ſic vrgeo. Aut enim manca eſt ſimilitudinis Allegoria: aut ſi Eccleſia habet Catholicum & vniuerſale caput myſticum viſibile (vt vis) habebit quoque Catholicos & vniuerſales pedes myſticos viſibiles. Vbinā gentium ſunt illi pedes? quibus oculis videri, quibus manib. tangi poſſunt? Geſtis (ſat ſcio) proferre tuos ſodales, quos paulò antè *dixiſti eſſe Eccleſiæ pedes: eo quòd ad Indos vſq; excurrunt:* verùm obſiſtent Diaconi, frement ſacrificuli: & innumerabilium monachorum turbę variæ nunquam id paſſuræ ſunt. Rurſus: ſi vel Diaconi, vel monachi, tanquam ſingulares homines, ſunt pedes: quomodo igitur Catholici & vniuerſales? ſi nomine pedum tanquam collectiuè omnes ſimul comprehendis: cur non idem facis in capite, vt tanquā collectiuè omnes Eccleſię paſtores, nomine capitis cōprehēdat. Verùm agè, ex hac difficultate emerſeris: en tibi alia de oculis, itemq; de ore, ac de manibus. Nam horū mēbrorum ſeparatim meminit Apoſtolus. Peto à te, vt mihi aſſignes vnum os Catholicū viſibile myſticū, oculos & manus itidē vniuerſales myſticas & viſibiles. Quamobrem, Turriane, vides quorſum euadat inepta illa tua in ſcrutandis ſimilitudinibus curioſitas: in quibus dum Pontificem quæris, Pontificis cauſam prodis. Sed hæc hactenus. Quæ verò addis *de Eccleſia permixta,* atque totidem propè verbis repetis quę in priore libro dixeras, omitto: quippe in ſuperiori noſtra reſponſione iam à nobis refutata. Nolo tamen prætermittere te hæc Pauli verba: *In vno Spiritu nos omnes in vnum corpus baptizati ſumus:* perperā exponere *tam de bonis, quàm de malis:* quid (Pag. 65.) enim nomine *omnium* intelligat ſatis aperit Apoſtolus, inquiens: *Siue Iudæi, ſiue Græci, ſiue ſerui, ſiue liberi. Illos verò per Sp. ſanctum in vnum corpus baptizatos dicit Apoſt. quos vera fides, & Sp. ſancti vinculum cum Chriſto capite coniunxerat, quicunq; tandem illi eſſent, ſiue Iudęi, ſiue gentiles.* Abſurdū eſt igitur & impurum, efficacitatem S. ſancti & ſpiritualem coniunctionem, quę piorum eſt propria, cum improbis communicare: qui licet ſint externi ſigni participes, tamen ſua culpa ſe veritate ſpirituali indignos reddunt. Quamobrem longè melius Chryſoſt. locum hunc de Spiritu regenerante expoſuit: quemadmodum in Symbolo credimus, non bonorum & malorum (vt loqueris) ſed *Sanctorum communionem.* (In prior. ad Corinth. Hom. 30.)

TVRRIAN. *Vtinam (inquit Antonius) fragmentum illud Conſtantinopolitanum nihil moratus, Auguſt. potius conſuluiſſes &c. Sic confutat Antonius aduerſarium non argumentando, ſed optando. Nouum genus confutationis.*

SADEEL. Fragmentis tuis monachalibus Auguſtinum oppoſui: vt quia hominum autoritate duceris, ſaltem certos ac eruditos authores incertis & ridiculis monachorum nugis, anteponas. Qui verò, Turriane, tibi meliorem mentem optat ac precatur, is tuæ mentis errorem redarguit. Sed quantum video, nec tuos errores refellentem, nec tibi bene precantem audire ſuſtines.

LOCVS VIII. HEB. X.

LEx vmbram obtinens futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, iis hoſtiis quas ſingulis annis eaſdem aſſiduè offerunt, nunquam poteſt accedentes ſanctificare, &c.

Sophiſma Turriani.

Vmbram, inquit, habebat Lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. In nouo igitur Teſtamento, non ſunt vmbræ, ſed imagines earum rerum quæ apertæ & ſine vllo ænigmate in cælo ſunt. Itaque in imaginibus ac myſteriis earum quæ in cælo reuelata facie cernuntur, voluit Deus implere in Eccleſia noua veteres vmbras & typos. Vnde neceſſe eſt, vt ita Chriſtus figuram atque vmbram throni Dauid nunc impleat, vt non de cælo tantùm, ſed in ipſa Eccleſia, quæ in terris eſt, regnet. Quare cùm regnet in terra, ac non per ſe, conſequens neceſſariò eſt vt aliquem ſui loco conſtituerit, in quem regnum illud transtulerit, qui perſonam ſuam gerat, ac ſuam ferat imaginem. Is eſt ſummus Pontifex Petri ſucceſſor, & Rex ſpiritualis Eccleſiæ, & imago Regis Chriſti qui in cælum aſcendit. In quo regni ſpiritualis præſide (quod eſt Eccleſia) impletur quod dixit Angelus Lucæ 1. Dabit illi Deus ſedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Pag. 17. & 18.

Solutio ſuperioris Sophiſmatis.

NOuo quodam argumentandi genere ex vna negatione multas affirmationes, nec eas quidem ſatis ſibi conſtantes collegit Turrianus: qui ex hoc loco peſſimè intellecto, non potuit niſi peſſimè argumentari. Quæramus igitur verum ſenſum huius loci quem Turrianus deprauauit. Apoſtolus perſequens inſtitutam comparationem Legis & Euangelij, & alludens ad illud exemplar quod 8. cap. dixerat oſtenſum fuiſſe Moſi in monte, opponit vmbræ Legis, expreſſam formam Euangelij. Per vmbram Legis intelligit legales ceremonias, & ea veteris Teſtamenti rudimenta, quæ venturum Chriſtum adumbrabant. At nomine τῆς εἰκόνος ſignificat expreſſam formam Chriſti, id eſt, Chriſtum ipſum, & eius beneficia, quæ nobis per Euangelium conferuntur. Hanc eſſe ſententiam Apoſtoli docet ipſius loci circunſtantia & Hypotheſis. Sic etiam idem Apoſtolus cap. 8. Legem vocauit vmbram: & eodem loquendi genere Paulus vtitur ca. 2. ad Coloſſ. *Quæ ſunt vmbra futurorum,*

Vera expoſitio loci.

Expoſitionis confirmatio.
Ex circunſtantia loci.
Ex aliis Scripturæ locis.

at corpus, eſt Chriſti; qui locus hunc de quo agimus exponit. Quare cùm in his duobus locis eadem doctrina tractetur, & ſcripta Apoſtolica ſecum non pugnent, ſequitur illa verba ad Coloſſ. his verbis de quibus diſputamus reſpondere: adeò vt *imago rerum*, idem ſignificet quod, At corpus eſt Chriſti. Ex quibus efficitur Chriſtum eſſe, vel corpus, vel expreſſam imaginem eorum quæ Lex olim adumbrabat. Nec obſtat vocabulum *εἰκὼν*, quod quidem, vt vſurpari ſolet à Scriptura, ſæpe idem ſignificat quod res ipſa. *Chriſtus* enim *dicitur eſſe imago Dei*. Et nihilominus *ipſe eſt benedictus Deus in ſecula*, vt ait Paulus. Item Chriſtus dicitur *accepiſſe formam ſerui*: neque tamen id obſtat, quominus eum verè hominem eſſe credamus. Ab hoc loquendi genere non receſſit Lombardus, cùm ait, *imaginem aliquando dici ſecundum eſſentiam*: nec alienum eſt quod vulgò dicimus aliquid repræſentari, non tantùm cùm eius ſimilitudo proponitur, ſed etiam cum res ipſa præſens ſiſtitur. Itaque planus eſt locus & adeò apertus vt in eo fallacia Turriani latere non poſſit. Quid autē bonus iſte Theologus? *Lex*, inquit, *non habuit expreſſam rerum imaginem: Ergo neceſſe eſt regni Chriſti imaginē extare in regno Pontificio*. Mirū certè ratiocinandi genus: quod tamen ne pluribus exagitem: hoc certè primùm abſurdum eſt, cùm Apoſtolus de ceremoniis legalibus diſſerat, ac præſertim de victimis quotannis offerendis, ſermonem ad regnum Chriſti transferre: deinde hoc eſt abſurdius, nouum Teſtamentum in terris concludere. Poſtremò hoc omnium abſurdiſſimum eſt, loco verborum Apoſtoli, alia planè ſubſtituere, ita vt iam non ex Apoſtoli, ſed ex ſuis verbis Turrianus argumentetur. Hæc enim non dicit Apoſtolus: In nouo Teſtamento eſſe imagines earum rerum quæ in cælo reuelata facie cernuntur: nec etiam vera eſt illa propoſitio. Nam in nouo Teſtamento ſunt & exhibentur res ipſæ, quas *hîc quidem videmus* (inquit Paulus) *per ſpeculum & per ænigma: at in cælo, coràm cernemus*. Eſt igitur differentia, non in rebus ipſis quæ videntur, ſed in modo videndi. Quamobrem cùm Turrianus hæc tria conſtituat, vmbram Legis, imaginem noui Teſtamenti, & res ipſas, profert ſuam, non autem citat Apoſtoli ſententiam, qui duobus membris contentus fuit. Siquidem *expreſſa rerum imago*, nihil aliud eſt Apoſtolo, quàm res ipſæ. Nec enim legales ceremoniæ fuerunt vmbræ rerum, quia *verum corpus fuit Chriſtus*, vt ait Paulus: Chriſtus autem eſt res ipſa, non imago rei. Huc etiam ſpectat quod dicitur nono cap. ad Hebræos, *veteres ceremonias fuiſſe exemplaria eorum quæ ſunt in cælis*. Quis igitur ferat hanc Turriani concluſionem: *Nouum Teſtamentum, id eſt, doctrina Euangelij, nobis ad viuum exhibet ea quorum adumbrationem* [illegible] *Lex propoſuerat*, inquit Apoſtolus: *oportet igitur* (inquit Turrianus) *imaginē Regni Chriſti in regno Pontificio extare*. Annon ipſe ſentis, Turriane, tuum errorem in falſo conſequenti? Huic etiam alium errorem animaduertito, nempe cùm aſſumis id quod eſt in quæſtione poſitum. Pernegamus enim regnum illud Pontificium niti nouo Teſtamento, id eſt, doctrina Euangelica & Apoſtolicis præceptis: & in hoc cardine ſtatus totius diſputationis vertitur: tu verò proponis illud tanquam confeſſum. Ex quibus cuiuis perſpicuum eſſe poteſt, nihil tibi, neque regno Pontificio cum hoc Apoſtoli loco

eſſe

De vocabalo εἰκὼν.

2.Cor.4.
Coloſſ.1.
Rom.9.
Sent.li.1.vid.
28.& 31.

Argumentatio Turriani diſcutitur.

1.Cor.13.

Elench. Turrian.

eſſe commune. Hoc enim ſibi vult Apoſtolus: quoties oculos in Euangelium conijcimus, toties nos viuam expreſſamq; rerum earum formam, ſiue res ipſas intueri, quæ in Lege fuerant lineis tantùm craſſioribus adumbratæ. Itaque Apoſtolus argumentum ducit à vetere Lege ad Chriſtum: tu verò ab vmbra legis ad regnum Pontificium: & ſic non iam vmbram ſed craſſiſſimas tenebras offundis Euangelicæ luci. Nam dum Apoſt. nobis explicat quęnam ſit hæc imago rerum, vnũ Chriſtum proponit, in quo clariſſimè relucent ea quæ Patribus fuerant ſub velo propoſita. Vt enim alibi dicitur, *habemus lumen cognitionis in facie Ieſu Chriſti.* 1.Cor.4. Si quæras igitur quænam fuerit *vmbra Legis*: profert Apoſtolus *hoſtias ſingulis annis oblatas.* Rurſus ſi roges, vbi ſit *expreſſa illa forma rerum*: ita ſubijcit: *Chriſtus,* inquit, *pro peccatis vna oblata victima in perpetuum ſedet ad dextram Dei, & vnica oblatione conſecrauit in perpetuum eos qui ſanctificantur.* Hæc Apoſtolus: tu verò ſermonem transfers ad imaginem regni Chriſti, quam in regno Pontificio conſtituis. Atqui, Turriane, tantum abeſt vt vllam Chriſti imaginem in Pontifice Romano agnoſcamus, vt eum potius cum Paulo dicamus eſſe ipſi Chriſto aduerſarium 2. Theſſa. adeo vt neque vmbra ſit, neque imago regni Chriſti, ſed res planè regno Chriſti contraria. Quare vel tibi renunciandum eſt huic loco quem protuliſti, vel ſi illum ſequeris, nulla alia ſtatuenda eſt *viua rerum forma* præter vnum Chriſtum, nobis in Euangelio exhibitum: hic enim Apoſtolus conquieſcit. Hæc nobis dicta ſint de huius loci interpretatione. Verùm (ſat ſcio) iſta non ſatisfacient Turriano, vt pote Ieſuitæ: quod ſectariorum genus audio valde *imaginibus delectari, adeo vt imaginem Chriſti (quemadmodum illi fingunt) ſiculis circumferant, eamq; ſuis libris ſoleant præfigere*, quod etiam in ſuo libro curioſè obſeruauit Turrianus. Quinetiam contra expreſſiſſimum Dei interdictum, Exod. 20. &c. auſus eſt in hoc ipſo libro affirmare *adorandas eſſe imagines, & honorem ac venerationem prototypi ab honore & veneratione imaginis ſeparari non poſſe: modò addatur exceptio:* quaſi verò plebs coram imaginibus & ſtatuis prouoluta, hanc diſtinctionẽ vel curat, vel etiam intelligere poſſit, verane ſit an falſa: ſed de hac re aliâs. Ergo vt Turriano imaginũ amatori, propugnatori, pictori, aliqua in re gratificemur: demus aliquas eſſe in nouo Teſtamento imagines. Ecquáſnã? inquies: nempe ipſam Euangelij doctrinam, & prædicationem, atq; ea omnia quę ex verbo Dei ad prędicationẽ Euangelicam pertinent. Sic n. Paulus ad Galatas 3. ca. Quis vos, inquit, *faſcinauit, ne obſequeremini veritati, quib. ob oculos Ieſus Chriſtus priùs fuerat depictus inter vos crucifixus, &c.* Ex quo efficitur, Euãgelij prędicationẽ eſſe inſtar præſtantiſſimę cuiuſdam picturę, quę Chriſtum & ipſius beneficia nobis ita ad viuũ exprimit, vt ipſis propemodũ oculis ſubijcere videatur. Atq; vt de regno Chriſti agamus, ſi roges quęnam fuerit eius vmbra: te ad regni Dauidis memoriã reuocabo: ſed ſi poſtulas tibi dari imaginẽ rei in Euangelio, & in nouo Teſtamento: tibi proferã Chriſtum ipſum affirmantẽ *ſibi omnem poteſtatem datam eſſe in cœlo & in terra.* Matth. 28. Itẽ quod ait Apoſt. *Oportere Chriſtũ regnare vſq; quò omnes inimicos ſubijcerit pedibus eius*, & pleraque ſimilia quę paſſim occurrunt, & nobis expreſſam regni Chriſti formam & *imaginem* non corporis, ſed fidei oculis

Quęnam ſint imagines in nouo Teſtamento.

conſpiciendam clariſſimè proponunt. Tu verò vel ex eo poteras ἀτοπίαν huius tuæ argumentationis cognoſcere: quòd ſi regni Chriſti imaginem ſtatuis in regno aliquo viſibili, iam ad vmbras veteris Teſtamenti regrederis, & exortæ lucis Euangelicæ renuntias. Quinetiam cùm craſſi Iudæi vmbræ adhæreſcentes, terrenum Meſſiæ regnum etiam ab ipſis Chriſti temporibus confingant, & ab illo errore Chriſtus disertis verbis ſæpe ſuos reuocauerit, num erit conſentaneum ipſius regnum viſibili aliquo regno in terris conſtituto velle exprimere? Hic ſit igitur

Duplex paralogiſmus Turriani.

Prior, in vocabulo imaginis.

prior tuus paralogiſmus in voce *εἰκὼν*, quam tu quidem in regno Pontificio, id eſt, lucem in tenebris, quæris: ego verò *εἰκόνα* in ipſo Chriſto, & in Euangelio affirmo. Alter paralogiſmus eſt in dictione, *Regni*.

Poſterior, in vocabulo Regni.

Quot modis regnum Dei dicatur.

Quandoquidem regnum Dei dicitur homonymos. Aut enim ſignificat ſummam & æternam quam poteſtatem Dei in omnes res creatas, atque adeo in ipſos homines: vt Pſalm. 93. & 96. 1. Tim. 6. &c. aut beatiſſimam illam requiem æternámque vitam nobis in cœlo repoſitam, vt 2. Tim. 4. aut ipſam Euangelij prædicationem, per quam nobis ad æternum illud regnum patet acceſſus, vt Matth. 13. Rurſus regnum Chriſti duobus modis conſideratur: *vel quatenus Chriſtus regnat in ſuis electis, ſui Spiritus efficacia & virtute: vel quatenus imperium in ipſos etiam improbos exercet, pro ſumma ſua iuſtitia & poteſtate.* Hi duo modi neceſſariò diſtinguendi ſunt, neque confundi debent, alioquin errores maximi conſequentur. Nunc nobis explica quid intelligas nomine regni Chriſti, cùm ais *oportere aliquam eius imaginem exiſtere in terris, idque in Romano regno, ſic enim vocas Pontificatum Romanum.* Citas hæc verba apud

Lucæ 1.

Lucã, *Regnabit in domo Iacob in æternum.* Ergo video te loqui de eo regno quod Chriſtus exercet in electos, quorum Eccleſiam per domum Iacob ſignificari, ſatis eſt manifeſtum. Nam Eccleſia quæ in æternum futura eſt, ex ſolis electis conſtat: hypocritæ verò licet ad tempus in Eccleſia eſſe videantur, tandem tamen de Eccleſia deiiciendi ſunt. Iam cùm

Pag. 179.

regnum illud Romanum in Eccleſia viſibili conſtituas, in qua reprobi mixti ſunt cum electis, quos quidem ipſe fateris eſſe inuiſibiles: efficitur regnum Pontificium non eſſe imaginem eius regni de quo loquitur Angelus apud Lucam. Atque, vt te ipſe refellas, regero tibi tuum illud argumentum de imaginibus, *in quo dicis imaginem eandem eſſe cum prototypo*: at ex iis quæ modò dixi, conſtat regnum Pontificium non eſſe idem cum regno Chriſti, ac ne *ὅμοιον* quidem. Quare illud, huius imago eſſe non poteſt. Quod autem addis: *oportet vt Chriſtus aliquem ſuo loco conſtituerit per quem regnet, cùm per ſe non regnet in terris:* hoc verò eſt

Chriſtus per ſe regnat in terris, contra Turrianum.

planè à theologia alienum. Quomodo enim in ſuis regnat Chriſtus? annon virtute ſui Spiritus operantis per Euangelij prædicationem? Inde enim hæc præſtantiſſima huius regni effecta apud Paulum: *Iuſtitia, pax, gaudium per Spiritum ſanctum.* Quæ omnia Chriſtus per ſe & ſolus præſtat. Cùm igitur regnum Chriſti Spirituale ſit, & perpetuò ipſius ſpirituali præſentia fruamur (quemadmodum ipſe promiſit his verbis: *Ecce vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi*) non tantum abſurdum eſt, ſed etiam blaſphemum, dicere, regnanti Chriſto tanquam abſenti aliquẽ in terris ſubſtituendum eſſe. Audi etiam quid dicat Amb. qui ea ipſa tractans quæ ex Luca citaſti: *Cœlum, inquit, aſpice, Ieſus illic eſt: terram intuere,*

Rom. 14.

Matth. 28.

Iesus adest: hodie cùm loquor, mecum est: cùm in [illegible] *loquuti sumus Christi amus, Iesus adest; nemo enim dicit Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto.* [illegible] quidem homines adhiberi ad prædicandum Euangelium, & ad cætera obeunda quæ ad ministerium Euangelicum pertinent; quos idcirco Paulus ait esse *legatos Christi*: ſed tamen ille ſolus regnat, ſolus animos noſtros flectit, ſolus in conſcientiis noſtris dominatur: neque confundendum eſt externum miniſterium cum interiori & ſpirituali Chriſti regno. Ita igitur ſtatuamus, fideles Euangelij Miniſtros legatos quidem Chriſti dici poſſe, & ipſius regni Miniſtros: ſed eſſe viſibile aliquod eorum regnum conſtituendum, vt ſint imagines regni Chriſti, iam non eſſe argumentum diſputantis, ſed delirium ſomniantis. Hæc verò Petri verba nobis Turrianus imprudens ſubiecit: *Licet*, inquit, *Chriſtum nunc nō cernatis, tamen credentes, exultatis gaudio ineffabili & glorioſo. 1. Pet. 1.* Ecce igitur, quomodò corporalis Chriſti abſentia nō impediat præclarū hoc effectum regni Chriſti, nempe ineffabile gaudium, quo animæ noſtræ perfunduntur, vbi ſemel oculos fidei in ipſum defiximus. Dicere [illegible] Petrus (ſiquidem vera nobis narrat Turrianus) [illegible] Chriſti abſentis præſentiam ſupplere, & regnum in Eccleſia viſibili exercere. Sed abſit vt illud dicat. Erat n. memor huius præcepti à Chriſto traditi: *Reges gentium dominantur, vos autem non ſic, &c.* Quò fit etiam vt Presbyteros moneat, *ne dominium in Cleros exerceant, expectantes aduentum Chriſti Paſtorum principis*: tantùm abeſt vt ipſi regnare debeant, ad regnum Chriſti ſignificandum. Poſtremò, hoc loquendi genus repertum à Turriano, *Chriſtū regnum ſuum vel in Eccleſiam, vel in Pontificem Romanū tranſtuliſſe*, blaſphemia non caret: nam, inquit Paulus: *oportet enim regnare vſq; quo omnes inimicos ſubiecerit pedibus eius: tunc autem tradet regnum Deo & patri, cùm aboleuerit omne imperium, poteſtatem & virtutem. 1. Cor. 15.* Quare vt finem faciamus, ex iis quæ antè propoſita ſunt, confectum eſſe arbitramur, Principatū Pontificium nullo modo eſſe ſimilē regno Chriſti, *quod Chriſtus ipſe profeſſus eſt non eſſe ex hoc mūdo. Ioan. 18.* Deſine igitur, Turr. regiam illam, aut etiam pluſquā regiam Pontificum maieſtatē, ſeu potius ſplendorem, faſtum, pompam, illecebras, delicias (alia prætermitto, & quidem libens) deſine, inquam, illa omnia cum regno Chriſti, tanquam tenebras cum luce cōparare. Nam *Sion*, id eſt, vera Eccleſia *agnoſcit Chriſtū ſuum regem, iuſtum, ſeruatorem, manſuetum* (inquit Zacharias) & cuius regnum non externo rerum humanarum ſplendore, ſed interiori luce in piorum animis refulget: tum autē verè ſplendidum, magnificum & auguſtiſſimum apparebit, cū debellatis hoſtibus, & in primis Antichriſto deturbato, Chriſtus veniet cum gloria viuos ac mortuos iudicaturus. Eadem quoq; ratione ſublatum eſt aliud Sophiſma Turriani, cùm ait: *Pontificem Romanum eſſe imaginem Sacerdotij Chriſti, quemadmodum Aaron fuit vmbra illius.* Nam Apoſtlus ad Hebræos *vmbram Aaronis ad vnum Chriſtum refert, neq; patitur vt poſt Chriſtum alij ſummi Sacerdotes dici poſſint.* Itaq; vt regnum Chriſti in Euangelio tanquam in ſpeculo nos fidei oculis intuemur: ita in illo ipſo ſpeculo Chriſti Sacerdotium contēplamur. Atq; vt vno verbo dicam, cùm totum hoc argumentum Turriani falſis relata pro veris nobis obtrudat, & legales vmbras non proximè ad Chriſtum, ſed

Turrian. refellitur ab ipſo Petro quē citauit. Pag. 16.

Matth. 20.

Matth. 21.

Concluſio.

Zach. 9.

Matth. 21.

Heb. 9. 10.

Elench. Turriani.

multi

ſed ad Pontificem Romanum referat: ſequitur ipſum eſſe alieniſſimum, non tantum à Theologia, ſed etiam à recta diſputandi ſcientia, tanquam abſurdum & ſophiſticum.

Antitheſis prior.

Itaq; ſuperioribus omnibus erroribus hanc certiſſimam veritatem opponamus. *Hoc eſt noui Teſtamenti proprium, vt contineat expreſſam imaginem earum rerum quæ in cœlis ſunt:* (affirmante Turriano.) *Atqui tantum abeſt vt regnum Pontificum ſit imago expreſſa regni Chriſti, vt potius ſit illi planè contrarium, quandoquidem regnum Chriſti cœleſte & ſpirituale eſt: regnum verò Pontificum terrenum eſt, craſſum, carnale, & aliorum regnorum* [illegible] *ad nouum Teſtamentum, & ad eas res quæ* [illegible]*. Ergo regnum Pontificum ad* [illegible] *pertinet.* Ac nè fortè Turrianus ſuam illam imaginē Pontificiam à nobis planè repudiatam eſſe conqueratur, aliquam ergo re[illegible] præter [illegible] imaginem in regno Pontificio (quando ita Turrianus poſtulat) agnoſcamus. *Viſibile Dauidis regnum in Iudæa, fuit vmbra*

Antitheſis poſterior.

& typus regni Chriſti in Eccleſia, vt conſtat ex verbis Angeli: Luc. 1. à Turriano [illegible]*. Vt autem priſcis illis temporibus Imperatores Romani Iudæam occupauerunt,* [illegible] *Dauidis regnum ad ſe tranſtulerunt, atque etiam Præfectos* [illegible] *Chriſtum verum Dauidem* [illegible] *temporibus Romani Pontifices Eccleſiam, quantum in ipſis fuit, occuparunt, regnumque Chriſti ad ſe transferre* [illegible] *ex illa ſede quam præter ius faſque vſurparunt, puram Euangelii* [illegible] *& eius profeſſores, id eſt, Chriſtum ipſum, quotidie damnant, &* [illegible]*. Quemadmodum igitur Romani Imperatores* [illegible] *in Iudæa regnantes* [illegible] *imago regni Chriſti in Eccleſia regnantis* [illegible]*. Quare dicendum eſt potius Romanos illos Imperatores* [illegible] *Pontifices eſſe poſſunt* [illegible] *fuiſſe vmbram & typum eius expreſſæ imaginis quam* [illegible] *Quod etiam & Romanum* [illegible] *in Pontificibus Romanis Eccleſiam opprimentibus* [illegible] *& ipſa Imperij Romani ſedes apertè indicat, adeò vt Turrianus* [illegible] *Pontificum primatum regnum Romanum appellare.*

RESPONSIO ET OBIECTIONES
Turriani ad ſuperiorem Antonij Sadeelis Diſputationem.

I.
Pag. 47.

NOnne *ſpirituale Chriſti regnum quod de cœlo regnat in terris, numerandum eſt inter beneficia Chriſti, quæ nobis per Euangelium conferuntur? Item: quantum hoc regnum ab illo cœleſti differt? Item: differt-ne tanquam imago rei à re ipſa?* [illegible] *videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem, inquit Paulus. Vrgebo adhuc quæſtionem. Hæc imago regni cœleſtis* [illegible] *fuit adumbrata in veteri lege? omnia enim in figura contingebant illis. Id etiam dabis. Ergo Euangelium habet regem ſpiritualem, qui imago ſit:* [illegible] *lex habebat regem terrenum, qui vmbra erat huius imaginis: quia ſi regnum ſpirituale eſt imago cœleſtis: oportet igitur eſſe regem ſpiritualem, qui ſit imago regis cœleſtis. Probo quod Paulus dixit, propter ceremonias legales: & victimas* [illegible] *dixiſſe, &* [illegible] *tranſtuliſſe ad regnum Chriſti* [illegible]

Pag. 70.

SADEEL. Quandoquidem et ſuperius tuum ſophiſma tuearis, profuſum ſuſam loquacitatem adhibes, tua identidem repetens, ac mea ſæpe prætermittens, ergo priuſquam ſingula diſcutiam, primum colligam omnia tua argumenta: aut certè illa omnia, quæ nobis tanquam argumenta propoſuiſti ad tuam ſententiam confirmandam. Deinde locum Apoſtoli de quo inter nos agitur expendam, & exigam illas regulas verè ac Theologicè interpretandi, quas in præfatione recenſuimus, vt ita magis appareat, quàm longè abſis ab huius loci vera ſyncerâque interpretatione. Tua igitur omnia argumenta comprehendo tribus connexis ſequentibus.

Primum connexum: *Si lex habebat umbram futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. Ergo in nouo Teſtamento ſunt imagines rerum quæ adumbrabantur in lege, & in cœlo ſunt aperta & nuda* [illegible]

Secundum connexum: *In nouo Teſtamento ſunt expreſſæ imagines. Ergo in nouo Teſtamento eſt imago regni Chriſti adumbrati in regno Dauidico, ita vt imago hæc ſit media inter umbram regni Dauidici & ipſum regnum cæleſte & beatum.*

Tertium connexum: *Si huiuſmodi imago regni Chriſti conſtituenda eſt in nouo Teſtamento: Ergo conſtituenda eſt in principatu Rom. Pontificis, qui eſt imago regni cæleſtis, nempe Chriſti.* Huc redeunt, Turriane, quæ dicis omnia, vt facilè vides, & lectores ipſi poſſunt ex tuis ſcriptis colligere. Nimirum quod in alio argumento dixit Auguſtinus, poſſum hic vſurpare: *Non ſatis eſſe currere, niſi ſimul in via curras: alioqui quo longius extra viam curris, eo longior erit & maior error.* Antequam igitur ſuperiora connexa redarguam, fons primus tui erroris aperiendus eſt, & [illegible] tibi commonſtrandum. Duo ſunt, Turriane, quæ te in errorem inducunt: vnum, quod non intelligas quid ſignificet apud Apoſtolum, *lex umbram habens futurorum bonorum.* Alterum quod male exponas nomen Græcum *εἰκόνα*, quod vetus interpres conuertit *imaginem.* Atque vt res tota fiat planior: exigamus locum hunc Apoſtoli ad ſuperiores regulas Theologicè interpretandi à nobis ex doctiſſimorum interpretum iudicio propoſitas. *Apoſtoli ſcopus eſt, docere poſt Chriſtum exhibitum abrogatas eſſe legis cæremonias, vt patet ex tota Epiſtola, in qua præſertim ab initio* [illegible] *capitis ad finem decimi. Hoc autem efficit potiſſimum ex comparatione Sacerdotum & cæremoniarum legalium cum Chriſto:* ad quam comparationem hic locus de quo agimus pertinet vt perſpicuum eſt ex antecedentibus & conſequentibus. Sic enim Apoſtolus: *Lex enim, inquit, umbram habens futurorum bonorum &c.* Reddit rationẽ ſuperiorum (quod particula γὰρ apertè ſignificat, cuius tamen nullam rationem habuiſti) ac propterea, quænam ſint illa ſuperiora nobis videndũ eſt. Supra autem dixit Apoſtolus *Pontifices legales quotannis cum ſanguine alieno in ſancta ſanctorum ingreſſos fuiſſe: at Chriſtum ad abolendum peccatum per* [illegible] *ſacrificium patefactum eſſe & ſemel oblatum, vt multorum peccata tolleret.* Ex quibus videmus Chriſtum ipſum proponi & conferri cum cæremoniis legalibus. Quod idem fit in ſubſequentibus, quum ait Apoſtolus, *hoſtias quotannis oblatas non potuiſſe ſanctificare accedentes. Quapropter,* inquit, *ingrediens mundum dicit: Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi &c.* Item: *Qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel factæ.* En igitur

In præfat.

Heb. 10.

Heb. 9.

Heb. 10.

igitur, Turriane, quemadmodum Chriſtus ipſe mũdo exhibitus cũ veterib. vmbris & ceremoniis cõferatur, id quod eſt manifeſtiſſimum, tã ex iis quæ præcedunt, quã ex iis quæ ſubſequuntur: adeò vt dum aliquid tertium conſtituis inter ceremonias legis, & Chriſtum ipſum, longè reſilias ab hac Apoſtoli tractatione. Quod, vt vel ipſe digito tangas, audiamus quomodo locum recites non integrum, ſed decurtatũ, vt ita fallas cõmodiùs. *Lex* inquis, *habebat vmbram futurorum bonorũ*. Atenim non ita loquitur Apoſtolus: ſed ita potius: *Lex habens vmbram futurorum bonorum*. Ex quo vides nõ plenã eſſe enuntiationẽ & interpretationẽ donec ad verbum deueneris. (quod te docere potuit Bezana interpretatio, quã alicubi mihi obiicis, & quam vtinã aliquando ſeriò & attentè perlegas.) verbum autem ſequitur, cum ſubiicit: *Nunquam poteſt*, inquit, *accedentes ſanctificare*. Plena igitur enuntiatio eſt huiuſmodi: *Lex vmbram habens futurorũ bonorũ non poteſt accedentes ſanctificare*. Hęc propoſitio eſt negata ac proinde nihil inde affirmatè potes concludere: quod ipſe agnoſcis. Quænam igitur eſt affirmata propoſitio huic negatæ oppoſita? habes paulò poſt, dum affirmat *nos eſſe ſanctificatos per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti*: vnde naſcitur hæc propoſitio affirmata: *Chriſtũ morte ſua nos ſanctificaſſe*. Ex quibus omnib. facilè intelligi poteſt quid ſignificet expreſſa forma rerum, nempe, Chriſtum ipſum qui nos ſanctificauit, cum lex ſanctificare non poſſet. Nam apud Apoſtolum, quod negatur de lege vmbras habẽte, id affirmatur de expreſſa forma rerum. At poſſe ſanctificare negatur de lege: quare id ipſum de expreſſa forma rerum affirmetur neceſſe eſt. Conſtat autẽ poſſe ſanctificare, tribui Chriſto ab Apoſtolo, vt diximus: adeò vt dubitari non poſſit, quin expreſſa forma rerum ſit Chriſtus ipſe benedictus. Itaq; quũ in priori mẽbro futurorum bonorum meminiſſet, in poſteriori res ipſas poſuiſſet: dixit imagines, numero multitudinis, vt facis: ſed imaginem, ſiue expreſſam formã rei numero ſingulari, vt nos in vno Chriſto ſubſiſtere iubeat. Etenim in Chriſto ad viuum expreſſũ eſt quod Leuitici Sacerdotes adumbrabant: in eius morte ad viuum, inquam, expreſſum eſt, quod ſacrificia legalia figurabãt: & in eius ſanguine pro nobis effuſo ad viuum palam expreſſum eſt id, quod victimarum ſanguis, itemq; legales omnes ablutiones ſignificabant. Itaque vides, Turriane, quomodo lex vetus habuerit vmbram eorum, quæ poſtea in Chriſto ad viuum expreſſa ſunt, neque poteſt vocabulum imaginis hîc vſurpatum ad tuum Pontificem accommodari, niſi ſimul eidem tribuatur, ſanctificare poſſe: quod abſit vt credamus, licet vos aſſentatores monachi ſanctiſſimum illum appelletis. Sed, quemadmodum dixi, *nomine legis & vmbræ intelligis tum vetus Teſtamentum, tum ſpecialiter regnũ Dauidicum, atq; ipſum dicis fuiſſe vmbram regni Chriſti*: quod planè ab Apoſtoli propoſito alienũ eſt. Hîc enim de ſola lege cæremoniali diſputat, ad quam regnum Dauidicũ non pertinet. Perinde eſt igitur, ac ſi ita dicas: *Lex cæremonialis vmbram habuit futurorum bonorum, & non expreſſam formam rerum. Ergo regni Dauidici expreſſa forma eſt in primatu Rom. Pontificis*: locum autem Pauli deprauaſti, quum ais omnia in figura Iſraelitis contigiſſe. Sic enim Apoſtolus: hæc inquit, *omnia in figura, ſiue typicè contingebant illis*: non autẽ ſimpliciter, omnia, quemadmodũ malè citaſti. Nec enim iſta propoſitio vniuerſalis vera eſt, & redolet errorem Chiliaſtarum, quem maiores noſtri grauiſſimis rationibus profligarunt. Sed aut inſtas: *Probè, inquis, quod Paulus dixit propter cæremoniales leges & cæremonias dixiſſe; & me conuinces malè quod dixiſſe ad regnum Christi in veteri lege adumbratum.* Probo Turriane, ſi modò attendas: idq; duabus rationibus. Prior eſt: quia Apoſtolus in tota illa tractatione de ſola lege cæremoniali agit, vt affirmet aduentu Chriſti cæremonias Legales eſſe abrogatas (eſt autem ſcriptor accuratiſſimus, nec vagatur extra propoſitum, vt tu facis.) Poſterior: quia, *vmbram habens*, ſolam legem cæremonialem ſignificat. Euolue ſcripta Apoſtolica: & comperies me verum dicere. Cum autem regnum Dauidicum non fuerit de Lege cæremoniali, efficitur Apoſtolum non ipſum intellexiſſe, quum de Lege vmbram habente loquutus eſt. Atque ita ex ore tuo te conuictum dicimus. Et certè *cæremoniæ rectè dicuntur vmbræ*; quia nihil aliud quàm ipſum Chriſtum futurum ſignificabant. At regnum Dauidicum præterquam quòd Chriſti regnum ſignificabat, ſpectabat etiam ad Legem politicam & ciuilem: adeò vt inter cæremonias Legis non recenſeatur, & tu ipſe illud regnum à cæremoniis diſtinguis. Nec parum etiam erras, qui *putes eorum omnium quæ in veteri Teſtamento fuere ſigna quædam rerum futurarum, oportere imagines hodie extare in Eccleſia.* Quæro enim à te: an Ioſue Chriſtum repræſentarit necne? & an non etiam terra Chanaan fuerit imago cæleſtis hæreditatis, cuius iam incipimus eſſe in hac vita participes per fidem in Chriſtũ? Si locum Apoſtoli ad Heb. 3. & 4. attendas, atque etiam ea quæ veteres de Ioſue tradiderunt, non dubitabis Chriſtum fuiſſe in Ioſue ſignificatum. Vbinam igitur intermediam illam imaginem Ioſue & terræ Chanaan in Eccleſia conſtitues? Eſtne tuus Pontifex Ioſue Euangelicus, adeò vt vos pro Ieſuitis, Ioſuitæ deinceps ſitis appellandi? Vides igitur quàm infirmũ ſit tui ſophiſmatis fundamentũ. Malè etiam exponis nomẽ *iconis, de imagine regni Chriſti veteri* (vt loqueris) eſſe enim intelligendum de ipſo Chriſto non de alio, in noſtra ſolutione demonſtrauimus, & ſæpe illud nomen pro re ipſa accipi probauimus. Quæ omnia tu tibi forte diſputationis abreptus ita prætermiſiſti, vt de iis nullum verbũ feceris, cum tamen nodũ totum tui ſophiſmatis diſſolueret. Eſt autem perabſurdum, Chriſtum rectè intelligere nomine *icone*, quo expreſſa rei forma ſignificatur: adeò vt & nominis ſignificationẽ tollas, & pugnes cum his Apoſtoli verbis: *Nos omnes*, inquit, *reuelata facie gloriã Domini intuentes, &c.* Quamuis enim (vt in noſtra ſolutione admonuimus) tantarum rerum aſpectus in futura vita ſit longè clarior futurus: nos tamen in terris adhuc conſtituti iam fidei oculis Chriſtũ ipſum, quoad eius fieri poteſt, intuemur *adeoq;*, vt ait Paulus, *in eandẽ imaginem transformamur ex gloria in gloriam, ſicut à Domini Spiritu*: vbi etiam vocabulũ *iconis* vſurpatũ eſt: vt magis intelligas non poſſe ab ipſo Chriſto ſeparari. Itaq; cùm iſta tua interpret. pugnet cũ Apoſt. ſcopo: cũ iis quæ in cõtextu antecedũt, itemq; ſubſequũtur: denique cũ ipſa ſignificatione vocabulorũ quæ Apoſt. vſurpauit: ſequitur nec te bene locũ hunc intellexiſſe, & te perperã ex eo fuiſſe argumẽtatũ: adeò vt tuã inſcitiam non craſſè adumbratã, ſed viuis coloribus expreſſam nobis oſtenderis. 2.Cor.3.

Quod [illegible] solidis subijcit [illegible]: ita tua superiora connexa redarguo. In primo connexo fallit consequentia, propter tres errores: videlicet imperfectam interpretationem, vocabulum [illegible] malè intellectum, & pluralem numerum [illegible] vsurpatum, cùm Apostolus dixerit in numero singulari. Atqui ita corrigenda est ex mente Apostoli: *Si Lex vmbram habens futurorum, ipsam expressam formam rerum non potuit sanctificare: Ergo ipsa forma expressa rerum [illegible], hoc est, Christum ipse nos sanctificat.* In secundo Connexo fallit consequentia, tum propter errorem superioris Connexi, [illegible]: tum quia regnum Dauidicum recenses inter vmbras, hoc est, legales ceremonias, contra vsum Scripturæ. In tertio Connexo, consequentia est omnium fallissima: non tantum ob superiores errores, à quibus manat, sed etiam, quia si daremus vera esse superiora omnia (quod absit) non tamen sequeretur imaginē regni Christi in primum Pontificem esse statuendam. Nullum enim est medium quo extrema illa aptè coniungantur: vt patet ex rationibus, quas in nostra solutione adscripsimus, ne hic [illegible] repetendis exemplorum [illegible] teramus. Denique quòd dicis *regnum Christi inter ipsas [illegible]*, [illegible] intelligendum est, nempe quatenus vim & efficaciam [illegible] Christi regnantis in nobis persentimus.

II.
Pag. 67.

TVRRIAN. *[illegible] ex vna negatione multas affirmationes colligere: mendacium est. [illegible] quòd imagines sunt in nouo Testamento [illegible] quæ in cœlo sunt [illegible] ab omni velamento, [illegible] affirmationes quas dicis colligo.*

SANDER. Vnde [illegible] colligis in nouo Testamento esse imagines earum rerum quæ sunt in cœlis? nonne ex his Apostoli verbis: *Non autem expressam formam rerum.* Hæc verò propositio: *Lex non habebat expressam formam rerum* (nonne est negata?) Aut igitur argumentaris ex loco Apostoli, aut non. Si argumentaris, colligis certè affirmationem ex negatione: si secus, cur locum igitur citas, eóque tantoperè gloriaris? Profer igitur locum Scripturæ quilibet, in nouo Testamento esse imagines earum rerum, quæ sunt in cœlo: ac [illegible] in illius loci expositione [illegible]. Nam [illegible]. Tuus igitur error fuit, Turriane, non nostrum mendacium, vt falsò obijcis.

III.
Pag. 69.

TVRRIAN. *Theodoretus [illegible] imaginem, [illegible] Euangelica, [illegible] Theophylactus, [illegible] adumbrationi, [illegible] veritati &c. Adde Chrysost. & Greg. Nazianz. [illegible] Pascha. Et [illegible] typus typi [illegible] &c. [illegible] Caluinistis [illegible] sed [illegible] Lutherano [illegible] ad illa de quibus Petrus scripsit esse quædam in Epistolis Pauli difficilia intellectu, quæ hæretici deprauant, &c.*

Pag. 71.

SANDER. Hos veteres accersis: sed quo fructu tu ipse videris. Nullus enim ex illis, quos hic citas, regni Dauidici meminit, nedum Pontificij. Qui etiam, qui versantur in Apostoli loco explanando, nomen imaginis, [illegible] veritatem ipsam. Sic enim Chrysostomus: *Lex habens vmbram bonorum futurorum, non ipsam imaginem rerum: hoc est,* inquit, *non ipsam veritatem.* Et Ambrosius totidem verbis. Idem paulo post:

In Epist. ad Heb. Hom. 17.

Ablata sunt signa promittentia, quia exhibita est veritas promissa: ablata hæc, illa oblata: hæc impleta. vbi sunt, sacrificia Iudæorum? transierunt & nunc sunt in Ecclesia Christi, quia tamen illis qui figurabatur illis sacrificiis, &c. illa temporalia, hæc æterna: illa forma, hæc veritas. Idem Ambrosius eodem loco (attendat Turrianus visibili suo Pontifici crassè adhærescens) *Nihil iam,* inquit, *visibile horum: neq; sacerdos, neq; sacrificium, neq; altare.* Hæc ille. Non ab aliis recedit Theophylactus, quem in te testem produxisti. Exponit enim Iudæis veritatem (suo more Chrysostomū ipsius vestigiis insequens) nempe, *quòd ea quæ figurabantur in lege post Christum exhibitum, clarissimè subsisterent essentq; perfecta,* vt ibi dicit. Nazianzenus autem non hunc locum exponens data opera, sed ad eum alludens, *confert legis sacramenta cum sacramentis Euangelicis: & ait hæc esse illis longè clariora.* quod verum esse non negamus, neque ea res inter nos agitur. sed qui Nazianzenum appellas, eius igitur hæc te præclara exhortatio commoueat. Nam is de typis tum veteribus, tum Euangelicis disserens, non nos ad Rom. Pontificem reuocat, quem pro capite nobis præficere debeamus: sed, *capite,* inquit, *nobis constituamus, non humilem Hierusalem, sed supernam Metropolim: non eam quæ nunc ab exercitibus proculcatur, sed quæ ab Angelis honorificè prædicatur: Deo super altari superno cum cælestibus choris sacrificium laudis immolemus, &c.* Cæterùm quia vidisti locum hunc Nazianzeni à te citatum tuam Transsubstantiationem euertere: introducis Nazianzenum *vtentem scilicet excusatione, quod vocabulo typi vsus sit, agens de Cœnæ Dominicæ sacramento.* Nempe existimas panis substantiam non manere in sancto hoc misterio. Quod si ita est, iam nullus typus superest, quem tamen Nazianzenus considerauit, nec opus habuit ista excusatione. Quòd si illa, non Nazianzeni, sed tua cauillatio iniqua est: quanto tua iniquior est accusatio dum me per ludibrium Confessionistam Lutheranum appellas? Atqui, ne erres, Francisce, neque sum Caluinista, neque Confessionista Lutheranus. Nec Lutherus pro me, nec Caluinus, sed vnus Christus fuit crucifixus. Christianus sum, & ab vnius Iesu Christi Domini nostri doctrina pendeo: ac propterea tuam Transsubstantiationem toto animo detestor atque reiicio. Idem ne faciant ij, quos Caluinistas & Lutheranos appellas, apud te cogitabis. Porrò ridiculus es, qui hunc locum referas ad id *quod Petrus dixit de quibusdam locis Pauli difficilioribus:* memini te idem facere in verbis Matthæi. cap.16. de quibus egimus in superiori disputatione, tum in similitudine Pauli 1. Corinth. 12. quam proximè explicauimus. Sic Turriane, omnes loci Scripturæ erunt tibi difficiles, quoties in illis quæres tui Pontificis principatum; nec aliud tibi supererit, *quàm vt eos torqueas in alienum sensum, quod hæreticorum mos est, quemadmodum ibi dicit Petrus.*

Orat.2. In Pascha.

IIII. Pag.68.

TVRRIAN. *Christus non est sine imagine expressus in Eucharistia, sed velatus & tectus aliena specie.*

SADEEL. Actū est igitur de tua Missa ac de tua Transsubstantiatione, idq; vel ex tuis argumentis. Quamobrē? inquis. Nempe quia affirmas *in nouo Testamento esse imagine, hoc est imagine rerum cælestium, eamq; imaginem ex vero Chrysost. dixisti esse, quæ ad rudē delineationē vmbræ colores accedunt,* quomodo igitur tua tranſſubſtantiatio ad nouum Teſtamentum pertinebit, quæ, non manente amplius panis ſubſtantia, ſolis panis accidentibus & in primis ipſius panis colore Chriſtum veſtitum eſſe tradit? poteſt ne dici imago id quod rem aliena ſpecie tegit & velat? Sed de his hactenus, ne ex huiuſce diſputationis finib. egredi velle videamur.

TVRRIAN. *Coloſſ. 2. legiſti: Corpus autem Chriſtus, non Chriſti: quia ſcribit, totum corpus fuit Chriſtus. At inter umbras & Chriſtum medium eſt corpus, hoc eſt, eminens imago ipſius rei quæ eſt Chriſtus apertius, vt ceremoniæ Legis erant adumbrationes obſcuræ. Theodoretus vocat corpus, ipſam gratiam: Chriſtum autem lumen.*

SADEEL. Miror tuam impudentiam, Turriane, qui obiicias me aliter legere locum 2 Coloſſ. quàm extet apud Paulum. Cùm in mea ſolutione ita recitarim Pauli verba: *Quæ ſunt umbra futurorum, at corpus eſt Chriſti.* Ita igitur lego locum illum, ſed ſimul addo, Apoſtolum hoc ſibi velle, Chriſtum ipſum eſſe veterum ceremoniarum corpus, hoc eſt veritatem & ſubſtantiam. *Tu verò dicis inter umbras & Chriſtum, medium eſſe corpus: & corpus ſcilicet exponis imaginem Chriſti.* Hoc garrire eſt, Franciſce, non diſputare. Ecquod enim eſt hoc loquendi genus? *Corpus eſt imago intermedia inter umbram & rem ipſam.* Redi obſecro ad Grammaticos & excute Pauli verba, vt videas illa-ne ratione ſtare poſſit tuum iſtud ſomnium. Sic enim Paulus de ceremoniis diſſerens: *Quæ ſunt umbra rerum futurarum, at corpus Chriſti:* inquit. nonne aduerſatiuam particulam animaduertis? Si res futuræ ſunt ipſe Chriſtus (vt neceſſe eſt, & tu ita exponis futura bona in hoc loco Epiſtolæ ad Hebræos de quo diſſerimus) & corpus ſignificat tuas illas imagines intermedias, quas in nouo Teſtamento conſtituis: erit igitur hic ſenſus verborum Pauli: *Ceremoniæ Legis fuerunt quidem umbra rerum futurarum, hoc eſt, Chriſti: at imagines quæ ſunt in nouo Teſtamento ſunt Chriſti.* En tua lepida, Franciſce, non iam Theologorum cenſura, ſed Grammaticorum flagris digna interpretatio. Audiamus igitur Ambroſium ita hunc locum ad Coloſſ. explanantem. *Per Chriſtum,* inquit, *omnia ſic data ſunt per Moyſen, vt umbra eſſent futurorum, vt apparente veritate figura ceſſaret. Sicut enim abſente Imperatore imago eius habet authoritatem, præſente, non habet: ita & hæc ante aduentum Domini tempore ſuo obſeruanda fuerint: præſente autem carent authoritate.* Hæc ille. Sic porrò Chryſoſtomus: *Corpus verò Chriſti,* inquit, *id eſt, veritas in Chriſto facta eſt.* Hieronymus autem, *nullum,* inquit, *in hoc iudicium eſt quod eſt umbra, & ceſſante corpore veniente, quia imaginis opus non eſt veritate præſente.* hæc ille. Nec te iuuat Theodoretus, qui corpus exponit gratiam, & Chriſtum lumen. Nam gratia eſt in ipſo Chriſto, & ab eo diuelli non poteſt. Tu verò ſcilicet non melior Theodoreti quàm Apoſtoli interpres, exponis gratiam imaginem Chriſti.

In Epiſt. ad Coloſſ. cap. 2.

Ad Coloſſ. Homil. 71.

In 2. cap. ad Coloſſ.

TVRRIAN. *Hebræorum 9. Neceſſe eſt exemplaria quidem cæleſtium his mundari: ipſa autem cæleſtia melioribus hoſtiis quàm his. Non enim in manufacta introiuit Ieſus exemplaria verorum, ſed in ipſum cælum. hæc ille. Licet autem Latinus interpres eodem verbo uſus eſt: Græcè tamen non eſt unum vocabulum vtrobique: nam in priore dixit* hypodeigmata, *in poſteriore* antitypa: *quæ ſunt propinqua & expreſſa Archetyporum in cælo. Ergo Apoſtolus hic poſuit con*

VI. Pag. 74. Pag. 75.

tentus

[illegible] duobus [illegible], nempe umbra & imagine. In Myſteriis Antitypis Chriſtus eſt verè, ſed opertè. In cœlo autem Chriſtus eſt apertè, perfectè, & in ſpecie propria. Tres expreſſe non diſtinxerunt [illegible] hypodeigmata & antitypum, quia exiſtimarunt illa manifeſta fuiſſe exemplaria cœlorum, [illegible] quod hoc negat Apoſtolus. Sed Eccleſia eſt antitypus, hoc eſt, imago ipſa [illegible]. Quod affirmas Heb. 9. veteres ceremonias fuiſſe exemplaria eorum quæ in cœlis ſunt, manifeſtum mendacium eſt, &c. Ea quæ ſunt in cœlis, quid dicit neceſſe eſſe mundari melioribus hoſtiis? Cœleſtia igitur intellexit illa quæ ſunt in Eccleſia. Apoc. 21. Vidi Hieruſalem nouam deſcendentem à Deo de cœlo, &c. Sic intellexit Theophilactus.

SANDER. Proponerem tibi veterum doctiſſimorum interpretationem in hunc locum Apoſtoli: ſed præ te fers velle te ab illis omnibus diſſentire: nempe fretum Græcis vocabulis. Sic igitur, quia tibi videris Græculus, non dubitas tua deliria doctis & præclaris aliorum ſcriptis anteferre. Quanquam autem hoc tuum argumentum ad noſtram quæſtionem de primatu Rom. Pontificis non pertinet, nec ſequitur, ſi tria membra eſſent conſideranda in illo loco Heb. 9. idcirco in hoc loco ad Hebr. 10. de quo diſputamus [illegible] non ſignificare expreſſam veritatem eorum quæ in legalibus ceremoniis erant adumbrata: hoc eſt, Chriſtum ipſum: tamē vt magis pateat, quàm ſis fidelis interpres huius loci Heb. 9. aliquid de ea re dicemus. Proponis tria membra: nempe hypodeigmata, antitypa, & archetypum: *hypodeigmata refers ad ceremonias legis, Antitypa ad Eccleſiam, archetypum ad Chriſtum ipſum qui in cœlis eſt.* Iam iſta tua cum verbis Apoſtoli comparemus. *Non in manufacta,* inquit, *ingreſſus eſt Chriſtus Antitypa verorum, ſed in ipſum cœlum.* Quibus verbis ſi quid tibi oculorum ſupereſt, vides Apoſtolum negare Chriſtum ingreſſum eſſe in Antitypa verorum: quæ, ſi ſunt Eccleſia (quod affirmas) ſequeretur Chriſtum non eſſe ingreſſum in Eccleſiam: quod negas: atque hæc propoſitio non eſt inter Theologicas recenſenda. Item, iuxta tuam interpretationem opponeretur Eccleſia cœlo: quia Antitypa opponuntur cœlo, apud Apoſtolum: at ipſe dicis cœleſtia dici ea quæ ſunt in Eccleſia. Tu verò mihi grauiſſimum mendacii crimen impingis (hoc eſt, me depingis tuis coloribus) qui dixerim *veteres ceremonias fuiſſe exemplaria eorum quæ ſunt in cœlis.* Atqui non ſunt mea, ſed ipſius Apoſtoli verba. *Neceſſe ſuit,* inquit *Apoſtolus, exemplaria verorum quæ ſunt in cœlis, his ſi rebus purificari.* Et paulò antè: *Omnia ferè,* inquit, *ſecundum legem ſanguine purificantur.* Et ipſa [illegible] hypodeigmata ad ceremonias: quo verbo hic vſus eſt Apoſtolus. Verum ſi quæ obiicis: *Quid dicat ea quæ ſunt in cœlo mundari melioribus hoſtiis?* Quid? [illegible] citaui locum Apoſtoli, quum ipſa eius verba vſurpaui? debebas etiam quærere cur *hoſtiis* dixerit numero multitudinis, cum ille ipſe affirmet Chriſtum eſſe vnicam illam victimam pro peccatis noſtris mactatam. Itaque non in me, Turriane, ſed in ipſum Apoſtolum videris argumentari velle, & ex eo quærere cur dixerit *cœleſtia purificari*. Sed ſi cogitares nomine cœleſtium illis intelligi omnia quæ fuerint in Legalibus ceremoniis adumbrata, perſpiceres & nos in Chriſto fuiſſe ipſius Chriſti ſanguine mundatos & cœlum adeò ipſum nobis fuiſſe ſanctificatum, quum illuc ingreſſus

Ioan. 1.
Primæ Poſt.
lib. 4. c. 5.

passus est Christus, vt ad cælum viam nobis aperiret. Expende hæc Christi verba apud Ioan. *Pro illis ego sanctifico me ipsum.* Et alibi: [illegible] inquit Paulus, *vt qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum esset:* & cætera eiusmodi quæ ad huiusce loci ad Hebr. expositionem facere possunt. Nimirum hoc accidit Apost. quod passim iis vsuuenit, qui signa cũ signorũ veritate comparant, vt, de veritate loquentes, vocabula signis conuenientia retineant. Verumenimuero quid tibi vis, *quum Ecclesiam propriis, quæ describitur ab Apost. paratam vt sponsam ornatam viro suo: cuius perfectionem pulchritudine* [illegible] *similitudine nobis exprimit:* istam ne Ecclesiam intelligis mundandã esse? at expressis verbis dicit Ioannes, *nihil quod inquinatum* [illegible] *in illam intrare.* Denique producis Theophyl. qui locum Apost. ad nostra Sacramenta accõmodauit. *Cum,* inquit, *nihil sit terrenum, sed omnia spiritualia, quæ in Sacramentis fiunt, vbi sunt hymni Angelici, vbi claues regni cælorum, & remissio peccatorum, & tum sit* [illegible] *conuersatio nostra in cælis sit, quomodo nostra non sunt cælestia?* hæc ille; quę vt patiar per applicationẽ huius loci dicta, nihil video quid tibi vel tuo Pontifici prosint. Imò verò sic ego ratiocinor ex Theophylacto: Quandoquidem omnia quæ sunt Ecclesiæ, sunt spiritualia: regnũ Pontificium non esse Ecclesiæ: quippe quod terrenum sit, crassum, visibile & non diuini verbi institutis, sed humana potentia, humanis decretis, humanis deniq; viribus constitutum. Venio ad tuos [illegible], quibus fretus reprehendis interpretes qui *Hypodeigma & Antitypum* exemplaria conuerterint. *Quandoquidem,* inquis, [illegible] *nihil attinebat vti variis vocabulis.* Primum, quanti sit æstimanda hæc tua ratio, fac ipse iudicium ex capite 8. eiusdem Epist. ad Hebr. vbi dicuntur Sacerdotes Leuitici *ministrasse exemplari & vmbræ cælestium:* vbi tu vtrumque vocabulum ad Legales ceremonias refers. Item, in eodem capite, *Quòd Sacerdos semel quotannis ingrederetur in sacrarium, vocatur parabola.* At, si velim, facile possim proferre discrimen, quo illa vocabula alia ab aliis propriè distinguantur. Deinde, vt illud omittamus, nonne, si attentè locum Apostoli legisses, potuisses animaduertere hypodeigmata dici generaliter de veteribus ceremoniis: at antitypũ specialiter vocari *Sancta Sanctorum,* hoc est, sacrarium illud templi sanctissimum, in quod semel quotannis Sacerdos ingrediebatur? Quis autẽ nescit hanc figuram melius expressisse Christi Sacerdotium & Christum ipsum, quàm vasa templi & reliquæ eiusmodi ceremoniæ expresserint? Rectè igitur interpres noster antitypum hic interpretatus est exemplar vero sacrario respondens. Nihil [illegible] in ipsis legalibus ceremoniis [illegible] Christum repræsentasse [illegible] quòd Christus ipse nomine Templi corpus suum significet. [illegible] est in dictionib. [illegible] & [illegible]. Dicimus in nostris Sacramentis Christum esse [illegible], sed non [illegible]. Quid propriè sit & dicatur [illegible] disces ex prima philosophia: & cognosces, *verum & falsum in affirmatione & negatione consistere, & pertinere ad mentis operationem* [illegible] *diuidit.* Quod autẽ attinet ad hunc Apost. locũ, [illegible] dubium esse [illegible] verũ opponi figuræ: Sic in eadem Epist. c. 8. *Christus vocatur tabernaculum verum.* Sic etiam Christus ipse, postquam de veteri manna locutus est, dixit

Ioan. 1.
Primæ Phil. lib. 4. 6. 9.

dixit ſe eſſe panem verum de cœlo. Ineptum eſt igitur, & à theologia Ioan.6 alienum quod conſtituis ἀληθῶς intermedium inter figuras veteris Teſtamenti, & res ipſas illis figuris adumbratas: non enim ἀληθῶς opponitur τῷ ἀληθινῷ, ſed huic opponuntur figuræ: & qui dicit Chriſtum illis typis fuiſſe ſignificatum, dicit ſimul ἀληθὲς & ἀληθινὸν: ἀληθὲς quidem quia verum dicit: ἀληθινὸν autem, quia de ipſo Chriſto dicit. Miror autem cum Apoſtolus nomen vſurpet, te nomen in aduerbium commutaſſe, quum affirmas in noſtris Sacramentis Chriſtum non eſſe ἀληθινῶς. Verùm ſi antitypum exponis de noſtris Sacramentis (quemadmodum facis) quomodo tibi conuenit cum Apoſtolo, qui affirmat illis antitypis reſpondere τὰ ἀληθινά? Ecquid te iuuat tuum illud aduerbium ἀληθινῶς? Nam ſi ἀληθινὸν ſignificat verùm & eſſentiale: certè ἀληθινῶς ſignificabit verè & eſſentialiter. Tu verò dicis, *Chriſtum in noſtris Sacramentis verè quidem eſſe, ſed non ἀληθινῶς, hoc eſt, inquis, perfectè, apertè, & ſpecie propria.* Atqui, mi Franciſce, ſi non eſt ἀληθινῶς, non eſt eſſentialiter: atque ita tuam Tranſſubſtantiationem valere iubes. Nunquidnam Hiſpanicæ inquiſitionis ſupercilium perhorruiſti quum hæc ſcriberes? Atque hęc de Græcis vocabulis à te perperam explicatis.

VII. Pag.78.

TVRRIAN. *Quia Ariſtoteles magiſter rectè diſputandi dicis contra negantes Principia non eſſe diſputandum, non eſt amplius de hoc loco Apoſtoli tecum diſputandum, quia tu Scripturam negas, &c.*

SADEEL. *Is Scripturam non negat*, qui negat tua ſomnia eſſe in Scriptura, neque is negare principia cenſendus eſt, qui negat Rom. Pontificis principatum. Quòd ſi nolis amplius mecum diſputare, vt minitaris, tuo certè arbitratu fiat, per me id quidem licet.

VIII. Pag.68. Pag.73.

TVRRIAN. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate &c. ſignificandi nos habere Chriſtum velatum aliqua imagine. Item, Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus &c. Imago rei ſiue res in imagine differt à ſeipſa, quatenus nuda & aperta &c. Res vna & eadem quatenus vno & alio modo videtur, à ſeipſa ſic aut ſecus viſa, ratione differt, & hæc differentia rationis efficit vt aliud & aliud de eadem re prædicetur, vt te tuus docuit Ariſtoteles.*

SADEEL. *Varios eſſe cognitionis noſtræ gradus*, præſertim cùm de rebus diuinis agitur, vt planè verùm eſt, ita nihil adiuuat tuam ſententiam. Nec enim ſequitur *minorem cognitionem & obſcuriorem eſſe imaginem maioris & clarioris cognitionis*. ſed dicendum eſt, minorem cognitionem eſſe gradum & viam ad maiorem, quemadmodum dicit Paulus, 1.Corinth.13. *nos hîc ex parte prophetare, & ex parte cognoſcere:* alioqui multas ſcilicet nobis imaginum ſpecies proponis. Nam vt taceamus de futura cognitione, quam fideles habituri ſunt in cœleſti vita, obſecro quàm multæ ſunt differentiæ, & varij gradus cognitionis & ſcientiæ in fidelibus ipſis dum adhuc in terris verſantur? quàm longè abſumus ab Apoſtolorum pręſtantia? quàm etiam inter nos alij alios in ſacrarum rerum ſcientia ſuperant? Imò quum nobis quotidiani progreſſus faciendi ſint, eam in nobis ipſis differentiam ſentimus. Num igitur minus docti, doctiorum ſunt imagines? aut qui euaſurus eſt doctior, imago ſuiipſius eſſe cenſendus eſt? Peccas igitur Turriane, in nominibus aſſignandis (quod peccatum longè maximum eſt in omni diſputatione) qui ima-

ginem appellas id quod dicendum eſt via & progreſſus. Iam dum concludis, *Chriſtum nobis eſſe velatum, eo quòd non tam clarè Chriſtum hîc videmus & cognoſcimus, quàm ſumus aliquando viſuri,* impròpriè loqueris. Nam quod videtur in ſpeculo, non eſt velatum: quòd ſi velatum eſſet, ne in ſpeculo quidem videretur. Quinetiam contradicis ipſi Paulo, qui alibi vſurpata eadem ſpeculi ſimilitudine: *Nos*, inquit, *retecta facie gloriam Domini tanquam in ſpeculo intuentes, in eandem imaginem transformamur ex gloria in*
2.Corinth.3. *gloriam: ſicut à Domini ſpiritu.* Itaq; Turriane, non tibi, ſed Apoſtolo credimus, affirmanti *fideles in ſpeculo quidem, ſed retecta nihilominus facie, Chriſtum videre*, & creſcere ac proficere quotidie in ipſius cognitione aſſequenda: quæ duo tuam ſententiam refellunt. Quamobrem, caue abutaris hoc loco Pauli ad Pontificis tui principatum aſſerendum. Nam in illo non intuemur Chriſtum, tanquam in ſpeculo & ænigmate, vt exiſtimas, ſed Antchriſtum potiùs, non in ſpeculo nec ænigmate, ſed reipſa apertiſſimè, magno piorum omnium gemitu videmus. Venio ad *vallum tuum philoſophicum*, quando ita loqueris, *imaginem rei, ſiue rem in imagine à ſe differre.* quod loquendi genus (quandoquidem de rebus velatis loqueris) velatũ, nec ſatis apertum nobis viſum eſt: qui diſtinguere ſolemus inter rem in imagine, & rei imaginem. Verùm ne tecum præſcriptis verbis agere videamur, expendamus id quod ſubiicis, dum ais, *rem aliter atq; aliter viſam à ſe ipſa differre ratione: atq; ita vis efficere Chriſtum minùs & magis cognitum differre à ſe ipſo.* Quam propoſitionem affirmo alienam eſſe à Theologia, nec ab ipſis etiam philoſophis admittendam,
Prima Phil. lib.5. audiant Ariſtotelem noſtrum (quando ita vis) in prima philòſophia docentem, *ea dici differentia, quæ diuerſa ſunt, etſi aliquo modo eadem ſunt, modò non ſunt eadem numero*, inquit. At Chriſtus magis aut minùs cognitus, eſt vnus numero. Quare differentia ſtatuenda eſt non in Chriſto, ſed in ipſa cognitione, quę differt ſecundum plus & minùs. Quare ineptum eſt quod dicis *aliquid differre à ſeipſo*. nihil enim differt à ſeipſo, niſi fortè id tibi accommodas, qui toties ipſe tibi contradicis. Variæ autem prędicationes non faciunt vt aliquid à ſeipſo differat: quia de vno eodèmque varia dici poſſunt. Exempli gratia, hæc propoſitio: Turrianus adorat Ro. Pontificem ad eius pedes prouolutus: & hęc altera: Proteſtantes deteſtantur Ro. Pontificem, & ſtricto diuini verbi gladio caput eius petere non deſinunt: hæ propoſitiones, inquam, nón variæ tantùm, ſed ſunt etiam contrariæ, nec propterea Ro. Pontifex differt à ſeipſo, quãuis Proteſtantes & Turr. & prædicata vtriuſq; propoſitionis longiſſimo interuallo differant. Sed quorſum de eo diſputas? Quid enim Pontificis cauſam ſubleuaret, *ſi Chriſtus minùs cognitus eſſet imago Chriſti magis cogniti, aut minor cognitio maioris cognitionis?* ipſe nihil tale cogitans iſtas tuas imagines intermedias alibi quàm in Rom. Pontifice collocaſti.

TVRRIAN. *Regnum ſpirituale Chriſti in terra non eſt res ipſa regni cæ-*
IX: *leſtis beati, quod eſt Chriſtus clarè viſus: ſed eius imago. Regnum Chriſti in Eccle-*
Pag.63. *ſia ſpirituale eſt & viſibile.*
Pag.70. *Si non pateris imaginem Chriſti eſſe in terra: Ergo nos iam facis non ſpe, ſed re beatos: neſcio cuius nouæ hæreſis ſuſpicionem iniicis.*
Pag.80. *Si non pateris nouum Teſtamentum terris concludi in Miniſterio verbi, Sacra-*
Pag.70. *mentorum, & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ; vis igitur vt in cælo prædicetur Euan-*
Pag.77.

gelium

gellium &c. ô *mirum Theologum! Regnum cælorum dicitur primò aduentus Chriſti. Item ipſa prædicatio verbi. Item tam veteris quàm nouæ Scripturæ cognitio. Vt illud: Omnis Scriba doctus in regno cælorum &c. Hæc ex ſcholiis Photij in Mat. Cur non nominetur, & ſit Eccleſia cæleſtis, & quæ in ea ſunt cæleſtia? præſertim cùm Eccleſia ipſa ex iis conſtet, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.*

SADEEL. Quid ſignificet regnum Chriſti, nos in noſtra ſolutione diximus, quod totum diſſimulaſti. Tu verò profers aliquid hactenus inauditum & quod craſſiſſimi tui erroris non ſuſpicionem iniicit, ſed manifeſtiſſimam probationem aliis ſuperioribus adiicit: nempe quum dicis *regnum ſpirituale Chriſti in terra eſſe imaginem regni cæleſtis & beati: atque adeò regnum ſpirituale eſſe ſimul viſibile.* Parce, Turriane, Theologorum & Philoſophorum auribus, quibus tua hæc obtrudis. Regnum ſpirituale Chriſti Theologi cæleſte etiam appellant: cùm enim cæleſte terreno opponatur, & ſpirituale corporali, Regnum autem Chriſti non ſit de hoc mundo, ſequitur eſſe cæleſte ſimul & ſpirituale. Quo fit vt Paulus vtrumque ſimul coniunxerit his verbis: *Qui benedixit nobis omni benedictione ſpirituali in cælis in Chriſto.* Epheſ.1. Itaque fideles alibi dicuntur eſſe *vocationis cæleſtis participes.* Heb.3. Et tu ipſe tua retractans, *ais prædicationem verbi appellari regnum cælorum: & ipſam Eccleſiam cæleſtem eſſe.* Sic igitur ſtatuunt Theologi, *regnum Chriſti cæleſte ac ſpirituale in fidelibus inchoari in via, & abſolui ac perfici tandem in patria: ita vt talis differentia ſit conſtituenda qualis inter eam domum quæ ædificari cœpta eſt, & eam quæ eſt planè & perfectè exædificata.* Quis autem inchoatam domum, & quæ eſt (vt Philoſophi loquuntur) in ipſo fieri, eſſe eiuſdẽ perfectæ & abſolutæ domus imaginem vnquam dixerit? Imò quis cogitaſſet vnquam ab vllo homine proferendũ, niſi hęc ſcripſiſſes? Porrò idem-ne tibi videtur ſpirituale & viſibile? ô mirum Theologum, & nouum Philoſophum! Porrò quod obiicis, niſi admittamus viſibilem in terris regni Chriſti imaginem, inde ſequi, nos non ſpe, ſed iam re eſſe beatos: ſatis teſtatur te non intelligere quid ſit beatum eſſe: qui omnem beatudinem ab hac vita excludere videaris. Imò ſic habeto ex Dauide: *Beatum eſſe eum qui Deum timet,* Pſal.138. *qui in lege domini dies noctesq; meditatur: & cuius peccata remiſſa ſunt.* Pſal.1. Pſal.32. Et ex Chriſto *beatos eſſe qui perſecutionem patiuntur iuſtitiæ cauſa, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Matth.5. Licet enim nondum perfectè cæleſti beatudine perfruamur, iam tamen eius poſſeſſionem cernimus, eius guſtũ ſentimus, atq; ſi nondũ plena luce, certè iam eius radiis illuſtramur. Idcirco Chriſtus *ais fideles habere vitam æternam, & iam à morte in vitam tranſiiſſe.* Ioan.5. Et Paulus *nos iam eſſe in regnum Chriſti tranſlatos: noſtrum πολίτευμα eſſe in cælis: credentes in requiem Dei introire. Deniq; nos iam in cælis in Chriſto collocatos eſſe.* Coloſ.1. Phil.3. Heb.4. Epheſ.2. Quòd ſi beatitudo conſiſtit in viſione Dei, & nos (vt antè dictum eſt) etiam in huius corporis carcere ac vinculis incluſi Deum tãquã in ſpeculo & ænigmate, hoc eſt aliquo modo videmus, certè iã aliqua ex parte beati ſumus. Sed pręſtat hoc totũ concludere verbis Lõbardi magni Scholaſticorum Doctorum parentis, qui quæſtionem hanc ex ore Auguſt. ita definiuit: *Sic,* inquit, *determinemus, dicentes nos & hìc & in futuro frui: ſed ibi propriè & perfectè & plenè, vbi per ſpeciem videbimus quo fruemur:* Lib.1.ſent. Diſtinct.

De doct. Chriſt. lib. 1. cap. 34.

hîc autem dum in ſpe ambulamus, fruimur quidem, ſed non adeò planè. Vnde Auguſtinus: *Angeli illo fruentes iam beati ſunt, quo & nos frui deſideramus, & quantùm in hac vita iam fruimur, vel per ſpeculum, vel in ænigmate, tanto noſtram peregrinationem & tolerabiliùs ſuſtinemus, & ardentiùs finire cupimus.* Hęc Lombardus, vel potiùs Auguſtinus. Aude nunc, Turriane, & verbo Domini, & veteribus Doctoribus, & ipſis Scholaſticis contradicere, vt ita probes te nihil cum illis omnibus habere commmune. Itaque ridiculum fuit hoc tuum connexum: *niſi in Rom. Pontifice imaginem regni Chriſti videamus, nos non ſpe, ſed re eſſe beatos*: cùm ita dicendum fuerit potiùs, eos eſſe re vera felices ac beatos, qui in Rom. Pontifice nullam imaginem, nullúmque veſtigium regni Chriſti, ſed omnia potius regno Chriſti contraria animaduertunt. Cæterùm vt te mirum Theologum probares, *nouum Teſtamentum terris concluſiſti: alioqui obiicis velle me, vt Euangelium,* (inquis) *in cælo prædicetur*. Debebas huiuſce concluſionis vim paulò apertiùs demonſtrare, vt eam viderèmus. Fateor enim me non adeò mirum eſſe Theologum, vt poſſim res tanto rationis interuallo diſſitas vnà coniungere. Quid? *nouum-ne Teſtamentum* in ſola actione prædicandi Euangelium, & in ſolis Eccleſiaſticis concionibus conſtituis? nonne tibi videntur ſacra virgo Deipara, Apoſtoli, martyres, ac reliqui beati Spiritus iam in patriam recepti, adeóq; *Ieſus Chriſtus noui Teſtamenti Mediator, & Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec,* ad nouum Teſtamenrum pertinere? Audi igitur Apoſtolum ipſum ita craſſiſſimum hunc tuum errorem refellentem:

Heb. 12.

Acceſſiſtis, inquit, *ad Hieruſalem cæleſtem, & myriadas Angelorum, conuentum & Eccleſiam primogenitorum, qui conſcripti ſunt in cælis, ad Iudicem vniuerſorum Deum, & ſpiritus iuſtorum conſecratorum, & ad noui Teſtamenti Mediatorem Ieſum, & ſanguinem aſperſionis, præſtantiora loquentem, quàm loqueretur ſanguis Abel. &c.* Hæc ille. Cæleſtem verò Eccleſiam eſſe, licet in terris verſetur, non negamus, modò illam intelligas de qua locutus eſt Apoſtolus, cum diceret, *eſſe primogenitorum Eccleſiam, qui conſcripti ſunt in cælis*. Quomodo autem ſit cæleſtis, cùm homines ad eam pertinentes ſint aſpectabiles, & terreno corpore circundati, in noſtra ſuperiori diſputatione explicauimus. Porrò *quam Eccleſiam cæleſtem eſſe dicis*: tollis eam diſtinctionem quam ſuprà attuliſti, *de regno ſpirituali & cæleſti.* Itaq; ſi fateris Chriſtum ſolum eſſe cæleſtem regem, & Eccleſiam, quæ cæleſtis eſt, eſſe regnum Chriſti: efficitur ex tuis præmiſſis ſecum pugnantibus, ſéq; mutuò deſtruentibus, ſolum Chriſtum eſſe regem Eccleſiæ. Atq; ita in tuam imaginem Pontificiam tu ipſe lituram inducis. Quid quòd poſtremò *dicis, Eccleſiam ex iis conſtare, qui ex Deo nati ſunt, hoc eſt, ex electis?*

Ioan. 1

(cuius contradictionem & in priore tuo libro, & in hoc poſteriore centies affirmaſti) Quomodò igitur regnum Chriſti in electis viſibile eſſe ſtatuemus? Sed de his omnibus apud te cogitabis, vt, ſi fieri quidem id poſſit, tibi tecum aliquando conueniat.

X.
Pag. 79.
Pag. 84.

TVRRIAN. *Vt in Moiſaica Hierarchia primus magiſter & dux ſacerdotum fuit Moſes: ſic in Eccleſiaſtica Hierarchia vnum Petrum Moiſen dedit Chriſtus, &c. Aaron fuit vmbra Chriſti, ſed remotiſſima. nos verò non quærimus Archetypum quod in cælo eſt, ſed imaginem propinquiorem archetypo, &c.*

Vt ſemel impleta eſt vmbra Moſis legiſlatoris in Chriſto Ieſu: oportet ſemper impleri vmbra Aaron primi Hierarchæ, qui ſemper videatur primus, quia Hierarchia ſemper indiget vno primo Principe inuiſibili &c. Pag.79.

Sadeel. *Moſen cum Petro, & vmbram Aaronis cum tuorum Pontificum ſucceſſione comparas.* Vtrumque planis ac dilucidis verbis Apoſtolus refellit, quem ego audio, tuis commentis procul valere iuſſis. *Moſes,* inquit Apoſtolus, *fidelis fuit in tota domo ipſius vt famulus, ad teſtificanda quæ poſt dicenda erant. At Chriſtus vt filius domui ſuæ præeſt, &c.* Audin' Græcule Turriane, ἐπὶ τὸν οἶκον, inquit Apoſtolus. Et cap. 10. *Habemus inquit, Chriſtum ſacerdotem magnum præfectum domui Dei,* vt vnũ Chriſtum toti Eccleſiæ præfectum agnoſcas. Aaronis autem vmbram ad Chriſtum eſſe referendam diſce ex eodem Apoſtolo cap. 5.7.8.9.10. Sed lepidè ſoluis obiectionem, dum ais, *Aaronem fuiſſe Chriſti imaginem, ſed remotiſſimam: Pontificem verò eſſe imaginem propinquiorem.* Quis obſecro, non miretur Apoſtolum tam perſpicacem fuiſſe in videnda *illa imagine remotiſſima,* & ſingulis accuratè excutiendis, quæ illuc pertinebant; iſtam verò *Pontificis imaginem propinquiorem* videre non potuiſſe, qui de illa nullum vnquam verbum fecerit? Quare multo veriùs poſtea, & id quod res eſt, dicis, quum ingenuè fateris, *vos non quærere Archetypum, hoc eſt, Chriſtum, qui eſt in cælis, ſed hanc veſtram imaginem Pontificiam quærere.* Verum dicis, mi Franciſce: vos enim Monachi Archetypo cæleſti neglecto, terrenas imagines quæritis. Porrò ridiculus es, quum ex eo *quòd vnum ſemel impletum eſt, colligis alterum ſemper fieri debere.* Cuius connexi fides vnde tandem peti poſſit, non videmus. Quare tuum errorem corrigat Apoſtolus ipſe ſuis hiſce verbis. *Et illi quidem,* inquit, *plures facti ſunt Sacerdotes quòd mors prohiberet eos permanere, at hic (Chriſtus) propterea quòd in æternum manet, perpetuum habet ſacerdotium.* hæc Apoſtolus, quum nos ad vnum Chriſtum, non ad Rom. Pontifices (quod facit Turrianus) reuocaret. Sic etiam Epiphan. contra Milchiſed. *dicit Chriſtum eſſe ſacerdotem ſecundum ordinem Milchiſedec, qui non habet,* inquit, *ſucceſſionem.* Regni autem & ſacerdotij Chriſti fideles omnes fieri per Euangelium participes, prout humanæ conditionis ratio patitur, docet Ioannes. *Chriſtus,* inquit, *Princeps regum terræ, qui dilexit nos & lauit à peccatis noſtris per ſanguinem ſuum, fecit nos reges, & ſacerdotes Deo & Patri ſuo.* Quod idem quũ Petrus intelligeret, *Vos* inquit, (alloquitur autem fideles, non Romanos Pontifices) *eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus, quem Deus vt proprium vendicat, &c.* Hæc Petrus: quem, ſat ſcio, apud ſe accuſat Turrianus, quòd non ille ſibi, & Rom. Pontificibus regale ſacerdotium vendicarit.

Heb.3.

Heb.7.

Apocal.1.

1.Pet.2

XI.

Tvrrian. *Si quia imaginem regni Chriſti in aliquo regno viſibili ſtatuimus, ad vmbras veteris Teſtamenti regredimur: Igitur ad vmbras veteris Teſtamenti regrederis, ſi Sacramenta, quæ ſunt imagines rei diuinæ, in aliquo viſibili ſtatuis &c. Cur igitur Chriſto negas regnum viſibile & Spirituale? Dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & poſſeſſionem tuã fines terræ. An terræ terminos inuiſibiles dicit? Eſa. 60. Leua oculos tuos & vide: omnes iſti congregati ſunt: venerunt tibi &c. Item, ſi corpora fidelium ſunt viſibilia, & Sacramenta: ipſi etiam Miniſtri viſibiles. Ergo regnũ Chriſti externũ eſt, & viſibile ſimul & Spirituale.*

Pag.80.

Pag.80.

Pag. 81

Pag.86.

Sadeel. Quia *proponis regnum Pontificium* quod quidem aſpectabile eſt, terrenum & craſſum, *vt eo ſicut olim Dauidico, Regnum cæleſte Chriſti ſignificetur*: dico & affirmo te regredi ad veteres ceremonias: nec propterea ſequitur me idem tecum facere, eo quód agnoſcam Sacramenta noſtra eſſe viſibilia quod ad ſigna attinet. Nec enim tantum ſibi debent homines ſumere, vt noui Teſtamenti ſigna & ſacramenta ſuo arbitratu conſtituant. Hoc eſt ſolius Chriſti perfectiſſimi Eccleſiæ Doctoris, eiuſdémq; Eccleſiæ Domini. Quamobrem agnoſco & amplector ſanctiſſima illa myſteria, quæ Chriſtus in Eccleſia inſtituit, & ſimul deteſtor Rom. Pontificis primatum, quem hominum ambitio non Chriſti inſtitutio confirmauit. Nam *Chriſtus ſummus Sacerdos ſimul & Rex æternus ſecundum ordinem Melchiſedec* (vt ait Apoſtolus) *neque ſui ſacerdotij,* Heb.7. *neque regni vllam imaginem in vllo quopiam homine conſtituit*: nec Petrum vel Pótificem vnxit vel creauit regem: ſed vnâ cum aliis Apoſtolum, 2.Pet.5. legatum, ſeruum, & (vt ille ipſe Petrus agnoſcit) conpreſbyterum eſſe voluit. Cæterùm *non nego Chriſto ſuum regnum*, vt ſtultè dicis, ſed potiùs non patior tuum Pontificem regnum Chriſti vſurpare. Nec verò viſibile, & ſpirituale, ipſa rerum natura reclamante, confundo, quemadmodum facis. Sed ea de Chriſti regno ſentio, quæ Chriſtus ipſe, & Apoſtoli tradiderunt, vt copioſiús in noſtra ſolutione dictum eſt. Perperam autem argumentaris: *Si termini terræ, ſi fideles, ſi Miniſtri ſunt viſibiles, denique ſi Sacramenta ſunt viſibilia, regnum Chriſti propterea externum eſſe, & viſibile.* Nam diſtinguendum eſt regnum ipſum ab iis in quos exercetur, & ab ipſius regni Miniſtris, atque inſtrumentis. Quare audiendus eſt Chriſtus ita de regno ſuo diſſerens: Ioan.18. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Luc.17. Item, *Regnum Dei intra vos eſt*. Sed de regno Chriſti iam pluribus egimus. Hoc addam: te imperitè admodum & Iudaico ſenſu locos Propheticos de futuro regno Meſſiæ, intelligere de exteriori & viſibili regno. Nam ſpritualis amplitudo regni Chriſti rerum terrenarum ſimilitudine fuit á Prophetis adumbrata. Illæ autem Prophetiæ, quas citas, non in Pontifice Rom. inplentur, vt ſomnias, ſed ita in Chriſto & in Euangelica prædicatione impleri cœptæ ſunt, vt nouiſſimo demum die plenum ſint exitum habituræ. Licet autem regnum Chriſti ſpirituale ſit, neque humanis ſenſibus metiendum, habet tamen effecta exteriora longè præſtantiſſima, eáque aſpectabilia, ſed iis demum, quibus Deus dedit oculos ad videndum: vt Scriptura loquitur. Quod vel hiſce poſtremis temporibus apparuit, quum pura Euangelij prædicatio mirandis Dei operibus inſtaurata eſt. Verúm, Turriane, præclara hęc regni Chriſti effecta, quantumuis licet viſibilia, non videtis: quia oculos, quibus ea videntur, non habetis.

XII. Pag.72. Tvrrian. *Videntur hypocritæ in Eccleſia eſſe* (inquis) *at quibus oculis? nonne corporis? Qui ſint in Eccliſia viſibili, diſcernimus ex Sacramentis viſibilibus, & ex Miniſterio viſibili eiiciendi ex Eccleſia per poteſtatem á Chriſto datam. Multi itaque ſunt in Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, & regnum Dauid, & domus Iacob, propter communionem Sacramentorum, qui non pertinent verè ad corpus Chriſti, &c.*

Sadeel. *Hypocritas oculis corporis videmus, quatenus homines*: ſed hy-

pocriſis

pocriſin nó videmus. Mea autem ſententia (vel Auguſtini potius) plana eſt, nec poteſt tuis nebulis obſcurari. Etenim noſtrum eſt (quoad eius fieri poteſt) bene iudicare, & bene ſperare de iis omnibus, qui ſe ad Eccleſiam pertinere profitentur: neque tamen inde ſequitur Eccleſiam viſibilem eſſe cum electorum Eccleſia confundendam: de quo multis egimus in ſuperiori diſputatione. Falſum eſt autem, quod ſubiicis: *multos eſſe in Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, & regnum* Dauid, *& domus Iacob, qui tamen non pertinent verè ad corpus Chriſti*. Pugnantia enim continent: quandoquidem Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, regnum Dauid, & domus Iacob, eſt electorum Eccleſia: ex his manifeſtiſſimis verbis Angeli: *Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*. Luc.1. Ergo *domus Iacob* non conſtat ex electis, & reprobis: cúm reprobi ad regnum Chriſti æternum ſimul & beatum non pertineant. Tu veró pauló antè dixiſti *Eccleſiam conſtare ex iis, qui non ex carne, ſed ex Deo nati ſunt*. Quæ addis *de Eccleſia permixta*, iam á te ſæpius repetita, atque à nobis refutata, hîc prætermitto: niſi velis vt vno verbo lacerem quod tu perperam affirmas: nempe hæc Pauli Pag.83. verba: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite*: non ſolúm ad electos, ſed ad reprobos etiam pertinere. Ad eos enim qui cum Coloſſ.3. Chriſto ſurrexerunt, ea quæ apud Apoſtolum ſequuntur referenda ſunt: *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Quando Chriſtus vita noſtra patefactus fuerit, tum & vos cum eo patefietis glorioſi.* I nunc, Turriane, & hoc intellige de reprobis, ſi potes.

XIII. **Tvrrian.** *Ex iis quæ ipſe dicis, ſequitur te externum miniſterium cum interiori & ſpirituali regno Chriſti confundere.* Pag.85. *Nam fateris homines adhiberi ad prædicandum Euangelium & ad cætera obeunda, quæ ad Euangelicum miniſterium pertinent. Dicis etiam Chriſtum in ſuis legatis eſſe viſibilem.* Pag.88. *Hoc autem miniſterium in multos partitum eſt, vt patet ex Can. Apoſt. 34. vbi fit mentio Metropolitanorum, & Patriarcharum.* Pag.86. *quæro abs te: Epiſcopi, Metropolitani, & Patriarchæ, ſunt-ne viſibiles? quidni? Erit igitur tota Eccleſia, quæ ex iſtis, ceu partibus, conſtat, viſibilis. Et hoc quoque dabis. Vt ergo Eccleſia Metropolitana habet à ſuo Metropolitano vnitatem ſuam: ſic tota Eccleſia, quæ conſtat ex omnibus mundi Eccleſiis, non poteſt eſſe vna, niſi initium vnitatis ab vno rectore capiat. Ratio connexi cogit te Antoni, vt qui dediſti ſuperius, des etiam inferius, &c. Sic Sadeelem Socraticis quæſtionibus, ex ſuis inſidiis extrudamus.*

Sadeel. Iam tranſitum facis ab Ariſtotele ad Socraticas interrogationes, vt ſcilicet veterem Academiam magis redolere videaris. Atque hoc tuum diſputandi genus prope ad veſtram Miſſam accedit, quam audio conſtare interrogationibus & reſponſionib. At hîc, Turriane, tu interrogas ſimul & reſpondes. Ecquis enim non rideat, qui viderit quàm præclarè me ad tuas interrogationes reſpondentem introducas? Quid? nonne ſatis tibi videor reſpondere, niſi mihi reſponſiones etiam ſuggeras? Sic igitur habeto: me nihil tibi dare eorum quæ profers *de tuis Metropolitanis, & Patriarchis, & de tota Eccleſia viſibili*

Lib. De Paſt.

Luc. 10.

quam tu ſómnias vides: ego verò apertis oculis, & vigilans non video. Hoc quidem verum eſſe fateor, *homines ad paſcendam Eccleſiam adhiberi: qui cùm multi ſint numero, eiuſdem tamen Miniſterij ſunt ſocij atque participes: atque* (vt ad Auguſtinum redeamus) *in vno Chriſto verò Paſtore, & Paſtorum omnium Principe, unum ſunt.* Chriſtum autem eſſe in ſuis legatis viſibilem, non hîc dixi, vt falſò refers: Sed in loco ſuperiore proximo dixeram, *Chriſtum per ſuos Miniſtros ſe quodammodo præbere aſpectabilem:* quod rectè & Theologicè dici poteſt: nempe propter ipſum miniſterium quemadmodum Chriſtus dixit: *Qui vos audit, me audit, &c.* Hæc ſunt quæ tibi damus, Franciſce, & quæ vtinam ita accipias vt depoſito tuo errore, veritatem aliquando velis intueri.

XIIII.
Pag. 89.

TVRRIAN. *Nos non ſumus Pontificij, ſed Chriſtiani, & quæ faciunt Miniſtri Eccleſiaſtici apud nos, in nomine Chriſti faciunt.*

SADEEL. Hoc te malè habet, quód te *Pontificium* appello, qui identidem me Lutheranũ nominas. Verúm nonne dicendus es *Pontificius*, qui Pontificis cauſam tam obſtinatè defendis, qui Pontificẽ obtrudis, Pontificem inculcas: & pro eius principatu totis animi viribus decertas? At ego, non Lutheri cauſam ago, nec pro eius vel principatu, vel dignitate diſputo: imó Lutherum, niſi à te prouocatus, ne nomino quidem. Sed pro ſummo Chriſti in Eccleſiam imperio: pro eius regno, gloria, ac maieſtate, non meis, ſed ſanctiſſimi eius verbi viribus decerto. Cur igitur non Chriſtianus ſim, & tu Pontificius? *Vos autem* ſcilicet *omnia in nomine Chriſti facitis* (vt ais) apud quos & in quorum ſacris (ſi ſacra dicenda ſunt) nihil fit niſi numerata pecunia. Vos cælũ (ſiquidem cęlum) venale venditis: vos terram, quoties defunctorum corpora terræ mandanda ſunt, venditis: vos aerem, & ſonitum veſtrorum tintinnabulorum, candelarum veſtrarum, lumen venditis: vos aquã illam luſtralem quã vocatis: veſtra ſacramenta: veſtras cantilenas, veſtra ſacerdotia: ipſum etiam Pontificatum: veſtras nugas, veſtra denique omnia venditis. Ergo qui cælum, terram, & elementa omnia, quantum in vobis eſt, venditis, & qui non à viuis tantúm, ſed etiam à mortuis vectigalia exigitis: vos, inquam, boni Chriſtiani omnia ſcilicet in nomine Chriſti facitis.

XV.
Pag. 90.
Vide P. 98.
Pag. 92.

TVRRIAN. *Nuſquam ſcripſi Chriſtum regnum ſuum in Eccleſiam vel in Pontificem tranſtuliſſe: ſed dixi Chriſtum tranſtuliſſe regnum Dauid in regnum ſpirituale & ſacerdotale Eccleſiæ, & ſubieci, quæ Epiphanius ſcripſit in Nazoreos hæreſi. 29. Apoſtoli ſtatim intellexerunt, de quo diceret Dominus, quum dixit: Qui maior eſt inter vos, ſit ſicut Miniſter veſter. Audierant enim vni Petro dictum eſſe: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c.*

In Sophiſ.

Luc. 1.

SADEEL. Hæc ſunt tua verba: *conſequens neceſſariò eſt* (inquis) *vt aliquem ſuo loco conſtituerit, nempe, Chriſtus, in quem regnum illud tranſtulerit, qui perſonam ſuam gerat, ac ſuam ferat imaginem.* Ex quibus verbis, quis non videat ſuam gloriam Chriſto detrahi, vt eius ſpoliis ornetur Romanus Pontifex? Poteſt-ne regnum Dauidicum in alium transferri quàm in Chriſtum præſertim cùm tam apertè dicat Angelus apud Lucam: *dabit ei Dominus ſedẽ Dauid patris ſui,* vt taceam de Prophetarũ teſtimoniis quamplurimis eodẽ ſpectantibus. Ad Epiphanium quod attinet

tinet: ubi quidem tranſlatum fuiſſe regnum Davidis in Eccleſiam, & in ipſa [illegible] *cleſiæ Miniſtros; quos more veterum Pontifices appellat* (de [illegible] Pontifice qui ſupra alios emineat, nullum verbum.) Sed quid ſibi velit, ſimul exponit ipſe his verbis: *Thronus*, inquit, *David & regia ſedes eſt* [illegible] *in ſancta Eccleſia*: quaſi dicat, Chriſtum in Miniſterio Eccleſiaſtico, tanquam in ſede regia ſedere, hoc eſt, regnum ſuum [illegible] per Eccleſiæ Paſtores, ceu per legatos ac miniſtros exercere, eò quòd ipſius verbi miniſtri ſunt. Itaque ille ipſe de Chriſto [illegible] inquit, *ſuper thronum David*. Etſi autem [illegible] Epiphanium [illegible] cutio, (qui in illo loco tradit *Chriſtum legali ſacerdotio functum fuiſſe*) [illegible] tamen ſatis ſuperque eſt, quòd nihil de ſuo Pontifice dixerit. Non enim proculdubio prætermiſſurus, ſi unius Romani Pontificis ſummus Principatus iam tum extitiſſet. Sed .n. pro Epiphanio extra propoſitum huius loci Apoſtolici à te citato, profero tibi Athanaſium in huiuſce Epiſt. ad Hebr. explicatione verſantem, [illegible] his verbis ita [illegible] *oſtendit*, inquit, *quòd ſacerdotale illud ſummum ſacerdotium* [illegible] *Chriſtum tranſlatum ſit* [illegible] *Melchiſedec*. [illegible] Athanaſius. Quin etiam audi quid ipſe ſcripſeris pag. [illegible] 91. *Quomodo*, inquis, (me compellans) *confundis regnum David terrenum, & regnum Chriſti cæleſte, in quod illud tranſlatum eſt?* En quomodo tibi conſtas. Poſtremò quòd dicis *Apoſtolos facilè intellexiſſe quiſnam eorum eſſet primus*, merum eſt [illegible] que vaniſſimum tuum ſomnium quod iam ſæpius à nobis refutatum eſt; [illegible] nominat [illegible] 9. cap. Marci. Quid enim ſtultius dici poteſt, Apoſtolos oblitos Petrum ſibi præfectum fuiſſe his verbis: *Et ſi* [illegible] tandem id in memoriam revocaſſe, (ut vis) tum ſcilicet, quum Chriſtus graviſſimè interdixit, ne quis inter illos affectaret Principatum? Cùm autem ex 9. & 22. cap. Lucæ non ſemel inter Apoſtolos hanc de primatu quæſtionem fuiſſe agitatam conſtet, mirum eſt iſtam de primatu Petri doctrinam in ipſorum animis nunquam hærere potuiſſe. Scilicet non erant æquè doctes ac tui Pontificii, qui commentum iſtud de primatu tam facilè intellexerunt.

Ibid.

In Synopſi.

XVI. Pag. 94.

TURRIAN. *Obiicis locum Zachariæ:* [illegible] *Diſperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Hieruſalem, & diſſipabitur arcus belli, & loquetur pacem Gentibus: & poteſtas eius à mari uſque ad mare* [illegible]. *Ergo regnum Chriſti eſt viſibile. Eò ſpectat Pſ. 71. dominabitur à mari uſque ad mare*, [illegible]

SADEEL. De amplitudine regni Chriſti iam ante locuti ſumus: quæ licet ſit quadam ex parte viſibilis, [illegible] quibus Dominus oculos dedit, ipſum tamen Chriſti regnum [illegible] vel carnis ſenſu metiendum [illegible]. Separatim ergo, ut paucis dicamus, quantum præſidij ex hoc Zachariæ loco & conſimilibus locis Propheticis cauſæ Pontificis accedat. Etenim ſi regnum Chriſti viſibile eſſe dicis, Turriane, *quòd Evangelio pacis univerſus terrarum orbis* [illegible] [illegible], quum, ut ait Propheta, Dominus loquutus eſt pacem Gentibus, quid opus eſt imagine Romani Pontificis, in qua expreſſum Chriſti regnum refulgeat? Si te tantopere [illegible] imagines [illegible] tibi imago longè præſtantiſſima, quam Zacharias proponit, nempe Evangelij cognitio Apoſtolicis temporibus longè latéque in omnes gentes diſſeminata:

Zach.

cùm

ed[illegible] Christi Ecclesia angustiis Iudaici populi finibus contineretur. Atque habent quidem imaginem sui Pontifices suorum [illegible] inquinamentorum abest, ut sint imago illa regni Christi, quam nobis Prophetæ depinxerunt. Quid? *Si vniuersum terrarum orbem, si longissimum [illegible] ad mare spatium; denique omnes fines orbis terræ faciamus, vt regnum Christi sit visibile* (quemadmodum concludis) quorsum unus Pontifex [illegible] imaginem regni Christi videamus, quod [illegible] esse [illegible] terrarum orbe conspicuum? Profectò similiter [illegible] postules tibi dari imaginem solis [illegible] visibilem redderes. [illegible] quispiam in vestibus ceremoniis theatralibus fa[illegible] perambulantes tædas ac faces cir[illegible] luce quæreres, vestram ita cæcitatem [illegible] *si regnum Christi est adeò visibile*, vt toties nobis [illegible] nobis expedit, ut eorum eruditio[illegible] Vos Pontificij pa[illegible] imaginis signo regni Christi penes vos esse co[illegible] Euangelij veritate regni Christi [illegible]. Vos regnum Christi apud nos non videtis. Omnes tamen sumus homines oculis corporeis præditi, quibus [illegible] Conclude igitur, mi ho[illegible] regnum Christi esse [illegible] sensibus [illegible] animi sensu, hoc est, fidei oculis perspici debere [illegible] Verum enim [illegible] bene habet, quod [illegible] Pontificum [illegible] Prophetam Zachariam protuleris, in quo futurum est, ut *[illegible] quadrigis & arcubus, Dominus pacem gentibus loquatur.* Sic enim spo[illegible] pacem in Ecclesia, quum euersis Primatus Pontificij quadrigis [illegible] arcubus, Euangelium pacis locum suum inter homines [illegible].

XVII. **Pag. 97.** [illegible] *Primatum Pontificum Romanum [illegible] appellare* [illegible] *Hunc Daniel dicit esse filium hominis [illegible] excedente suo manibus [illegible] & factum [illegible] qui terram repleuit [illegible] & [illegible] prædicamus, & Romanorum Monarchiam [illegible].*

[illegible] qui alio teste opus habet. Verùm *si Deus [illegible] Romanorum Monarchiam* (vt dicit tuus ille Clemens) *eam propterea [illegible] Romanorum Monarchiam* [illegible] quod tota tua Deo tribuit, ad Romanum Pontificem transferet. [illegible] mendacia mole sua ruunt) [illegible] Clementem scripsisse, quum euersis [illegible] Imperatores Romani iam Euangelium proscriberent. Gloriare [illegible] Clemente, & eum nobis proponere tanquam antiquissimum authorem, [illegible] Petri discipulum [illegible].

XVIII. **Pag. 98.** [illegible] *Si Ecclesia Catholica est Monarchia Christi visibilis, ergo et regit Christus in ea Monarchiam, quæ sit visibilis. Nam* [illegible] *pius, quod ſi quis in loco aliquo regnare vult, vbi non eſt per ſe viſibiliter verſaturus, neceſſe eſt vt aliquem conſtituat, in quo, & per quem viſibiliter regnet, non tamen inuiſibiliter.*

SADEEL. Siccine Theologum agis, vt non agnoſcas ſibi videatur Chri*ſtus alio modo inuiſibiliter regnare, quàm rex mortalis, qui abſens nihil omnino regnat?* Si locum Ambroſij attendiſſes, (quem tibi obiceram in ſolutione tui Sophiſmatis, & ad quem tu nihil reſpondiſti) facilè vidiſſes *ita Chriſtum à nobis abeſſe, vt ſemper adſit præſens Eccleſiæ ſuæ Spiritus efficacitate, quod etiam futurum promiſit Chriſtus apud Matthæum.* Pudeat totam ſectam Ieſuiticam impiæ & prophanæ huiuſce ſimilitudinis. Tu verò iterum audi quod alibi dicit Ambroſius: *Sicut abſente Imperatore,* inquit, *imago eius habet authoritatem, præſente non habet, ita & hæc* (loquitur de veterib. ſacramentis) *ante aduentum Domini tempore ſuo obſeruanda fuerunt, præſente autem carent authoritate.* Hæc ille: quibus Chriſtum etiam nunc ſuæ Eccleſię præſentem adeſſe ſtatuebat.

In Luc. li. 2. cap. 1.
Matt. 28.
In Epiſt. ad Coloſ. cap. 2.

XIX.
Pag. 98.

TVRRIAN. *Ambroſius: Romæ Apoſtolici ſacerdotij principatu amplior facta eſt arce religionis, quàm ſolio poteſtatis. De voc. Gent. 2. c. 6. Tertullianus ad Scapulam: Imperium Chriſtianorum vocat Imperium Romanorum: quod ſtabit, inquit, quamdiu ſeculum ſtabit.*

SADEEL. Ambroſius, vel quiſquis eſt illorum librorum author, *Apoſtolici ſacerdotij principatum* non vni homini, ſed *vrbi Romanæ tribuit*: idque more veterum, qui Romanam Eccleſiam, propter Paulum & Petrũ (quos ſimul Romæ martyrio fuiſſe coronatos fama obtinuerat) *Apoſtolicam Eccleſiam appellarunt*: eique propter vrbis dignitatem, Principatum aliquem, vt & reliquis Patriachis, conceſſerunt: quemadmodum conſtat ex Nicena Synodo: qua de re in ſuperiori diſputatione diſſeruimus. Atque ita locus Ambroſij ſummo Pontificis imperio non patrocinatur: ſed ſui temporis rationem habet. Atque vtinam, ne ille quidem gradus iactus eſſet, ad horrendam illam tyrannidem, cuius maiores noſtri nihil tale cogitantes fundamenta iecerunt. Eſt tamen quòd Turriano habeamus gratiam, qui nobis locum protulerit, ex quo manifeſtè conſtat, priſcis illis temporibus *ſolium poteſtatis ab arce religionis fuiſſe diſtinctum*, id quod citata Ambroſij verba manifeſtò declarant. Nimirum nondum Conſtãtini donatio ex inferorum tenebris in lucem erumperat. Nondum Romę Pontifex Romanus dominabatur: nondum in patrimonium Petri (vt vocat.) inuaſerat: denique nondum in ſolium Imperatoriæ poteſtatis aſcenderat, Religionis arce contentus. Porrò Tertullianum perperam citas, verba affingens, & quæ dixit Tertullianus, malè intelligens. Nullum enim verbum facit de imperio Chriſtianorum, eſtque hæc tua additio. Sed *neceſſe eſt,* inquit, *vt Chriſtianus Imperatorem ſaluum velit cum toto Romano Imperio quouſque ſeculum ſtabit, tamdiu enim ſtabit.* Hæc Tertullianus, qui vt plerique alij, Imperium Romanum vſque ad finem mundi duraturum eſſe exiſtimauit. Atque hoc ſcilicet de tui Pontificis imperio exponis. Præterea, quæ ex Iulio, & Leone Pontificibus protuliſti, atque etiam tuam illam iocularium proſopopœiam, qua fingis *me pannoſum Romam ad ſuum Pontificem venire, at ſimul admonens, dum operam dant ne* (vt ais) *hæreticum ſentiat: & ibi propoſita*

Elyma

[illegible] ego, Turriane, meam conditionem, quæcunque tandem illa sit, aulico tuo pulueri, atque adeo tuorum Cardinalium purpuræ longè antepono: atq; tibi significo, vt quid habeas mecum negotij, per literas agas, nec expectes dum Romam veniam, qui tibi tuum Pontificem, tuos Cardinales, Romam deniq; ipsam libens relinquo. Atque hæc de tuis argumentis demonstratiuis.

LOCVS IX. ESAIAE LIX.

HOc fœdus meum cum eis dicit Dominus: Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non discedent ab ore tuo, & ab ore seminis tui, dicit Dominus, ex nunc & in seculum.

Sophisma Turriani.

Pag. 101, 102. 103. 104. 105.

De Christo & Apostolis [illegible] prophetiam. Semen enim Christi vocat Apostolos, semen autem seminis vocat Apostolorum successores. Ergo ad tradendam & conseruandam Christi doctrinam, & sermones eius, necessaria est secundum Euangelium ordinaria successio Apostolorum. Non autem alligamus Ecclesiam ad certas personas in ordinaria successione constitutas, sed potius Christus Ecclesiam sponsam suam huiusmodi successione Episcoporum vsque ad finem seculi secum alligauit. Quare qui huiusmodi alligationem ordinariæ successionis à Christo institutam & ad consignationem & custodiam integræ fidei ac doctrinæ necessariam accusat, Christum accusat.

Solutio superioris Sophismatis.

Posterius membrum Disputationis. De successione ordinaria Pastorum Ecclesiæ. Summa sequentis disputationis de successione. In quibus dissentiamus.

ADmonuimus initio disputationis nostræ, *Argumentum assumptum à Turriano, duobus potissimum membris constare: quorum prius fuit de Romani Pontificis in vniuersa Ecclesia principatu: posterius verò, de ordinaria Episcoporum successione, ipsi Romano Pontifici adhærescente.* Egimus autem de *Primatu Romani Pontificis*, & aliquot Scripturæ locos declarauimus, quos Turrianus suorum Sophismatum tenebris inuoluerat. Quare superest vt posterius hoc membrum, *de ordinaria Episcoporum successione*, pertractemus: Atque vt ea quæ à nobis disputabuntur facilius intelligi possint, dicendum est paucis quibus dissentiamus, vt ita sequens disputatio sub vnum aspectum proponatur. *Turrianus vnum tantum successionis genus agnoscit, nempe successionem ordinariam Episcoporum. Nos autem duplicem successionem consideramus, quarum vna, eáque præcipua est successio doctrinæ: altera, est Ministerij Ecclesiastici successio. Turrianus [illegible] doctrinæ & ipsam Ecclesiam alligat ordinariæ successioni, imò (vt [illegible] loquar) dicit Christum secum Ecclesiam alligasse, ordinaria Episcoporum successione. At nos, neque doctrinæ puritatem, nec ipsam Ecclesiam ordinariæ successioni esse alligandam, ex ipsius Christi verbo asserimus.* Turrianus *in Episcopali successione, solo nomine & externa ordinatione contentus est. Nos verò in Ministeriali successione, Ministerij substantiam, virtutem, & (vt sic dicam) vitam, id est officium & ministerium ipsum requirimus.* Denique Turrianus ordinariam & visibilem Episcoporum

coporum ſucceſſionem nunquam interrumpi in Eccleſia contendit. Nos contrà, & poſſe interrumpi, & tunc extraordinariis modis ad ordinem ipſum eſſe redeundum, affirmamus. Hæc ſunt igitur inter nos controuerſia, quæ ſequenti diſputatione agitabuntur. Sed quemadmodum ij qui nauigant, ne fortè aberrent, ſibi ſolent Cynoſuram proponere: ita ne nos Sophiſticæ tempeſtates abripiant, nobis ob oculos proponemus veram definitionem ſucceſſionis, & ex ea totum huius diſputationis curſum dirigemus. Primùm ergo (vt homonymias valere iubeamus) loquimur, non de fundi aut hæreditatis, ſed de Miniſteriali ſucceſſione, quę ſine Miniſterio intelligi non poteſt, & eſt ex additione definienda. Quare cùm *Epiſcopatum* Paulus vocet *præclarum opus*, ſequitur, nec Epiſcopos, nec Epiſcoporũ ſucceſſionē ſine *præclaro illo opere* eſſe poſſe. Definiamus igitur *eam demum eſſe veram & legitimam Epiſcoporum ac Paſtorum Eccleſiæ ſucceſſionem, cùm veri Epiſcopoi ac Paſtores Eccleſiæ legitimè & ex ordine præſcripto in verbo Dei, alij aliis ſuccedentes, præclarum opus Miniſterij exequuntur.* Quæ cùm ita ſint, & Epiſcopi Pontificij nihil eorum præſtent, quæ ad Miniſterium Epiſcopatus pertinent (quod non tantum argumentis, ſed etiam ipſo ſenſu manifeſtè deprehenditur) efficitur, vi ipſius definitionis, in Eccleſia Romana ſucceſſionem Epiſcoporum eſſe non poſſe. Verum tamen ne Turrianum arcere potius ab aditu diſputandi, quàm cum ipſo diſputare velle videamur: iam nobis hic locus Eſaiæ quem citauit expendendus eſt. Huius Prophetiæ Paulus eſt optimus interpres, 11. cap. ad Rom. vbi locum hunc Eſaiæ exponit de Iudęis ad Chriſtianam religionem tandem adducendis. Pendet enim ſententia à proximè ſuperiori verſu: *Veniet ex Sion Liberator, & auertet impietates à Iacob:* vel (vt eſt in contextu Hebraico) *Ad eos qui reſipuerint à peccato in Iacob.* Tum ſequitur: *Et hoc fœdus meum eis, Spiritus meus qui ſuper te eſt, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, ab ore tuo non diſcedent. &c.* Atque ita exponit Hieronymus, nempe *de electis Iudæis Euangelicæ prædicationi credituris.* Sed quia non dubito quin excellens hæc promiſſio ad fideles etiam qui ex Gentibus crediderunt accommodari poſſit: facilè patiar hæc Eſaiæ verba porrigi ad Eccleſiam vniuerſam. Nunc expendamus argumentum, quod inde Turrianus deprompſit. *Hæc verba,* inquit, *dicuntur de Chriſto & Apoſtolis eius. Semen autem Chriſti ſignificat Apoſtolos, quorum ſucceſſores ſunt ſemen ſeminis. vt autem non diſcedant verba Chriſti ab ore ſeminis, neceſſe eſt id fieri per continuam Epiſcoporum ſucceſſionem.* Hoc eſt argumentum Turriani, quod quantum valeat videamus. *Sionis illum Liberatorem* eſſe Ieſum Chriſtum Dominum & Seruatorem noſtrum, cum piis & orthodoxis omnibus agnoſcimus. Quin & ipſi Iudæi coguntur hunc verſum de Meſſia interpretari. Sic enim Abrahamus ille, quem Hebræi ſapientem nominant: *Hic,* inquit, *eſt Meſſias.* Sed ea quæ ſequuntur in contextu: *Verba mea quæ poſui in ore tuo, &c.* variè ab interpretibus exponuntur. Nam alij exiſtimant eſſe Apoſtrophen ad populum: Enallage Hebræis familiariſſima: alij referunt ad Eſaiam Prophetam: alij denique ad Chriſtum verum illum Meſſiam promiſſum in Lege & Prophetis. Veruntamen id nunc ego non accuratius diſcutio, cùm in illo argumẽto non verſemur. Harum igitur omniũ interpreta-

Definitio ſucceſſionis de qua diſputatur.

1. Tim. 3.

Turr. refellitur à definitione ſucceſſionis.

Vera expoſitio loci Eſaiæ quem obiicit Turrianus.

Confirmatio ex Paulo.

Ex circunſtantia loci.

Ex ſententia vet. Interpre. lib. 16. in Eſaiã.

Argumentatio Turr. diſcutitur.

Summa huius prophetiæ.

Locus Eſaiæ Turriani ſententiam non adiuuat. Prima ratio.

Secunda ratio.

Elench. Turrian.

Ad locum Eſaiæ facilius intelligendũ tria ſunt diſcutienda.

pretationum vtram velit eligat Turrianus: ſemper huc redibit ſumma huius Prophetiæ: *nunquam fore vt verbum Dei diſcedat ab Eccleſia, & nunquam Eccleſiam eſſe Spiritu Dei deſtituendam.* Quam ſententiam ego libens amplector: ſed id quanquam veriſsimum, negò tamen ad Turriani concluſionem vllo modo pertinere, his rationibus. Primùm enim Eſaias loquitur de ipſius doctrinę ſucceſſione, vt expreſſè dicit: *Verba*, inquit, *mea, &c.* Deinde ſi quis pertinacius contendat ſermonem Eſaiæ poſſe etiam accommodari ad miniſterialem ſucceſſionem propter hæc verba: *Quæ poſui in ore tuo*, certè effugere non poterit, quin fateatur eiuſmodi ſucceſsionem eſſe verorum Eccleſiæ Paſtorum ſucceſsionem: quandoquidem nominatim Spiritus Dei coniungitur cum ipſius verbo. Sic enim Eſaias: *Et Spiritus meus qui ſuper te eſt, non diſcedet ab ore tuo, & ab ore ſeminis tui.* Quæ vel vna ratio excluderet Pontificiam ſucceſsionem, cuum ab Epiſcopis Eccleſiæ Romanę, & Spiritus Dei & eius verbum iampridem diſceſſerit. Pręterea videndum eſt quinam ſint ij quibuſcum ſanctiſsimum hoc fœdus contractum eſt. *Qui redeunt*, inquit Eſaias, *à tranſgreſsionibus.* Et Paulus interpres Eſaiæ: *Hoc*, inquit, *à me fœdus cùm abſtulero peccata eorum*: & id Hieronymum in eam ſententiam impulit, vt de ſolis electis locum hunc intelligat. Quod ſi verum eſt (vt eſt veriſsimum) errat Turrianus in falſo conſequenti, cum ex ea promiſsione quę ad Catholicam electorum Eccleſiam pertinet, argumentatur ad viſibilem, localem, perſonalem, & continuam Eccleſiarum ſucceſsionem. Quid dico Eccleſiarum? imò vnius Eccleſiæ Romanæ, dum vnius vrbis mœnibus (quicquid tandem prætexat) Eccleſiam Catholicam circunſcribit. Ac ne quis promiſsionem hanc reſtringat ad viſibilem Eccleſiæ faciem, reclamat ipſum vocabulum Spiritus ab Eſaia vſurpatum. Sic enim ille, *Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quę poſui in ore tuo nunquam diſcedent ab ore tuo, &c.* Coniungit efficaciam Spiritus ſancti cum verbo Dei in hac promiſsione. Quæro igitur abs te, Turriane, num hypocritę & improbi, licet audiant verbum Dei, & externæ prędicationi interſint, fruantur hac præclara, promiſsione & Spiritus ſancti virtutē interiorem perſentiant. Quod ſi negas (vt etiam falſum eſt) efficitur hanc Eſaię Prophetiam non eſſe externa Eccleſiæ facie definiendam. Nam etiamſi deſit ad tempus ordinaria Paſtorum ſucceſſio: etiamſi aliquandiu obſcuretur Eccleſiæ facies, non propterea dicendum erit ipſam Electorum eccleſiam, de qua loquitur Eſaias, eſſe vel Spiritu Dei, vel ipſius verbo deſtitutam. Quod vt magis fiat perſpicuum, & clarius perſpicere poſsimus quid ſibi velit Eſaias, tria ſunt in hoc loco potiſsimùm conſideranda. *Vnum quid ſignificet verbum diſcedendi.* Secundum, *quid nomine Seminis intelligatur.* Tertium, *quid ſibi velit totum hoc complexum: Verba mea non diſcedent ab ore tuo, & ab ore ſeminis tui.* Quibus expoſitis, ſua ſponte tuum argumentum euaneſcet.

Primùm verbum Diſcedendi diſcutitur.

Verbum Hebræum hic poſitũ *diſcedere* ſignificat, vt Iudicum. 6. verſu. 18. Et quia diſcedendo priorem locum relinquimus, ſignificat etiam planè relinquere, vt Ier. 17. Arbor fructifera dicitur nunquã diſcedere à fructu faciendo, non quòd omnibus anni partibus eodem modo fructum æquè conſpicuum edat, ſed quia vis fructificandi ſemper intimis radicibus inhæret. Poſſent multa alia exempla congeri, ſed vnum proferam quod ſit inſtar omnium: ex quo facillè iudicabimus quidnam Scriptura nobis ſignificet *diſcedendi* vocabulo, & quouſq; ex eo argumentari liceat. Sic igitur Iacob prophetans apud Moſem, Ge.49. *Non diſcedet*, inquit, *ſceptrum à Iuda, & Legiſlator ab eius pedibus, donec veniat Silo* (id eſt Meſſias benedictus.) Hîc ponitur verbum *Sur* eiuſdem ſignificationis cum hoc verbo, quo vtitur Eſaias, adeò vt Paraphraſtes Chaldæus vtrumque locum exprimat per idem verbum, nempe *adah*: & ipſi ſeptuaginta interpretes, idem etiam verbum in vtroque loco vſurparint, videlicet, τὸ ἐκλείπειν. Agè nunc, Turriane, oſtende nobis *ſceptrum Iudæ viſibile*, conſpicuum & continua illuſtrique ſucceſſione vigens, in captiuitate Babylonica, tum cùm omnes Iudæi tyrannico illo iugo premebantur. Deinde poſt reditum ex illa captiuitate, cum Aſmonæi (qui non erant oriundi ex tribu Iudæ) regiam poteſtatem ad ſe tranſtulerũt: profer etiam nobis viſibilem ſceptri ſucceſſionem in illa tribu. Quòd ſi non potes: non iam ergo nobiſcũ diſputa, ſed in ſanctum illum Patriarcham Iacobum tui Sophiſmatis gladium diſtringe. Quare ex illo quinam fieri potuit, vt *tunc non diſceſſerit ſceptrum à Iuda, cùm nulla extiterit viſibilis & continua ſceptri ſucceſſio*. Nempe dicendum eſt, conſeruatas fuiſſe illius ſceptri reliquias in trunco Iſai, licet in ſpeciem penitus exaruiſſe videretur. Et certè *Chriſtus tanquam ſurculus prodiens ex illo trunco* (vt ait Eſaias cap.11.) illud eſſe veriſſimum comprobauit. Nunc, Turriane, animaduertis errorem tuæ concluſionis: *Nunquam diſcedet verbum Dei ab ore Eccleſiæ: Ergo ſemper erit in Eccleſia: eodem modo, ſemper eadem erit Eccleſię facies, ſemper idem erit ſtatus Euangelicę prædicationis: ſemper eadem erit viſibilis & ordinaria Miniſtrorum Eccleſiæ ſucceſſio.* Quod perinde eſt, vt ſiquis ita ratiocinetur: Nunquam ante Chriſti aduentũ diſcedere debuit ſceptrum à Iuda: Ergo nulla potuit intercedere viſibilis illius ſceptri interruptio: quod tamen longè ſecus eſt. Itaque ſi quis comparet florentiſſimũ regni Iudaici ſtatũ, qualis fuit Dauidis, & Solomonis temporib. cũ exilio Babylonico, aut cum iis temporibus quæ poſtea ſubſecuta ſunt: ille maximam quidem perſpiciet rerum diſſimilitudinem, ſed tamen veram ſemper fuiſſe Iacobi Prophetiam agnoſcet. Simili ratione dicimus, licet ad tempus interrupta fuerit ordinaria, viſibilis & legitima Paſtorũ ſucceſſio, ſẽper tamen hanc Eſaię Prophetiã veriſſimã permãſiſſe. Nec enim aliquid propterea eſſe deſinit, quòd hoc vel illo modo non ſit: neq; debent qui aliorũ diſputationes exagitant (quod Turr. in Lipſenſẽ Academiã auſus eſt) ita perperã ſubſtantiã cum qualitate cõfundere. Atq; hæc nobis dicta ſint de verbo illo Diſcedẽdi. Iam diſpiciamus quid Eſaias ſibi velit nomine *Seminis*. Turr. *exponit ſemẽ de ſolis Apoſt. & Epiſcopis*. Sed refellitur expreſſis contextus verbis: *Ego*, inquit Deus, *hoc meũ fœdus cum illis pangã, &c. Per illos totam Eccleſiã intelligit*. Et certè ſi de ſolis Eccleſię Paſtoribus intelligendũ ſit, ergo actũ eſt de reliquorũ omnium ſalute: quãdoquidẽ extra fœdus Dei ſpes ſalutis eſſe nulla poteſt. Deinde *cum ſemen Apoſt. ſolos Epiſc. ais eſſe*, manifeſtè pugnat cũ Paulo, qui *ſe eos in Domino genuiſſe profitetur quos inſtituit, & ad Chriſtianã religionẽ adduxit*. Quinetiã ſi propriè loqui volumus, illi demũ ſunt filij & ſemen Apoſtolorum qui verè & ex animo doctrinam Apoſtolicã amplexi ſunt.

Elench. Turr.

Secundò vocabulum Seminis diſcutitur.

1.Cor.4.
Galat.4.
Phil.1

Ex quo fit, vt dicat Paulus, *ſe Galatas iterum parturire, cùm à vera doctrina deſciuiſſent*. Ergòne omnes Euangelium prædicabunt, cùm Eſaias affirmet *verbum Dei non diſceſſurum ab ore ſeminis Apoſtolici*? Reſpondeo, Eſaiam non agere de ſola prædicatione, ſed de confeſſione veræ fidei, quæ omnium fidelium eſt propria. Nam, inquit Paulus, *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. Manebunt igitur Eccleſiaſtici gradus diſtincti, licet Eſaiæ Prophetia generaliter ad vniuerſam Eccleſiam pertineat.

Rom. 10

Quòd ſi aliquid amplius à nobis requirat Turrianus quo probemus vocabulum *Seminis*, quoties de promiſsionibus ſalutis agitur, eſſe non de viſibili ac terreno, ſed de ſpirituali electorum ſemine accipiendum: ad ſequentes locos attendat. Gen. 17. *Ero Deus tuus & ſeminis tui*: adde expoſitionem Pauli ad Rom. 4. & 9. ad Gal. 3. Item Eſaię 1. *Niſi Dominus exercituum nobis reliquiſſet ſemen, facti fuiſſemus vt Sodoma, & Gomorrhæ ſimiles facti fuiſſemus*: adde expoſitionem Pauli ad Rom. 9. Item Deu. 30. *Dominus circumcidet cor tuum & ſeminis tui*: & pleraque ſimilia, quæ ſatis docent ſemen piorum non eſſe ad ſpeciem aliquam exteriorem reſtringendum, cùm ſpirituale ſit, & ſpiritualibus oculis contemplandum.

Nomen Seminis ad ordinariam & viſibilem ſucceſſionem reſtringendum non eſt.

Cæterùm *quia Semen Seminis exponis de Epiſcopis ab Apoſtolis inſtitutis, quorum etiam ſemen debuit eſſe perpetuum*, profer igitur nobis, ſi potes (atq; vtinam poſsis) ſemen Epiſcoporum quos Apoſtoli inſtituerunt Antiochiæ, Epheſi, Corinthi, & (vt paucis dicam) in totius propemodum Orientis Eccleſiis, vbi ordinaria ſucceſſio, ſummo totius orbis Chriſtiani malo, iampridem interrupta eſt. Quum autem Græcas Eccleſias habeatis pro ſchiſmaticis, eo quòd non agnoſcunt Romanum Pontificem: quid ergo illis reſpondeas, Turriane, ita ex tua interpretatione argumentantibus, *Se Dei ſpiritu & eius verbo non poſſe deſtitui, quia ſunt ſemen ſeminis*: eos autem qui Spiritu & verbo Dei nituntur, perperam ſchiſmatis accuſari. Vides igitur quid poſsit conſequi, dum reſtringis *nomen ſeminis ad ordinariam Epiſcoporum ſucceſſionem*. Atque (vt quod res eſt dicam) videmini profectò in rebus ſeriis iocari velle, quando longum veſtrorum Epiſcoporum catalogum contexitis, vt ita probetis legitimam Epiſcoporum ſucceſsionem apud vos eſſe. Nam ſimiliter facitis, ac ſi nobis rogantibus vt verum hominis corpus, quod neruis, oſſibus, carne conſtet, exhibeatis, vos aridum aliquod cadauer in medium proferatis. Vt enim in cadauere apparet quidem continua oſsium ſeries, ſed quam humana induſtria, non autem vis ipſa naturæ compoſuit: ita profectò longum illum veſtrorum Epiſcoporum ordinem poſt multos iam annos, non ipſa Eccleſiæ virtus compegit, non legitima facultas Eccleſiæ formauit, ſed humana tantum induſtria colligauit. Atque de vocabulo *Seminis* hactenus.

Succeſſio Pontificiorum eſt veræ ſucceſſionis cadauer.

Nunc aliquid etiam dicamus de toto complexu orationis. *Dominus promiſit nunquam fore vt ſuus Spiritus, & ſua verba diſcederent ab ore Eccleſiæ*: atq; hinc Turr. colligit nunquam viſibilem Paſtorẽ atq; ordinariã ſucceſsionem interrũpi poſſe. Proferamus igitur ſimiles promiſsiones, atq; adeò clarè & expreſſe loquentes de ordinaria ſucceſsione, quę tamẽ nõ impediuerũt quominus viſibilis & ordinaria ſucceſsio fuerit interrupta. Pſal. 132. de Sionis mõte: *Dominus perpetuò habitabit in eã*. 2. Chr. 33. de tẽplo Hieroſol. *Nomen meũ erit in Ieruſalem*

Tert. diſcutitur totum orationis complexum.

perpetuò

Viſibilis & ordinaria ſucceſſio peccatis hominum poteſt interrumpi.

perpetuò, ponam nomen meum perpetuò in hac domo & in Ieruſalem quam elegi præ omnibus tribubus Iſrael. 2.Chron.7. *Elegi & ſanctificaui mihi hanc domum, vt nomen meum ſit illic perpetuò.* Contra. 2.Reg.23. *Abominabor ciuitatem iſtam quam elegeram nempe Hieruſalem, & domum de qua dixeram, nomen meum erit illic.* Rurſus 1.Sam.2. de Heli ſacerdote: *omnino decreueram quod domus tua & domus patris tui incederent coram me perpetuò: ſed abſit à me. quin potius honore afficiam eos qui me honore proſequuntur: at qui me contemnunt, ignominia afficientur.* Ex his & aliis conſimilibus locis efficitur apertiſſimas promiſſiones de viſibili ſucceſſione, & de externo Eccleſiæ ſtatu poſſe peccatis hominum interrumpi. Dices id eueniſſe temporibus veteris Teſtamenti: quod quidem agnoſco, & eò arctius nectam argumentum hoc modo: Si cùm adhuc legales ceremoniæ & viſibilia veteris Eccleſię elementa locum haberent, cùm adhuc vigeret localis, viſibilis, & perſonalis ſucceſſio, cùm denique vniuerſa Eccleſia vnius populi finibus contineretur, nihilominus tamen ipſa ſucceſſionis promiſſio fuit ſemper intelligenda cum hac conditione, nempe quamdiu Iſraelitæ inſtitutum illum ordinem ſanctè colerent, & Legem Dei obſeruarent, à qua etiam cùm defecerunt ſecuta eſt viſibilis ſucceſſionis interruptio: Si, inquam, illa omnia ſub legalibus vmbris locum habuere, quid, obſecro, nobis poſtremis hiſce temporibus dicendum eſt, quando *mons Sion exaltatus eſt ſuper omnes montes, ad quem* non vnus Iudæorum populus, ſed *omnes populi confluant, & quando fideles* non iam hîc vel illic *adorant, ſed in Spiritu & veritate*, Ecquis vnquam ferat, Eccleſiam per vniuerſum terrarum orbem diffuſam, ad viſibilem, localem, perſonalémque ſucceſſionem Epiſcoporum ita aſtringi, vt qualeſcunque fuerint Epiſcopi, quibuſcunque tandem erroribus ſcateant, quidquid credant, faciant, iubeant, tamen penes illos ſolos Eccleſia mancipata maneat, & catenis pluſquam ferreis alligata? Atque vt non tantùm proferamus ea quę ſub veteri Teſtamento contigerunt, aliquid etiam ex nouo Teſtamento depromamus.

Eſai.2.

Ioan.4.

Locus ad Theſſ. de Antichriſto diſcutitur.

Cùm Paulus 2.cap. ad Theſſ. prædicit *futuram apoſtaſiam, cùm Antichriſtus aduerſarius ſedebit in templo Dei*: nonne ſatis apertè ſignificat veræ ſucceſſionis & legitimi ordinis interruptionem? non enim magis ſtare poteſt defectio cum ſucceſſione, quàm Chriſtus cum Antichriſto aduerſario. Rectè igitur ita concludam ex Paulo, *Futura fuit defectio*: ergo futura quoque fuit ſucceſſionis interruptio. At Paulus non loquitur de particulari aliqua defectione huius vel illius Eccleſiæ. Ait enim *aduerſarium ſeſſurum in templo Dei, & eius aduentum futurum cum omni potentia, vt damnentur omnes qui non crediderunt veritati, &c.* Ex quo fit vt generalis interruptio ſucceſſionis ordinariæ ab Apoſtolo prædicetur.

Pag.194. 195. 196.

Turriani locum Pauli à Pontifice Rom. ano auertentis rationes refelluntur.

Obnititur quidem Turrianus quantum poteſt, & clariſſimum hunc locum ſuis ſophiſmatis aſpergit, tanquam ſepiæ atramento, vt ita poſſit effugere: ſed fruſtra. Ait enim *Paulum hîc non intellexiſſe Pontifices Romanos, quia vnum tantùm ſignificat: plures autem fuerunt Rom. Pontifices*. At oportet mendacem eſſe memorem, Turr. alioquin eius mendacia faciliimè deteguntur. Tu verò in ſuperiori diſputatione vnoquoq; verbo inculcabas, *vnũ eſſe caput viſibile Eccleſię, nempe Petrum in ſuo ſucceſſore*, & in hoc argumẽto tibi placuit ipſũ vnitatis vocabulũ, & Pontificẽ potius quàm

Prima rati. Turr. Refut.

Pontifices vſurpare. Quare vel nobis tacentibus, te ipſe, Turriane, refutaſti.

Can. Non decet. Diſt. 12.

Quid quod Pontificia decreta (vt iam antè diximus) *vnam Eccleſiam Romanam vnumque Pontificem Romanum toties Eccleſiarum omnium caput conſtituunt?* quid, quod vos *vnam toties ſedem Apoſtolicam* decantatis? Quinetiam cùm Paulus dicat *iam tunc myſterium iniquitatis peragi*, noluit certè ad vnum hominem Prophetiam ſuam reſtringere. Quod ſi ne hæc quidem tibi ſatisfaciant, proferam ex ipſo contextu quod te refellat, & (vt tuis verbis vtar) etiam inuitum reuincat. Sic enim Paulus: *Tantùm*, inquit, *qui tenet nunc, teneat, donec è medio ſublatus fuerit, & tunc reuelabitur impius ille, &c.* Dum dicit, *qui tenet*, de vno quidem homine videtur loqui: ſed ipſa temporum ratio neceſſariò cogit vt multos intelligamus eundem locum occupantes. Nec enim dices vnum hominem ab ætate Pauli ad finem vſque mundi (illuc enim refers Pauli Prophetiam) vitam producere vnquam poſſe.

Secund. ratio Turr.
Refutat.

Sed ecce aliud etiam effugium captas, & ais *Pontificem non ſe extollere aduerſus Deum, quod Antichriſtus facturus eſt, cùm ſe potiùs vocet ſeruum ſeruorum Dei.* At iam hoc garrire eſt, non ſophiſtam agere. Nam vbi obſecrò, tuus Pontifex ſe *ſeruum ſeruorum Dei* ſolet inſcribere? annon in ſuis diplomatibus pluſquam Imperatoriis? at illic non ſeruum agit, ſed dominum: cùm, ſingulis ſibi fidem adhibentes, ad obedientiam ſuis edictis præſtandam adigat: alioquin ipſius anathematum fulminibus illico perituros.

Tertia ratio Turr.

Aliud poſtremo comminiſceris: nempe *prius tollendum impedimentum, quàm reueletur Antichriſtus. Hoc autem impedimentum eſſe, quòd nondum Euangelium prædicatum fuerit in vniuerſa terra.*

Refutatio.
Coloſſ. 1.
Pſal. 19.
Rom. 10.

Hîc tibi non obiiciam quod ait Paulus, *Euangelium in totum mundum perueniſſe*: neque proferam illum verſum Dauidis citatum à Paulo, & ab omnibus veteribus accommodatum Apoſtolorum prædicationi: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

Chryſoſt. in 2. ad Theſſ. 2.
Ambroſ. ibid.
Tertull. de reſ. car.
Auguſt. de ciuit. Dei. l. 20. cap. 19.
&c.

Denique non opponam tibi quoties Auguſtinus diſputauit aduerſus Donatiſtas, *de Eccleſia per vniuerſum orbem diffuſa*: nec vrgebo quod veteres illud impedimentum exponant longè aliter, & longè meliùs quàm facias, dum intelligunt de Imperio Romano, cuius tuus Pontifex præcipuam ſedem occupauit: hoc tantùm dico, te, qui tam accuratus es Græcorum vocabulorum ſcrutator (vt nobis ſuprà declaraſti) non potuiſſe ignorare, quod ait Paulus, qui tenet nunc, non poſſe intelligi de Euangelio nondum per vniuerſum orbem prædicato: adeò vt longè rectiùs veteres hoc verbum expoſuerint de Romano Imperatore. Verum enimuerò, Turriane, dum tuum atque etiam ſudabis in hoc Apoſtolico telo de corpore tui Pontificis reuellendo, mihi in præſentia ſatis erit, quòd ex hac Prophetia Pauli, ſiue iam impleta fuerit, ſiue aliquando implenda ſit, ſiue iam impleri cœperit, nondum tamen plenè euenerit (ſic enim variè diſputari ſolet: qua de re non eſt noſtri inſtituti prolixiùs agere) manifeſtum fiat, aliquando viſibilem Eccleſiæ ſtatum interrumpi poſſe: quod & apoſtaſiæ vocabulum indicat, & ipſa totius contextus circumſtantia apertè docet.

Concluſio.

Quamobrem manet firmum quod antè diximus: *ex verbis Eſaiæ quæ nobis obiecit Turrianus, perperam colligi ſucceſſionem ordinariam Epiſcoporum non poſſe vnquam interrumpi: ſiquidem de vera legitimáque ſucceſſione intelligamus.* Sic

Igitur paucis reſponſum eſto: *primùm illam promiſſionem eſſe ſpiritualem, & quæ ad ſolos electos pertineat, neque propriè & primariò de Paſtoribus aut eorum ſucceſſione, ſed potiùs de ſucceſſione doctrinæ eſſe intelligendam. Deinde, ſi etiam hoc tibi daremus, vt Eſaiam de viſibili & ordinaria ſucceſſione Paſtorum Eccleſiæ intelligeres: ſemper tamen ineſſe hanc conditionem, videlicet, quamdiu viſibiles Eccleſiæ Legem Dei obſeruabunt, & colent legitimum ordinem ex Dei verbo inſtitutum. In ſumma: interire quidem Eccleſiam non poſſe (quia electi non pereunt) ſed poſſe Eccleſiæ faciem ad tempus obſcurari, & (vt Ieremiæ ſimilitudinem vſurpem) aurum Eccleſiæ, id eſt, non Pontificum diuitias, ſed ipſius Eccleſiæ puritatem, ordinem, ſplendorem conſpicuum, poſſe ſitu & ſqualore ita obduci, vt quiduis potiùs, quàm aurum eſſe videatur.* Summa. Thren. 2.

Supereſt, vt in Turrianum ita argumentum ſuum regeramus: *Ea eſt veræ & legitimæ ſucceſſionis tùm doctrinæ, tum Miniſterij probatio, quòd ſpiritus Dei & ipſius verba nunquam recedent ab ore Paſtorum & Miniſtrorum Eccleſiæ, quemadmodum docet Eſaias* (interprete Turriano.) *At Spiritus Dei, & ipſius verba iampridem receſſerunt ab ore Epiſcoporum Eccleſiæ Romanæ: neq; dici poteſt, verba Dei eſſe in ore Romani Pontificis: non tantùm quia non annunciat verbum Dei, ſed etiam quia ſua potius mandata, edicta, decreta, placita, non ex Epiſcopali cathedra ſanctis concionibus perſonante, ſed è ſolio pluſquam regio anathematum fulminibus vndique percrepante, iubet promulgari. Quare vera ſucceſſio tam doctrinæ quàm miniſterij, non eſt penes Romanam Eccleſiam.* Contradictio prior. Item: *apud Eſaiam, Semen intelligi debet de Apoſtolis, & Semen ſeminis de Epiſcopis Apoſtolorum ſucceſſoribus* (inquit Turrianus.) *Atqui ſolet parentum vultus in liberis extare, &* (vt præclarè ſcripſit Baſilius) *liberi ſolent agnoſci ex ſimilitudine parentum in ipſis conſpicua. At in Pontificiis Epiſcopis nullam Apoſtolorum effigiem, nullam vmbram dignoſcimus. Quamobrem non ſunt ſemen ſeminis, &, ita dictante conſequentia* Turriani, *non ſunt Apoſtolorum ſucceſſores.* Contradictio poſterior. Baſil. Ep. 1.

RESPONSIO ET OBIECTIONES TVRriani ad ſuperiorem Antonij Sadeelis Diſputationem.

NOn ſeperaſti ſucceſſionem doctrinæ à legitima & ordinaria Epiſcoporum ſucceſſione, & ſeparari non poſſe, probatur ex lib. 7. Clementis Conſt. Apoſt. vbi ſcholium appoſui. Adde Irenæum l. 3. cap. 3. Proteſtantes condemnarunt maiores ſuos, qui ſucceſſiones Apoſtolorum & doctrinam Apoſtolicam per eos traditam ſemper tenuerunt. I. Pag. 100. Pag. 101

SADEEL. Peruenimus ad poſterius membrum huius Turrianicæ diſputationis, in quo tractat de *ſucceſſione Epiſcoporum*, eámq; ita Romanæ Eccleſiæ vendicat, vt propterea non patiatur Eccleſiam noſtram ex verbo Dei reformatam, & à Romanis Pontificibus alienam, Eccleſiæ nomen obtinere. In ſuperiori libro totius diſputationis breuem analyſin confecimus, ex qua lectores facilè poterunt diiudicare, vbinam ſitus ſit huiuſce quæſtionis nodus. *Duo probanda Turrianus aſſumit:* vnum, *ſucceſſionem ordinariam, perſonalem, ac viſibilem verorum Eccleſiæ Paſtorum in Eccleſia Chriſtiana eſſe perpetuam, nec vnquam interrumpi poſſe.* Alterum: *Succeſſionem eiuſmodi eſſe penes Eccleſiam Romanam.* Hęc duo capita quia non ſeparatim æquè ordine perſequitur, ſed ita miſcet, vt de vtroque ſimul diſſerat, nos quoque, qui eius veſtigiis, ita iubente diſputationis lege, inſiſtimus, cogimur de duobus illis capitibus ſimul agere: & cum vtrumque affirmet, vtrumque negare: adeóque vtriuſque contradictionem expreſsis Scripturæ teſtimoniis ac certiſsimis fundamentis defendere. Ergo, Turriane, vt prætermiſsis ac facilè neglectis horrendis conuitiis quibus ita totus ſcates vt illis paginam identidem impleas (quæ ſcitè ac verè dixit Baſilius in ipſos conuitiantes redundare) ea ſeligam, quoad eius fieri poterit, quę ad diſputandum potius videbuntur, quàm ad conuitiandum pertinere. Negas *te ſucceſsionem doctrinæ ab Epiſcoporum ordinaria ſucceſsione ſeparaſſe*: ac me remittis ad ſcholium illud tuum Clementinum. Quaſi verò mihi laborandum fuerit, quid alibi ſcripſeris, ac non potius excutienda vis argumentationis tuæ, qui in noſtram Eccleſiam impetum facis, eò quòd eius paſtores non tibi videantur ordinariam habere ſucceſsionem. Num oblitus es campi illius Rhetorici in quo tam pręclarè exultabas, quū vſurpatis Tertulliani verbis, iubebas nos euoluere ſeriem & catalogum Epiſcoporum noſtrorum? Ecquando vnquam niſi frigidiſsimè & aliud agentes nobis obiecistis, ac probare conati fuiſtis, vel tantulum ab Apoſtolorum ſcriptis receſsiſſe? Quid tu porrò aliud in ſuperiori tua diſputatione vrgebas, quàm *vicariam illam tuam ſucceſsionem*? Verumenimuero, mi Francisce, patior atque etiam gaudeo te ſuperiora illa tua retractare, atque ita ſtatuere (vt quidem præ te fers) *Succeſsionem doctrinæ à legitima Epiſcoporum ſucceſsione non poſſe ſeparari*. Nam ſi ita eſt, iam profecto ad finem perducta eſt noſtra hæc diſputatio; quandoquidem poſito illo fundamento, relinquitur nec tuos Epiſcopos habere legitimam ſucceſsionem, cum ab Apoſtolorum doctrina deſciuerint: & Paſtores noſtros habere legitimam ſucceſsionem, apud quos reperitur (ne id vobis quidem negare audentibus) eius doctrinæ ſucceſsio, quam Apoſtoli ſcriptis tradiderunt. Atenim addis *Pontificios doctrinam Apoſtolicam ab Apoſtolis traditam ſemper tenuiſſe*. Quod ſi verum eſt, cur teris tempus tot libris edendis de Eccleſia, & de ordinatione Miniſtrorum eius, cùm ſi hoc vnum probaueris: acta ſint & tranſacta omnia? Nos enim & ſemper profeſsi ſumus, atque etiam profitemur, eam nos ſolam doctrinam amplecti, quam Apoſtoli tradiderunt. Quin tu igitur manum admoues operi, vt nos ab Apoſtolica doctrina alienos eſſe probes? Sed quia homo iſte pudens & timidiuſculus (quales eſſe ſolent monachi ac præſertim Ieſuitæ) non audet effari quod intus animo conceptum habet: dicamus ipſi, & illi hanc operam nauemus. Doctrinam Apoſtolicā appellas, Turr. non eam quę ſcriptis Apoſtolicis nititur (hoc enim eſſet tuam cauſam prodere, quæ nihil aut parum habet cum ſcriptis Apoſt. commune) ſed eam quam Clemens ille familiaris tuus conſcripſit, quam tua concilia ſanxerunt, quam deniq; tuus Pōtifex approbauit. Itaq; non dubitatis, quę veſtra eſt impudentia, ad Apoſt. authores ea referre, quæ à veſtris Pontificib. inuenta inſtitutáq; eſſe ipſæ rerum veſtrarū hiſtorię, veſtra ipſa monimenta cōmemorant. Iam ergo falſam hanc perſonam, quā aſſumpſiſti, ita tibi detrahamus. *Si doctrinā Apoſtolicam* appellas, quę conſtat ex ſcriptis Apoſtolicis (de qua loquebatur Irenęus quem citas) con-

Hom. ad. pop. 10.

confecta res eſt, vt antè diximus. Sed ſi veſtras traditiones & Pontificum veſtrorum commenta nobis pro doctrina Apoſtolica obtrudis: nec longè abſumus, vt ex iſtius doctrinæ ſucceſſione veram Paſtorum Eccleſiæ ſucceſſionem metiamur. Quanquam, quæ poteſt eſſe in veſtris traditionibus ſucceſſio? vnde cœpit? a quo tandem exorſa eſt? (ſic enim tibi regero quæ alicubi mihi obiecisti) Cùm enim paulatim ac temporis progreſſu, veſtrarum traditionum aceruus in immenſum excreuerit: quomodo tandem iſtarum traditionum eſſe poterit inde vſque ab Apoſtolis ducta & continuata ſucceſsio? Sed de his hactenus. Nam quid de veſtris traditionibus cenſeamus, alibi fusè à nobis fuit expoſitum. Sed hæc pauca nobis dicenda fuerunt, vt tuas inſidias detegeremus in Apoſtolicæ doctrinæ nomine collocatas.

II. Pag.102. Pag.104.

TVRRIAN. 1.Timoth.3. *Opus deſideras, non intelligis quid ſignificet opus: & putas inde effici Epiſcopos malos non facientes opus ſui muneris non eſſe Epiſcopos. καλὸν ἔργον, id eſt, magnum negotium & rem valde arduam: tu verò ridiculè & inſipienter ad præclara opera virtutum retuliſti. Sic conuulſo fundamento tuæ definitionis, ſimul conuulſa eſt tua definitio ſucceſſionis veræ & legitimæ Epiſcoporum.*

SADEEL. Videamus quàm bene conuellas fundamentum noſtræ definitionis. Obiicis *me καλὸν ἔργον ad præclara operæ virtutum retuliſſe.* Vnde tandem illud colligis? bene habet quod meam Solutionẽ adſcripſerim vt lectores videant quàm fideliter & verè noſtra recites, qui toties alios inſimulas mendacij. Expoſui *καλὸν ἔργον, præclarum opus miniſterij:* quod & loci circunſtantia poſtulat, & ita veteres intellexerunt. Sic enim Chryſoſtomus: *Opus quippe regiminis eſt,* inquit. Sed voluiſti ludere homonymia vocabuli. Nam etſi vitæ ſanctimonia non debet ſeparari ab Epiſcopatu exercendo (quo fit vt Ambroſius *bonum hoc opus ad vitæ etiam ſanctitatem retulerit*) opus tamen Miniſterij ab integritate vitæ, vt loqueris, præclaris virtutum operibus, ratione diſtinguendum eſt. Manet igitur noſtra definitio, Turriane, non modò non à te conuulſa, ſed ne tacta quidem, cùm ad eam tuæ calumniæ machina non potuerit peruenire. Quinetiam quum tu ipſe exponis, *magnum negotium,* & rem valdè arduam (*καλὸν* potius quàm *ἔργον* exponens) noſtram definitionem egregiè confirmas. Sic enim ſequitur, *Epiſcopatum eſſe,* non otium (vt tui Epiſcopi plerique omnes autumant) ſed *negotium:* nec vanum titulum honoris, ſed verum Miniſterij munus & officium. Ex qua noſtra definitione ſequitur eos non eſſe Epiſcopos, qui Epiſcopatu non funguntur: quandoquidem *præclarum opus* (vt dixi) vel præclarum negotium (vt dicere maluiſti) ab Epiſcopatu ſeparari non poteſt, niſi Epiſcopatus dicatur homonymos, quemadmodum apud vos vſurpatur, qui etiam *Epiſcopatus nominatis Diœceſes:* ex quibus ampliſsima vectigalia veſtri Epiſcopi quotannis reficiunt: atque opus hoc vnum diligenter & accuratè faciunt. Hæc igitur nobis dicta ſint de noſtra definitione *Epiſcopatus,* tuis etiam verbis confirmata, nedum conuulſa.

Rom.11.

In prio. ad Tim. Hom. 10.

In 1. ad Timot. cap. 3.

III. Pag.108.

TVRRIAN. *Fingamus omnes Epiſcopos Pontificios negligentes eſſe ſui muneris, & nullum eſſe qui timeat Deum, & omnem ſanctitatem ad veſtras Synagogas*

&

Heb.5. & [illegible] Miniſtros migraſſe. Cur facis irritum verbum Dei propter nequitias ho-
Rom.3. minum? Quomodo donum & vocatio Dei ſine pœnitentia erunt? Nemo ſibi ho-
1.Tim.4. norem ſumit, ſed qui vocatur à Deo, &c. Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt? inquit Apoſtolus. Item: noli negligere gratiam quæ in te eſt: non dicit, Noli amittere.

SADEEL. Hîc non agitur de operibus & de vita Miniſtrorum Eccleſiæ, (quam tamen ſanctiſſimam eſſe oportet, & præſtantiæ ſui muneris reſpondentem) ſed de ipſo opere Miniſterij. Tu verò diuerticulum captans, agis de vita Epiſcoporum, de qua hîc nobis ſermo non eſt. Dic ſodes, eſtne is Miniſter qui non miniſtrat? eſt-ne Epiſcopus, qui Epiſcopatum non exercet? non quæro de tuis Epiſcopis, ſint-ne boni an mali Epiſcopi: ſed an re ipſa ſint Epiſcopi, ac non potius ſolo nomine. Ego verò affirmo eos non eſſe Epiſcopos qui nec legitimè vocati ſunt, nec Epiſcopatus officio funguntur. Nam Apoſtolus *Epiſcopatum dixit eſſe*, non nomen, aut titulum, ſed *opus*: ex quibus verbis concludo, ſi ſemper deſit opus, ſemper quoque deeſſe Epiſcopatum. Quis enim vnquam eum eſſe militem dixerit, quem nunquam ſub pellibus, nunquam in acie videat, denique nunquam videat militantem? Quorſum igitur *Epiſcoporum ſucceſſio* toties à Pontificiis iactata? Aut enim *ſucceſſio* eſt in ſolo nomine, aut etiam in re ipſa. Si in ſolo nomine: veſtra igitur ſucceſſio nihil habet præter nomen, ac proinde vana eſt & inutilis. Si in re, etiam ipſa ſucceſſio eſt. Ergo rem ipſam & opus Miniſterij Epiſcopi exerceant neceſſe eſt: alioqui fruſtra eiuſmodi ſucceſſione gloriantes. Sed accedo ad

Rom.11. illud, quod *fingis te fingere de tuis Epiſcopis negligentibus, & non timentibus Deum, & qui cum Miniſtris noſtrarum Eccleſiarum* (quas Iudaicè Synagogas appellas) *nec debent nec poſſunt comparari: licet hi ſatis agnoſcant ſibi quotidie magis magiſque doctrina & ſanctitate proficiendum eſſe*. Quid igitur prætexis tuis illis Epiſcopis Deum non timentibus? *donum*, inquis, *& vocatio Dei ſunt ſine pœnitentia.* Equidem Apoſtoli verba agnoſco de Iudæis diſſerentis, quos negat planè Dei miſericordia excidiſſe, atque etiam prædicit futuram eorum reſipiſcentiam. Verùm ecquid inde tibi præſidij? nam ſi *de viſibili ſucceſſione* loqueris (quemadmodum facis) certè nihil commune habet gentis alicuius ſucceſſio & propagatio liberorum cum Miniſterij Eccleſiaſtici ſucceſſione. Licet enim apud vos Epiſcopi ſoleant vulgo liberos ſuſcipere; hoc tamen nolis, quantum exiſtimo, Pontificiæ ſucceſſioni prætexere. Verùm, toleremus ſanè tuam hanc comparationem, & demus, quando ita vis, Epiſcopos tuos eſſe cum Iudæis comparandos. Num obſecro, *dona & vocatio Dei ad eos Iudæos verè pertinent*, qui perpetuò manent infideles: ac non potius, verba illa Apoſtoli intelligenda ſunt eorum reſpectu qui ſunt Euangelium amplexuri? Sic

In Epiſt. ad Rom. Hom. 16. enim Chryſoſtomus. *Hoc innuit*, inquit, *quòd non tota gens Iudæorum excluſa ſit, ſed quòd & nunc multi crediderunt, multique rurſus credituri ſint*. Et paulò poſt: *Vbi inimici ſunt, ſuperior eſt ſupplicium: vbi verò dilecti, nihil ad eos progenitorum virtus attinet, niſi crediderint*. Hæc ille. Sed cur non ab ipſo Paulo petimus huiuſce rei expoſitionem? poſtquam enim dixit *dona & vocationem Dei eſſe ſine pœnitentia*: hoc eſt, eſſe eiuſmodi vt eorum ipſum pœnitere non poſſit, continuò ſubiicit: *ſicut enim & vos quondam non pa-*

ruiſtis

vuiſtis Deo, nunc autem miſericordiam conſequuti eſtis per iſtorum contumaciam: ſic & iſti nunc non paruerunt, vt per veſtram miſericordiam & ipſi miſericordiam conſequantur. Hęc Apoſtolus. Loqueris igitur Turriane, de ſucceſſione Iudæorum, aut ſecundum carnem, aut ſecundum promiſſionem. *Succeſſio ſecundum carnem* nihil poteſt: at *ſucceſſio ſecundum promiſſionem ad* ſolos fideles pertinet. Sic enim Paulus: *Non quia ſunt ſemen Abrahæ, ideo omnes ſunt filij,* inquit: Sed, *In Iſaac vocabitur tibi ſemen. hoc eſt: non qui filij carnis ij filij Dei: ſed qui ſunt filij promiſſionis, cenſentur in ſemine.* Item; *vt Abraham eſſes pater omnium credentium in præputio, vt imputetur etiam ipſis iuſtitia, & pater circumciſionis, iis qui non ſolùm ſunt ex circumciſione, ſed etiam incedunt veſtigiis fidei patris noſtri Abrahami, &c.* Ex quibus perſpicuum eſt te perperam locum Pauli intelligere de Iudæis incredulis, hoc eſt, in incredulitate manentibus. Quod autem alibi dicit idem Apoſtolus: *Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt? &c.* hunc ſenſum habet: promiſſionem Dei non eſſe vanam propter Iudæos incredulos, quippe quæ effectum habitura ſit in Iudæis ad Chriſtianam religionem adducendis. Sic enim Apoſtolus paulò pòſt: *vnus,* inquit, *Deus eſt qui iuſtificabit circumciſionem ex fide, & præputium per fidem.* Nunc progrediamur vlterius, & te redarguamus ex ipſa rectè diſſerendi ſcientia, quæ vetat inprimis id aſſumere, quod eſt in quæſtione poſitum. Vt enim probes ſucceſſionem tuorum Epiſcoporum, hoc eſt, tuos Epiſcopos eſſe veros Epiſcopos, ac propterea verè ac legitimè vocatos: tu ad illos hæc Pauli verba accommodas: *ſine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei.* At enim Franciſce, tuos Epiſcopos habere illud donum Dei, vt Epiſcopi ſint, non tibi aſſentimur: tuos, inquam, Epiſcopos habere vocationem Dei, pernegamus. Imò, hæc eſt vna ratio cur dicamus veram ſucceſſionem Miniſterij Eccleſiaſtici ad eos minimè pertinere. Aude enim negare eos demum apud vos eſſe Epiſcopos, qui gratia valent apud Principes, qui nummis abundant, qui tuum Pontificem officiis (at quib. officiis) demerentur. Quid quòd ipſis infantibus conferuntur veſtra illa Sacerdotia: adeo vt ſcitè aliquis dixerit, *iſtos propriè creari Epiſcopos, quia non tantùm homines, ſed etiam Epiſcopi naſcuntur.* Atque omnino, Turriane, qui nobis interdum neſcio quid de iuriſconſultis oſtentas, euolue tuos illos iuriſconſultos: perlege quæ illi de ſtipulationibus, & verborum obligationibus: de pactis, de tranſactionibus, de emptione, & venditione: de permutatione, & reliquis eiuſmodi contractionibus conſcripſerunt: affirmo omnia illa conuentorũ genera paſſim locum habere in veſtris Sacerdotiis emendis vendendis, permutandis, aut alia quauis ratione obtinendis. Omiſeram titulum, De aleæ luſu & aleatoribus, quem interdum etiam vſurpari audio ad veſtra illa ſacerdotia transferenda. Quid, quòd biformata ſunt apud vos ſacerdotia, adeo vt vnus titulum gerat, alter habeat prouentum? Et id quidem non ignoras, quantumuis licet diſſimules, te id videre & ſcire, quod omnes ſciunt ac vident, & boni quique deteſtantur. Ac profectò vereor, mi Franciſce, ne ſis ex eorum numero, qui iure non poſſint hanc veterem iuriſiurandi formulam vſurpare: *Si ſciens fallo.* Verùm quia non es Confeſſioniſta (vt nos vocas) idcirco non vis ea quæ ſunt veriſſima confiteri. Age ergo, Turriane, &

Rom. 9.

Rom. 4.

Rom. 3.

Rom. 3.

nunc accommoda tuis Epiſcopis hæc Apoſtoli verba. *Nemo ſibi honorem*
ſumit, ſed qui vocatur à Deo. Hæc inquam, tribue, ſcilicet, tuis Sacerdotibus,
quos vocas: & nega, ſi potes, tuos Epiſcopos honorem illum ambire,
ſibi ſumere, & ad Epiſcopatum obtinendum ſe intrudere, vel gratis,
vel pretio, vel alia quauis ratione, Miniſtris Eccleſiæ indigniſſima. Et
nobis, ſi placet, expone: num hoc ſit vocari à Deo: & ſatíſne prudenter
locum hunc Apoſtoli protuleris, quo tam apertè Epiſcopi tui condemnantur.
Nam ſi nemo, qui ſit verus ac legitimus Epiſcopus, ſibi ſumit
hunc honorem, ſed expectat Dei vocationem: tui verò Epiſcopi ſibi ſumunt,
non rem, ſed honorem & titulum Epiſcopatus, non expectata Dei
vocatione: concludat ipſe Apoſtolus à te citatus tuos Epiſcopos non
eſſe veros nec legitimos Epiſcopos. Sed alium etiam locum profers ex
quo efficias Miniſterium Epiſcopatus ſemel collatum nunquam amitti.
Sic enim Paulus: *Noli negligere gratiam quæ in te eſt*: non dicit, inquis,
noli amittere. Quid tum? Num propterea illa gratia amitti non poterit?
Mat. 25. imò verò, neglecta Dei gratia amittitur: vt ait Chriſtus in parabola
talentorum de ſeruo illo ignauo: *Etiam quod habet tolletur ab eo*, inquit,
In 1. ad Tim. hom. 13. & plerique alij loci conſimiles. Verùm expendamus Pauli verba. *Noli*
negligere donum Dei, inquit, vbi tu *Chariſma*, *exponis ipſum Miniſterij Eccleſiaſtici*
munus. Sed malò ſequi Chryſoſtomum ita hunc locum exponentem:
doctrinam hîc intelligi voluit, inquit. Et certè *Chariſma* pro munere
Eccleſiaſtico vix in ſcriptis Apoſtolicis reperias. Aliud eſt enim munus
& officium, quàm dotes Spiritus Dei, quibus homines inſtruuntur ad
ipſum munus fideliter obeundum. Hoc tamen verum eſt: Eccleſiæ paſtoribus
ſuum munus inprimis curæ eſſe debere. Neque video quid hoc
iuuet tuos Epiſcopos, qui ſe ipſos curant, non greges, quorum illi
ſunt nomine tenus Epiſcopi. Nec verò vnquam probabis *Epiſcopatum ſemel*
collatum nunquam amitti poſſe: quicquid vos de veſtro *indelebili Charactere*
ſomnietis. Ac miror tibi in mentem non veniſſe comminationes
Apoc. 2. 3. illas grauiſſimas à Spiritu Dei aduerſus aliquot paſtores Aſiaticos, cōmemorante
Ioanne, propoſitas. Nempè futurum, vt *niſi reſipiſcerent, eorum*
candelabra loco ſuo mouerentur. Sed quorſum diſputas de non amittendo
Epiſcopatu: cùm eos quos Epiſcopos ſalutatis, Epiſcopatum habere
pernegemus? Audimus enim hæc Chriſti verba: *Qui non ingreditur*
Ioan. 10. *per oſtium in caulam ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Qui verò*
ingreditur per oſtium paſtor eſt ouium. Vide cap. 4 Synodi Rom.

IIII. Pag 103 TVRRIAN. *Fatemur malos Epiſcopos indignos eſſe & nomine & Sacerdotio:*
ſed quamdiu docent quæ Eccleſiæ tradita ſunt, tamdiu vt Apoſtoli audiri debent,
1. Pet. 4. Siquis loquitur tanquam Sermones Dei &c. Sic Dominus iubebat de
Scribis & Phariſæis Matth. 23. Super Cathedram Moyſis &c. Hoc eſt, vt ſeruarentur
quæcunque loquerentur tanquam de Cathedra Moyſis, ſuper quam ſedebant.
Imò, etſi Epiſcopus falſos ſermones loqueretur, non amitteret Chariſma: vt
pſeudoprophetæ erant tamen Prophetæ: ſicut Ananias vocatur Propheta: Hier.
2. Pet. 2 *28. Item Balaam. Adde Oſeæ 4. Erit populus ſicut ſacerdos cui contradicitur. ſic*
LXX Interpre. Si deſineret eſſe ſacerdos propter interdictum Miniſterium, non vocaretur
à Propheta ſacerdos.

SADEEL. Alias res agis, Franciſce. Nos enim non de paſtorum
vita,

vita,ſed eorum vocatione diſputamus, Paſtorem enim legitimè vocatum
& verbum Dei ſcriptis Apoſtolicis & Propheticis traditum ſyncerè
docentem, licet doctrinæ mores non reſpondeant, audiendum eſſe
cenſemus, tantiſper dum ex ordine Eccleſiæ, aut alia ratione Dominus
eum loco mouerit, & Eccleſiam ſcandalo liberauerit. Veſtros autem
Epiſcopos, vt fateamur eſſe moribus corruptiſſimis, negamus tamen
eſſe audiendos: quia nec legitimè vocati ſunt, nec verbum Dei ſyncerè
docent: imò ne docent quidem: tantùm abeſt *vt loquantur tanquam*
ſermones Dei: quod ex Petro citaſti. Vix enim centeſimus quiſque ſemel
eum gregem vidit, cuius ſe paſtorem venditat. Quare nihil habent cōmune
cum Phariſæis ſuper Cathedram Moſis ſedentibus: hoc eſt, legem
Dei ex ſcriptis Moſis recitantibus. Monachi autem ſuper alienam
Cathedram ſedentes, ſunt ſimiles Phariſæis ſuarum traditionum fermento
populum inficientibus. Verùm addis: *licet Epiſcopi falſos ſermones*
loquerentur, eos tamen propterea ſuum Chariſma non amiſſuros. De Chariſmate
ſuprà diſſeruimus, intelligendo ex vſu ſcripturæ, non ex corrupto loquendi
genere Pontificiorum. Quatenus autem, & quo ordine deponendi
& exauthorandi ſint Miniſtri Eccleſiaſtici in hæreſim prolapſi,
hoc in loco non diſputamus: atque aliud tempus hęc quæſtio poſtulat.
Hoc tantùm dico, qui falſam & alienam doctrinam obſtinatè proponunt
Eccleſiæ, eos à Paulo non paſtores Eccleſiæ vocari, ſed lupos, quantumuis Act.20.
licet ex numero paſtorum prodierint. Sic enim ille paſtores Epheſinos
compellans: *Noui*, inquit, *poſt diſceſſum meum lupos graues non parcentes*
gregi ingreſſuros eſſe in vos, & ex vobis ipſis exorituros, qui loquantur peruerſa.
Hæc Paulus. inſtas tamen ex *pſeudoprophetis*, quos ais *in Scriptura*
Prophetas nihilominus vocari. Quid? num quæritur inter nos de nomine,
ac non potius de re ipſa? num hominem mortuum, hominem eſſe dices?
Quònam obſecro vallum tuum philoſophicum auolauit? *Hananias* Ierem.28.
vocatur Propheta, inquis, nimirum quia vulgò Propheta habebatur: ſed
tamen Hieremias non agnouit eum Prophetam, quum ipſum ita redargueret.
Audi, inquit, *Hanania: Dominus non miſit te.* Quod quia ita vis, ſibi
quoque dictum putent Epiſcopi Pontificij. Atque, vt tibi gratificer,
profero apud eundem Hieremiam cap. 14. *Prophetę iſti mendacium prophetant*
in nomine meo: non miſi eos: viſionem mendacem, diuinationem, vanitatem
& dolum cordis ſui prophetant &c. Quem locum potes etiam ſi lubet
tuis Epiſcopis accommodare. Hoc tamen excepto: quòd illi Prophetę
loquebantur, at tui Epiſcopi ſunt per ſe muti, & ore monachorum loquuntur.
Porrò Balaamus, (hunc enim etiam obiicis) à Petro Propheta
vocatus eſt quòd fuerit vaticinandi dono præditus: ſed ſimul in pſeudoprophetarum
numerum relegatur. Sic enim Petrus. Fuerunt, inquit, 2.Pet.2.
pſeudoprophetæ in populo, vt etiam inter vos erunt falſi Doctores, qui ſubintroducent Ioſue.13.
hæreſes exitiales, &c. qui relicta via aberrarunt ſequuti viam Balaam filij Queſt. & reſ Queſt.2.
Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit. Hęc ille. quę ſi placet, tuis etiam Epiſcopis Ex Variis. in
attribuas. Ergò-ne Balaam erit Dei Propheta? quem Scriptura Math. locis
diuinatorem: Iuſtinus Martyr *profanum vatem*: Chryſoſtomus, *Prophetam* homil.1.
Gentium: Auguſtinus *famoſiſſimum in arte Magica & carminibus noxijs* De temp.
prępotentem fuiſſe dixit; quicum Ioannes Nicolaitas, & Ambroſius Ma- Serm.103. Apoc.2.

ni Epiſt.37.

nichæos comparauit? Et quia te tantopere nomina detinent, cur non Tit.1. etiam nobis obiecisti Epimenidem, quem Paulus Prophetam appellat? Porrò locum Oſeæ bene interpretatus eſt Hieronymus, quem potius ſequi debuiſti, quàm LXX. Sic enim ex Hebræo legendum eſt. *Populus tuus ſic ſe habet, vt qui litigant cum Sacerdotibus.* Atq; id te collegium Neophytorum (quod antea nobis prędicabas) facillimè docebit. Nec verò ſatis fuit cauſæ, quamobrem á vulgata etiam interpretatione recederes. Sed enim cúm locum intelligas de iis ſacerdotibus, quibus ſacerdotium interdictum eſt, quorſum igitur ſacerdotis nomen, niſi id pro vano & inani titulo vſurpas? Quis noſtrum vel negauit tuos Epiſcopos vocari Epiſcopos, vel propterea confeſſus eſt eos eſſe veros Epiſcopos? Obſecro vos, Epiſcopi Pontificij, qualem hîc patronum nacti eſtis, qui vos modó cum Iudęis incredulis, modó cum Pſeudoprophetis, adeòque cum ipſo Balaamo, denique cum iis ſacerdotibus, quibus interdictum eſt ſacerdotium, comparauit? Hoccine eſt veſtram cauſam defendere, an prodere? Iam ipſe Pontifex deliberet an iſte Monachus ſit deinceps ad pedum oſculum admittendus. huc enim mordere eſt, non, oſculari. Atque hæc Turriane, de tuis Epiſcopis, per conceſſionem, etiam noſtram, cum Balaamo comparatis.

V. TVRRIAN. *Interrogate Confeſſioniſtæ Antonium quomodo probet quod* Pag.104. *iampridem Spiritus Dei & eius verbum ad Eccleſia Pontificis diſceſſerit. At* Pag. 105. *omnes Eccleſiæ cum Eccleſia Rom. communicant, & Lutheranos deteſtantur qui nuſquam extra Germaniam tuti ſunt, niſi in ſpeluncis, & in iis rarò, & pauliſper dum quis eos olfaciat, & detegat. Luc. 22. Rogaui pro te ne deficiat fides tua &c. nonne etiam pro Eccleſia rogauit? Item, firma fratres tuos, hoc eſt, Eccleſi-* Pag.106. *am. At nonne Dominus voluit conſulere Eccleſiæ vſque ad conſummationem ſæculi? Rogauit igitur in Petro pro ſucceſſore Petri, & eidem in Petro iuſſit firmare fraternitatem Eccleſiæ Catholicæ, pro qua ſimul rogauit ne deficeret fides eius: fides, quia Chariſma Spiritus Dei eſt, vocatur Spiritus, 2. Corint.* Pag.127. *4. habentes Spiritum fidei: hunc Spiritum fidei, vocaſti Spiritum Dei quia adiunxiſti, & verbum eius. Rom. Pontifex præſtat quod Dominus facere iuſſit: quia hæreſes, & earum authores anathematizat. vt Leo x. Lutherum: Concilia roborat ſua authoritate, ratam habet electionem Epiſcoporum &c.*

Matt.7. SADEEL. Reſpondet Antonius ex his verbis Chriſti: *Ex fructibus* Mat.15. *eorum cognoſcetis eos.* Item: *fruſtra me colunt docentes doctrinas quæ ſunt mandata hominum.* Ad hęc Antonius profert *Pontificias traditiones, ſuperſtitiones, idola, decreta, commenta, placita, ipſarum etiam animarum nundinas*: quæ quidem omnia & verbum Dei damnat, & Spiritus Dei abōminatur. Romanam verò Eccleſiam ab omnibus Eccleſiis approbari pernegat Antonius: ac tibi profert in Germania, Heluetia, Gallia, Anglia, Scotia, ac permultis aliis in regnis & prouinciis florentiſſimas Eccleſias, non *in ſpeluncis delitescentes* (vt exiſtimas) ſed quæ ex Pontificiis tenebris emergentes in clariſſima totius Europæ luce verſantur: nec iam tuæ venaticæ inquiſitionis nares ſagaciſſimas pertimeſcunt. Cæterùm de loco illo Luc. 22. multa iam á nobis dicta ſunt in ſuperiori diſputatione, quum probaremus verba illa Chriſti ad Romanos Pontifices non pertinere. Nullam enim habet rationem hoc tuum con nexum: *Si Christus rogauit pro fide Petri ne deficeret, & eum iussit firmare fratres suos: atque voluit consulere Ecclesiæ vsque ad consummationem seculi: Ergo verbum Dei, & eius Spiritus non recessit ab ore Pon. Romani & Episcoporum eius.* Nunc igitur satis erit paucis comprehendere errores tuę argument.

Primus error, quòd non spectes circunstantiam loci, & causam huiusce prędicationis. Etenim quia futurum erat, vt Petrus esset reliquorum omnium infirmissimus, ita vt in fœdam abnegationem prolaberetur, idcirco Christus nominatim pro Petro rogauit ne eius fides deficeret, tanto Satanæ impetu labefactata: atque id satis apertè denotat vocabulum, *conuersus*, quo significatur futurus Petri lapsus. Ex quo fit vt hic locus arguat non primariam aliquam Petri dignitatem, sed peculiarem ipsius infirmitatem. Secundus error, in homonymia vocabuli fidei. Fides enim Petri, pro qua rogauit Christus, fuit *donum* (vt vocant) *personale*: quandoquidem loquitur Christus de fide qua Petrus ipse credidit. quæ quidem non magis potest esse Pontificis Romani fides, quā anima Petri potest esse anima Romani Pontificis: adeò vt ridiculum sit vllum hîc successionis vestigium quærere: fides enim & conuersio vnius non est fides, nec conuersio alterius. At quū loquimur de fide Ecclesiæ, doctrinam illam intelligimus, quam Ecclesia à verbo Dei edocta profitetur. Tertius error, quòd putet hanc precationem pro Petro esse solennem precationem pro vniuersa Ecclesia: cùm nihil tale extet in Christi verbis: cúmque tota Ecclesia non esset Christum negatura, perabsurdum est ei remedium illud applicare velle, quod peculiariter Petro Christum negaturo fuit adhibitum. Precationem autem pro vniuersa Ecclesia habes Ioannis 17. in qua videre licet, Petrum cum reliquis Apostolis esse exæquatum: addo etiam vim sanctissimę illius precationis ad solos fideles esse referendam, ita dicente Christo: *Non pro tis rogo tantùm, sed pro iis qui per sermonem eorum credituri sunt in me, vt omnes vnum sint &c.* Quartus error, quòd verbum *firmandi* ad primatum illum Petri commentitium referas, & nomine fratrum intelligas totam Ecclesiam, non eam tantùm quæ nunc erat, sed quæ sit etiam semper futura, & quam Petrus conuersus firmare debeat, scilicet in Pontificibus non conuersis. Atqui planus est locus: eos quos Petri lapsus offenderat, fuisse ipsius Petri conuersione ac resipiscentia confirmandos. Quantum enim eiusmodi scandala infirmorum animos concutiant, satis notum est. Stultum est igitur hoc concludendi genus. *Petrus debuit confirmare fratres: Ergo fratribus dominari.* Item: *Ergo solus debuit confirmare:* Paulo contradicente, ac sibi partes quoque confirmandi fratres deposcente. Rom.1. Item: *Ergo debuit id quoque præstare Petrus per vnum aliquem, qui sit eius successor.* Sed quorsum tam multa? tot profectò sunt errores in ista tua argumentatione, quot syllabæ, aut etiam plures. Denique superioribus erroribus hunc etiam addis, quòd hîc apud Esaiam Prophetam nomen *Spiritus* de *fide* intelligas ex his Pauli verbis: *habentes eundem Spiritum fidei*, &c. 2.Cor.4. Atenim non est confundenda causa cum suis effectis. *Spiritus* igitur *fidei*, ex Hebræorum idiotismo, est *fides ab ipso Dei Spiritu profecta*, vt *Spiritus sapientiæ, consilij, scientię, & fortitudinis*, dicitur apud Esaiam. Es.11. Rectè igitur Ambrosius in hunc Pauli locum: *habentes*, inquit, In 2.ad Cor. c.4.

In 2.Cor. Hom.8. inquit, *eundem Spiritum fidei, hoc eſt, communem Spiritum, per quem firmatur fides*. Et Chryſoſtomus, *Spiritu quo locutus eſt, & nos loquimur*. Quare non fui reprehendendus, qui in Eſaiæ loco, de quo tractamus, intellexerim poſt alios doctiſſimos interpretes, nomen *Spiritus*, de *Spiritu Dei*, non autem de *fide*, licet fides ſit effectum Spiritus Dei. Tu verò non ſatis aptè voluiſti interpretari vocabulum *Spiritus* ſimpliciter hîc poſitum, ſed Spiritum fidei, de quo Paulus locutus eſt. Quanquam nihil propterea promouiſti: cùm Eccleſia Romana non minus careat Spiritu fidei, ſiue fide à Dei Spiritu profecta, quàm & verbo Dei, & Dei Spiritu deſtituta eſt. Non autem vocaui fidem Spiritum Dei, vt falſò obiicis, mihi tuo more imponens, quemadmodum lectores facilè iudicabunt. Porrò, Franciſſe, garris, dum nobis recenſes, quæ præſtat Rom. Pontifex confirmandis Epiſcopis, roborandis conciliis, denique hæreticis anathematizandis. Vndenam, obſecro, tanta authoritas? Fruſtra igitur nobis commemoras tui Pontificis ingentes labores: qui ſeptus ſuis Cardinalibus eandem incudem certatim tundentibus anathematum fulmina fabricat, quæ deinde magno animi impetu vibret in Lutheranos: atque etiam profers exemplum Leonis x. qui Lutherum, inquis, anathematizauit. At enim, mi homo, ecquam vim iſtud anathema habuerit, vides. Creſcit enim, & ſumma Dei virtute propagatur Euangelij doctrina, nihil verita tuos Pontifices nec anathemata Pontificalia: quippe freta Pſ.109. hac promiſſione quæ extat apud Dauidem: *Iſti quidem maledicant: Tu verò, Domine, benedices*.

VI. Pag.107. 2.Tim.2. **TVRRIAN.** *Epiſcopi per ſe prædicant, ſi poſſunt: & ſi qui non poſſunt, alios poſſunt mittere: ſicut Apoſtolus ſcripſit: Quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.*

SADEEL. Quid? tu-ne fideliſſimum ac vigilantiſſimum Timotheum cum otioſis & inertibus Epiſcopis comparas? Ità-ne debuit Timotheus Euangelij prædicationem ex ordine Eccleſiæ fidelibus hominibus committere, vt ipſe otio congelaret, aliiſque tanquam internuntiis ad prędicandum Euangelium vteretur? ô lepidum interpretem! Perſpicua eſt autem Pauli ſententia, præcipientis Timotheo, vt propagandæ Euangelicæ prædicationi daret operam: vt quemadmodum ille egregiè ſtudebat Euangelio prædicando: ita eligerentur probi & idonei Eccleſiæ Paſtores, quorum quiſque per ſe, ac pro ſuæ vocationis ratione, ſyncerè diligenterque Eccleſiam doceret. Nam (inquit Ambroſius, hunc locum enarrans) *magna cura eligendus eſt Doctor*. Atque vt In 2. Tim.c.2. tibi, Turriane, hunc de Timotheo errorem eripiamus: audi quid Paulus ibidem ſubiiciat: *Stude*, inquit, *teipſum probatum ſiſtere Deo, operarium qui* 2.Tim.2. *non erubeſcat, & qui rectè ſermonem veritatis ſecet*. Et paulo pòſt: *Prædica ſermonem: inſta tempeſtiuè, intempeſtiuè: argue, obiurga, exhortare, &c. opus per-* 2.Tim.4 *age Euangeliſtæ: Miniſterij tui plenam fidem facito*. Hæc Paulus, Turrianum refutans.

TVRRIAN. *Paulum & Hieronymum corrupiſti. Paulus dixit διαθήκην, hoc* VII. *eſt, teſtamentum, non fœdus.*

SADEEL. Nec Paulum nec Hieronymum corrupi, qui ſum vſus vocabulo fœderis. Paulus enim non magis dixit Teſtamentum quàm fœdus,

dus quia Græcè ſcripſit, & vſurpauit *διαθήκην*, quo vocabulo & fœdus ſignificatur & Teſtamentū. Cùm autem citaris locum propheticum, vbi poſitum eſt vocabulum Hebraicum *Berith*, quod fœdus ſignificat (id quod poteris ex tuo illo Neophitorum collegio reſciſcere) nihil erat cauſæ quamobrem me propriis vocabulis vtentem exagitares. Hieronymus autem nomen fœderis in Prophetæ loco vſurpauit. Atque hæc de locis à me minimè corruptis à te verò minimè intellectis.

TVRRIAN. *Hoc nouum Teſtamentum eis promiſſum eſt, quibus traditum eſt: at omnibus traditum eſt, volentibus credere & pœnitentiam agere: licet multi tamen non permaneant vſq; ad finem. Illis ergo omnibus promiſſum eſt.* VII. Pag.109.

SADEEL. Syllogiſmum formare voluiſti: ſed non ſucceſſit: quia volueris in 2. figura affirmatè concludere. Quare non tibi aliquid opis afferamus. Sit igitur tuus Syllogiſmus huiuſmodi: *Quibus nouum Teſtamentum traditum eſt, illis quoque promiſſum eſt. Atqui omnibus credere & pœnitentiam agere volentibus, etiam non permanentibus vſque ad finem, nouum Teſtamentum traditum eſt. Ergo omnibus illis nouum Teſtamentum promiſſum eſt.* Excutio majorem propoſitionem: & quia promittere latius patet quàm tradere, videndum eſt quid hoc ſignificet, nempe, nouum Teſtamentum eſſe traditum. Itaque vocatio à Theologis (hæc quidem in quæſtione) duobus modis conſiderari ſolet. Aut enim de iis dicitur, quibus Euangelium ita oblatum eſt, vt ſe illud recipere profiteantur: quo ſenſu vocatio generalior eſt quàm electio: vt patet ex his Chriſti verbis: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Aut vocatio de iis dicitur qui verè & efficaciter ita vocati ſunt, vt perſeuerent: de quibus Paulus: *Quos vocauit,* inquit, *eoſdem iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, eos etiam* Matt.22. Rom.8. *glorificauit*: atque hoc ſenſu vocatio non eſt generalior electione, ſed ad eam refertur. Iam videamus, quid ſibi velit, *Nouum Teſtamentum eſſe traditum*. Si nomine *noui Teſtamenti* intelligis Euangelij prædicationem omnibus promiſcuè oblatam, tum ego illud referam ad generalem vocationem, quæ non electos ſolùm, verum etiam pleroſque reprobos comprehendit. Sed ſi intelligis nomine *noui Teſtamenti*, ea quæ in ipſo nouo Teſtamento ſiue fœdere continentur, cuiuſmodi eſt remiſſio peccatorum, iuſtificatio, ſalus & vita æterna: tum ego nouum Teſtamentum ſolis electis traditum affirmabo. Et certè quia res tunc verò dicitur tradita, quum non offertur tantùm, ſed etiam recipitur: nobis ita ſtatuendum eſt, nouum Teſtamentum verè & efficaciter ſolis electis eſſe traditum, quod reprobi quantumuis licet oblatum, ſua infidelitate ac peruicacia reiiciunt. Itaque dicebat Chriſtus ſe *ſanguinem* Matt.26. *ſuum* (quem noui Teſtamenti ſanguinem vocat) *pro multis effundere* Luc.22. *in peccatorum remiſſionem.* Et alibi (vt ad *διαθήκην* redeamus) *vos,* inquit, *eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis: & ego vobis διατίθεμαι,* hoc eſt, diſpono vel paciſcor *regnum, prout diſpoſuit pater meus: vt edatis & bibatis in menſa mea in regno meo,* &c. Atque id te docere potuit vocabulum *Teſtamenti*, quod tantopere vrges. Nam ad eos propriè dicitur ſpectare teſtamentum, non qui teſtamentum reiiciunt, aut ſolùm tum interſunt, quum tabulæ aperiuntur & promulgantur, ſed qui ita ſcripti ſunt hæredes, vt ad eos ex teſtamento verè & efficaciter redeat hæreditas. Itaque Ieremias de nouo Teſtamento Prophetans: *Hoc eſt Teſtamentum*, inquit, ſiue fœdus, *quod diſponam* vel paciſcar *domui Iſraël, Indam leges meas menti eorum, & cordi eorum, inſcribam: & ero ipſis Deus, & erunt mihi populus &c. Ero enim propitius iniquitatibus eorum, & iniquitatum ipſorum non recordabor amplius.* Hæc Hieremias: quem Apoſtolus ad Hebr. citauit. Ac de maiori quidem propoſitione haſtenus. Minor propoſitio multos habet errores. Primus error, quum ais nouum Teſtamentum eſſe traditum credere & pœnitentiam agere volentibus, cùm accuratè diſputanti ita dicendum ſit potiùs: traditum eſſe credentibus & pœnitentiam agentibus. Hoc enim à nobis Euangelium requirit. Secundus error, quòd dicis nouum Teſtamentum iis etiam traditum, qui non permanent vſque ad finem. Nam ſi nomine traditionis intelligis generalem vocationem qua offertur Euangelium: non propriè loqueris, & planè recedis à contextu prophetico, intra cuius fines ſubſiſtere neceſſe eſt. Sic enim Iſaias: *Qui redeunt à peccatis*, inquit: & Paulus: *Quum abſtulero*, inquit, *peccata eorum. At qui redire ad peccatum* (quod tu vis) & *redire à peccato* (quod vult Propheta) planè opponuntur. Quare ſi Teſtamentum eorum promiſſum eſt & traditum iis qui reſipiſcunt: certè non eſt iis traditum qui non habent pœnitentiam. Agnoſcis enim tuorum Scholaſticorum definitionem: qui tradunt pœnitere, eſſe ante acta peccata deflere, & flenda non committere. Oportet igitur in iis vigere pœnitentiam, quibus nouum Teſtamentum traditum eſt. Tertius error (ne nihil reliqui ſit recenſendi) quòd ſtatuas verbum Dei & eius Spiritum in iis eſſe qui à pietate diſciſcunt, ſiquidem velis locum Prophetæ ad eiuſmodi homines pertinere. Atq; ita euerſis præmiſſis, ruit concluſio tui ſyllogiſmi. Quem nos ita corrigimus ex ipſius Prophetæ verbis expreſſis, & ex ipſa Pauli interpretatione.

Heb. 8.

Eſa. 59. Rom. 11.

Sent. lib. 4. diſt. 14.

Quibus nouum Teſtamentum verè & efficaciter traditum eſt & exhibitum, iis verè & propriè promiſſum fuit.

Omnibus credentibus & pœnitentiam agentibus atque in ipſa pœnitentia decedentibus, nouum Teſtamentum verè & efficaciter traditum eſt & exhibitum.

Quare iis omnibus nouum Teſtamentum verè ac propriè promiſſum fuit. Ex vi conſequentiæ, locus Eſaiæ de quo agimus, de electis intelligendus eſt.

IX. Pag. 109.

TVRRIAN. *Hieronymi teſtimonium contra te citaſti. Sic enim ille:* [illegible] *putamus* [illegible] *& animam de ſeruitute liberari, quæ Domini ſanguine* [illegible] *eſt, ſignificanter adiunxit: His qui redeunt ab iniquitate, ſi voluerint agere pœnitentiam, in quibus oratio Domini completur: Pater ignoſce eis, quod enim faciunt neſciunt. Hæc idcirco latius proſequuti ſumus, vt quidquid promiſſionum & legimus & lecturi ſumus, ad Sion & ad Hieruſalem, non generaliter ad Iudæos, ſed ſpiritualiter ad eos dici intelligamus, qui in Apoſtolis & per Apoſtolos electi ſunt ex Iſraël. Hæc ille. Vocat autem electos non ad gloriam, ſed eos etiam qui vocati ſunt ad credendum, licet à gratia excidant. Heb. 3. fratres ſancti vocationis cœleſtis participes &c. Non poteſt autem redire ab iniquitate ſine Baptiſmo ſacramento viſibili. Item: Miniſtri ſunt viſibiles. Ergò viſibilis eſt Eccleſia cui promittitur.*

Pag. 110. Pag. 111.

SADEEL. Hæc idcirco latius proſequutus eſt Hieronymus, vt te & conſimiles eiuſmodi homines ab errando reuocaret: ſed non potuit:

quantum video: licet nihil dici potuerit apertius. Verùm tu nobis egregiè scilicet mentem Hieronymi ita exponis, vt *electos* intelligas *non electos ad gloriam, sed vocatos vel credendum*: cuius nouæ interpretationis debebas aliquam proferre rationem. Obsecro, quibusnam hæc conueniunt? *Redire ab iniquitate, & precationem illam Christi implorare: Pater ignosce illis?* Num iis qui sine pœnitentia decedunt, ac propterea reprobis? At nonne Christus exauditus est? ignouit igitur illis Deus: illos ergo ad finem vſque pœnituit: quandoquidem ſolis pœnitentibus ignoſcit Dominus. Corrumpis igitur, non exponis Hieronymum, quem præſtat audire noſtram vel ſuam potius ſententiā confirmantem his verbis: *Huc usque*, inquit, *diligenter Paulus ediſſerens ſcribit ad Romanos quòd nō ſit diſtinctio Iudæi & Græci &c. Nam & ego, ait, Iſraëlita ſum, ex ſemine Abrahami de tribu Beniamin. Non repulit Dominus plebem ſuam quam præſciuit. Et pòſt paululum: quum Eliæ poſuiſſet exemplum, intulit: Sic igitur & in hoc tempore reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt.* Ita Hieronymus ex Pauli verbis ſuam ſententiam explicabat, eamque à Turrianicis erroribus vindicabat. Sed rurſus nobis obiicis locum Apoſtoli, vbi *fideles* dicuntur *vocationis cæleſtis participes*: atq; ita *electionis* vocabulum vſurpatum ab Hieronymo, vis explicare ex vocabulo *vocationis*, quo vſus eſt Apoſt. Quare poſſem ad refellere hoc interdicto, quod proponit ipſa diſſerendi ſcientia: non mutandos eſſe terminos, ne in ignorationem elenchi incidamus. Sed malo te redarguere ex iis quæ ſequuntur apud Apoſtolum in illo ipſo capite. *Chriſti*, inquit, *participes facti ſumus, ſi initium ſubſtantiæ* (vel, quo ſuſtentamur) *firmum* [illegible] *ad finem*. Ecce Turriane, quinā dicantur fratres ſancti, vocationis cæleſtis, adeoq; ipſius Chriſti participes. Addis deniq; *Baptiſmum ſine viſibili* [illegible] *non poſſe, ac propterea Eccleſiam, cui promiſſio* [illegible] *facta eſt, eſſe viſibilem.* An ſignū aquæ ſit præciſè neceſſarium, alius dabitur diſputandi locus: mihi nunc ſatis erit proferre, quod ait Petrus: *Baptiſmum nos ſeruare, non quo carnis ſordes abiiciuntur, ſed interrogationem bonæ conſcientiæ apud Deum.* Quibus verbis te a rebus ſpectabilibus (quibus tantopere deditus es) ad res ſpirituales atque inuiſibiles Petrus reuocauit. Nec enim ſubſtantia fœderis quod Deus nobiſcum pepigit, continetur eſt in externis ſignis ac ſymbolis, ſed in virtute Spiritus ſancti in animis noſtris operantis. Porrò ſæpius à nobis dictum eſt electos, quamdiu hic verſantur, eſſe viſibiles, itemq; (quoad eius fieri poteſt) in Eccleſiis viſibilibus: itemque Miniſtros eſſe viſibiles: addo etiam ſacramenta externa eſſe viſibilia: nec tamen inde ſequi Eccleſiam electorum Dei eſſe ex rebus externis ac viſibilibus metiendam. Nam vt illa externa ſunt viſibilia: ita virtus ſpiritualis quæ ſolos electos verè, efficaciter, & plenè afficit, eſt inuiſibilis: qua de re multa egimus in libro ſuperiore.

Hierony. in Eſa. Lib. 16.

Ibid. Rom. 10.

Heb 3.

1. Pet. 3.

TVR. *Vocabulum Spiritus & electionis prius ab Eſaia vſurpatum interpretationi tuæ* [illegible] *reclamat. Nam in omnibus Eccleſiis audiunt* [illegible] *Epiſcoporum quū Epiſcopi ordinant: Accipe Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata &c. Loquitur enim & ore viſibili Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: Os Domini locutum eſt.*

X. Pag. 111.

Sadeel. Præclarum scilicet argumentum: quia tui Episcopi aliquando ogganniant Spiritum sanctum, id circo hanc Esaiæ Prophetiam ad eos pertinere. Atenim, Francisce, nomine *Spiritus* non intellexit Esaias hoc vocabulum, *Spiritus* (alioquin oporteret tuos Episcopos non semel tantum in anno, vt fere fit, quum alios Episcopos ordinant, vt ais, sed iugiter hoc vocabulum vsurpare. Sic enim Propheta: *non recedet ab ore tuo*) sed præstantissima effecta Spiritus Dei, quę cum eius verbo coniuncta sunt. Pergis autem hanc Prophetiam restringere ad tuos Episcopos, quem errorem in nostra solutione refutauimus. Quare velim attendas propius ipsa Esaiæ verba ita dicentis: *Spiritus meus qui est in te*, inquit, ne existimes Prophetam agere de sono vocis, ac non potius de interiori præsentia & virtute Spiritus sancti, quam cum suo verbo coniunctam fore Dominus promittit. Atenim, inquis, *Propheta loquitur de ore visibili.* Certè: sed de eiusmodi ore, in quo, Spiritu sancto inspirante, sonat confessio veræ doctrinæ, quam ipse Dei Spiritus in sacris literis obsignauit. Atq; istud os ita est visibile, vt illud in vestris Episcopis nunquā videamus. Hoc verò ineptū fuit vt probares os esse visibile, proferri id quod passim occurrit apud Prophetas: *Os Domini locutum est.* Quasi verò os Domini sit visibile: aut id ferat Dei natura, vt ipsi os visibile affingamus. Quare hoc solum sibi volebant Prophetæ hoc loquendi genere: se non sua commenta proferre, sed ea demum quæ à Deo profecta sunt, cuius afflatu loquebantur.

XI. Turrian. *Obiicis Hypocritas: sed an quia fructum ex Euangelio non per-*
Pag.111. *cipiunt, idcirco non pertinet ad eos Euangelium? Quomodo igitur iudicandi*
sunt secundum Euangelium meum sic ait Apostolus Roma. 2. Cur hypocritarum [illegible]
Pag.112. *opera sua* [illegible] *Dei* [illegible]
natū est. Sed quid de iis dices, qui aliquandiu fuerunt nō hypocritæ, sed probi, iusti & De-
um timentes, nonne persentiebant Spiritus sancti interiorem virtutem?

Sadeel. Quis non miretur Franciscum Turrianum monachum
Iesuitam adeò sui oblitum, vt nesciat quid sit esse hypocritam: hypocri-
tas fuisse probos, iustos & Deum timentes, absit vt tecum existimemus,
licet tales visi fuerint: quia aliud est esse, aliud videri. Nam Iudas ante-
quam improbitas eius clara esset foras, videbatur quidem probus,
Ioan.6. iustus, & Deum timens: sed tamen erat *diabolus*: quemadmodum Chri-
stus affirmauit. Quamuis autem hypocritæ perceperint tenues ali-
quos Spiritus sancti radios: non tamen plenam eius lucem in animo
2.Cor.5. senserunt: neque verè & efficaciter acceperunt *arrhabonem Spiritus san-*
2.Cor.1. *cti*, de quo Apostolus locutus est. Ergo nequid erres, Turriane, in
Ephes.1. Theologia electis opponimus hypocritas: qui licet ad tempus spe-
Iob.7.&8. ciem probitatis habeant, tandem tamen detegitur eorum impietas. Sic
Matth.24. enim extat apud Iobū: *innocens aduersus hypocritam excitabitur, tenebit iu-*
In Mat. *stus viam suam*. Et alibi: *Spes hypocritæ peribit.* Et Christus de seruo illo
Oper.Imper.homil.51. reprobo: *partem*, inquit, *illi assignabit Dominus cum hypocritis: erit illic fle-*
De ver. *tus & stridor dentium*, & similia pleraque. Itaque Chrysostomus *omnes*
Do.Ser.23. *hypocritas* ait esse *infideles*; & Augustinus confert *hypocritas cum quinque*
Mat.25. *illis virginibus fatuis, quæ non intrauerunt cum sponso.* Et alibi *ait eos habe-*
In Apoc. *re signum illius bestiæ, de qua Ioannes in Apocalypsi locutus est.* Quinetiam
hom.11. alio
Apoc.15.

In Apoc. hom. 14.

alio in loco idem Auguſtinus *ſictos Chriſtianos in Eccleſia dicis conſtituere vnum corpus, quod intus aduerſatur Eccleſiæ.* Ex quibus intelligitur, nos de hypocritis locutos eſſe ex vſu Scripturæ & doctiſſimorum veterum ſententia. Turrianum autem ab illis omnibus recedere, quum omnes peccatores exiſtimet eſſe hypocritas: & Euangelium ad ipſos etiam hypocritas pertinere. Sed iam ratiunculas audiamus, quas ille ſuis erroribus ſuggerere ſibi viſus eſt. *Hypocritæ,* inquit, *iudicandi ſunt ſecundum Euangelium. Rom. 2. Ergo ad hypocritas Euangelium pertinet.* Ità-ne tandem? Imò verò ideò condemnabuntur, quia Euangelium ad eos non pertinet. Nam ſi pertineret, ex eo fructum æternæ ſalutis perciperent. Idem enim Apoſtolus in eadem epiſtola paulò antè dixerat: *Euangelium eſſe potentiam Dei ad ſalutem omni credenti:* eſt quidem Euangelij prædicatio, odor non ſolùm vitæ ſed etiam mortis, iis qui pereunt (inquit Paulus) ſed Euangelium id efficit non natura ſua, ſed per accidens, propter hominum incredulitatem & peruicaciam. Ad locum autem nobis obiectum quod attinet, ex ſecundo capite epiſtolæ ad Romanos perperam eum reſtringit Turrianus ad hypocritas, cùm generaliter de omnibus intelligendus ſit. Sic enim Paulus: *In die,* inquit, *quo iudicabit Dominus de occultis hominum ex Euangelio meo per Ieſum Chriſtum.* Hic quæro à te, Turriane, (vt exemplo tuo aliquid audeamus in illo Socratico genere diſputandi, quod tibi video placere) num ad Gentes infideles, quæ legem non habuerunt, atq; ita deceſſerunt, Euangelium pertinuit? Rurſus quæro, an Paulus in hoc loco non de ſolis Iudęis, ſed etiam de Gentibus iudicandis locutus eſt? Hic nolo te reſpondentem introducere: (quemadmodum me tuo arbitratu reſpondentem introducis in Socraticis tuis interrogationibus) ſed volo Apoſtolum ipſum ſuis verbis reſpondere, nequid hîc tibi comminiſci liceat. *Cum Gentes,* inquit Paulus, *quę legem non habent, natura quę legis ſunt, faciant; ipſi ſibi ſunt lex, vt qui oſtendant opus legis ſcriptum in cordibus ſuis: vnà teſtimonium reddente ipſorum conſcientia: & cogitationibus ſeſe mutuò accuſantibus aut etiam excuſantibus, in die quo iudicabit Dominus occulta hominum ſecundùm Euangelium meum.* Hęc ille. Denique te hoc vnum interrogabo: An neges Turcas eſſe ſecundùm Euangeliũ iudicandos? Item, an exiſtimes Euangelium ad Turcas propterea pertinere? Quamobrẽ, mi Franciſce, rem hanc poſthac accuratiùs diſpicito, vt intelligas quantum interſit inter hęc duo: nempe iudicari ac damnari ex regni legibus: & ipſum regnum ad eos qui iudicantur pertinere. Quale autem ſit cor hominis ante acceptam gratiam diſce ex his locis. Ezech. 36. verſ. 26. Id. c. 11. verſ. 19. Matt. 3, verſ. 9. Deut. 30. verſ. 6. Ier. 31. verſ. 33. &c. Sed de his hactenus.

Rom. 1.

2. Cor. 2.

Ibid.

XII.
Pag. 112.
Pag. 113.

TVRRIAN. *Dicis ſemper veram fuiſſe Prophetiam Iacob: Non diſcedet ſceptrum ex Iuda &c. Ergo non diſceſſit ſceptrum. Sic intelligenda fuit promiſſio, ſi tamen teſtamentum Dei ſeruarent: vt inquit Theophanes Epiſcopus Niceæ: idcirco regnum Dauid & principatum regalem eius non continuatum fuiſſe, ſed interruptum, quod etiam patet ex oratione Salomonis. Cùm iuſtus ſit Deus oportet tanto grauius peccatum eſſe propter quod facta ſit nobis interruptio ſacerdotij, quanto excellentius eſt ſacerdotium, quàm regnum terrenum. Quodnam grauius pec-*

cuius quidem idololatria eſſe poterit? ſaltem æquale non eſt aliud quam atheia. Nos
Pag. 114. *igitur aut ſine Deo ſumus, aut multos Deos alienos habemus. Obiicies fortaſſe imaginem Chriſti quam habemus: ſed non eſt idolum. Alioqui non impleta eſſet Prophetia de idolis delendis per aduentum Chriſti. Zachar. & Sophon. Deinde Iudæi poſt pœnitentiam redierunt ex Babylonica captiuitate. quid igitur faciemus vt reddatur nobis ſucceſſio Epiſcoporum? Eſtne recipiendum nobis Euangelium Lutheri? At non habetis Epiſcopos.*

SADEEL. Veram fuiſſe prophetiam Iacob affirmo: quia eius veritas non eſt diiudicanda ex viſibili ac conſpicua ſceptri Dauidici ſucceſſione, quemadmodum in ſolutione noſtra diximus. Profers autem Epiſcopum Nicææ, ita Prophetiam hanc exponentem, vt intelligenda ſit hæc conditio: *ſi modò Teſtamentum Dei ſeruarent*, ac propterea dicis principatum regalem fuiſſe interruptum. Sed ego pſalten potius audio ita nobis illam conditionem explicantem: *Si filij Dauid Legem*
Pſal. 89. *meam deſeruerint, præuaricationes eorum virga viſitabo & iniquitates eorum flagellis: at bonitatem meam non auferam ab eo, nec fallam illi fidem meam &c. Solium eius coram me vt ſol perſtabit.* Hæc ille. Quamobrem rectè Iuſtinus Martyr Prophetiam illam affirmat ad Chriſti aduentum per-
In Tryp. durasse. *Ad aduentum vſque Chriſti*, inquit, *Prophetia vaticinans perſiſtit,*
Cõtra Fauſt. *donec veniat cui repoſitum eſt: & ipſe erit expectatio Gentium.* Hæc ille. Ita-
Man. lib. 22. que Auguſtinus docet *Chriſtum veniſſe iuxta hanc Prophetiam, tum quum*
cap. 85. *de tribu Iudæ regnum defeciſſet. Expendis enim, & meritò, non vnam tantùm promiſſionem ſed duas. Nimirum vnam de ſceptro Iudæ continuando: alteram de Chriſto tum venturo, quum ſceptrum è Iuda ſublatum foret.* Quare, Franciſce, iſte tuus Theophanes parum accuratè hanc poſteriorem Prophetiam prætermiſit. Etenim ſi ſceptrum diſceſſit è Iuda in Babylonica captiuitate: ſequeretur tum Chriſto fuiſſe veniendum in terras ex hac prophetia. Quod quia factum non eſt: efficitur neceſſariò ſceptrum non fuiſſe è Iuda ſublatum in exilio Babylonico. Sed ſi intelligamus, id quod dicit Theophanes non de ipſo ſceptro, ſed de eius exteriori ſpecie, quam ille dixerit fuiſſe interruptam, tum Theophanem liberabimus tua illa accuſatione Sic. n. intelligimus precationē Solomonis, quam obiecisti: *Non auferetur*, inquit, *tibi vir coram me qui ſedeat in throno Iſraëlis: ita tamen ſi filij tui obſeruauerint viã ſuam, vt ambulent coram me quemadmodum*
1. Reg. 8. *ambulaſti* &c. Quibus verbis Solomo non tantùm eius regni ſed etiam ipſum regium fulgorem ſignificauit: quandoquidem loquitur de iis qui ſeſſuri erant in throno Iſraëlis. Addis *oportere grauius quoddam à vobis quàm ab Iſraëlitis peccatum admiſſum fuiſſe, vt ſublatum fuerit à vobis ſacerdotium: eo quod veſtrum ſacerdotium erat præſtantius.* Audi, Turriane, ne tibi imponat nomen Sacerdotij aliquoties à veteribus vſurpatum: (quo illi Miniſterium Eccleſiaſticum intellexerunt) lege apud Apoſtolum ad Hebr. *Vnicum nobis hodie ſupereſſe Sacerdotium Chriſti vnici*
Heb. 7. 8. 9. 10. *atque æterni Sacerdotis:* nequid Chriſto detrahas, vt omnes tuos Epiſcopos, adeòque illos ſacrificulos minutos, qui temerè ac paſſim circum altaria veſtra oberrantes, ſuum illud quod vocant ſacrificium commurmurando peragunt. Nec porrò ſatis rectè ratiocinaris iſta tua comparatione. Nam idem peccatum hiſce nouiſſimis temporibus

longè grauius cenſendum eſt, quàm antea fuerat. Quo enim maior Dei liberalitas erga nos extitit poſt Chriſtum exhibitum: eo maior eſt peccantium ingratitudo, ac propterea peccatorum pœnæ debent eſſe grauiores. Sic enim Chriſtus: Cuicunque multum datum eſt, multum repetetur ab eo, & apud quem depoſuerunt multa, amplius repoſcent ab eo. Tu verò, Franſciſce, quæris à nobis ecquænam ſint veſtra illa peccata propter quæ legitima miniſterij & Eccleſiæ ſucceſſio à vobis fuerit ſublata: nempe, quum vobis ſorderet Euangelica ſimplicitas; humana commenta ſcriptis Apoſtolicis & Propheticis prætuliſtis: doctrinæ veritatem corrupiſtis: Sacramenta à Chriſto inſtituta aut planè ſuſtuliſtis, aut veſtris maculis inquinaſtis: miniſterij Eccleſiaſtici dignitatem in faſtum, ambitionem, atque etiam tyrannidem conuertiſtis: Idololatriam in veſtram Eccleſiam reduxiſtis: eligendorum Paſtorum & exercendi miniſterij rationem ab Apoſtolis præſcriptam, & à piis maioribus vſurpatam, antiquaſtis, deleuiſtis. Apud vos, Franciſce, omnia ſunt venalia, vt iam antè admonui: atque in veſtra Eccleſia, tanquam in forum ac mercatum conuerſa, non iam hæc Eſaiæ prophetantis audiuntur: *vos, quibus non eſt pecunia, adeſte.* Sed hæc potius Iudæ proditoris funeſtiſſima vox auditur: *Quid vultis mihi dare?* En tibi, Franciſce, cur legitima Eccleſiæ ſucceſſio in Romana Eccleſia perierit, ſola nominum ac titulorum ſucceſſione remanente. Tu verò de idololatria ſic purgas: imaginem Chriſti dicis non eſſe idolum. Quid tu mihi ore timidulo & ſemiaperto, imaginem Chriſti commemoras? Quin tu expromis apertè id quod verum eſt? Profer Dei Patris barbaram imaginem: deiparæ virginis ſtatuas fuco & pigmentis illitis relucentes: Michaelis alati ſupernas lances, & (vt ille dicebat) Terribilem immani ſpecie tortúmque draconem: adde ſuem Antonij: equum Martini: Leonem Marci, arma Georgij. Pudet ac piget reliqua eiuſmodi referre quib. mirum ni aliquid etiam coloris prætextas. Quidni autem? cùm apud vos idola eſſe pernegas, eo quòd idola fuerunt delenda aduentu Chriſti, ex Zacharia & Sophonia. Atenim hi loci Prophetici atque alij conſimiles vos à veſtris vel idolis vel imaginibus deterrere debuerunt. Tametſi verò non ſtatim poſt aduentum Chriſti illæ Prophetiæ exitum habuerunt: tanta tamen fuit priſcis illis temporibus Euangelicæ prędicationis efficacitas, vt idola non modò ex animis hominum, ſed etiam, quando id licuit per Chriſtianos Principes, planè è medio atq; ex hominum oculis ſublata ſint. Atq; eo deteſtabilior fuit veſter idolomania, qui idola virtute Euangelicę prędicationis olim euerſa ſublatáq;, vos, nominibus tantùm mutatis, non eſtis veriti reſtituere, atq; in veſtram Eccleſiam reuocare. Nimirum vobis ſatis eſt, modò ne Grecè peccare videamini, qui idola quidé reiicitis, at imagines in templis veſtris collocatis. Denique licet ironicè à nobis conſilium petere videaris: ego tamen ſeriò ac citra ironiam tibi tuiſq; id conſilij dabo, vt eorum exemplo, qui ex Babylonica captiuitate redierunt, veſtris commentis ac traditionibus valere iuſſis, omni idololatria & Atheia (cuius meminiſti & cuius adeo ipſę Pontificum veſtrorum hiſtorię mentionem faciunt) procul abiecta, vos ad ſcripta

Luc.12.

Eſa.55.

Matth.26.

Apoſtolica & ad Chriſti, non Lutheri (vt dicis) Euangelium conferatis: vt ex illis ordo Eccleſiæ inter vos collapſus, poſſit, ita vt decet, inſtaurari. Tunc veros habituri eſtis Epiſcopos, & quales Apoſtolorum temporib. extiterunt. Nos autem eiuſmodi probamus ſiue Epiſcopos, ſiue Seniores, ſiue Miniſtros aut Paſtores Eccleſiæ: (parum enim de nominibus laboraremus, niſi vos ipſa etiam rerum nomina corrupiſſetis) & in ſingulis noſtris Eccleſiis quoad eius fieri poteſt, habemus.

XIII. Pag. 115. Pag. 116. **Tvrrian.** *Prophetia non loquitur tantùm de Sceptro, ſed etiam de duce. Dux autem non deſiit in captiuitate. quia Principatus ſemper fuit: tametſi obſcurus & imbecillus eſſe videretur, quaſi non eſſet. Huius principatus prærogatiua non conſiſtebat in ſplendore externo, qui interrumpi potuit, ſed in Dei dignatione, cuius dona ſine pœnitentia ſunt. Hyſtoria Suſannæ teſtatur quàm liberè Iudæi in Babyloniorum regno viuerent: pro cuius hiſtoriæ defenſione ſcripſit Origenes.*

Sadeel. Viciſſim ego dico Prophetiam non ſolius vel ducis (vt loqueris) vel legiſlatoris (vt eſt in Hæbrèo) facere mentionem: ſed ſimul etiam ſceptrum coniungere. & affirmo viſibilem vtriuſque ſucceſſionem in illo exilio defeciſſe. Quid enim ſibi volunt *captiuitatis & exilij* vocabula? Num fortè putas Iudæos Babylone regnaſſe cum inter Babylonios eſſent exules? Et quia mihi non credis affirmanti, audi quemadmodum ſtatum illum regni Iudaici Pſaltes deſcribat: *Contaminaſti*, inquit, *diadema eius: feciſti ceſſare dignitatem eius: & ſolium eius in terram colliſiſti*. Et Ieremias: *Profanauit regnum eius, & principes eius*, inquit: *deiecit in terram decorem Iſraelis: confregit in ira furoris ſui omne cornu Iſraelis. Spiritus narium noſtrarum, vnctus Domini captus eſt retibus eorum de quo diximus, viuemus in vmbra eius inter Gentes. Senes deſunt in portis, &c.* Ex quib. perſpici poteſt, viſibilem ſceptri Iudaici ſucceſſionem tum planè defeciſſe, quum Iudæi apud Babylonios exularent: ne nobis huc accerſendæ ſint rerum illarum hiſtoriæ: nec proferenda hæc Oſeæ Prophetia: *Per multos dies ſedebunt filij Iſrael ſine rege & ſine principe:* ne diuerticulum quæras amplius in regni & principatus diſtinctione. Quare captiuitatis Babylonicæ temporibus, nec viſibile ſceptrum, nec viſibilis Iudæ principatus apparuit. Quod autem dicis *eum in Dei dignatione conſtitiſſe:* veriſſimum eſt, & noſtram planè ſententiam confirmat. Nam quòd hiſtoriam Suſannæ tibi ſubſidio venire putas, longè falleris: tum quia libellus ille non eſt in Canone: vt cum Hieronymo veteres quique doctiſſimi agnouerunt: (ſic enim Hieronimus: *Ponam*, inquit, *quæ Origines de Suſanna & Belis fabulis dixerit*) tum etiam, quia ſi fides illi hiſtoriæ adhiberetur: tantum abeſt vt vllum Regij principatus tunc temporis inter Iudæos veſtigium extiterit: vt potius res Iudaicæ ad Democratiam delapſæ viderentur. Quorſum enim ſuffragiis crearentur duo illi Seniores, ſi principatus Iudæ in familia Dauidica remanſerat? Sed ne teramus tempus, perlegatur hiſtoria, & ſatis illa pro nobis reſpondebit. Cæterùm non aduertis te pugnantia dicere, qui modò affirmas principatum Iudæ non fuiſſe interruptum Babylone ex Suſannæ hiſtoria: modò dicis interruptum ex tui Theophanis interpretatione?

Pſal. 89.
Lam. 2.
Lam. 4.
Lam. 5.

Oſe. 3.

In Dan. c. 13.

XIIII. Pag. 117. Pag. 118.

TVRRIAN. *Quum Pontifices in Iudæa regnarent, non fuit interruptus principatus Iudæ: quia Pontifices ex tribu Leui genere materno ex tribu Iuda erant oriundi. Nam Aaron duxit vxorem Elizabeth filiam Aminadab ſororem Naaſſon Principis filiorum Iuda, Exod. 6. 1. Paral. 2. Hac ratione Elizabeth vxor Zachariæ erat cognata Mariæ virginis. Itaque hæ duæ tribus miſcebant matrimonia. Sic tribus Iuda & Leui in vnum coierunt, inquit Theophanes, qui dicit etiam regalem tribum copulatam fuiſſe cum Sacerdotali, vt typus eſſet regni & Sacerdotij Chriſti. Theodoretus ita exponit Prophetiam Ierem. c. 33.*

Leuit. 21. Ezec. 44. Heb. 7. Ierem. 33. De bened. Patriach. cap. 4.

SADEEL. Ex lege Moſis Leuitarum familiæ non debebant cum tribu Iudæ potius quàm cum aliis tribubus inire matrimonia. Sic enim Moſes de Sacerdote: *Accipiet*, inquit, *virginem de populo ſuo*. Et Ezechiel: *Accipient*, inquit, *vxores de ſemine domus Iſrael*. Porro, quodnam eſt iſtud argumentum: *tribum Iudæ & tribum Leui miſcere matrimonia ſolitas, ac proinde Aſmonæos ſiue Machabæos ad tribum Iudæ eſſe referendos?* Quis vnquam ex genere materno nomen & familiam cenſuit? Sed præſtat te refellere apertis expreſſiſque verbis Apoſtoli, qui de Chriſto ſummo æternóque Sacerdote diſſerens: *ad aliam*, inquit, *tribum pertinet, de qua nullus accedit altari*. Palã eſt enim è tribu Iuda exortum eſſe Dominum, cuius tribus reſpectu, nihil de Sacerdotio locutus eſt Moſes. Ecce tibi, Franciſce, Leuitica tribus à tribu Iudæ manifeſtè diſtincta, adeò vt tuum argumentum à Theophane petitum, nullius momenti eſſe debeat. Atque hæc vtriuſque tribus diſtinctio confirmatur etiam ex illo Ieremiæ loco quem citaſti. *Non excindetur*, inquit, *Dauidi vir ſedens in throno domus Iſraelis, & de ſacerdotibus Leuitis non excindetur vir à conſpectu meo*, &c. Licet autem quidam veteres in hac vtriuſque tribus affinitate conſiderent myſterium Chriſti Regis ſimul & Sacerdotis (quàm firmis rationibus nunc non excutio) tamen non propterea intellexerunt Machabæos à tribu Iudæ originem duxiſſe. Nam tale quidpiam commemorat Ambroſius: ſed ſtatim addit Prophetiam de regno in tribu Iudæ duraturo. Quare, non magis licuit tribui Leuiticæ regnum vſurpare, quàm tribui Iudæ Sacerdotium inire.

XV. Pag. 118. Pag. 119. Pag. 119. Pag. 120.

TVRRIAN. *Tu confundis ſubſtantiam & qualitatem, quia negas fuiſſe principatum Iudæ, quia non fuit ſplendidus. Dicis Iudæ ſceptri reliquias fuiſſe conſeruatas in trunco Iſai. Eſa. 11. At regnum Chriſti non fuit terrenum, ſicut fuit regnum Dauid. Reliquias autem oportet eſſe eiuſdem naturæ & rationis, cuius eſt id, cuius reliquiæ ſunt. Tu confundis regnum Dauidis terrenum & regnum Chriſti cæleſte, in quod illud tranſlatum eſt. Illud non eſt diſſimulandum quàm peruersè, neque ſciens Scripturas, neque virtutem Dei, ex radice truncum feciſti in loco Eſaiæ, & ex flore ſurculum. Sic enim paraphraſticè locum Eſaiæ citaſti. Theophanes virgam exponit virginem ac matrem Dei: florem verò, Chriſtum.*

SADEEL. Nihil confundo, Turriane, ſed apertè ſubſtantiam rei ab externa eius qualitate diſtinguo: quippe qui ex verbo Dei ſtatuo regni Dauidici ſubſtantiam virtute promiſſionis Dei remanſiſſe: licet eius externa ſpecies ex hominum oculis ſublata eſſet. Atque idem affirmo Eccleſiæ contigiſſe tum quum iugum illud veſtrum pluſquam Babylonicum ſuam illi faciem ac legitimum ordinem detraxit. Rurſus, non confundo *terrenum Dauidis regnum cum cæleſti regno Chriſti*: qui tuus est, Francisce, ac tuorum error crassissimus: dum Christi regnum in terrenam Pontificis potentiam, quantum in vobis est, conuertitis. Ego reliquias, quarum mentionem feci, refero non ad regnum Christi, sed ad sceptrum Dauidis, idque tam apertè, vt mirum sit te hîc ausum calumniam affingere. Quamobrem tua isthæc argumentatio à *reliquiis* petita, ad nos nihil attinet. Verumenimuero, vt ipse cognoscas quatenus tuum illud Theorema *de reliquiis*, in Theologia valeat, expende hos locos. *Si fuerit* (inquit Paulus) *numerus filiorum Israel vt arena maris, reliquiæ seruabuntur.* Item *reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt.* Hic nobis explicabis, quemadmodum Iudæorum incredulorum electæ reliquiæ (hoc est fideles, ac verè credentes) eiusdem rationis cum iis quorum sunt reliquiæ, dici possint. Sed venio ad id quod existimasti non esse dissimulandum, quum eam interpretationem doctissimorum interpretum, quam in loco Esaiæ cap. 11. secutus sum, tu conuitiis solitis vexare non dubitas. Ego loci Esaiæ non citaui totidem verbis: sed dixi *Christum tanquam surculum ex trunco Isai prodiisse*: quod quidem tibi displicere non debuit. Sed quia me prouocas, vt aliquid proferam de vera illius loci interpretatione: equidem, dixi truncum, non radicem, quemadmodum etiam vetustissimi interpretes, Aquila, Symmachus, & Theodotio, conuerterunt Hebraicum vocabulum, referente Hieronymo, qui tamen radicem maluit dicere, contra propriam significationem vocabuli: vt te collegium Neophytorum docebit. Surculum etiam dixi, non florem: quia dictio *Netser*, qua vsus est Propheta, surculum significat, vt Esa. 60. vers. 21. Tu verò *florem* omnino retines, *quia Theophanes virgam exposuit sacram virginem, & florem, Christum.* Non sum nescius idem etiam videri quibusdam veteribus: & huius doctrinæ veritatem amplector: sed non mihi videtur hæc allusio satis conuenire. Nec enim apud Prophetam dicitur *Netser* ascendere ex virga (quam Theophanes exponit *sacram virginem*) sed *ex radice ipsa*. Quia verò satis est perspicuum surculum (non florem) ex radice prodire: mihi licebit Theophanis & aliquot aliorum venia, Surculum dicere, non, florem: ne videar non tantum à propria vocabuli significatione, sed etiam ab ipsa rerum natura discedere. Rectè igitur Iustinus Martyr, *virgam* inquit, *è radice Iesse ascensuram esse Christum Esaias prolocutus est.* Et Basilius de Christo: *Ipse* (inquit) *& radix, & consurgens est.* Et Chrysost. *Egredietur*, inquit, *virga de radice Iesse, non de virga loquens, sed de Christo & regno eius.* Hæc ille: cui tamen superior allusio aliquando non displicuit. Quid quòd in illo ipso cap. 11. Christus nomine radicis significatur? *Eueniet*, inquit, *vt radicem Isai, quæ stat in signum populorum, Gentes requirant*, &c. Ex quibus omnibus facilè perspicitur te profectò, Turriane, non dissimulasse quàm peruersè, neque sciens Scripturas, neque virtutem Dei (quod mihi obiiciebas) soleas ea quæ rectè & commodè dicta sunt, tuis calumniis deprauare.

Rom. 9.

In Tryph.
In 11. cap.
Esa.
Hom.
Quòd
Christ. sit
Deus.

XVI.
Pag. 122.

TVRRIAN. *Non exposui sermonem de falsis Episcopis, sed de tota Ecclesia: sed contendo simul promissum esse Ministerium noui Testamenti, sine quo nec Ecclesia esse possit, nec ipsum Testamentum prædicari. Apostoli quos Episcopos ordinabant, priusque Presbyteros ordinauerant. Et Presbyteri per Baptismum generant filios.*

Pag. 121.

In Sophiſ. Turr.

SADEEL. Hæc tua erant verba: *Semen Chriſti vocat Apoſtolos, ſemen autem ſeminis vocat Apoſtolorum ſucceſſores.* Illos autem *Succeſſores eſſe tuos Epiſcopos* plus quàm centies ex te audiuimus. Nunc autem pertinere ad totam Eccleſiam promiſſionem hanc de qua diſputamus: & hactenus quidem inter nos conuenit. Sed addis *promiſſionem quoque fuiſſe Miniſterio noui Teſtamenti: ſine quo,* inquis, *Eccleſia eſſe non poteſt.* Si de Eccleſiis viſibilibus loqueris ex Apoſtolica doctrina conſtitutis: certè ſine Miniſterio viſibili illæ Eccleſiæ conſiderari non poſſunt. Alioqui iam in ſuperiori noſtra diſputatione diſſeruimus de iis quæ ſunt eſſentialia Eccleſiæ Dei, & ſine quibus Eccleſia Dei eſſe non poteſt: quæ omnia hîc repetere longum eſſet. Hoc tantùm dicam: quæcunque tandem fuit aut etiam futura eſt Eccleſiæ calamitas, rerumque ſacrarum perturbatio, ſemper tamen remanſiſſe, & ſemper remanſuros ad nouiſſimum vſque diem pios & fideles homines, qui veritatis doctrinam amplectantur, nec fieri poſſe, quin ſemper ſint aliqui tum docentes, tum diſcentes veritatem. Quare tibi ſemper redit ſuperior difficultas: quippe qui Miniſterium noui Teſtamenti tale velis eſſe, quale ſomniaſti, & cuius imaginem in Eccleſia Romana Pontificis tabula depictam vides. Cùm igitur nobis aſſentiaris, hanc Eſaiæ Prophetiam ad Eccleſiam Dei pertinere: idem tibi de miniſterio, quod de Eccleſiæ ſtatu dicendum eſt: nempe, eius quidem ſubſtantiam planè deficere non poſſe, licet exterior eius ſpecies oculis noſtris non appareat. Quod addis *Epiſcopos prolem fuiſſe ab Apoſtolis ordinatos presbyteros*, ſola negatione eliciendum eſt. Profers enim tuum ſomnium, non aliquod Scripturæ teſtimonium. Ac, ſi tibi credamus: *Chriſtiani non iam ſunt Epiſcoporum filij, ſed nepotes: cùm presbyteros ab Epiſcopis progenitos parentes habeant, idque per Baptiſmum.* At enim Paulus ſe *Corinthios per Euangelium genuiſſe, & ſe eorum patrem eſſe profitetur:* ac nihilominus *gratias agit Deo, quòd duos tantùm ex illis baptizaſſet.* Quare non fuit tibi ſubſiſtendum in exteriori ſigno Baptiſmi, quum ageres de ſpirituali generatione. Quinetiam videris ita Baptizandi munus presbyteris iniungere, vt ad ipſos Epiſcopos non pertineat: ſcilicet non ſunt hæ partes Epiſc. Romanæ Pontificiæ, [illegible] doceant (quia non poſſunt) nec vt Sacramenta adminiſtrent, (quia nolunt) ſed vt ampliſſima vectigalia ex ſuis ſacerdotiis (vt vocant) recipientes, & in pompa, atque otio & luxu diffluentes, ita nobis Eccleſiæ triumphantis ſabbathum & quietem perpetuam repræſentent.

1.Cor.4.

1.Cor.11.

XVII. Pag.122.

TVRRIAN. *Satis erat in te retorquere locum Pauli qui eſt in Epiſtola ad Romanos capite nono: Non qui filij carnis, hi filij Dei: [illegible] qui ſecundùm promiſſionem ex aqua & Spiritu ſancto regenerati ſunt, iuxta illud [illegible] promiſſionis, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, &c. Huic ſemini ſpirituali promiſſa eſt ſalus. Chryſoſtomus conſert ortum noſtrum ſpiritualem per Baptiſmum cum ortu Iſaac, Homilia de mutatione nominis Pauli & Abrahami. Cyprianus in Sermone de Baptizandis Chriſtianis: Verborum, inquit, ſolennitas, & ſacri inuocatio nominis, & ſigna viſibilia celebrationi [illegible] verò ipſum Spiritus ſanctus format & conſecrationibus viſibilibus inuiſibiliter manum ſuam hominis auctor apponit. Hæc ille. Eſt in ſpirituali ſemine quod ſolus Deus videt, vt fidem & quomodo inſitus eſt homo*

Pag.123.

Pag.123.

per

[illegible] ſecundum animam: & qui ſint electi. Eſt etiam aliquid, quod ab hominibus videtur, vt eorum Sacramentum ex ſolenni forma verborum & materiæ aquæ acceſſerit, & confeſſio oris. Ergo ſemen illorum reſtringendum eſt ad Sacramentum exterius viſibile, & ad exteriorem oris confeſſionem.

SADEEL. Qui locum Pauli retorquere voluiſti, eum detorques, quandoquidem *verbum promiſſionis*, de qua loquitur Paulus, refers ad hunc locum Iohannis: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei*. Mitto quòd ex comminatione promiſſionem fecisti: [illegible] Paulum nominatim expreſſiſque verbis ipſum promiſſionis verbum citare. Sic enim ille: *In Iſaac*, inquit, *vocabitur tibi ſemen: hoc eſt, non qui filii carnis, hi filii Dei: ſed qui ſunt filii promiſſionis, cenſentur in ſemine. Promiſſionis enim verbum hoc eſt: Hoc ipſo tempore veniam & erit Saræ filius, &c.* Itaque promiſſio facta ſemini Abrahæ non fuit petenda ex 3. capite Iohannis: ſed ex veteri Teſtamento. Docet autem Paulus promiſſionem illam eſſe ſpiritualiter intelligendam. Quòd ſi interroges: Quid ergo dicemus de Iudæis qui Chriſtum amplexi ſunt & ſimul ex aqua & Spiritu regenerati? Nempe in illis ſuperiorem illam promiſſionem effectum habuiſſe. Sic enim teſtati ſunt ſe ad ſpirituale ſemen Abrahami pertinere. Nec propterea effectum promiſſionis cum ipſa promiſſione confundendum erit. Porrò quæ addis omnia parum aut nihil ad noſtram diſputationem pertinent. Tibi enim per me licet *præclarè ſentire & ſcribere, tum de Baptiſmo, tum de Baptiſmi viſibilis & inuiſibilis differentia*, modò ne tam ineptè inde ratiocineris, quàm hîc facis. Sic enim concludis: *Eſt aliquid in ſpirituali ſemine, quod Deus videt: eſt etiam aliquid quod ab hominibus videtur. Ergo ſemen piorum reſtringendum eſt ad Sacramentum exterius viſibile.* Ego verò ita potius concludo: *idcirco ſemen piorum non eſſe ad Sacramentum exterius reſtringendum.* Atque omnino cùm locum Pauli exponis *de iis omnibus qui tinguntur baptiſmo in Eccleſia Chriſtiana*, tu & à Paulo & ab ipſa veritate procul recedis. Paulus enim per ſemen Abrahami ſpirituale eos intelligit, qui ad æternam Dei electionem pertinent, vt conſtat ex his ipſius verbis: *Vt propoſitum*, inquit, *ſecundum electionem Dei maneret*. Item: *Iacob dilexi: Eſau verò odio habui*. Item: *Eſaias: Si fuerit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris, reliquiæ ſeruabuntur*. Et paulo poſt: *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, &c.* Et alibi: *Quod requirebat Iſraël, hoc non eſt aſſequutus, ſed electi aſſequuti ſunt, reliqui verò occæcati ſunt, &c.* Hæc Apoſtolus de ſemine ſpirituali Abrahæ diſſerens. Si quis autem exiſtimet quotquot baptizantur, eſſe veros filios Abrahami patris credentium, is profectò à theologia alienus cenſeri debeat.

Ioan.3.

Rom.9.

Rom.9.

Ibid.

Rom.11.

XVIII.

Pag.124.

Pag.124.

Pag.[illegible]

TVRRIAN. 1. Cor. 5: *Nonne de iis qui intus ſunt vos iudicatis? Si Chriſtus in Eccleſia Miniſtros ſuos iudicat, & vbi iudicat ibi regnat ſuper terram: Ergo in Eccleſia viſibili, in qua ſunt, de quibus iudicant, verè & propriè regnat. Petis vt proferamus ſeriem Epiſcoporum, quos Apoſtoli inſtituerant. En, proferimus non ſolùm Antiochiæ, Alexandriæ, Epheſi, ſed etiam in cæteris Eccleſiis quarum Epiſcopi ante annos* [illegible] *in Concilium Florentinum conuenerant. Vide ſubſcriptiones Archiepiſcoporum vigintiquinque Prouinciarum. Obiicis non habere Græcorum Eccleſias pro ſchiſmaticis: ſed non propterea Epiſcopi deſtituuntur* *deſtituantur Spiritu, id eſt Chariſmate per ordinationem accepto, quod dicitur ſecundum idioma Scripturæ, Spiritus.*

SADEEL. *Quis noſtrûm negauit vnquam Chriſtum regnare in Eccleſiis viſibilibus in quibus tum doctrinæ puritas, tum legitimus ordo Eccleſiaſticus viget ex Apoſtolicis præceptis? Quis porrò item negauerit regnum Chriſti in Eccleſiis viſibilibus eſſe nihilominus ſpirituale?* At hoc nihil ad vos pertinet. *Quid ergo?* inquies, *Nonne Chriſtus regnat in Eccleſia Romana?* Certè, Franciſce. Sic enim de Chriſto ſcriptum eſt: *Dominare in medio inimicorum tuorum*. Quænam autem ſit huius regni differentia, in noſtra ſolutione expoſuimus. Quod autem profers *Orientis Epiſcopos in iis ſubſcriptionibus quæ extant in Concilio Florentino*, profectò in re maximè lugubri te maximè ridiculum præbes. Ecquis enim verè Chriſtianus neſcit Eccleſias Græcas, Africanas, & Aſiaticas magna ex parte tyrannico Turcarum dominatu euerſas eſſe. Quis verò pius non propterea ingemiſcit? Verùm, ſi tibi credimus, iam à lachrymis temperabimus: quandoquidem perditas illas ac diſſipatas Eccleſias vna Florentinæ ſynodi chartula nobis reſtituit! Porrò de tuo illo, non de Scripturæ idiomate, ſuprà iam egimus, ac propriam ſignificationē *chariſmatis* propoſuimus. Tu verò, quaſi velis in gratiam redire cum Græcis Eccleſiis (quas ſchiſmatis damnarunt tui Pontifices, eo quòd ipſius iugum ſubire noluerunt) illis Epiſcoporum ſucceſſionem relinquis: *ac propterea Eccleſiæ ſucceſſionem*. Rationem affers: *quia propter ſchiſma Epiſcopi non deſtituuntur chariſmate*, inquis. Quaſi verò non pateant omnibus veſtri canones, quibus ſancitum eſt, *ſchiſmaticos nihil habere iuris in Eccleſia*. Sed præſtat te tuis verbis redarguere. Etenim ſuprà nobis affirmaſti *ſucceſſionem doctrinæ ab ordinaria ſucceſſione Eccleſiæ non poſſe ſeparari*. Ex quo efficitur Græcas Eccleſias ordinaria ſucceſſione præditas habere quoque verę doctrinæ ſucceſſionem. At Græcæ Eccleſiæ negant veſtrum purgatorium & alias pleraſque eiuſmodi nugas. Quinetiam docent Romanum Pontificem non eſſe caput Eccleſiæ Catholicæ, & eius tyrannidem quam longiſſimè ab ſe repellunt. Quare, mi Franciſce, noſtris rationibus & argumentis pauliſper tacentibus ex tua ratiocinatione & ex ore tuo, concludo Romanum Pontificem non eſſe Eccleſiæ Catholicę caput. Et in hac parte ſucceſſionem doctrinę in Græcis Eccleſiis non improbamus.

Pſal. 110.

Con. didicimus. 24. quæ. 1. &c.

Pag. 100.

TVRRIAN. *Oſtende vbi in nouo Teſtamento promittat Chriſtus Succeſſionem vicariæ ordinationis Epiſcoporum, ſi tamen non peccauerint. Poſuit Deus in Eccleſia (inquit Paulus) primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores &c. non dixit, quamdiu Miniſteriis ſuis rectè fungerentur. Porrò in ipſa captiuitate vocantur etiam Sacerdotes à Ieremia cap. 29. Quòd omnibus Babylone non eſt continuata Succeſſio Sacerdotum, non in cauſa fuerunt ſuperiora ſcelera Sacerdotum, ſed quòd extra Hieruſalem vnctiones & Sacrificia fieri non poterant. Siquis roget Iudæos cur non habeant Sacerdotij ſucceſſionem, reſpondebunt id factum eſſe propter peccata. Si propter peccata Sacerdotum Dominus Sacerdotium ſuſtuliſſet, quomodo ſacrificaſſent pro omni genere peccatorum? &c.*

XIX.

Pag. 126.

Pag. 128.

Pag. 129.

SADEEL. Imò verò Turriane oſtende nobis vbinam in nouo Teſtamento *promittat Chriſtus perpetuam ac viſibilem ſucceſſionem vicariæ ordi-*

nationis. Profert scilicet hunc Pauli locum: *Posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Pastores: deinde potestates, deinde dona sanationum &c.* At ego primæ Christianorum Ecclesiæ diuitias hîc video: nihil autem audio de successionis promissione. Imò verò nec Apostolorum mansit successio (vt in nostra superiore disputatione fusiùs explicatum est) nec ad nos propagata sunt illa dona spiritualia: quæ commemorauit Apostolus. *At non dixit,* inquis, *Quamdiu ministerijs suis rectè fungerentur.* Quid? eós-ne voluit Dominus in Ecclesia tolerari, qui non rectè officio fungerentur? Adeó-ne es acutus disputator, vt ex eo quod in hoc loco scriptum non sit: tu aliquid affirmare concludas? Expende igitur naturam Ministerij, consule alios Scripturæ locos: disce ex Paulo quinam sint ad capescendum Ecclesiæ Ministerium vocandi: atque inde collige quatenus corrupti Ministri in Ecclesia ferri possint. Audi apud Iohannem in Apocalypsi comminationes Spiritus Dei aduersus negligentes Pastores. Aut si ne hæc quidem tibi placent, euolue saltem veteres Canones, & statuta synodalia, atque etiam familiaris tui Clementis (qui suis decretis nomen Apostolorum prætexuit) sui, inquam, Clementis hæc saltem verba recognosce: *Episcopus vel Presbyter negligens, nullam Cleri sollicitudinem vel populi curam gerens, neque docens eos in pietatem ac religionem, primùm communione [illegible]: Permanens verò in ea negligentia & ignauia, deponatur.* Hæc ille de ignauis & exauthorandis Episcopis, non autem *in Ecclesia perpetuò retinendis indelebilis characteris* [illegible] (vt tu dicere soles) *efficacia & virtute.* Rectè enim Augustinus ait, *non esse Episcopum, qui præesse cupit, non prodesse.* Redierunt tamen ab *Babylonica captiuitate: & tamen illic interrupta fuerit Sacerdotum successio,* nemo dubitauit ac quod ais, modò negas. Hanc igitur tibi descriptionem Prophetæ ipsi collaudatissimis verbis: *Abiecit regem & sacerdotem in furore iræ suæ. Repulit Dominus altare suum, [illegible] ipsi sunt* [illegible], inquit Oseas, *sedebunt filij Israelis sine rege, sine Principe, sine Sacrificio, sine altari, sine Ephod &c.* Item: *quia tu scientiam repulisti, repellam te & ego, ne sacerdotio fungaris mihi.* In quos locos fortè incidisti pagina libri tui centesima quinquagesima prima, ac propterea coactus ibi confiteri legem *captiuitate Babylonica fuisse conseruatam extraordinario modo, sine Sacerdotibus:* atque ita tuo more tecum ipse conflictaris. *Verùm,* inquis, *in causa non fuerunt superiora scelera sacerdotum, sed quòd extra Hierusalem sacrificia fieri non poterant.* Itáne, obsecro, sacerdotum Iudaicorum patronus in medium prodiisti? Quid igitur in causa fuit cur essent extra Hierusalem, & captiui degerent apud Babylonios; nisi grauissima tum populi, tum etiam ipsorum sacerdotum peccata? Audi quemadmodum totum hoc egregium patrocinium euertat Ieremias: *Nunquam,* inquit, *crediderunt habitatores orbis fore vt ingressuri essent hostes per portas Hierusalem, propter peccata Prophetarum eius & iniquitates sacerdotum eius.* Nec te iuuat quòd nomen *Sacerdotis* manserit: nos enim non de nomine, sed de ipsius Ministerij successione loquimur. Nihil autem mirum, si tunc personarum mansit successio apud Iudæos: cùm ipsa successio esset naturalis propter tribum Leui, à qua veteres Iudæorum sacerdotes oportuit originem ducere. Nunc autem ordinaria Mi-

Can. Apost. 58.

Quæst. [illegible] quæst. VII.

Lam. 2.

Ose. 3.

Ose. 4.

Lament. 4.

niſtrorum ſucceſſio legitima per electionem propagari debet ex præſcriptis Apoſtolicis. Profers etiam Iudæorum reſponſionem: quaſi nobis ſit aliquid cum Iudæis commune. Nec verò conſectarium eſt, ſi nunc perperam Iudæi reſpondent de ſacerdotali ſucceſſione non interrupta, ſed planè deleta & euerſa: propterea falſum eſſe, quod olim pij Iudæi agnouerunt: exilij Babylonici pœnas propter ſua peccata ſibi irrogatas. Ad extremum quæris, *quomodo ſacerdotes pro peccatis populi ſacrificaſſent, ſi propter eorum peccata ſacerdotium Dominus ſuſtuliſſet?* Reſpondemus, non ſtatim tollendum fuiſſe ſacerdotium, ſimul atque ſacerdotes peccaſſent: (agnoſcimus enim & adoramus ſummam Dei patientiam, cuius etiam fit mentio 2. Paralip. cap. vlt.) Sed hoc tantùm affirmamus, promiſſiones Dei de perpetuo continuóque ſacerdotij ſtatu viſibili inter Iudæos fuiſſe intelligendas cum hac conditione, dum pietatem colerent. Quod quia non præſtiterunt, licet Dominus, quæ ſumma eſt eius miſericordia, patienter eorum reſipiſcentiam expectarit: tandem tamen erupit eius iudicium, & Iudæi à Babylonijs in captiuitatem abducti ſunt.

TVRRIAN. *Aſtringitur Eccleſia (vt inepto tuo verbo vtamur) ad viſibilem & perſonalem ſucceſſionem: ſed non ad localem, vt ais nos affirmare.*

XX. Pag.130.

SADEEL. Apto verbo, Turriane, ineptam tuam ſententiam expreſſimus. Neque tuo vulneri mederis, dum negas *ſolam localem ſucceſſionem*, imò ſic ipſum potius exulceras. Sic enim videris (quod vix aliqui de te ſuſpicaremur) ab Romana Eccleſia velle diſcedere, quia *localem ſucceſſionem* tibi de manibus excidere patiaris. Hæc vna, Turriane, hæc, inquam, vos *vna localis ſucceſſio* detinet, qui ad Romanam Eccleſiam quaſi ad ſaxum adhæreſcitis; & Romanam Eccleſiam, Eccleſiam Catholicam appellatis: & qui ſecus ſenſerit vel dixerit, hunc grauiſsimè damnatis. Verùm, vt aliquid dicamus de *viſibili & perſonali ſucceſſione*, ſatis ne tibi videtur eſſe ſi viſibiliter perſonæ perſona ſuccedat? Num igitur Turcarum Imperator occupata Conſtantinopoli, ſi dicendus erit Conſtantino Imperatori aut alijs Orientis Imperatoribus ſucceſſiſſe? minimè gentium. Nec enim vel nomina vel perſonas tantùm, ſed res etiam ipſas ſpectamus. Quanto igitur minus in rebus ſacris erit vel in nominibus, vel in perſonis ſubſiſtendum? Quare (vt iam antea dictum eſt) res ipſa conſideranda eſt, vt vera dici poſsit Eccleſiaſtici Miniſterij ſucceſſio. Quinetiam ad ipſam rationem & modum ſucceſſionis ordinariæ ab Apoſtolis inſtitutum deueniendum eſt, vt ordinaria ſucceſſio, vera ac legitima dignoſcatur. Etenim, quomodo voluerunt Apoſtoli propagari Epiſcoporum ſiue presbyterorum ſucceſſionem? Nimirum *per electionem*: (vt infrà dicendum erit copioſiùs) quæ ſi deficiat, affirmo non eſſe veram, ſed titularem tantùm ſucceſſionem: licet viſibilis ſit & perſonaliſque ſucceſſio. Quanquam enim *viſibiliter perſona perſonæ ſuccedit*, non tamen ordinariè ſuccedit: quia ex ordine legitimo & præſcripto non ſuccedit. Quamobrem, Turriane, verſa te huc illuc: nunquam efficies vt tui Epiſcopi ſucceſſionem habeant ordinariã ac legitimã. Quamobrem? inquis. Nempe quia ſemper ſine electione: at nunquam ſine ambitu aut fauore, ad Epiſcopatum perueniunt: ne mihi repetendum

ſit

sse illos & minimam quidem numeris Ecclesiastici partem vnquam attingere: & quod longe grauius est, ab Apostolicæ doctrinæ successione desciuisse.

XXI. Pag.131. Pag.132. TVRRIAN. *Apostolus 2. Theſſ. 2. eundem vocat diſceſſionem, hominem peccati & filium perditionis. Sic Theodoret. & Chryſoſt. Nunquid Antichriſtus omnia occupabit? iis qui pereunt: inquit Paulus. Et Daniel: Docti in populo docebunt plurimos. non igitur futura eſt generalis apoſtaſia. Dico Antichriſtum futurum vnam perſonam. In quibus Petrus, vt ita dicam, multeſimus eſt,* [illegible] Pag.132. *Noluit, inquis, Paulus ad vnum hominem Prophetiam ſuam reſtringere: noluit ſeductionem reſtringere ad vnum hominem: omnes enim heretici ſeducunt. Sed deſcriptio propoſita à Paulo ad vnum hominem reſtringitur.* Pag.133. *Demonſtra in noſtris Pontificibus ſigna, & prodigia, &c. Si quia videtur Apoſtolus loqui de vno homine, quum ait, qui ſedet; & nihilominus ipſa ratio temporum* Pag.134. *cogit, vt multos intelligamus eundem locum occupantes (vt ais) ſic etiam cum ait, Apoſtolus reuelandum eſſe hominem peccati, oportet intelligere multos homines peccati, aliquos eſſe Pontifices. Quis Pontifex fuit primus in illa reuelatione Antichriſti?*

XXI. SADEEL. Quandoquidem affirmaſti *viſibilem & ordinariam ſucceſſionem in Eccleſia nunquam poſſe interrumpi*, Obieci tibi locum Apoſtoli 2. Theſſ. 2. vbi prædixit futuram aliquando defectionem. Inde ego concludebam ordinariam ſucceſſionem poſſe igitur in Eccleſia interrumpi. Quid tu verò contrà afferas, iam expendendum eſt. Ais *diſceſſionem* [illegible] *à Paulo, hominem peccati, & filium perditionis.* [illegible] à quibuſdam veteribus fuiſſe traditum, ſed illi ſimul [illegible] rationem. In 2.The. hom.3. Sic enim Chryſoſt. *Quia, inquit, plurimos perditurus eſt, & abducturus*, [illegible] conſtituerunt Antichriſtum, vocari defectionem, [illegible] defectionis [illegible]: ecquid hoc te iuuat? ſemper enim hoc manet: defectionem quæ futura. Sed addis, *Antichriſtum non omnia occupaturum.* Certè. Nec enim veram Dei Eccleſiam, quantumuis licet afflictam, ſuperabit. Sed generalem *defectionem* appello, quæ longè latéque propagata multitudinem hominum comprehendit. Sic enim Paulus: *adeo vt in templo Dei* [illegible] *ſedeat.* Et in Apocalypſi: *meretrix dicitur ſedere ſuper aquas multas.* Item: *admirata eſt terra poſt beſtiam*, inquit. 2. Theſſ.2. Apoc.17. Apoc.13. Quamuis autem hic de Antichriſto agere non noſtri ſit inſtituti (hæc enim tractatio longiorem ſermonem deſiderat) pauca tamen ea de re dicam, & quatenus ad noſtram hanc reſponſionem videbitur pertinere. Obiicis Danielem: *Docti, inquis, in populo docebunt multos.* Deinde hanc prophetiam Danielis cum Pauli Prophetia conuenire, atque verba Danielis expendamus. *Docti,* inquit, *in populo erudient multos. Tune, Franciſce, id reſtringis ad Epiſcopos & Miniſtros ordinarios Eccleſiæ?* Quis non videt longè aliam eſſe Danielis ſententiam? nimirum fieri non poſſe vt doctrinæ veritas extinguatur, quandoquidem ſemper erunt in populo, qui alios docere poſſint. Quin etiam quia tui Epiſcopi iam à multis ſeculis fuerunt non docti [illegible] in populo, ſed [illegible] indoctiſſimi [illegible] illos [illegible] à Daniele intellectos. Ibid. Vide autem quid illis [illegible] aliis docentibus futurum ſit: *Corruent,* inquit Daniel, *gladio, flamma, exilio, deprædatione, longo tempore.* En tibi *ſucceſſio viſibilis & perſonalis*, de qua

tamdiu

[illegible] dissipat. Sic igitur eleganter Augustinus: Quum, inquit, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum &c. Ecclesia non apparebit, impiis tunc persecutoribus vltra modum sæuientibus. Epist. 80. Et Chrisostomus de hac ipsa re disserens: *Quum,* inquit, *videritis hæresim impiam, quæ est exercitus Antichristi, stantem in locis sanctis Ecclesiæ: tunc qui sunt in Christianitate, confugiant se ad Scripturas, quia nulla probatio potest esse Christianitatis, nisi Scripturæ diuinæ: &c. Qui ergo vult cognoscere quæ sit vera Ecclesia Christi, vnde cognoscat nisi per Scripturas?* In Math. hom. 49. hæc ille: cui tum in mentem non venit ista *visibilis & personalis successio.* Cæterùm aliud profers: *Paulum affirmare Antichristum futurum esse vnam personam.* Sed hoc nunc inter nos non agitur. Nam si futura est defectio sub vna Antichristi persona (vt tu vis) sequitur nihilominus falsum esse quod dixisti: *successionem in Ecclesia nunquam posse interrumpi.* Atque id nominatim proposui in mea solutione: nec propterea in dubium reuoco, Sit-ne tuus Pontifex Antichristus, vt ais pag lib. tui 137. Quare frustra iam libros editis *de singularitate Antichristi,* vt nomen Antichristi à vestro Pontifice amoueatis. Quia licet vobis daremus (quod nondum tamen probare potuistis) *futurum tandem aliquem, qui sit omnium sceleratissimus, & cui singulariter nomen Antichristi conueniat* (in qua sententia plerosque ex veteribus esse video) non propterea sequeretur vestrum Pontificem non esse Antichristum. Nam, si vel Ioannis temporibus *iam extabant Antichristi,* vt ipse testatur: & (vt ait Paulus) *iam* 1. Ioan. 2. & 4. *tunc peragebatur mysterium iniquitatis:* denique si Ioannes in Apocalypsi 2. Thes. 2. *non vnam tantùm bestiam, sed plures: & bestiarum plura capita, & bestiæ imaginem, & pseudoprophetam, & sedem bestiæ commemorat:* ecquid vobis proderit vestra hæc *Antichristi singularitas?* Tert. aduer. Mar. l. 3. Ambros. in Luc. c. 21. lib. 10. Quòd si Chrysostomus, & plerique alij veteres ea quæ de Antichristo scripta sunt, accommodarunt suis temporibus: quanto nos meliùs & commodatiùs illa ipsa in vestrum Pontificem conuertemus? In Psal. 9. hom. 3. Nam præter id quod iam ex Chrysostomo audiuimus, sic ille ipse alibi de Antichristo tradidit: *Non pro[illegible] hunc,* inquit. *Quis est iste homo nisi Antichristus? Audite, fratres, Antichristi sunt filii Christiani, Hæretici, & pagani.* Hæc ille. Sed ne tibi fortè persuadeas ex tuis argumentis sequi *locum Pauli de vna tantùm Persona intelligendum esse:* paucis illa argumenta excutiamus. *Paulus,* inquis, *eum vocat filium peccati, filium perditionis, miracula edentem, & cætera eiusmodi, quæ vnum hominem significant.* Fateor: sed nego inde sequi Paulum noluisse in vna persona vnum aliquem principatum significare, vnamque sedem à pluribus sibi inuicem succedentibus occupatam, quod vel *sedendi* verbum à Paulo vsurpatum, satis indicat: cui adiungo quæ dicit Ioannes de sede bestiæ. Apoc. 16. Atque vt afferam instantiam, non longè abeundum est: quandoquidem Paulus ibidem loquens de vno, quem dicit *Tenere,* principatum ipsum simul intelligit, adeòque (vt veteribus visum est) Romanum imperium, vt in nostra solutione dictum est: *vsque dum,* inquit Paulus, *qui tenet nunc, è medio sublatus fuerit: & tunc reuelabitur ille impius &c.* Quinetiam miror vos non aduertere hæc Ioannis verba de Antichristo: *de quo,* inquit, *audiuistis* 1. Ioan. 4. *quia venturus sit, & iam in mundo esse.* Ex quibus efficitur, quæ de Antichristo dicuntur, non esse ad vnam personam restringenda. Atque id

Ioannes verbis planis ac dilucidis ſignificare voluit: licet de Antichriſto, tanquam de vna perſona, Scriptura loqui videatur. Sic apud Dan.7. Danielem *ſingulæ beſtiæ* principatum & regnum ſignificant. Sic in Apoc.12. Apocalypſi *nomine mulieris*, ipſa Eccleſia ſignificatur. Sic Eſaias de vno Eſai.14. *Babylonis rege* loquens, totius regni Babylonici exitium elegantiſſimè deſcribit. Sic denique Petrus 1.Pet.5. *Aduerſarij nomine*, innumerabiles Angelos Satanæ intellexit. Quid igitur affers, Turriane, quo tuam illam *Antichriſti ſingularitatem* probes? Quin audis potius Auguſtinum, ea quæ in Apocalypſi de beſtia dicuntur, non de vno homine, ſed de vno corpore intelligentem? In Apoc. Hom.13. *Beſtia*, inquit Auguſtinus, *corpus eſt impiorum aduerſum agnum*. Idem exiſtimat in lib. de ciuit. Dei: lib.20.cap.14. vbi nominatim ait *pſeudoprophetam poſſe intelligi de Antichriſto*. Et porrò Hieronymus in Matthæum: In 24. Mat.li.4. *Abominatio deſolationis intelligi poteſt, & omne dogma peruerſum, quod cùm viderimus ſtare in loco ſancto, hoc eſt, in Eccleſia, & ſe oſtendere Deum: debemus fugere de Iudæa ad montes &c.* Sed hæc quæſtio longiorem diſputationem requirit. Quare, mi Franciſce, cùm videamus deſcriptionem à Paulo & Ioanne propoſitam in vnum Pontificem quadrare, *qui ſeſe effert aduerſus Deum & Chriſtum eius: qui ſe Eccleſiæ caput, & fundamentum, & Paſtorum principem eſſe dicit: qui Eccleſiam, quantum in ipſo eſt, euertere conatur: qui Chriſto & Apoſtolicæ doctrinæ aduerſatur: qui fraude iniuſtitiæ hominibus imponit: qui auro, purpura, & gemmis coruſcat: qui bellum gerit aduerſus pios & ſanctos homines: &* (vt ad Danielem redeamus) *eos gladio, flamma, exilio, & direptione infeſtatur*: cùm, inquam, hæc omnia in tuo Pontifice impleantur: quorſum obiicis *Paulum de Antichriſto tanquam de vna perſona locutum eſſe*? Porrò ridiculum eſt, quod vis, *Petrum quidem eſſe vnicum in Pontificibus Romanis*: hoc eſt, te interprete, *multeſimum*: nec pateris vt dicamus Antichriſtum eſſe multeſimum in tuis Pontificibus: cùm illud à verbo Dei ſit alieniſſimum: hoc autem & verbo Dei, & ab ipſa experientia comprobetur. Quis porrò dixerit, *aduerſarium, hominem peccati* (hoc eſt, ex Hebræorum idiotiſmo maximum peccatorem) *filium perditionis* (hoc eſt perditum) eſſe nomina propria alicuius perſonæ, ac non potius de multis poſſe prædicari? Hæc autem: *Tu es Petrus &c.* Item: *Petre, amas me? &c.* Item: *Petre, rogaui pro te &c.* quæ non tantùm de vno Petro dicta ſunt, ſed ipſum etiam nomen perſonæ continent, vos boni ſcilicet Grámatici ac Theologi ad omnes veſtros Pontifices contenditis pertinere. Denique miror te *Pontificia miracula negare*, quibus veſtræ legendæ (ſic enim vocatis) refertæ ſunt, & quæ nos ad hunc Pauli locum referimus, vbi agit de *ſignis ac prodigijs mendacibus*, vtpote ad confirmandum errorem adhibitis. Noli vero expectare, dum tibi tuorum Pontificum catalogum recenſeam, vt inde pateat quis primus fuerit in hac reuelatione Antichriſti, de qua Paulus prophetauit. Nam ego tibi ex eodem Paulo reſpondeo, iam inde ab Apoſtolicis temporibus myſterium illud iniquitatis cœpiſſe: eóque ſpectare verbum reuelandi à Paulo vſurpatum. Itaque vt diluuij tempore non ſtatim aquæ vniuerſam terram inundarunt: ita non ſtatim reuelatus eſt homo peccati: ſed abundante impietate & commentis hominum in dies crescentibus, eo tandem res rediit, vt longè latéque per vniuersum propè orbem diffusa sit aduersarij potentia, quæ his temporibus *Spiritu oris Domini* & prædicatione Euangelij concussa iam & labefactata, monachis frustra subsidio concurrentibus, exitium atque interitum expectat.

XXII. Pag. 134. Pag. 135. Pag. 135.

TVRRIAN. *Daniel de Antichristo prophetans, prædixit eum tribus annis cum dimidio duraturum esse. Adde Apocalypseos caput vndecimum. Si Christus venit: Ergo iam venit Elias, iam facta est resurrectio. Ex Daniele: Quum Antichristus veniet, Iuge sacrificium auferendum est: At Pontifices pro nullo dogmate acriùs pugnant cum Lutheranis, quàm pro sacrificio incruento sanctæ Eucharistiæ.*

SADEEL. Loci illi tum Danielis, tum Ioannis variè exponi ſolent. Ego vero fateor quoſdam veteres tradidiſſe, *Antichriſtum tres annos regnaturum*: tu vero (cui in animo eſt Antichriſti regnum producere quantum potes) *ſex etiam menſes adieciſti*, quod & quidam alij fecerunt. Quinetiam illi ipſi veteres exiſtimauerunt, *Antichriſtum ex tribu Dan proditurum, & in monte Oliueti ſubitò interemptum iri*: atque etiam ſimilia pleraque, vt fere fit, alijs alia commemorantibus. Sed (quod illorum veterum pace dictum ſit) malo audire Auguſtinum nos ab eiuſmodi curioſitate reuocantem, epiſt. 80. ad Heſychium. Ac ne multa mihi proferenda ſint: ſequeretur ex iſto tuo annorum numero, ſimulatque exortus erit Antichriſtus, tempus nouiſſimi aduentus Chriſti planè cognitum iri. Nam ſi *interimendus eſt Antichriſtus à Chriſto veniente de cælis* (vt volunt ij veteres, quos tu ſequeris) facillimum erit trium annorum & ſex menſium rationes ſubducere, atq; ita nouiſſimi aduentus Domini non modò tempus, ſed ipſam etiam horam prędicere. Hoc autem eſſe falſiſſimum patet ex his Chriſti verbis: *De die illo, & hora nemo ſcit*. Item: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, &c.* Mat. 24. Act. 1. Quod ſi, Turriane, ſeriò apud te cogitares, quid ſignificet *Spiritus oris Chriſti* apud Paulum, *quo perimendus eſt Antichriſtus*: facilè cognoſceres Apoſtolum ſignificaſſe purã Euangelij prędicationem, qua ceu diſtricto gladio, tuus ille iugulandus eſt Antichriſtus, nec ipſum tempus Euangelicæ prędicationis certo annorũ ſpatio concludens. Atq; hæc de tua iſta triennali ratione. Iam quod addis ex Daniele, prorſus ineptum eſt. Quis enim, pręter te, neſcit *Iuge ſacrificium* fuiſſe ad legales ceremonias referendum? Vide eundem Danielem cap. 8. Tu vero *Miſſam tuam vis eſſe Iuge ſacrificium, ſed incruentum*, vt dicitis: qui tamen pro hoc veſtro ſacrificio acerrimè pugnantes, iampridem innumerabiles homines Euangelicę veritati adhęrentes crudeliſſimè mactaſtis; atq; vniuerſam propè Europam innocenti piorum ſanguine cruentaſtis: ne poſthac tu mihi Miſſam incruentam eſſe dicas.

XXIII Pag. 136.

TVRRIAN. *Tu τὸ κατέχον de Romano Imperio accipis, & habes ex antiquis auctoribus quos ſequeris. Sed falleris, quod dicis ὁ κατέχον ad Euangelium, quod eſt neutrum, non poſſe referri: poſſes tibi opponi non referri πρὸς τὴν ἀρχήν. Si tu ad Imperatorem refers, ſimiliter dici poteſt referri poſſe ad Euangelizantem: imò potiùs quod dixit, ὁ κατέχων ἄρτι.*

SADEEL. *Refero* τὸν κατέχοντα ad hominem: videlicet ad Imperatorem ipsum. In quo significetur Imperium Romanum. Tu veró perquàm lepidè ad *Euangelizantem* refers. Atenim, ex tua sententia, *Euangelizans* non obstabat: sed potius, non Euangelizans. Sic enim existimas, *id obstare, quòd nondum Euangelium fuerit vbique terrarũ prædicatum*. Quòd autem in neutro genere dixerit Paulus τὸ κατέχον, nihil te iuuat. Quis enim vnquam ad Euangelium referat, cuius nulla hîc facta est mentio? Sed quod indefinitè priùs in neutro genere dictum est, postea clariùs de homine dicitur, vsurpato genere masculino. Sed quia veterum sententiam nobis iam adiudicas: superest vt te scholasticorum, hoc est, tuorum magistrorum flagris vno verbo castigemus. Audi igitur quid dicat doctor scholasticus Thomas magister tuus. *Melius est*, inquit, *quòd referatur ad Neronem prout est persona publica Romani Imperij: donec de medio fiat, id est tollatur Romanum Imperium*. Hæc ille. In 2. Theſs. 2.

XXIIII Pag. 156. TVRRIAN. *Aptè significas paulò antè, ex Photio. Ergo rectiùs intelligitur de Euangelio, quàm de Imperio Romano, quod non erat tam recens quàm Euangelium.*

SADEEL. Dictio ἄρτι apud Paulum non refertur ad id quod est, sed ad id quod detinet aut obstat (ne pluribus exagitem tuam imprudentiam qui Euangelium recens appellaris) Sic enim Paulus ὁ κατέχων ἄρτι. Et paulò antè, νῦν τὸ κατέχον οἴδατε. Et vetus interpres: Qui tenet nunc. Quòd si tua interpretatio vera esset, sequeretur locum hunc ita exponendum esse. Euangelium quod nunc recens est tantummodo teneat, donec tollatur de medio: & tunc prodibit Antichristus. At profectò parum abest quin verum dixeris, licèt imprudens. Nam videtur Antichristus in medium prodiens Euangelium ipsum è medio propemodum sustulisse, solo Euangelij nomine retento. Sed iam reliqua tua excutere pergamus.

LOCVS X. MATTH. XXVIII.

PRofecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæ mandaui vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

Sophisma Turriani.

Pag. 302. 303. 304. 305. *AD superiorem Prophetiam Esaiæ pertinet quod Dominus ait in Euangelio, Euntes ergo docete omnes gentes, &c. Et ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Quomodo enim cum Apostolis qui iam è vita recesserant adhuc manet vsque ad consummationem seculi, nisi quia manent Apostoli in suis successoribus? Qui enim hos audiunt, Apostolos audiunt: per hanc ordinariam successionem Dominus implet promissionem suam manendi in Ecclesia cum Apostolis vsque ad consummationem seculi, & semper est cum Apostolis docendo, baptizando, & prædicando per eorum successores. Sic enim Christus, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: vobiscum, inquam, sum instruendo, baptizando, & doctrinam mandatorum tradendo. Hæc autem cùm non faciat Dominus visibiliter, necesse est per Ministros faciat, qui cùm sint mortales, consequens est vt promittat hîc successionem ordinariam vicariæ ordinationis Ministrorum, qui sunt Episcopi. Quare qui habetis Ministros non succedentes Apostolis*

successione

successionem vicariæ ordinationis, hic Christum non habere quod illis ipsis [illegible] vsque ad consummationem sæculi.

Solutio superioris Sophismatis.

HIc duobus modis à Turriano peccatur. Primùm enim promissionem *præsentiæ Christi ad solos Ministros Ecclesiæ restringit*, quæ tamen pertinet ad Ecclesiam vniuersam. Deinde *ipsos Ministros & Episcopos Apostolorum successores definit eos esse tantùm, qui ordinationem habent successionem vicariæ ordinationis*: cùm tamen Christus in hoc loco longè aliam successionem apposuit, nempe *docendi ea seruare omnia quæ mandauit.* Quanquam autem in loci proximè superioris explicatione hic error Turriani sit profligatus, tamen paucis agemus de vera huius loci, qui ex Matthæo citatur, interpretatione.

Duo præcipui errores Turriani in hac argumentatione.

Christum *non solis Ecclesiæ Pastoribus*, sed simul omnibus, id est, toti Ecclesiæ *se perpetuò affuturum* promittere, facilè ex ipsa loci circumstantia colligi potest. Sic enim Christus: *Docete, inquit, omnes gentes seruare omnia quæ mandaui vobis: & ecce ego vobiscum sum, &c.* Nemo autem non videt ex continuata serie, & ex ipsa copula, postrema verba tam ad eos, qui docebunt, quàm ad eos qui docebuntur, & credent Euangelium prædicatum, esse referenda: non minùs quàm Christus apud Ioannem testatur, *se non tantùm pro Apostolis precari, sed pro iis etiam omnibus qui per sermonem eorum essent credituri.* Præterea ea est natura fidei, & ea Baptismi, vt Christum nobis præsentem exhibeant. Hinc ea loquendi genera apud Paulum: *Nos per Baptismum cum Christo [illegible].* Item: *Quicunque in Christo baptizati sunt, Christum induerunt.* Et: *Christum in se per Spiritum suum habitare.* Et eiusmodi permulta. Quo referendæ sunt etiam promissiones de spirituali Dei præsentia cum Ecclesia perpetuò futura. Hoc modo veteres locum hunc Matthæi intellexerunt. Sic enim Chrysostomus: *Non cum ipsis solùm, inquit, se futurum dicit, sed cum omnibus quicunque illis sunt credituri. Non enim vsque ad finem consummationis permansuri erant Apostoli, sed fidelibus loquitur, veluti vni corpori.* Sic etiam Hilarius, Augustinus, Cyprianus, & plerique omnes locum hunc intellexerunt. Sic igitur subductum est fundamentum sophismatis.

Vera expositio loci Matt. 1. Ex circumstantia loci. 2. Ex aliis Scripturæ locis. Ioh. 17. Rom. 6. Gal. 3. Rom. 8. Ioh. 14. [illegible] In Matth. hom. 91. 3. Ex sententia veterum.

Nunc eius singulas partes discutiamus. *Christus, inquit, semper est cum Apostolis docendo, baptizando & prædicando: Ergo semper est cum eorum successoribus, qui ipsis vicaria ordinatione succedunt.* Primùm, hoc nimis callidè & tectè dicitur, *Christum adesse Apostolis docendo & baptizando.* Quasi verò tunc demum Christus adsit suæ Ecclesiæ, cùm habentur conciones, vel cùm Sacramenta celebrantur. Deinde [illegible] quam addit, de vicaria ordinatione. Nam retinenda est in primis *doctrinæ successio*, sine qua *vicaria* illa *ordinatio* tantoperè à Turriano commendata, nullius est momenti. Est igitur ineptissimum omittere doctrinam, cuius nominatim meminit Christus, & solam *vicariam ordinationem* obtrudere, cuius Christus nullam hic mentionem fecit. Itaque Turriani expositionem ipsam vrgebo hoc modo: *vobiscum sum docentibus ea seruare quæ mandaui vobis* (sic enim Turrianus proponit.) Ex quo efficitur, vt ijs quibuscunque Christus adsit docendo, id est, qui doceant [illegible]

Argumentatio Turriani discutitur.

Christi

Christi doctrinam, sed hic tam [illegible] docent & prędicant, [illegible] successores Apostolorum esse non possint, licet [illegible] vicariam ordinationem. Nec verum est quod putat Turrianus, *istam ordinationem, quam vicariam appellat, effecturam notam successionis Apostolicae:* nam [illegible] Paulus Ephesinos Episcopos vel Presbyteros compellans, *Nam, inquit, ex vobis ipsis exorientur qui* [illegible], certè illi habebunt vicariam [illegible] ordinationem, in quo tamen [illegible] Apostolorum successores [illegible] Episcopos Pontificios [illegible] legitimè vocatos esse ([illegible] Christus [illegible]) [illegible] Euangelium docere, Sacramenta [illegible] præstare quæ Christus mandauit: tunc demonstratiuè effeceris, Christi promissionem [illegible] periisse. Tu verò [illegible], & hoc vnum vrges, [illegible] *semper* [illegible] hinc effici, [illegible] Dei [illegible] ad Pontificios Episcopos [illegible] docere quæ Christus [illegible] hunc locum [illegible] perperam [illegible]. Atque [illegible] tibi credimus hunc locum Matthæi interpretanti, [illegible] argumentatio, [illegible] semper futuros esse aliquos qui omnes gentes doceant, [illegible] Apostolorum & ordinem [illegible] Ecclesia [illegible] docere, [illegible] non [illegible] ratio, sed etiam [illegible] Quamobrem [illegible] verbum Dei in Ecclesia [illegible] Christus [illegible] Ecclesiæ [illegible] ad consummationem [illegible] sed quamuis [illegible] Ecclesiæ status exterior [illegible] non semper eodem [illegible] ipsum Dei verbum in Ecclesia doceatur. Quamuis enim fuerit ordo legitimus Ecclesiæ [illegible] ordinaria successione [illegible] sed si [illegible] & [illegible] Ecclesiæ [illegible] Dominus [illegible], si sui verbi doctrinam [illegible] ordinem [illegible]. Est igitur error in falsa consequentia minimè ferendus, cùm [illegible] *concludit* [illegible] *semper in Ecclesia fore* [illegible] *successio, Ergo* [illegible] *per* [illegible] *successionem ordinariam Episcoporum Ecclesiæ Romanæ.* [illegible] probari potest ex Matthæi [illegible] Christus [illegible] consequens est planè [illegible] quicquam habens [illegible] Matthæi [illegible]. Dum [illegible] est Sophistarum more, [illegible] ipsa [illegible]. Verum [illegible] ita [illegible] agere, [illegible] consequentiam vel ipsi Episcopi Pontificij refellunt: quia eorum doctrina non est vera, neque [illegible] Christi, [illegible] Apostolorum [illegible] [illegible] Aliud igitur [illegible] argumentum [illegible] Pontificij [illegible]

Successio doctrinæ non est alligata certæ successioni.

Elenchus in Turrianum.

Retorquetur arg. in Turrianum.

partitam

positorum, & tamen vicariam ordinationem & successionem ordinariam (saltem [illegible]*) retinuerunt. At non potuit purior doctrina* [illegible] *in Ecclesia,* [illegible] *non negant esse ei doctrinæ puritatem* [illegible] *ordinariam fuisse in Ecclesia interruptam.* [illegible] *alligationem ordinariæ successioni Christus esse institutam* [illegible] *id quod id negat, bellum doctorem* per ludibrium appellas. Quid? [illegible] non esse boni doctoris, imò ne doctoris quidem, [illegible] petere, & quod semel opinionis errore confinxerit, tanquam oraculum defendere? iam enim planum fecimus, nomine illud somnium nullum habere in verbis Christi fundamentum. Neque enim ex illis sequitur *Ecclesiam alligari Christo per vicariam ordinationem aut per ordinariam successionem Episcoporum:* sed potius per ipsius doctrinæ puritatem, quæ Ecclesiam cum Christo [illegible] vinculo coniungit. Neque sequitur omnes eos qui vicariā habent ordinationē, esse Apostolorum successores, vt iam antea disputavimus. Tu verò belle disputator, nobis explica quid tibi velis nomine [illegible] Nam Ecclesiam aliis rebus quàm verbo Dei alligari, aut aliunde quàm ab ipso pendere, ab ipso Dei verbo [illegible]. Quomodo igitur stabit tuum illud [illegible] *ordinariæ successioni* [illegible] *doctrinæ necessaria est ordinaria successio* [illegible] quis te illud docuit, aut vnde petis tantum necessitatis [illegible] quod maximè purum est atque verissimum Dei verbum, quod ab hominibus natura corruptis & mendacibus non pendeat? Quocirca Thessalonicensium fides commendatur, *quòd Apostolicam prædicationem* [illegible] *non sermonem hominum, sed* [illegible] *verbum Dei.* [illegible] vt patet [illegible] duplicem [illegible] puritatem doctrinæ non esse alligatam ordinariæ successioni. Nam in Ecclesia Israelis interrupta fuit ordinaria Sacerdotum successio, & tamen illic Ecclesia delitescebat, id est, fidelium cœtus, *qui non flexerunt genua idolo Baal*, & doctrinæ puritatem retinebant. Contrà verò, Hierosolymæ regnante Achaz, durabat quidem externa & visibilis successio Sacerdotum: sed nihilominus Ecclesia [illegible] *Templum Dei* [illegible] *Sacerdote* [illegible] *Dei publicè* [illegible]. Item, Hierosolymæ vigebat ordinaria successio, & tamen doctrina erat corruptissima, [illegible] illi ipsi Sacerdotes Christum in crucem sustulerunt. Ex quibus efficitur, & puritatem doctrinæ sine successione visibili & ordinaria, & rursus [illegible] successionem sine puritate doctrinæ esse posse: [illegible] postulat) alterum alteri necessariò alligatum. Sed sic [illegible] *Ecclesiæ* [illegible]. Quod si [illegible] Turriane, spirituales illas *Ecclesiæ reliquias* longè antepono [illegible] Ecclesiæ visibili [illegible] conspicuæ, quæ externo splendore luceat, [illegible] præfulgeat, denique carnem & ossa habeat, atque [illegible] hoc vero solum Dei protectioni & vindiciæ Ecclesiæ [illegible] erga nos misericordiæ acceptum referimus,

An Christus factum alligarit Ecclesiam ordinaria successione.

Ad hanc in-

1.Thess.2.

1.Reg.12.

1.Reg.19.

2.Reg.16.

2.Chr.28.

Puritas doctrinæ sine successione visibili, & successio visibilis sine puritate doctrinæ esse potest.

Pag.179.

Cauillum Turriani de reliquiis Ecclesiæ, refutatur.

eique

[illegible] grátias agimus, quòd Pontificiis tenebris tam longè latéque diffuſis, [illegible] illas reliquias vobis eſſe inuiſibiles, [illegible] ſed tandem aliquando, vobis [illegible] amplisſima ſeges, non tam inuiſibilis, ſed quam [illegible] oculis dolentibus, vidiſtis, & [illegible] conſpectum clarisſimè prodeuntem. [illegible] quia tibi videris magnificè triumphare dum ita nobis inſultas, [illegible] Ego vicisſim à te quæro, [illegible] Apoſtolicam, ad vſque [illegible] Apoſtolis inſtitu- [illegible] ſecula delituerit? Quæro, inquam, [illegible] ſepul- [illegible] illa ordinatio quam pij maiores obſeruabant in eligendis & ordinandis Eccleſiæ miniſtris? [illegible] ab- [illegible] iampridem ex oculis veſtris ſublata: *[illegible] conſenſu, [illegible] ab Epiſcopis ordina- [illegible] Gregorium.) [illegible] Eccleſia: [illegible]* ab Eugenio Romano Pontifice Schiſmatis [illegible] Epiſcoporum veſtrorum deinceps ſucceſsio profluxerit.) [illegible] Pontificiam [illegible] Romã Eccleſia iampridem non videmus: ſed ea videmus [illegible] illis inſtitutis planè contraria. Tu verò perinde ac [illegible] *Catholica* [illegible] ſed ab ipſo ſenſu [illegible] veſtras ordinationes, [illegible] videmus perpetuas [illegible] gradibus ad [illegible] illa ſacerdotia peruenire ſolebant. At in veſtris ordinationibus, neque dectionem, neque [illegible], neque conſenſum populi videmus. Veſtros Epiſcopos in ſuis Diœceſibus nemo videt præſentes, nemo audit [illegible] plura [illegible] Turriano [illegible], vt nobis [illegible] Catholicam Eccleſiam [illegible] & [illegible] Doctore [illegible], librum [illegible] in Pre[illegible] Quid tunc [illegible] Catholicam [illegible] redigis, vt [illegible] paginas peregrino ſermone exarata, delitescere videatur? Atqui [illegible] *Officiales* [illegible] enim ipſius [illegible]

Ad hanc interrogationẽ Turriani: vbi tamdiu noſtra Eccleſia delituerit, reſponſio.

Can. quoniã. diſt. 24. Can. nullus. & Can. in ordinatione. Can. ſtudii. Can. obitum, Diſt. 16. Can. cleri. Can. vota. Cã. ſacrorum. Diſt. 63. Can. quibuſdam. 1. quæſt. 1. Cã. gratia. Can. quicunque. 1. quæſt. 1. &c. Lib. Sent. 4. Diſt. 25.

dinationes non eas eſſe quas Apoſt. inſtituerunt, & quibus vſa eſt vetus & Apoſt. Eccleſia. Itémq; affirmamus, veſtros Epiſcopos, ſi nomen excipias, nihil cum veteribus Epiſcopis habere cōmune: adeò vt perperam in rebus diſſimillimis ius legitimæ ſucceſſionis quæritur, in qua non tantùm ſimilitudinē ſed etiam propemodum identitatem eſſe neceſſe eſt.

An Eccleſia Rom. ſit Catholica.

Iam vt progrediar vlteriùs, cùm toties repetitis *veſtram Eccleſiam eſſe Catholicam*, dico, Turriane, nihil vos præter merum ſomnium narrare. At mihi profectò videmini illius piſcatoris ſimiles, qui apud Theocritum famem ſuam aureis ſomniis paſcebat. *Olim* (te citante) *conquerebatur Innocentius Pontifex, quòd plerǽque traditiones Eccleſiæ Romanæ non obſeruarent*: quid nunc ergo facere debeant Pontifices Romani? nam vbi eſt iſta Eccleſia Catholica in qua illi principatum exercent? Primum omnes Græcas Eccleſias fateris ipſe non agnoſcere Primatum Romani Pontificis. Idem tibi dicendum eſt de Eccleſiis quotquot ſparſæ ſūt per Aſiam & Africam. In Europa verò noſtra, magnam vides Germaniæ & Heluetiæ partem tuo Pontifici renuntiaſſe. Et id tibi fuit cauſa ſcribendi tuum librum *de Ordinationibus*, quem nunc diſcutio. Ac ne mihi ſint aliæ regiones Europæ oratione peragrandæ, affirmo nullū eſſe regnum, nullam gentem (nec Italiam quidem ipſam excipio) cuius magna pars Pontificium illum Principatum, vel palam non reiiciat, vel (ſi per veſtros ignes & gladios id non licet) apud ſe non deteſtatur. Quare miror te adeo & veritatis & tui ipſius oblitum fuiſſe, vt alicubi in tuo libro ita ſcripſeris: *Quod reliquæ Eccleſiæ*, inquis, *per cunctum Occidentem videmus, verum ita multi in Germania cum Caluinianis, qui iam penè interierunt, adiuuante Deo, experrent, non videtur*. At Turriane, dum improbè tibi tuiſque crudelitate gratularis, tua certè iſthæc gratulatio fuit illa ipſa crudelitate crudelior. Quin etiam non te puduit hæc Aggæi verba citare: *Vniuſquiſque in gladio ad fratrem ſuum: vt inde probes tuum Pontificem iure in Euangelij profeſſores ſæuire poſſe*. Quid? idcircóne in tuo libro ſcripſiſti nos à vobis, velimus nolimus, fratres appellari, vt in noſtrum caput Prophetiam Aggæi implere videamini? Atqui loquitur Aggæus de ipſis Eccleſiæ hoſtibus (quod miror à te non fuiſſe animaduerſum) quos tandem prædicit mutuis vulneribus interituros. Ergo non poteras meliùs damnare tuum Pontificem, quàm dum illum, dum te, tuóſque omnes ſodales Ieſuitas, inter hoſtes Eccleſiæ recenſuiſti. Vtinam verò pacem potius optares, & ſanctam totius orbis Chriſtiani concordiam, quam nos à Deo Opt. Max. totis animis deprecamur, & omni ſtudio totiſque viribus procuramus. Quamobrem deſinite tandem ſanguinem noſtrum poſcere, noſtro iampridem ſanguine, niſi prorſus eſtis inſatiabiles, plusquam ſatiati. Sed (redeundum eſt enim ad propoſitum) cùm vniuerſus propemodum orbis, Pontificium principatum vel prorſus ignoret, vel certè execretur, (idque dum innumerabiles homines in dies magis magiſque faciunt, & facient, adiuuante Deo: tantum abeſt vt illi iam penè interitum ceperint, quemadmodum ſibi falsò perſuaſit Turrianus) conſequitur Eccleſiam Romanam nulla ratione Catholicam dici poſſe: ac proinde fruſtra de Catholicæ Eccleſiæ ſucceſſione gloriari: cuius rei confirmationem Turrianus ex eo Matthæi loco, quem nunc tra-

Pag. 254.

Pag. 297.

De ſæuitia quam Pontificij in Euangelij Profeſſores exercent. P. 248.

Pag. 180.

Pag. 272.

Concluſio. tractauimus, petere voluit: ſed quàm ineptè, confido ex ſuperiori diſputatione omnibus eſſe manifeſtum. Reliquum eſt vt hunc Matthæi locum in ipſum Turrianum ita conuertamus;

Ex his Chriſti verbis, quæ apud Matthæum extant; Ecce, ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi, probatur Eccleſiæ Catholicæ & Epiſcoporum qui Apoſtolis ſuccedunt, perpetua & legitima ſucceſſio (in diſputatione Turriano.) At Romani Pontifices, & Epiſcopi Pontificij ſuam traditionem proponunt, neque docent ea ſeruare, quæ Chriſtus mandauit. Quare cùm Chriſtus promiſerit ſuam præſentiam illi Eccleſiæ quæ docebitur ſeruare quæ ipſe mandauit, ſequitur Eccleſiæ Catholicæ, & Epiſcoporum Apoſtolis ſuccedentium veram & legitimam ſucceſſionem, ad Romanam Eccleſiam nullo modo pertinere.

An Eccleſia Rom. ſit Catholica.

RESPONSIO ET OBIECTIONES Turriani ad ſuperiorem Antonij Sadeelis Diſputationem.

Pag.138. *A[illegible] Clementem citaueram, quem tu prætermiſiſti. Item: Cyprianum in Epiſt. ad Pupianum: Quod dixit, inquit, Apoſtolis, Qui vos audit, &c. Similiter omnibus Epiſcopis qui Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt, dixit. Item: dixi, Proteſtantes certum habere non poſſe an doctrina quam tradunt Apoſtolica ſit, quia non poſſunt per ſucceſſionem vicariæ ordinationis reuocare eam ad Apoſtolos: quo genere vſi ſunt Tert. & Irenæus. Hoc etiam diſſimulaſti. Non quæritur de præſentia Chriſti cum Eccleſia: ſed an promiſerit ſe eſſe aut futurum cum* Pag.136. *Apoſtolis. Quod ſi promiſerit, neceſſe eſt vt in ſucceſſoribus eorum præſtet, &c.* Pag.146. *Et id deducit argumentatio mea: ſemper futuros aliquos qui quod Dominus dixit faciendum eſſe vſque ad conſummationem ſæculi, faciant: prædicare, ſcilicet, & baptizare* Pag.147. *in vniuerſo orbe, id eſt, omnibus gentibus. Non futurus eſt cum Apoſtolis, qui mortui ſunt, ſed cum hæredibus Apoſtolorum, hoc eſt, Epiſcoporum, cùm Apoſtoli permanere* Pag.140 *non potuerunt. Sacerdos accipitur pro populo, ex Cyrillo in 3. cap. Zachar. Tert. De præſcriptionibus: Omne genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt. Itaque tot ac tantæ Eccleſiæ vna eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apoſtolicæ, dum vnam omnes probant vnitatem. Hæc Tertullianus. Primam autem Eccleſiam Romanam dico.*

Prou.10. SADEEL. Veriſſimè à Salomone dictum eſt: *In multiloquio non deeſſe peccatum*: quum ille futilem hominum loquacitatem reprehenderet: quem ſi audiret Turrianus, non tot miſeras paginas verbis ineptiſſimis oneraret: qui ſe tamen demonſtratiuè diſputare gloriatur. Nec enim ſatis habuit ſua, (vt ille ſolitus eſt dicere) millies iam repetita, rurſus hic millies repetere: fragmenta quædam Cypriani, Irenæi, & Tertulliani ſæpius vſurpata reponere: Clementem illum quem in delitiis habet, tertio quoque verbo appellare: Anacletum, Innocentium, & pleroſque alios Pontifices, de re ſua iudices conſtituere: Synodicam Epiſtolam proferre: me ad Indos & Garamantas amandare: (& ne ſingula recenſeam) identidem extra huiuſce diſputationis cancellos ſolum euagari: ſed etiam (quæ fuit hominis impudentia) D. Lutherum felicis memoriæ virum, ſtultiſſimis ac putidiſſimis conuitiis proſcindit, &c. quum ſe dicat ad grauiores occupationes reuocari, tempus tamen Pag.144. 148.&c.

&

[illegible] perdidit commemorandis fabulis & famoſis libellis aduerſus Dom. [illegible] diuulgatis. Quia verò tanti viri doctrina ac probitas hominum memoriæ ſempiternæ commendata, ſatis ipſa ſe tueatur aduerſus eiuſmodi nebulonum calumnias: mihi viſus ſum operæpretium facturus, ſi prætermiſſis iis omnibus quæ Turrianus vel planè extra rem huc aduexit, vel iam ſæpius refutata, reperit: ea paucis diſcutiam, quæ argumentorum ſpeciem aliquam habere videbuntur. Atque vt res tota poſſit facilius intelligi, paucis comprehendamus ea omnia argumenta quæ in hoc loco propoſuit Turrianus. Eſto igitur connexum Turrianicum eiuſmodi: Pag. 185.

Si Christus dixit Apoſtolis: Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæ mandaui vobis: &, Ecce, ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi: Ergo ordinaria ſucceſſio vicariæ ordinationis Epiſcoporum ſemper manebit in Eccleſia vſque ad conſummationem ſeculi. Conſequentia patet: *Quia cùm Apoſtoli non ſemper manſuri fuerint in terris, oportet ſemper futuros eſſe aliquos qui faciant, quod Dominus dixit eſſe faciendum vſque ad conſummationem ſeculi. Ex quo efficitur vt conſequenter, ordinariam illam ſucceſſionem à Chriſto promiſſam, eſſe in Eccleſia Romana.* Huc Turriane, referuntur ea omnia quæ plurimis verbis à te propoſita ſunt, & quæ nos paucis refellemus, non verba numerantes, ſed verborum ſententiam ponderantes. In ſolutione noſtra locum Matthæi fusè expoſuimus: Ex quo perſpicuum eſſe poteſt, quàm falſa ſit conſequentia à te propoſita. Ex hoc enim loquendi genere: *Docete quæ mandaui vobis &c. Ego vobiſcum ſum, &c.* hoc tantum colligi poteſt, Chriſtum ſemper iis adeſſe qui docent quæ ille mandauit. Sic quum in lege dicitur, *Obſeruate præcepta mea:* &, *Ego vobis benedicam:* perinde eſt ac ſi diceret Dominus, ſe benedicturum iis, qui præcepta ipſius obſeruarint. Atque hæc quidem longè abſunt à tua illa conſequentia, quam vt nunc probes, nihil aliud quàm repetis priorem tuam argumentationem: quod quidem probandi genus ſi ſemel recipiatur, longè erit omnium facillimum. Age ergo, quandoquidem huius tuæ conſequentiæ errorem vel non vis, vel non potes deprehendere: connexum tuum euoluamus, & ſingulas eius partes ex legibus peritè diſſerendi examinemus. Ea eſt ſyllogiſmi hypothetici natura, vt tum demum eum eſſe firmiſſimum cognoſcamus, quum pendet à generali aliquo fundamento, quod nunquam conuellatur, & ex quo ſyllogiſmus directus formari poſſit, extra omnem dubitationem conſtitutus. Vt igitur ſuperius connexum valeat, omnino neceſſe eſt hoc theorema verum eſſe in Theologia: *Chriſtum non poſſe aliter præſentem adeſſe ſuæ Eccleſiæ, quam per ſucceſſionem ordinariam vicariæ ordinationis.* Atq; ſyllogiſmus directus erit huiuſmodi:

Leuit. 26. Deut. 28. &c.

Quamdiu Chriſtus præſens adeſt Eccleſiæ, tamdiu in ea durat ordinaria ſucceſſio vicariæ ordinationis.

Atqui Eccleſiæ conditio, vt ipſi Chriſtus præſens ſemper adſit. Ea eſt igitur Eccleſiæ conditio, vt in ea ſemper duret ordinaria ſucceſſio vicariæ ordinationis.

Vides Turriane (vt diſſimulemus te non directè ex Chriſti verbis argumentari, vt paulò antè diximus) totam difficultatem eſſe in maiori.

maiori propoſitione, quæ quidem huiuſce diſputationis controuerſiam
omnem continet adeo vt tantum id proferas quod eſt in quæſtione po
ſitum. Hoc enim inter nos quæritur: *ſitne Chriſti præſentia alligata ordina*
riæ ſucceſſioni vicariæ ordinationis. Vos affirmatis, at nos negamus, & in no
ſtra ſolutione inſtantias omni exceptione maiores attulimus, quemad
modum rurſus nobis infra idoneo loco dicendum erit. Sed quia ratio
nem conſequentiæ [illegible] in tuo connexo, hanc etiam rationem diſp
ciamus. *Apoſtoli,* inquis, *non ſemper erant victuri in terris: oportet igitur ea*
per ſucceſſionem, quæ ad faciendum, quod Dominus dixit ſemper eſſe faciendum. Pri
mùm, ſi velim meo iure agere, quæram, quidnam illud ſit, *quod Domin*
dixit ſemper eſſe faciendum. Dixit quidem Chriſtus *ſe ſemper adfuturum ſu*
ſed non dixit ſemper futuros Apoſtolos, qui omnes gentes doceant. A
poſtolorum enim munus fuiſſe temporarium, & initiis Eccleſiæ Chriſt
anæ accommodatum in ſuperiori noſtra diſputatione ſatis, vt opinor, à
nobis confirmatum eſt. Quinetiam ipſe, tua propemodum retractans
dicis, *Certum quidem Apoſtolorum non hic ſemper futurum eſſe, ſed* [illegible]
[illegible], *hoc eſt, Epiſcoporum.* Vide ergo quàm longè à tergo relinquas
locum Matthæi, pro cuius verbis, ſubſtituis aliena. Verùm, fac [illegible]
preſſe locutum fuiſſe Chriſtum, vt promiſerit ſemper in Eccleſia fu
ros qui doceant: num propterea effeciſti tuam illam ordinariam ſuc
ceſſionem vicariæ ordinationis? Nonne ſentis, mi homo hæc [illegible]
vicariæ ordinationis non rem ipſam, ſed rei modum ſignificare? Itaque [illegible]
Chriſtus nec de ſucceſſione, nec de vicaria ordinatione [illegible]
faciat, debebas aliunde quàm ex hoc Matthæi loco argumentari. Dum
igitur ita concludis: *Semper erunt qui docebunt Eccleſiam: Ergo ſemper* [illegible]
bunt per ſucceſſionem ordinationis: nec manes in loco Matthæi, & pecca
in falſo conſequenti: quia poteſt aliter doceri in Eccleſia, quàm per vi
cariæ ordinationis ſucceſſionem. Docuit enim Chriſtus in Eccleſia do
cuerunt & Apoſtoli: nec tamen per ſucceſſionem vicariæ ordinationi
docuerunt. Et quia vulgò negatis *Apoſtolos ſemper futuros eſſe* [illegible]
cemus in memoriam ea, quæ in diſputatione ſuperiori [illegible] de An
Apoc.11. tichriſto diſſeruimus. Huius enim temporibus prædixit Ioannes futurum
vt Dominus excitet duos teſtes ſuos qui propheticent, & [illegible]
at, qui deuoret inimicos eorum. Quod vos de Elia & Enoch vulgò expo
nitis, & creditis eos à Deo mittendos in terras ante diem nouiſſim
Quæro igitur, an illi Prophetæ quos à Deo mittendos Ioannes præ
dixit, debeant docere *per ſucceſſionem vicariæ ordinationis.* Quod cùm ne
mo ſit, qui dicere audeat: concludamus, ſemper futuros in Eccleſia
qui doceant, licet non ſemper ſit ſucceſſio vicariæ ordination
Quamobrem? inquis. Nempe quia, ſi quando tanta fuerit hominum
corruptio, vt, iuſto Dei iudicio, ſucceſſio vicariæ ordinationis [illegible]
tollatur, nihil ſucceſſionis nomine ac titulo remanente: tum Domi
nus præter ordinem quoſdam excitat qui doceant in Eccleſia, & quo
rum tandem opera legitima ſucceſſio inſtauretur. Iam ergo, Turriane,
tibi gratias agimus, quòd præclarum hunc Matthæi locum produxeris,
ex quo ſententiæ noſtræ veritas magis magiſque eluceſcat. Si quis au
get, quamobrem verbum Dei nõ deſit in eccleſia, quamuis aliquando [illegible]

ea deſit vicariæ ordinationis ſucceſſio: reſpondemus, id fieri eo quòd Chriſtus ſemper adeſt Eccleſiæ ſuæ, ſemper eam fouet ac tuetur, nec permittit in ea verbi diuini miniſterium planè interire. Quæ cùm ita ſint, & ordinatio vicaria non ſit miniſterium, ſed modus propagandi miniſterij, quatenus id licet per legitimam ac veram Paſtorum ſucceſſionem, modus ille ſit omnino neceſſarius (vt dictum eſt) efficitur te perperam modum rei cum re ipſa confundere: adeóque falſum eſſe quod in maiori propoſitione tui ſyllogiſmi audiebamus: Quādiu Chriſtus præſens adeſt Eccleſiæ, tandiu in ea durare ſucceſſionem ordinariam vicariæ ordinationis. Error tuus eſt ex ignoratione elenchi. Quare tuum ſyllogiſmum ignorationis, ſubiecto vero ſyllogiſmo ita corrigamus.

Quamdiu Chriſtus præſens adeſt Eccleſiæ, tamdiu in ea ſunt, qui doceant ipſam Eccleſiam, ſiue id per ſucceſſionem ordinariam, ſiue præter ordinem, ipſa ordinaria ſucceſſione collapſa.

Ea eſt Eccleſiæ conditio, vt ipſi Chriſtus præſens ſemper adſit. Ea eſt igitur Eccleſiæ conditio, vt ſemper in ea ſint qui doceant ipſam Eccleſiam, ſiue id fiat per ſucceſſionem ordinariam, ſiue præter ordinem, ipſa ordinaria ſucceſſione collapſa.

Nunc manifeſtè ex hoc Mathæi loco probemus *Pontifices non habere ordinariam ſucceſſionem vicariæ ordinationis*. Etenim vt demus Chriſtum in hoc loco promittere ſemper fore quoſdam in Eccleſia, qui doceant: certè ſimul addidit Chriſtus quidnam illi docebunt: nempe, *ſeruare ea quæ mandaui*. Hoc autem ad veſtros Epiſcopos affirmamus nihil pertinere: quia non docent quæ mandauit Chriſtus: imò ne docent quidem: cùm igitur neque doceant, neque baptizent, obſecro, quibus tandem lacertis hunc Matthæi locum ad eos trahis ac detorques? Ego verò inde efficio, illos non habere ordinariam ſucceſſionem. Nam Chriſtus de re ipſa, non de ſolo nomine locutus eſt. Non enim promiſit ſemper futuros qui vel Epiſcopi, vel presbyteri nominentur: ſed promiſit futuros (vt ipſe etiam confiteris) qui faciant: hoc eſt, qui baptizent, & qui doceant quæ mandauit Chriſtus. Amplius dico: Epiſcopos tuos ne ordinariam quidem ſucceſſionem vicariæ ordinationis poſſe ſibi meritò arrogare: quandoquidem non ordinantur ex præſcriptis Apoſtolicis. *Ordinarium* autem id propriè dicitur, non quod in more eſt poſitū (vt vulgò loquimur) ſed in quo viget & durat ordo ab initio præſcriptus. Nam *ab ordine, ordinarium*, dictum eſt. Cùm igitur in creandis tuis Epiſcopis neque legitima electio, neque morum & doctrinæ probatio, neque populi conſenſus locum vllum habeat: affirmò, veſtras ordinationes non eſſe ordinarias, hoc eſt, ab ordine Apoſtolico profectas. Quòd ſi dicas, ordinationes apud vos ex veſtro ordine fieri, ac propterea eſſe ordinarias: ergo iactate non Apoſtolicam, ſed Pontificiam ſucceſſionem in veſtra illa vicaria ordinatione. Hîc verò, Turriane, tuum illud ſoles repetere: *dicis & non probas*, inquis. Nóſne igitur adeo exiſtimas eſſe tuis idolis ſimiles, *quæ oculos habent & non vident: aureſq; habent & non audiunt*, vt veſtras corruptelas, in oculis & auribus omnium poſitas, nec videamus nec etiam audiamus? Siccine putas, vbi ſemel nobis tuum Pontificem, tanquam Meduſæum caput oſtentaueris, nos illicò in lapides eſſe conuerſos? Abi monache, omnium monachorum impudentiſſime, quem non puduit affirmare, illum ipſum ordinem in creandis Eccleſiæ Miniſtris ab Apoſt. inſtitutum, ſanctè & religioſè in Eccleſia Rom. etiamnum hodie obſeruari. Confer igitur tuas ordinationes cum iis, quæ ſcripſit Paulus ad Tim. & ad Titum, & quæ Lucas commemorat in Act. Apoſtolicis: & ſi quid fortè tibi frontis ac pudoris ſupereſt, tandem erubeſce. Atque hæc de *ſucceſſione ordinaria vicariæ ordinationis* nobis dicta ſunt. Ex quibus intelligi poteſt, in Eccleſia Romana neque doctrinæ Apoſtolicæ, neque vicariæ ordinationis ſucceſſionem, niſi titularem, poſſe reperiri. Poſtquam igitur paucis comprehendimus ſummam totius loci ſupereſt, ut & alia ea quæ profers, excutiamus: quorum refutatio ex iis, quæ nunc à nobis dicta ſunt, facillimè poterit intelligi.

Ep. ad Florẽt. Pupia.

Conquereris quòd *Clementem tuum à te citatum [illegible]* & quem fortè eò pluris facis, quòd eum illum feceris interpretatum. Quaſi verò curemus Clementinas nugas Turrianicis nugis cumulatas. Sed addis, *te ſimul citaſſe Cyprianum, qui verba Chriſti: Qui vos audit, me audit: dixit pertinere ad omnes Præpoſitos, qui Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt.* Quid nonne etiam, (ut ſuperius) verba Chriſti ad ipſos Apoſtolos pertinebant? At qui Apoſtolis non ſuccedebant ſucceſſione vicariæ ordinationis. Item illi Prophetæ, quos homines dixit *aduerſus [illegible] excitandos*, ſunt-ne excluſi etiam hoc Matthæi loco? Itaque nec Cyprianus locum illum reſtringit ad vicariam ordinationem, ſed loquitur de veris præpoſitis, doctrinam Euangelicam purè ac ſyncerè annunciantib. Quocirca Cypriani teſtimonium ad veſtros Epiſcopos nihil attinet. Vide quæ [illegible] epiſt. ille ipſe commemoret *de ſua in obeundo ſuo munere diligentia & [illegible]*, & ita ſi [illegible] parte Cipriani nomini & gloriæ, vt cum illo tuos Epiſcopos ne compares. Porrò non poſſum ſatis mirari totum hoc concludendi genus: *Cyprianus accommodauit verba Chriſti quæ ſunt apud Lucam præpoſitis Eccleſiæ qui Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt: Ergo hic locus Matthæi de quo diſputamus, ad ſucceſſionem vicariæ ordinationis pertinet.* Sic ſoles ab uno loco ad alium tranſire. Obiicis etiam, *[illegible] non habere [illegible], [illegible] ſunt Apoſtolica: quia non poſſunt [illegible] Apoſtolis per ſucceſſionem vicariæ ordinationis, quo probationis genere ab Irenæo & Tertulliano vſos eſſe.*

De Præſc. hæret.

Reſpondeo, ineptiſſimũ eſſe hanc ratiocinationem [illegible] probare doctrinam quam profitentur in ſcriptis Prophetic. & Apoſtolicis contineri: quo probationis genere, tanquam [illegible], Irenæus & Tertullianus vſi ſunt.

Contr. hæreſ. l. 3. c. 1.

Nam (vt inquit Irenæus) *Euangelium quod quidem ad nos Apoſtoli tunc prædicauerunt, poſtea verò per voluntatem Dei in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei noſtræ futurum.* Quem locum ſuſè perſecuti ſumus in libello noſtro, *De legitima vocatione paſtorum Eccleſiæ.* Dices: illos etiam ſucceſſionem Epiſcoporum hæreticis obieciſſe, fateor: cùm enim Valentinus, Marcion, & reliqui eiuſmodi hæretici ſuis erroribus prætexerent traditiones non ſcriptas, tanquam ab Apoſt. profectas: æquum fuit illis opponere ſanam doctrinam ſcriptis Apoſt. confirmatam, & in Eccleſia Chriſti, inde vſq; ab Apoſt. temporib. continua ſucceſſione propagatã. Atq; in hac cauſa, Turriane, potius eſſe hæreticorum ſimiles, quàm cum Irenæo aut Tertulliano efferendi. Vos enim ſcriptis Apoſtolicis deſtituti, traditiones non ſcriptas vrgetis, è Pontificum Romanorum pectu depromptas; quas nos certiſſimis Scripturæ teſtimoniis freti, repudiamus. Fruſtra igitur Irenæum, & Tertullianum appellatis, quorum rationes in veſtrũ caput retorquendæ ſunt, quemadmodum, alibi à nobis copioſius dictũ eſt. Non agitur, inquis, *de præſentia Chriſti in Eccleſia.* quamobrem obſecro? Tune Epiſcopos excludis ab Eccleſia? Certè ſi verſaris in loco Matthæi, quem obiicis, tibi neceſſariò agendum eſt de præſentia Chriſti cum Eccleſia. Rectè enim Auguſt. *Quòd dixit: ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi,* inquit, *eum vniuerſæ Eccleſiæ promiſiſſe quæ aliis morientib. aliis naſcentibus, hîc vſque in ſeculi conſummationem futura eſt, quis non intelligit?* Epiſt. 80. At enim, inquis, *de Apoſtolis ipſis quæſtio eſt, quibuſcum promiſit Chriſtus ſe ſemper futurum: at Apoſtoli non potuerunt hîc permanere.* Si de ipſis Apoſtolis loqueris, non video cur neges Chriſtum cum illis eſſe, poſtquam in cœleſtem requiem recepti ſunt: ſiquidem audis Paulum *cupientem diſſolui & eſſe cum Chriſto.* Phil. 1. Sin autem vlterius etiam progrederis, dic ſodes, cur in Apoſtolis ſolos Epiſcopos vis intelligi, ac non potius cum Auguſtino vniuerſam Eccleſiam? in qua ſententia alios quoque veteres fuiſſe, in Pag. 139. ſolutione noſtra probauimus, & tu in hoc ſcripto tuo agnouiſti: neque diffiteris quin locus Matthæi ſit ad totam Eccleſiam referendus. Quis enim non videt Chriſti verba ad eos omnes ſpectare qui doctrinam ab Apoſtolis annunciatam erant vera fide recepturi? Tu verò in nectendis argumentationib. longè infœliciſſimus, ſemper peccas in conſequenti. Nec enim conſectarium eſt, *ſi oportet ſemper exiſtere quoſdam, quibus Chriſti promiſſio conueniat, idcirco ſemper futuram ſucceſſionem ordinariam vicariæ ordinationis:* vt ſuprà diximus, quum tuam concluſionem ex præceptis rectè diſſerendi redargueremus. Quod addis ex Cyrillo, *Sacerdotem accipi pro populo,* egregiè fauet locum Matthæi ad vniuerſam Eccleſiam referentibus. Porrò Tertulliani verba non ſatis prudenter attuliſti, quibus iubet nos *ad primam originem redire, vt de veritate doctrinæ iudicemus.* Hoc enim vnum poſcimus, hoc vrgemus, vt illa demum doctrina recipiatur, quam Apoſtoli viua voce traditam, ſcriptis mandarunt: vt ita Eccleſia huius ſeculi verè poſſit cenſeri prima illa & Apoſtolica Eccleſia. Tu verò pluſquam ridiculus es, qui *primam Eccleſiam apud Tertullianũ exponas de Eccleſia Romana, à qua, ſcilicet, reliquæ Eccleſiæ profluxerunt.* Cedo, mi homo, niſi tua tuorumque ſomnia oblitus es, nonne dixiſti *Eccleſiam Romanam tum demum primam fuiſſe, quum Petrus Romam profectus eſt?* Ergo-ne Hieroſolymitana Eccleſia, Antiochena, ac reliquæ propè innumerabiles Eccleſiæ florentiſſimæ ab Apoſt. inſtitutæ ante illam commentitiam Petri profectionem à Romana Eccleſia profluxerunt? Te, cùm non poſſis ex locis Scripturæ argumentari (quod tamen factum oportuit, ſiquidem Theologicè & demonſtratiuè diſſeris) ex veterum ſcriptis diſputantem, quoad eius fieri poteſt, fero ac patior: ſed hoc ferre non poſſum, vt non iam ex ipſis veterum ſcriptis, ſed ex inepta ridiculaque tua interpretatione, qua veterum ſententiam deprauas, tua conficias argumenta. Nimirum hoc te male habet, quòd Tertullianus omnes Eccleſias, veram Euangelij doctrinam profitentes, dixit eſſe primam: hoc inquam, te vrit, pro vaſtus Rom. Eccleſiæ primatu decertantem. Verùm quid facias? hic teſtis à te productus teſtimonium dixit, & nos cum prima Apoſtolorum Eccleſia coniunxit, cuius probamus veritatem. Iam videamus quàm fauſtè reliqua perſequaris.

II. Pag.141. **TVRRIAN.** *Hanc vim habet argumentatio tua: Chriſtus præcepit Apoſtolis docere quæcumque mandauit. Ergo non ſunt ſucceſſores Apoſtolorum ij qui ordinariam habent ſucceſſionem vitæ in ordinatione: id eſt: ij qui in locum eorum per* 1.Tim.4. *Propheticam cum impoſitione manuum presbyterij ordinati ſunt. Iudicet Academia Sadeelis an quidquam ſutilius induci potuerit.*

SADEEL. Vim argumentationis noſtræ lectores non ex tuis, ſed ex noſtris verbis facillimè colligent. Dixi, in hoc Matthæi loco notam fuiſſe appoſitam, ex qua certò dignoſcere poſſumus, quinam illi ſint quibus ſe ſemper affuturum Chriſtus promiſit: nempe, *docere ea quæ Chriſtus mandauit.* Ita igitur connexum noſtrum formetur, vt videamus quam fideliter, ſcilicet, & probè, hoc eſt, monachali fide, argumentationē meam recitaueris. *Si Chriſtus promiſit ſe perpetuò affuturum iis qui docebant quæ mandauit, nullámque ſtatis vicariæ ordinationis mentionem: & Epiſcopi Pontificij non docent quæ mandauit Chriſtus, imò ea docent quibus certè hæc Chriſti promiſſio ad Epiſcopos Pontificios non pertinet, quantumuis docet ſtatis vicariam ordinationem.* Explica nobis, Turriane, quid in forma huius connexi deſideres. Quare ne fruſtra meam Academiā toties, tum in hoc tuo, tū in ſuperiori libro appellaſſe videaris, id tibi dat illa conſilij, vt diſcas à tuis ſodalibus te doctioribus in arte diſſerendi, hæc duo, videlicet, *Docere quæ mandauit Chriſtus, & Non docere quæ mandauit Chriſtus*, eſſe contradictoriè oppoſita: vim autem contradictionis eſſe maximam in veri & falſi diiudicatione: adeò vt connexum hoc noſtrum firmiſſimum eſſe neceſſe ſit. Atque hæc de ſtulta tua reprehenſione, & de vi noſtræ argumentationis, quam noluiſti percipere, quia non potuiſti ſoluere. Denique, 1.Tim.4. facis iniquiſſimè, qui verba Pauli ad Timotheū, in quibus Prophetiæ meminit, ad tuos Epiſcopos detorqueas, quibus nihil eſt cū ea Prophetia commune. Quare præſtat illis accommodare Prophetiam Ioannis in Apocalypſi, quam de Antichriſto & de beſtiis tandem euenturis prophetaret.

III. Pag.142. **TVRRIAN.** *Non excludo ſucceſſionem doctrinæ Apoſtolicæ: ſed Scripturæ morem ſequimur, quæ quum duo ſunt quæ ſeiungi non debent, frequentiſſimè ſolet habere alterum nominare, vt vtrumque intelligatur: vt quum dicit hominem iuſti-* Pag.142. *ficari per fidem abſque operibus legis: fidem cum charitate intelligit. Ignatius ad Smyrnenſ. Sequimini omnes Epiſcopum, vt Chriſtus patrem, & Presbyterium tanquam Apoſtolos. Presbyterium vocat vtrique Epiſcoporum. Nemo negat non poſſe* Pag.143. *eſſe ſucceſſores Apoſtolorum, qui doctrinam Apoſtolorum non docent: Sed probo Epiſcopos noſtros tales eſſe. Scribit Ioannes: Quod audiſtis ab initio, in vobis per-* 1.Ioan.2. *maneat. Id hic nobis permanet. At vobis vbique carceres, cruces & ignes parati.*

SADEEL. Is eſt mos Scripturæ, vt quę ſunt præcipua, ea inprimis commemoret atque vrgeat, ad eáque nos omnino intentos eſſe velit: contrà, hic eſt mos tuus, Turriane, vt quæ ſunt grauiſſima, & maximi momenti, ea tu negligas, in rebus leuioribus perpetuò occuparis. Etenim nis doctrinæ cuius nominatim Chriſtus in hoc Mathæi loco meminit, nullam feciſti hactenus mentionem: vicariam autem ordinationem, de qua Chriſtus ibi locutus non eſt, identidem inculcaſti, & in ea cauſæ tuæ, tuorumque Epiſcoporum præſidia omnia collocaſti. Perperam igitur nomen *Scripturæ* hic prætexis. Exemplū autem non ſatis accommodatum proponis. *Licet enim fidei & charitas actu ſeiungi non debeant,* ratione tamen diſtinguuntur: idque tum maximè, quum de gratuita per Chriſtum iuſtificatione agitur. Nam *fides* non dicitur *iuſtificare*, quia charitatem habet: ſed quia Chriſtum amplectitur, *quem Paulus ait nobis eſſe factum à Deo iuſtitiam.* 1.Cor.1 Hoc autem ſignificat idem Apoſtolus, quum opera legis nominatim excludit: tantum abeſt vt nomine fidei velit etiam intelligi charitatem, agens de fidei iuſtificatione. Sed de his hactenus: ne extra propoſitam quæſtionem vagari videamur. Porrò Ignatius, aut quiſquis tandem ſit illarum Epiſtolarum author, tibi non fauet: loquitur enim de vero Eccleſiæ Paſtore, qui nihil aliud docet, quàm quod ab ipſo Chriſto accepit, hoc eſt, quod didicit ex ſacris literis, quales Eccleſiæ Paſtores ſequendos eſſe nos quoque dicimus: quippe Paulum audientes ita Corinthios adhortantem: *Imitatores mei eſtote, inquit, ſicut & ego Chriſti.* 1.Cor.11 Ac propterea tuos Epiſcopos ſequi nolumus eo quòd Chriſtum non ſequuntur, qui nos ab eiuſmodi hominibus ſequendis hac præclara ſententia reuocauit: *Si cæcus cæcum ducat,* Mat.15 inquit, *ambo in foueam cadent.* Interpretationem autem tuam reiicio, qua *presbyterium de Synodo Epiſcoporum* exponis: quod tum à vocabuli ſignificatione (de qua nobis agendum erit infra loc. 12.) tum etiam ab ipſius authoris ſententia planè alienum eſt. Perſpicuum eſt enim illius temporibus iam obtinuiſſe *ſtatutum illud de Epiſcopo, reliquis presbyteris anteponendo: quorum presbyterorum conſeſſum, Presbyterium appellauit:* & in hoc ſenſu apud Cyprianum vocabulum illud aliquoties reperitur. Atque id te ignoraſſe mirum eſt, cùm vel digitis ipſis attrectari poſſit illud incommodum quod ex tua interpretatione ſequeretur. Cùm enim Epiſcopum conferat iſte author cum Chriſto (quàm rectè nunc non diſputo) & presbyterium cum Apoſtolis: certè presbyterio Epiſcopum prætulit: cùm tamen vni Epiſcopo Synodus Epiſcoporum ſit præferenda. Sed iam Ignatium nec benè citatum, & malè à te intellectum nos cum bona gratia dimittamus. Poſtremò magna tibi à nobis habenda eſt gratia, Franciſce, *qui neges eos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores, qui doctrinam Apoſtolorum non docent.* Quo vno verbo te cauſæ iacturam feciſſe facilè videbunt ii, qui ſibi ſua ſponte oculos perſtringere noluerint, & (vt Iuſtini Martyris prouerbium vſurpem) id quod acerbum eſt abſorbere. Ineptè autem à me flagitas, vt id probem de quo nec iuris quæſtio eſſe debet, nec facti eſſe poteſt. Quòd ſi in Romana Eccleſia manſiſſet id quod ab initio audierat (vt ais, ad locum Iohannis alludens) non ille tuus Pontifex tot proſtratis afflictiſque Eccleſiis dominaretur: ſed in illa Eccleſia pios Doctores ac Paſtores videremus, qui ſinceram doctrinam proferrent & Chriſtianam charitatem ac modeſtiam, potius quàm carcerem, crucem, ignesque ſpirarent. Quare pro ſuperiore loco quo abuſus es, hunc tibi Iohannis locum repono, tuis ignibus longè

conue-

1.Ioan.3

Ioan.8.

conuenientiorem. *Cupiditates,* inquit, *patris veſtri vultis explere. Ille fuit homicida ab initio, & in veritate non perſtitit: non eſt enim veritas in eo.* Ac de tuis argumentis igniuomis hactenus.

IIII.
Pag.144
Pag.145

Tvrrian. *Cum verbum Dei non poſſit audiri ſine prædicante, nec aliquis prædicare niſi mittatur, conſequens eſt vt traditio Apoſtolicæ doctrinæ non niſi per ſucceſſiones Epiſcoporum, qui ipſis Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt, ad nos perueniat: Et illa eſt Apoſtolica doctrinæ ſucceſſio, quam per ſucceſſiones Epiſcoporum Catholicorum vſq; ad Apoſtolos reuocare poſſumus: Epiſcopi rectè & legitimè vocati ſunt, quia authoritate primi Epiſcopi ſucceſſoris Petri ordinationes eorum factæ ſunt, approbata priùs eorum confeſſione fidei, & habita quæſtione de moribus & populis eorum aſſentientibus. Tu vtrumq; horum negabis: quia nolles ita eſſe.*

Rom.10.

Sadeel. Argumentum hoc tuum (quantum coniicio) petitum eſt ex his Pauli verbis in Epiſt. ad Rom. *Quomodo,* inquit, *audient abſque prædicante? quomodo autem prædicabunt, niſi miſſi fuerint?* Hæc Apoſtolus: ex quibus ſcilicet *ſucceſſionem Epiſcoporum per vicariam ordinationem* egregiè probas. Vt igitur vno verbo nebulam tui Sophiſmatis diſcutiam: Paralogiſmus tuus eſt in verbo *mittendi.* Etenim qui prædicent verbum Dei mitti poſſunt tum ordinaria vocatione, tum præter ordinem, & ſine ſucceſſione vicariæ ordinationis. Quòd ſi quæras vndènam vocationem extraordinariam probem: nimirum ex illo ipſo loco quem citaſti. Nam, obſecro te, quoſnam hic dicit miſſos fuiſſe Paulus? Nònne Apoſt. ipſos qui non ex ſucceſſione ordinaria, ſed extra ordinem à Chriſto & vocati ſunt, & miſſi vt Euangelium omnib. gentibus prædicarent? Expende igitur hæc Pauli verba in illo loco à te producto: *hoc eſt,* inquit, *verbum fidei quod prædicamus:* & paulò pòſt ex Eſaia: *Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, &c.* Hæc inquam, apud te conſidera, & deſine credere, *nulla alia ratione homines miſſi à Deo ad prædicandum Euang. quàm vicaria ordinatione.* Porrò ecquod eſt hoc concludendi genus: *non poteſt audiri verbum abſq; prædicante: non poſſunt prædicare, niſi qui mittuntur: ergo traditio Apoſt. doctrinæ ad nos non peruenit niſi per ſucceſſionem Epiſcoporum.* Vt enim prætereamus quæ iam dicta ſunt de verbo *mittendi,* nonne vides te ſuperfluam & inanem reddere Scripturam ſacram, ſi quæ Apoſt. tradiderunt *nulla alia ratione poſſunt quàm per Epiſcoporum ſucceſſionem ad nos peruenire?* ô blaſphemum monachum! Quanto veriùs Irenęus! *Si Apoſtoli,* inquit, *Scripturas non reliquiſſent nobis, nonne oportebat ſequi ordinem traditionis?* hæc ille. Perge autem ita ratiocinari: *Atqui Apoſtoli Scripturas nobis reliquerunt: Quare ineptus eſt Turrianus, qui nos ad ordinem traditionis neceſſariò reuocat.* Sed quia tuum hunc errorem *de traditionibus* ſupra in loco 4. ſpero à me profligatum, hoc tantùm dicemus: Nos eam demum *traditionem Apoſtolicam* agnoſcere, quàm nobis Apoſtoli clariſſimis Scripturæ ſacræ monimentis teſtatam, conſignatamque reliquerunt: contrà, Pontificios errores atque omnia hominum commenta procul abiicere, quę tui Pontifices alij aliis ſuccedentes, & errores erroribus cumulantes, in Eccleſiam inuexerunt. Quamobrem, licet hunc errorem grauiſſimũ diſſimularèmus, (quod abſit) nihil tamen aliud poſſes vnquam ex Pauli verbis concludere, præter hoc vnum: nempe in Eccleſiis viſibilibus ex

Aduerſ. Hæreſ. li. 3. c. 4

doctrina Apoſtol. conſtitutis ſynceram prædicationem verbi Dei legitimo & ab Apoſtolis inſtituto ordine propagari. Et tu, ſcilicet, hæc ad tuos Epiſcopos accommodas? hæc, inquam, verba Pauli tuis Epiſcopis audes tribuere? Imò verò nos inde colligamus, Pontificios Epiſcopos non eſſe à Deo miſſos, quia verbum Dei non prædicant, imò ne prædicant quidem. Nec verum eſt quod dicis, *Apoſtolicæ doctrinæ ſucceſſionem inde vſque ab Apoſtolis per Epiſcoporum ſucceſſionem poſſe venire*. Aliud eſt enim Epiſcopos numerare, quàm Apoſtolicæ doctrinæ proferre ſucceſſionem. Quòd ſi mihi non aſſentiris, fac ipſe periculum, & veſtra commenta de purgatorio, de ſanctorum intercesſione (vt vulgò dicitis) de miſſa, de idolis, & ſexcentis eiuſmodi humanis ſomniis reuoca ſi potes, ad traditionem Apoſtolicam: hoc eſt, ad Apoſtolorum ſcripta: & videbis quem exitum ſis habiturus. Ac, ne erres, ne nobis pro *traditione Apoſtolica* obtrudas Clementinas & reliquas eiuſmodi traditiones: ſemper enim hoc à nobis audies: Apoſtolicam doctrinam fuiſſe ab Apoſtolis conſcriptam, ex quorum ſcriptis diſcere poſſumus, ac debemus, quidnam illi Eccleſiæ viua voce tradiderint. Sed de hac re copioſius egimus in noſtra diſputatione *de verbo Dei ſcripto aduerſus humanas traditiones.*

Hoc verò quod addis de *tui Pontificis authoritate*, quibus tandem argumentis concluſiſti? *Epiſcopi*, inquis, *verè & legitimè vocantur, quia authoritate Pontificis ſucceſſoris Petri factæ ſunt eorum ordinationes.* Verùm enimverò, vnde tanta Pontificis authoritas? Et quodnam eſt illud Pontificis munus? *Succeſſor eſt Petri*, inquis. Iam [illegible] mitto quàm hoc falſum ſit: hac enim de re ſatis, vt arbitror, antè fuit à nobis diſputatum) hoc tantum quæro, Petrus-ne id muneris habuerit, vt ſua authoritate Apoſtolorum vocationem confirmaret (cum iis enim Epiſcopos ſoles conferre) & quàm id præclarè conueniat cum iis quæ dicit Paulus in Epiſtola ad Galatas? Item quæro: an non etiam ad Petrum hæc verba Chriſti pertineant: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* Quod poſtremum ſi negari non poteſt, explica igitur nobis, quiſnam ſit iſte tuus commentitius *Petri ſucceſſor*, qui nihil vnquam faciat eorum quæ Petrus iuſſus eſt facere (nunquam enim loco mouetur tuus Pontifex, nunquam baptizat) & ea tantùm faciat, quę nec fecit Petrus, nec facere debuit. *At enim*, inquis, *ſi non docent, curant vt alij doceant.* Siccinè ais? Verùm ſic Chriſtus: *Ite*, inquit, *docete, baptizate*: quę quidem vos ita exponitis vt ſi Chriſtus diceret: *Vos, manete, at curate vt alij doceant: vos, domi ſtertite, at curate vt alij baptizent*. O probos verborum Chriſti interpretes! Ego verò, Turriane, hoc præſtantiſſimo loco Matthæi fretus affirmo, nec tuum Pontificem, nec tuos Epiſcopos aliam habere quàm ſolius tituli ac nominis ſucceſſionem: quandoquidem in illis nullam rei ſucceſſionem animaduertimus. Quum autem ea ſcriberes, quę ſubiicis de confeſſione fidei approbata, & habita quęſtione de moribus, & de populorum conſenſu (quæ quidem omnia velim ita eſſe, voſque adeo omnes eſſe ex Euangelicis præceptis reformatos: ſed tu id nolis: quippe ex eorum numero qui, vt ait Pſaltes, *diligunt malitiam præ bono, & iniquitatem magis* *quos loqui mendacia*) miror qui factum fuerit, vt præ pudore atque horrore tanti mendacij, calamus tibi de manibus non exciderit: niſi fortè *confeſſionem fidei* appellas, quum Epiſcopi in tui Pontificis verba iurare ſolent.

V. Pag.147. Pag.151. TVRRIAN. *Quis tibi dedit ſtatum exteriorem & viſibilem Eccleſiæ non ſemper eſſe eundem? Si Chriſtus promiſit vt perpetuò maneret verbum Dei in Eccleſia, nonne etiam promiſit vt legitimus ordo prædicantium maneret? hoc concedis Antonine.*

SADEEL. Nolo mihi des, quod vi veritatis à te ſatis extorqueo. Tu verò finge me tibi dare, quod nulla ratione obtinere potes. Sed ô Turriane, certè credam illum [illegible] eſſe, qui minus tibi tuiſque ſodalibus dare velit. Quòd ſi alterum in vos liberalitas æquè clauſa eſſet, non tot diuitiis abundaretis, nec tam longas in Europa radices ageretis. Ego igitur non do, vt ais, ſed pernego *ſtatum exteriorem ac viſibilem Eccleſiæ ſemper eundem eſſe*: quod non tantum rationibus certiſſimis, ſed etiam manifeſtiſſima experientia rerumque ipſarum euentu ſatis comprobatur. Niſi fortè ad Apoſtolorum tempora referas (vt ſi taceam alia prætermittam) iſtos Primates, Archiepiſcopos, addo etiam Cardinales, qui ſibi ſolis Pontificatum tandem arrogarunt: primum omnibus, nunc autem ſolis Cardinalibus Italis, qui excluſis aliis, dignitatem Pontificiam quaſi hæreditario iure ſoli iam poſſident. Sic olim, ſcilicet, Apoſtoli rubricati, & galero purpureo coronati, magna clientum caterua vndique ſtipati, per medium Hieroſolymam obequitantes magno tormentorum bellicorum ſtrepitu, Petri principis aream petere ſolebant. Sed iam tuam rationem audiamus. *Promiſit, inquis, Deus vt perpetuò maneret verbum ſuum in Eccleſia: ergo promiſit etiam vt ſtatus exterior Eccleſiaſtici Miniſterij idem maneret.* quomodo tandem illud efficis? Tu ne intra vallum tuum philoſophicum contra huiuſmodi argumenta ſolummodo fabricare, à rei ſubſtantia ad formam exteriorem ratiocinans? Imo verò tibi ſtatuendum eſt, verbum Dei manere in Eccleſia, quicunque tandem *exterior Eccleſiæ ſtatus* fuerit. Promiſit Dominus verè quæ promiſit exitum habeant: promiſit autem, manſurum eſſe ſuum verbum: ſed *eundem eſſe Eccleſiæ, aut Miniſterij Eccleſiaſtici ſtatum viſibilem ſemper fore*, nuſquam promiſit: quare non prouidit *vt idem ſtatus exterior ſemper maneret*. Imo verò & ſcripta Prophetica & Apoſtolica ſatis docent, & ipſa experientia manifeſtiſſimè comprobauit, *ſtatum exteriorem Eccleſiæ* florentiſſimum non ſemper manere: ita ſummo Dei iudicio hominum ingratitudinem rerumque diuinarum contemptum vlciſcente. Præclarè enim Auguſtinus: *Ipſa eſt Eccleſia, quæ aliquando obſcuratur, & tanquam obnubilatur multitudine ſcandalorum, quando peccatores intendunt arcum, vt ſagittent in obſcura luna rectos corde.* Hæc ille. Epiſt.48.

VI. Pag.148. Pag.149. TVRR. *Traditionis idoneus teſtis eſt conſuetudo, inquit Tertullianus, &c. Nullam habetis exteriorem formam Eccleſiæ, quia Epiſcopos non habetis.*

De cor.milit. SADEEL. Locum Tertulliani expoſuimus in noſtra diſputatione, *de verbo Dei ſcripto*. Ibi enim agit Tertullianus de quibuſdam externis ritibus, qui tum paſſim à Chriſtianis obſeruabantur: addo etiam: quorum iam nullus propè ſupereſt, ne in ipſa quidem Romana Eccleſia.

Sed cùm agitur de ipſis dogmatibus ac de rebus planè ſaluti Eccleſiæ neceſſariis, quid quod idem Tertullianus alibi docuerit. Aufer, inquit, hæreticis quæ cum Ethnicis ſapiunt, vt de Scripturis ſolis quæſtiones ſuas ſiſtant, & ſtare non poterunt. Item, doceat, inquit, Hermogenes ſcriptum eſſe: ſi non eſt ſcriptum, timeat væ illud, adiicientibus, aut detrahentibus deſtinatum. Et Auguſtinus, Nec Epiſcopis Catholicis conſentiendum eſt, ſicubi forte falluntur, vt contra Canonicas Dei Scripturas, aliquid ſentiant, inquit. Quare tibi conſuetudinis patrono obiicio, quod præclarè à veteribus, adeoque ab ipſo Tertulliano dictum eſt: Chriſtus Dominus ſe veritatem, non conſuetudinem [illegible] cognominauit. Rectè etiam Auguſtinus, Peccata quamuis magna, inquit, & horrenda, cùm in conſuetudinem venerint, aut parua aut nulla eſſe creduntur: ita vt non ſolum non occultanda, verum etiam prædicanda ac diffamanda videantur. Atque hæc de tua corruptela ſolius conſuetudinis vitio roborata. Nos autem tales Epiſcopos habemus, quales habuit Apoſtolica Eccleſia, non quales veſtra conſuetudo in Eccleſiam inuexit.

De reſur. carn.
Aduerſ. Hermog.
De vnit. Eccl. cap. 10.
Tert. de Virg. Veland.
Enchir. cap. 80.

VII. TVRRIAN. *Conſuetum diſceſſiſſe* [illegible] *ſolos Apoſtolos* [illegible] *doctrinam* [illegible]. [illegible] *eſt* [illegible] *conſeruandi* [illegible] *eſſe* [illegible] *Lex, quia non ſemper erat manſura, potuit conſeruari modo* [illegible] *conſeruata igitur ſit* [illegible] *ordo* [illegible]

VII.
Pag. 151.
Pag. 152.
Pag. 151.
Pag. 152.

RESPONSIO. Imò verò, Turriane, cùm Epiſcopi [illegible] *diſceſſiſſent*, neque doctrinam Apoſtolicam conſeruarint (ſicuti vos confitemini) ex quo factum eſt, vt Dominus [illegible] & Apoſtolicæ doctrinæ veritatem mirandis modis [illegible] ſine *vlla* [illegible] *ſucceſſione* [illegible]. Quemadmodum [illegible] veſtris erroribus liberati ſeſe ad veritatem Euangelicam reci[illegible] *ab Apoſtolis* [illegible] in noſtris [illegible] Sophiſtam [illegible] tum eſt. Quod autem concludis, *ſi modus conſeruandæ doctrinæ fuit* [illegible] [illegible]. Semper enim ad tuum errorem reuolueris, [illegible] modo confundens. Quæ etiam te ipſe refellis [illegible] quod addis de Eccleſia Iſraelitica dicis enim *Legem fuiſſe conſeruatam* [illegible] ita ad te refellendum verbis ipſis [illegible]. Nec enim [illegible] quam [illegible] ordinatio conſeruauit tempore, inquis, [illegible] *Lex* [illegible]. At enim [illegible] Euangelio ſemper manſuro. Quod enim ſemper [illegible] eſt, id tamen [illegible] eſſe [illegible]. Perperam igitur ratiocinaris, & non [illegible] quàm ſit rerum conſeruandarum natura. *Verbo, inquis, non fuit* [illegible] *ſed intermiſſio.* Tibi fortaſſis idem videtur interruptio, [illegible] alioqui intermiſſio ne cogitari quidem poteſt [illegible] interruptione. Sed ſit ſanè interruptum, ſiue, vt mauis, intermiſſum [illegible] in Eccleſia Iſraelitica, ipſa nihilominus Ec-

[illegible] Eccleſiam non eſſe [illegible] Eccleſiaſtico [illegible] Atque id nos [illegible] tis confirmus.

TVRRIANI. [illegible] Propheta [illegible]

VIII
Pag.154.
Pag.155.
Pag.15[illegible]
Pag.15[illegible]
Pag.159.

[illegible] Ex proculdubio [illegible] Sophiſmatis [illegible] dias collocare. Quin etiam, cùm Paulus [illegible]

In 1.Cor. hom.36. in 1. Cor. cap.14.

[illegible] ordinem glorietur. Atque [illegible] Apoſtolorum ſucceſſores. [illegible]

IX
Pag.60.

Luc.22.

[illegible] Quod verò attinet ad Ariſtotelem [illegible]

Phyſic.4.

[illegible]

in Episcopis, ut ex Graecorum [illegible] in Regno [illegible] illa [illegible] nihil video cur Pontifici [illegible] ut si superiorem agnoscerent [illegible] cao ipso argumento dicendum erit, singulos Episcopos [illegible] superiorem [illegible] Aristotelica qua aliquid esse in aliquo dicitur, [illegible] in aliquo, ac propterea in hanc causam minimè [illegible] Cum ergo Christus maneat, [illegible] alliget: [illegible] manet & quamdiu manet, sic alliget: manet autem cum Ecclesia [illegible] Pag. 160. [illegible] Pag. 161. [illegible] Pag. 161. [illegible] quamdiu Christus maneat cum Ecclesia [illegible] ex hoc Matthaei loco de quo disputamus [illegible] Christus cum Ecclesia maneat: [illegible] Patrem & alium [illegible] Ioan. 14. [illegible] Si quis diligit me, sermonem meum [illegible] Ibid. [illegible] Christum manere cum Ecclesia [illegible] & per Evangelicae doctrinae veritatem. [illegible] philosophici [illegible] concludendi genus [illegible] Cum enim in maiori propositione dixeris, Christum [illegible] alliget, [illegible] Ecclesiam [illegible] successores [illegible] At, inquam, Christus [illegible] Id quidem est quod ais, qui homo, & quod ego [illegible] pro certo, quod dubium est [illegible] minimè [illegible] Quod [illegible] Ecclesiam alligari [illegible] theologiae [illegible] in quo voluisti [illegible] syllogismo, quem [illegible] aliud est enim Ecclesiam [illegible] ipse Christus, aliud, Ecclesiam ipsis Ministris alligari. Christus quidem adhibet homines [illegible] Ecclesiam docendam: [illegible] propterea [illegible] Ecclesiam esse illis hominibus alligatam. [illegible] sponsa Ecclesia alligata est sponso Christo. Ministri [illegible] non sunt sponsi ipsi, [illegible]

Ioannes

Iohan. 3. [illegible] atque [illegible] *Episcopos Pontificios esse* [illegible] quorum opera Christus Ecclesiam suam constituat: & affirmamus illos esse certissimos Antichristi Ministros, qui Ecclesiam Christi [illegible] sunt, atque [illegible].

XI. Pag. 164. TVRRIANVS. *Dum* [illegible] *an non quia à traditione Mosaica* [illegible] *Scriptura* [illegible] *per successionem* [illegible]

Pag. 165. [illegible] *Apostolica* [illegible] *necessaria est.*

SADEEL. Si nomine [illegible] *intelligis* [illegible] Mosaicis [illegible] Cui oppono haec [illegible]

Exod. 24. Luc. 16. Ioan. 5. Luc. 24. [illegible] verba Domini (imo quae ipse Moses) *Habent Mosen & Prophetas,* [illegible] Christus. *Si crederetis Mosi, crederetis mihi: de me enim ille scripsit,* inquit ipse Christus. Item: *coepit à Mose & omnibus Prophetis interpretari illis in omnibus Scripturis quae de ipso scripta erant* [illegible]

[illegible] ipsa Mosis [illegible] (vt [illegible] necesse [illegible]) [illegible] *Ecclesiae esse posse.* [illegible]

[illegible]

XII. Pag. 165. TVRRIANVS. [illegible] *Ecclesia* [illegible]

Pag. 166. [illegible]

SADEEL. [illegible] *Ecclesiam visibilem* [illegible] *successio* [illegible] doctrina posse [illegible]

dinaria

diuinis paſtorum ſucceſſione ſeparati [illegible] Hæc expectauimus [illegible] errotibus propemodum [illegible] inquis, [illegible] ſi Romanæ Eccleſiæ doctrinam Apoſtolicam [illegible], hoc eſt, eam doctrinam, quam Apoſtoli ſanctiſſimis literis [illegible] conſignarunt: et quid erit cauſæ, cur non [illegible] eſſe fatearis? *Atenim*, inquis, *non ſufficiebat viſibilis Sacerdotii* [illegible] Hinc igitur colligo non [illegible] Epiſcoporum [illegible], hoc eſt, recte ac legitime vocati [illegible] Quod cum Epiſcopi [illegible], Turriane, tuis, non meis argumentis, concludis Epiſcopos Pontificios non habere legitimam & ſufficientem vocationem. Rurſus [illegible] habebant [illegible] doc eſt [illegible] Epiſco- [illegible] ſucceſſionem [illegible] cognoſceremus [illegible] Quid? oblitus ne es quod in loco ſuperiore, proximo pag. [illegible] *Scribis & Phariſæis* [illegible] Quid igitur hoc vult [illegible] *Scribæ & Phariſæi* [illegible]. Sic contradictorie diſſerens, [illegible] reſpondere. Tandem vero quaſi opes [illegible] vt Irenæo reſpondeam, prouocas. Quam mihi ſit [illegible] cum Irenæo controuerſia. Quid igitur Irenæus? *Profert*, inquis, [illegible] *per ſucceſſionem Epiſcoporum* [illegible] Irenæum audio Eccleſiam Romanam commendantem quod Apoſtolicæ doctrinæ puritatem retineret. Te vero, Turriane, repudio Eccleſiam Romanam quæ Apoſtolicam doctrinam [illegible], defendentem: atque hanc ipſam Romanam Eccleſiam cum illa veteri [illegible] confundentem. Quid vero tu ipſe reſpondebis Irenæo, [illegible] rationibus confirmanti, [illegible] *per Epiſcoporum ſucceſſionem* [illegible] Quid illi porro reſpondebis? qui in eodem loco quem obiicis, *Romanam Eccleſiam dicit non à ſolo Petro, ſed à Paulo etiam fuiſſe fundatam*? & qui in *catalogo Romanorum Epiſcoporum* [illegible] Tertulli-

Lib. 3. cap. 3.

num

De præſcript. hæret. [illegible]

XIII.
Pag. 167.
Pag. 168. [illegible]

XIIII.
Pag. 170.
Pag. 172. [illegible]

Pag. 174. [illegible]

[illegible]

Can. Non debet. D. 63. &c.

Pag. 178.

SADEEL. *Symbolum Apostolorum apud vos, ut & Ecclesiam Apo-*

stolicam

[illegible] Licet enim habeatis Apoſtolorum ſcripta, [illegible] ex Apoſtolorum ſcriptis factis. Idem dico de [illegible] illis maiorum noſtrorum *inſtitutis ad Eccle-* [illegible] *Eccleſiæ* [illegible] *ſpectantibus*, quorum nihil planè [illegible] de eligendis Epiſcopis agitur: [illegible] vobis videmini officio defuncti, modò fragmenta quædam ex veteribus illis inſtitutis de ſcripto pronuncientur. Porrò Tertullianus loquitur de illa *conſuetudine* quæ ſit cum ſcriptis Apoſtolicis conſentanea [illegible]) Ea verò perperàm [illegible] veſtrarum [illegible] probatis, [illegible] ab Apoſtolis [illegible]. Quare dicere in vos [illegible] illam conſuetudinem [illegible] quadrat quod aliquando dixit Cyprianus: *conſuetudinem ſine veritate, erroris eſſe vetuſtatem.* Nobis enim, præclarè ſcilicet, *commendatis* [illegible] *ſui primatus aſſerendi, & anathematizandi Græcos* [illegible] *principatus* [illegible] ego verò [illegible] ad illam parabolam in qua dicitur, [illegible]. Longè aliam diligentiam [illegible] Timotheo, ac proinde omnibus Eccleſiæ paſtoribus commendauit.

XVI.
Pag.180.
Pag.181.

TVRRIANVS. *Non in eo conſiſtit primatus Rom. Pontificis quòd* [illegible] *Eccleſiæ, ſed quòd* [illegible] *agnoſcere debent, ſi in* [illegible] *eſſe volunt. De illis* [illegible]*, vt dixi, magna pars* [illegible] Rex [illegible] *Catholicam eſſe* [illegible] [illegible]

SADEEL. Petis principium. Quare nobis ſatis erit rem [illegible] refutare: quæſtionem Pontificij principatus in eo conſiſtere, quòd *omnes Eccleſiæ Romanum Pontificem* [illegible] *agnoſcere debeant, ſi in Catholica, & vera Dei Eccleſia cenſeri volunt.* Quod addis, *regnum eſſe in Rege* [illegible] atque hanc ex philoſophia tuo dolori medicinam facis [illegible] viſum eſt. Nam qui ſæpe antea dixiſti *Eccleſiam eſſe in Epiſcopo*: nunc videris ſtatuere *Eccleſiam Catholicam* [illegible] *in ipſo Rege* [illegible]. Sed ſi eorum præteritorum memoriam euolueres, videres, Turriane, quum magna pars imperij Romani Euangelicam doctrinam profiteretur, tum ipſos quoque Imperatores nomen Euangelio dediſſe. Sed hactenus de tuo argumento philoſophico à Regibus petito.

XVII.
Pag.182.
Pag.183.

TVRRIANVS. [illegible] *de Eccleſiæ* [illegible] [illegible] *Si fieri poteſt,* [illegible]

Pag.183.

[illegible]

SADEEL. Et nos Apoſtolo ad Hebr. credimus. Verùm quid te iuuat Apoſtolus? Si hæc Prophetæ verba: *Adhuc ſemel ego concutiam non ſolùm terram, ſed etiam cœlum;* Apoſtolus ad nouum Teſtamētum accommodauit; num propterea hæc alia eiuſdem Prophetæ verba, *unuſquiſque in gladio ad fratrem ſuum*, non erunt de hoſtibus Eccleſiæ intelligenda mutuis vulneribus tandem conficiendis? *Subuertam*, inquit Propheta, *ſolium regnorum, ſubuertamque currum & qui in eum aſcendunt, & cadent equi & equites eorum quiſque gladio fratris ſui.* Atenim (inquis) *licet impropriè, poteſt tamen hic locus aduerſus hæreticos accommodari, quos Pontificij tanquam hoſtes inſectantur.* Si ita eſt, Turriane, certè ex eo loquendi genere quo vſus eſt Propheta, ſequitur, & hæreticos à Pontificiis, & viciſſim Pontificios ab hæreticis tandem eſſe perimendos. ac profectò debebas à te initium facere, qui te tuis argumentis identidem vulneras. Tuæ vero ineptiæ non erant cum ſanctiſſimis Pauli ſcriptis comparandæ. Nec enim ex eo quod ille rectè & appoſitè Pſaltæ locum vſurpauit, concludendum eſt, te quoque locum Aggæi rectè & accommodatè protuliſſe: quandoquidem tuæ ineptiæ cum Apoſtolico ſpiritu nihil habent commune. Quod ſi te Cyrilli Alexandrini commouebat alluſio: debebas igitur *gladium illum ſpiritualem* cuius meminit, exerere, potiùs quàm veſtram illam crudelitatem, iam plus ſatis incenſam, hoc tuo flabello magis magíſque inflammare. Nimirum quum vides argumentorum tuorum aciem hebeſcere, ad gladios flammaſque conuerteris. Sed (quod etiam audes prę te ferre) vos Ieſuitæ, nec pacem amatis, nec procuratis. Non enim eſtis illi *εἰρηνοποιοί*, de quibus Chriſtus locutus eſt, ſed illi de quibus Pſaltes: *viam pacis*, inquit, *non cognouerunt*. Nam veſtrę ſodalitatis robur & incrementum expectatis à bellis ciuilibus & à rerum omnium perturbatione: nec exiſtimatis ſectę veſtrę plantam recentem & nudius tertius exortam poſſe creſcere, niſi piorum innocenti ſanguine identidem illam irrigetis. Tú-que adeo, impure monache, ſatis ſuperque declaraſti, quàm te lanienę ſtragéſque delectent. Licet ea de re à nobis admonitus, illis quæ crudeliſſimè antè ſcripſeras, nomen commentitiæ cuiuſdam victoriæ in hoc tuo poſteriore libro prætexere coneris. Sed *vetat*, inquis, *Conſt. Apoſtolica, pacem inire cum hæreticis.* De tota hac quæſtione aliud fortaſſe dabitur differendi tempus: nunc hoc tantùm dico: te perperam nos recenſere inter hæreticos, qui nos ſcripta Prophetica, & Apoſtolica ſumma cum reuerentia amplecti, & nos illis ſolis ſtare profitemur. Sic enim Tertullianus *hęreticos deſcribebat* (vt antè dictum eſt) *qui de ſolis Scripturis quæſtiones ſuas non poterant ſiſtere.* Vide igitur quàm grauiter pecces, (ſi modò peccata tua iam videre poſſis,) qui nos Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam profitentes, pro hæreticis: & in legitima Synodo ne auditos quidem, pro damnatis habeas. Quàm verò ineptè, atq; etiam impudenter locos Scripturæ detorqueas, nihil attinet pluribus demonſtrare. Nam ex eo quod dicit Propheta, *Impijs nullam eſſe pacem*, hoc eſt, impios nunquam eſſe tranquillos, ſed eſſe interiori quiete deſtituros: probas, ſcilicet, *nullam eſſe nobiſcum pacem ineundam*: & quia dicit *Ioannes, vetuſtiſſimos illos hæreticos Chriſtum obſtinatè negantes, ne ſalutandos quidem eſſe*, concludis, quotquos obſti-

Ag. 2.

Pag. 182.

De reſur. carn.

ſtinate

ſtanti veſtro Pontifici, meruiſſe gladio trucidandos. Denique cùm iubeat no Apoſtolus, *cum omnibus hominibus, quoad eius fieri poteſt, in pace viuere: hinc argumentaris, ſcilicet, nullam pacem eſſe vnquam paciſcendam cum iis, qui relictis Eccleſiæ Romanæ commentis, ſuam fidem ſeque adeo totos ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis addixerunt*. Atq; hæc nobis dicta ſint de Turriano pacis inimico.

LOCVS XI. ESAIAE I.

Præficiam iudices tuos ſicut priùs, & conſiliarios tuos ſicut ab initio.

Sophiſma Turriani.

Pag. 324. 326. *Iudaicum eſt interpretari promiſſos hîc Iudeis fuiſſe, poſt captiuitatem Babylonicam, Zorobabelem, Eſdram, Nehemiam, & alios: (teſte beato Hieronymo) eſtque locus intelligendus de Apoſtolis, & de iis qui per Apoſtolos Eccleſiis præpoſiti ſunt. Relinquitur ergo vt Iudices promiſerit Eccleſiæ noſtræ quales fuerunt priùs Iudices illi Iſraelitici populi, non per legem ſeculi, neque per ſuffragia populi nec illius magiſtratus authoritate creabantur: ſed ſicut ſcriptum eſt in libro Iudicum, Deus ſuſcitabat eos, & erat cum eis, & liberabat populum. Sic enim beatus quoque Baſilius in Commentario Eſaiæ intellexit. Epiſcopi autem ſunt Iudices Eccleſiarum, & Presbyteri ſunt Epiſcopi conſiliarij.* Iud. 2.

Solutio ſuperioris Sophiſmatis.

De argumentis anagogicis

ARgumenta *anagogica, vt fidem faciant, debere niti claris & expreſſis teſtimonijs*, doctiſſimi quique interpretes tradiderunt, & *quoties veteris Teſtamenti promiſſiones ad nouum Teſtamentum transferuntur, non eſſe vocabula ſingula preciſè vrgenda, modò ipſa rei ſubſtantia retineatur*. Hoc an Turrianus præſtiterit nunc non quæro, cùm ſit potius dignus accuſandus, quòd hunc Eſaiæ locum non tam aduerſus ſententiam noſtram obijcere, quàm in noſtræ ſententiæ confirmationem adducere videatur, vt patebit ex ipſius loci interpretatione. Quanquam autem huius prophetiæ radij quidam emicuerunt in liberatione Iudęorum, totúmque reditu ex Babylonica ſeruitute: rectè tamen doctores Chriſtiani plenum huius promiſſionis effectum referunt ad ſpiritualem Eccleſiæ liberationem & inſtaurationem, quam Chriſtus nobis exhibitus pleniſſimè perfecit. Quemadmodum igitur non ſunt audiendi Iudæi qui locum Eſaiæ ad terrenam liberationem reſtringunt: ita nolim iis aſſentiri qui liberationem & reditum ex Babylonia planè excludunt ab hac promiſſione. Non enim ſine cauſa Chryſoſtomus hunc locum explicans: *Aſcenſum*, inquit, *ſiue reditum eorum denunciat, ſublatis videlicet è medio iis qui incurabili ægritudine laborarunt. Reliquam inſuper medelæ ſpeciem addit, nempe adminiſtrationem ſeu præfecturam probatorum Principum, & copiam conſiliariorum qui boni ſint*. Hęc Chry-

Locus citatus aduerſatur Turriano.

Vera expoſitio loci.

In 1. cap. Eſaiæ.

Chryſoſtomus. Nec id planè negat Hieronymus (quod tamen Turrianus videtur ſignificare) ſed tantum aliam expoſitionem præfert. Itaque ſi velis anagogicè referre hanc Prophetiam ad Chriſti tempora, dices, futuram per Chriſtum fuiſſe veram Eccleſiæ liberationem & inſtaurationem, cuius reditus ex Babylonia, & ſtatus Iſraeliticę Republicę tum quodammodo inſtauratus, fuit quędam veluti imago atque pręludium. Sed quia id nobis nunc propoſitum non eſt fuſius perſequi, videamus quodnam hinc argumentum Turrianus depromſerit. *Hæc*, inquit, *intelligenda ſunt de Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus: ita vt Iudices ſint Epiſcopi, & conſiliarij Presbiteri, de quibus loquitur Eſaias:* Demus ſanè ita exponendum eſſe hunc locum: quid hoc obſecro ad Pontificiorum ſucceſſionem? imò quid magis illi contrarium proferri poſſit? quales enim *iudices & conſiliarios promittit Dominus ſe ſuſcitaturum ad Eccleſiam inſtaurandam?* nonne veros ac legitimos, & qui probè ſuo munere fungantur? Hoc certè negari non poteſt: cùm *futuros illos iudices Dominus comparet cum argento puriſſimo, & eos opponat corruptis & ſceleratis illis iudicibus, à quibus, tanquam à capite, corruptio in totum corpus dimanârat*, vt ſuperiora Eſaiæ verba declarant. Probet igitur nobis Turrianus Epiſcopos & Presbiteros Eccleſiæ Romanæ eſſe veros legitimóſque Paſtores, & rectę fideliterque obire ſuum munus: ac tum demum ipſi per nos licebit hanc Eſaię Prophetiam ad eos accommodare. *Sed* ſi ab illis, tanquam á capite, ſuperſtitionum & errorum colluuies defluxit in totum Eccleſię Romanę corpus: & ſi ſcoriam potiùs & plumbum referunt, quàm aurum: fateatur igitur eos eſſe potius iis iudicibus ſimiles, quos Eſaias paulò ante grauiſſima reprehenſione inſectatus eſt. Cęterùm quò magis conſidero Turrianicum argumentum, eò magis miror militem iſtum Pontificium, gladium nobis porrigere, quo ſuam ſententiam iugulemus. Nàm *ſi illi demum ſunt Eccleſiarum principes & conſiliarij quos Dominus ſuſcitabit*: rurſus, ex Turrianica expoſitione, *principes Epiſcopi, conſiliarij verò ſint Presbyteri*: profectò nihil video loci Romano Pontifici ſupereſſe: cum potius efficiatur ex argumento Turriani, Pontificem Romanum a Deo non eſſe ſuſcitatum, qui tantùm Epiſcopos & Presbyteros ſuſcitauit. Præterea non animaduertit hoc exemplum *Iudicum Iſraelis*, quod ipſe profert, penitus euertere quicquid hactenus diſputauit *de ordinaria ſucceſſione*, quam in illis Iudicibus fuiſſe, nemo, qui modò illorum hiſtoriam legerit, vnquam exiſtimabit. Quin & verbum, *ſuſcitandi*, ſatis indicat, *Iudices illos non ordinaria quadam ſucceſſione* (vt poſtea ſub regibus) *ſed extraordinaria ratione fuiſſe à Domino ad Eccleſiæ liberationem excitatos*: ne mihi Gedeonis, Samſonis, & reliquorum hiſtoriam commemorare neceſſe ſit. Poſtremò, (vt calumniari tandem deſinat Turrianus) *quòd dicimus Paſtores ab ipſo Eccleſiaſtico cœtu eligendos & ordinandos eſſe quidem, ſed cum populi teſtimonio & conſenſu, & (quoties id licet) accedente Chriſtiani magiſtratus authoritate*: non eſt ita accipiendum quaſi exiſtimemus ius χειροτονίας eſſe penes magiſtratum: ſed hoc tantùm requirimus, quod Apoſtolorum ſcripta, quodque veteres hiſtoriæ teſtantur olim fuiſſe in Eccleſia obſeruatum.

Turriani argumentatio diſcutitur.

Eſai. 1.

In ipſum Turrianum retorquetur.

De Magiſtratus authoritate & populi conſenſu in electionibus Eccleſiaſticis.

Can. Agatho. can. Adrianus can. in Synodo &c. diſtin. 63.

obſeruatum. Quin & ipſis decretis Pontificiis, (aut per imprudentiam, aut ita cogente rei veritate, certè ſummâ Dei prouidentia adſcriptis,) apertè conſtat, *non tantùm populi teſtimonium & conſenſum acceſſiſſe, cùm Epiſcopi eligebantur: ſed etiam ipſos Pontifices olim fuiſſe ab Imperatoribus confirmatos.* Quid porrò ſibi vult iſtud concludendi genus? *Dominus ſuſcitabit Iudices ſicut priùs: ergo Epiſcopi & Presbyteri, neque per legem ſeculi, neque per ſuffragia populi, nec vllius magiſtratus authoritate creandi ſunt, ſed ſicut ſcriptum eſt in lib. Iudic. Deus ſuſcitabat eos.* Hîc non videt Turrianus conſequi ex hoc argumento, nulla eſſe adhibenda media, ac ne ordinationem quidem Eccleſiaſticam in Epiſcopis eligendis: ſed eos ſemper eſſe à Deo ſine vlla hominum opera & immediatè excitandos. Quod quia vel ipſe Turrianus videt quàm ſit abſurdum: ergo iam hoc ſuum, minùs etiam quàm ſophiſticum, argumentum valere iubeat. Quia verò ſibi hac in re Baſilium quoque adiungere voluit, concludamus egregia hac Baſilij ad Eccleſiaſticos Præfectos cohortatione. *Ne, inquit, vnuſquiſque noſtrûm ſeipſum exiſtimet quaſi Princeps ſit: ſed quaſi conſiliarius ſit datus in populi ſalutem.* Hæc ille: vtinam Romanos Epiſcopos ab ambiendo in omnes Eccleſias principatu reuocare potuiſſent! Sed iam Turriano duce Iudicum exemplum perſequamur, vt ex eo noſtram ſententiam confirmemus. *Quemadmodum olim cùm ſtatus Iſraeliticæ politiæ euerſus eſſet, Dominus præter ordinem Iudices excitabat, quibus ipſe aderat, & per eos miſerum illum populum in libertatem aſſerebat: ſimiliter* (vt hoc exemplum ad ſpiritualem Eccleſiæ ſtatum, ita Turriano poſtulante, referamus) *cùm peccatis hominum verus & legitimus Eccleſiæ ſtatus, Pontificiis erroribus, tanquam Moabitis, Chananæis & Philiſtinis in Eccleſia latè graſſantibus, euerſus eſſet: Deus miſertus ſuæ Eccleſiæ, quam pretioſo Chriſti ſanguine redemit: præter ordinem, ſpirituales quoſdam Iudices excitauit, id eſt, pios & doctos viros, quos ſuo Spiritu afflauit, quibus adfuit, quorúmque infinitis laboribus, pro ſumma ſua miſericordia benedixit, adeò vt eorum opera pleriſque in locis, abiecta ſuperſtitionum ſcoria, doctrinæ puritas, tanquam aurum enituerit, & verus Eccleſiæ ſtatus antea collapſus, denuo fuerit inſtauratus.*

Concluſio. In 1. cap. Eſaiæ.

Contradictio.

RESPONSIO ET OBIECTIONES
Turriani ad ſuperiorem Antonij Sadeelis Diſputationem.

I.
Pag. 186.
Pag. 187.

Omiſſis quæ Antonius præfatus eſt, quæ ad quæſtionem propoſitam non pertinent, vt ipſe etiam fatetur: videamus quid reſpondeat. Quum dicit Propheta: Inferam manum meam in te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam: perinde eſt vt ſi diceret: Inflammabo te vt tantum quod purum eſt in te & ſanctum remaneat. Apoſtolos ſignificat & alios fideles qui per Spiritum Sanctum ſunt antea admoniti vt diſcederent Hieroſolymis, vt ex illa occiſione & incendio euaderent: prædicit enim excidium Hieroſolymitanum per Rom. allatum. De eadem re prophetauit Zacharias cap. 13 Vide Cyrill. & Procop. Cum argento per ignem excocto comparat eos tantùm qui digni fuerunt, vt ab illa flamma liberarentur, ex quibus puriſſimi fuerunt Apoſtoli.

SADEEL. Proponamus more nostro summam totius huiusce tractationis. *Vt probaret ordinariam successionem vicariæ ordinationis non posse in Ecclesia interrumpi*, locum hunc ex Esaia protulerat Turrianus: cuius sophismata ita redargueram, vt dicerem, & manifestis rationibus demonstrarem, connexi Turrianici consequentiam planè nullam esse posse: quippe quæ nullo, non modò veritatis, sed ne probabilitatis quidem vinculo contineretur. Quid hic verò noster monachus? probat-ne suam illam consequentiam? Minimè: sed per solita πάρεργα excurrit & vagatur: *recitat anagogicas Cyrilli & Procopij expositiones, multiplicem Episcoporum ordinem nobis ex Anacleto describit, Lutherum insectatur, nec* [illegible] *mendacijs*, atque hoc, scilicet, philosophiæ vallo suam sapientiam communit: quod se facturum nobis initio huius secundi libri fuerat pollicitus. Nos igitur istum monachum, ceu equum ferocem longè errantem, & in diuerticulis exultantem, iniecto artis peritè disserendi fræno, in carceres huius nostræ disputationis deducamus. Pag. 188. 192.

Tuum Francisce connexum est huiusmodi: *Si Dominus promisit Ecclesiæ per Prophetam se præfecturum Ecclesiæ iudices, sicut prius: & consiliarios, sicut ab initio: Ergo successio ordinaria vicariæ ordinationis Episcoporum & Presbyterorum in Ecclesia interrumpi non potest.* Huius tui connexi nos aliquot ex præcipuis erroribus recenseamus. Primus error: quod dum vis demonstratiuè argumentari, profers anagogicam expositionem, quæ nullo Scripturæ loco, sed tantummodo veterum aliquot testimonio nititur; qui per anagogicam allusionem, potius quàm expositionem, *promissa Iudicum & consiliariorum ad Apostolos retulerunt*. Atqui vt argumentum anagogicum sit demonstratiuum, necesse est expresso aliquo Scripturæ loco nitatur: quemadmodum fieri solet, quum ex scriptis Apostolicis loci veteris Testamenti anagogicè ad nouum Testamentum referuntur. Nusquam autem Apostoli locum hunc Esaiæ protulerunt, de iudicibus & consiliariis restituendis, vt eum noui Testamenti hominibus accommodarent: sed tantum quidam ex veteribus huiusce anagogiæ allusionis meminerunt. Ex quo fit, vt ex sola veterum authoritate nec Theologicè potueris, nec demonstratiuè disputare. Quin etiam illi ipsi veteres, nec planè affirmant anagogicam hanc expositionem, nec in ea satis inter se consentiunt. Sic enim Basilius, quem inprimis testem produxisti: *Non reges*, inquit, *sed iudices se restituturum est pollicitus*, [illegible] & *hac parte se gratificari libertati* [illegible]. *Non enim erat Rex Israel, sed vnusquisque quod placebat oculis suis hoc faciebat: aut* [illegible] *dictum est, propter disciplinam Domini, &c.* Vides, Turriane, vtramq; expositionem à Basilio proponi: videlicet, simplicem vnam, & alteram anagogicam. Idem facit Hieronymus, licet anagogicam præferat. At Chrysostomus omnino subsistit in simplici expositione, inquiens: *hoc loco* [illegible] *& reliquam* [illegible] *addit, videlicet administrationem, siue præfecturam* [illegible] *Principum, & consiliariorum copiam qui boni sint, &c.* Hæc Chrysostomus: quem si velim sequi, iam hoc tuum argumentum anagogicum euanuit. Secundus error: Quòd Assumptum istud tuum non id continet, de quo inter nos quæritur. Nam si tibi demus recipiendam esse anagogicam expositionem: nihil tamen aliud efficies, quàm

In 1. cap. Es.

Lib. 1 in 1. cap. Es.

In 1. cap. Es.

futurum fuiſſe, vt Deus Apoſtolos in Eccleſia Chriſtiana excitaret, atq; id, quod ſciam, nemo hactenus negauit, qui modò fuerit Chriſtianus. Fruſtra ergo, mi Franciſce, magno cum labore, ex tenebricoſa illa & anagogica expoſitione Apoſtolos eruis, quos omnes videmus in medio noui Teſtamenti luce conſtitutos. Verùm enimuero inter nos quæritur, non, *An Deus inſtituerit Apoſtolos in Eccleſia Chriſtiana:* ſed, *An Paſtores quos Deus inſtituit, ordinaria ſucceſſio per vicariam ordinationem ſit perpetuò futura, ſine vlla interruptione:* qua de re Aſſumptum tuum nihil dicit. Tertius error: quòd expoſitio tua anagogica non cõueniat *vicariæ ordinationi: quia Iudices populi Iſraelitici,* de quib. Eſaiæ locum intelligis, (quàm bene ſubſiſtunt huius loci, expendemus) *non ordinatione vicaria, aut ordinaria ſucceſſione, ſed à Deo,* præter ordinem excitabantur: vt perſpicuum eſt ex tota illa hiſtoria. Quartus error (ne mihi ſint plures enumerandi) quòd Aſſumptum tui connexi euertat tuam ſententiam, nedum poſſit eam confirmare. Nam ex *Cyrillo & Procopio, reſtringis hanc Prophetiam ad Apoſtolos, & eos qui à Spiritu S. admoniti,* [illegible] *Hieroſolymitanum* [illegible] atque ita, mi homo, ſucceſſioni renuntias: niſi velis tuos omnes Epiſcopos & Presbyteros non vixiſſe, quàm à Romanis euerſa, & incenſa eſt Hieroſolyma. Quintus [illegible] ipſo Eſaiæ verba aperta [illegible] lum, quod, vt ſcriptum, ita neque argumentum in te [illegible]. *Primum Dominum ſuſcitaturum Iudices in Eccleſia, ſicut fuerunt priùs* (hoc enim ſunt Prophetæ verba.) *At Iudices qui priùs fuerunt,* [illegible] *poſſit,* [illegible] [illegible] *probatur ex locis* [illegible] [illegible] [illegible] *Iudices in Eccleſia* [illegible] [illegible] [illegible] *ſucceſſionem ordinariam* [illegible] *poſſit.* Atque hæc ſummatim de vno hoc loco à nobis dicta ſint. Nunc ſingula tua paucis excutiamus. Dicis [illegible] *quæ* [illegible] *(inquis) ad quæſtionem propoſitam non pertinere.* At enim, Turriane, hoc [illegible] magis [illegible] [illegible] Ego enim de ſyncera loci Prophetici expoſitione diſſerens, hæc ſubieci: *Quia ad hanc propoſitionem* [illegible] [illegible] *Turrianus depromſit* [illegible]. Quæ quidem vt tibi mea lectores agnoſcent in noſtra ſolutione tui Sophiſmatis, quam paulò antè repræſentauimus, & facilè iudicabunt nihil propter te eſſe factum, ea quæ ibi dico ad quæſtionem propoſitam non pertinere. Tractaui igitur locum illum, & breuiter propoſui [illegible] anagogicæ interpretationis, quam etiam primus [illegible] ſententiam locum illum ſimpliciter, non autem anagogicè exponentis [illegible] omnia tu prætermiſiſti, quæ ad tuum errorem refellendum [illegible] pertinerent. Deinde *Prophetiam Eſaiæ exponis de Hieroſolyma à Romanis excindenda, tum etiam Eccleſia Chriſtiana, quam Apoſtoli Hieroſolymæ congregarunt,* [illegible] *in vrbem Pellam,* [illegible] *proditum eſt* [illegible] [illegible] *præſertim Apoſtolis.* Hæc omnia Turriane, poſſum ipſe meritò dicere ad quæſtionem propoſitam non pertinere. Quid enim hæc pertinent ad quæſtionem de Paſtorum

ſtorum ſucceſſione [illegible] ordinationem [illegible], quis credat tum eum Hieroſolymam Romam [illegible] deſeruerunt, multos Apoſtolos fuiſſe ſuperſtites, eoſque Hieroſolyma Pellam commigraſſe) & quod grauius eſt, tuam de ſucceſſione ſententiam, vt antè diximus, euertere. Num *dum promiſſionem de perpurganda & excoquenda Eccleſia, eiuſque ſcoria ac ſordibus auferendis, ad ſolos Apoſtolos & primos diſcipulos reſtringis:* ſatis indicas te ſimul ſucceſſionem ab hac promiſſione remouere. Quod ſi hæc ſuperiora, & æui Apoſtolici puritatem non pateris admittere, ſucceſſionem (nempe tuorum Epiſcoporum ſcoria & ſordibus [illegible]) profeſſi, quæ ſequuntur *de iudicibus & conſiliariis reſtituendis,* ſucceſſionem etiam non admittent. Hæc enim omnia de vna eademque Eccleſia dicuntur. Zachariam etiam contra tuam ſententiam citaſti. Sic enim ille *[illegible] quæ prædicit excoquendos, & probandos inſtar auri: dicam (inquit) populus meus es: & dicet: Dominus eſt Deus meus:* quæ vide num de ſolis Apoſtolis ac primis diſcipulis intelligenda ſint. Atque hæc de tua expoſitione, Cyrillo & Procopio, quorum ſcilicet ope & auxilio ipſe tuam ſententiam euertiſti.

II. Pag.188.

TVRRIAN. *Nihil video loci (inquis) Rom. Pontifici ſupereſſe. Hîc aliquid prodis inſipientiam tuam. Ignoras enim, vt video, vnum eſſe ordinem Epiſcoporum. Sic enim ait Anacletus epiſt. 3: Epiſcoporum vnus ordo eſt &c. Illi verò, qui præfatis & priſcis temporibus primatum tenuere Epiſcoporum, Patriarcharum, aut Primatum nomine fruuntur.* [illegible] *Pontifex igitur eſt Epiſcopus. Vocatur à Tertulliano Epiſcopus Epiſcoporum &c.*

SADEEL. At ego Franciſce, viri ſapientis eſſe duco, *multiplices Epiſcoporum veſtrorum gradus* aut omnino neſcire, aut, ſi ſciat, plane contemnere: nec mihi, vel tibi potius, laborandum ſit, ecquonam modo idem ordo ſtare poſſit in variis ordinibus, iiſdemque inter ſe dignitate, nomine, & poteſtate diſtinctis. Quare ſuadeo tuum Anacletum reuoces, teſtem non modo ſuſpectum, ſed ne audiendum quidem. Ecquis enim [illegible] Anacletum, *qui referat Primatum, Archiepiſcopos, & Metropolitanos Apoſtolorum temporis:* quod plerique veteres teſtes longè locupletiores [illegible] *Epiſcopum initio non fuiſſe Presbytero ſuperiorem* (qua de re in ſequenti Loco fuſius nobis erit diſputandum) itemque, quod Iſidorus, Lombardus, & alij complures affirmarunt, *Archiepiſcopatus & [illegible] nomina fuiſſe ab ipſis [illegible] gentilium [illegible] profecta.* Sed, ne ſim longior, hic Anacletus iudicio ſuo perit, tanquam ſorex [illegible] his verbis: *Illi verò, qui quaſi priſcis temporibus Primatum tenuere Epiſcoporum &c.* [illegible] apparet epiſtolam hanc fuiſſe conſcriptam longè poſt Apoſtolorum tempora, quum Anacletus & alij vetuſtiſſimi Romani Epiſcopi è vita [illegible]. De Tertulliano te refutaui, tum in ſolutione tui Sophiſmatis in Loco Scripturæ 2. tum in ſuperiore noſtra diſputatione aduerſus librum tuum priorem: Loco Scripturæ 2. ſect. 68.

Ad Oceanum & ad Euag. Sent.l.4. D.24.&c.

III. Pag.188.

TVRRIAN. *Cum Propheta [illegible] Pontificem Iudicis [illegible] à principio [illegible] in [illegible] ſignificauit [illegible] Indice [illegible] à Deo vocabuntur. 1 Cor. 12. Poſuit Deus in Eccleſia primùm quidem Apoſtolos &c. Petrum principem Apoſtolorum in Apoſtolis comprehendis;*

SADEEL. Crassus est hic error, & ipso propemodum Turriano indignum. Cùm enim nomine *Iudicum*, Francisce, *nos intelligas, quorum historia conscripta est in libro Iudicum*: qui fieri potest, vt *Iudex vnus reliquis omnibus prælatus fuerit*? quandoquidem vnusquisque suo tempore Iudicia Israelitis administrauit. Tu verò *in tuo anagogico argumento nomen Iudicis refers ad Episcopos, & consiliarios, exponis Presbyteros*: adeò vt oportuerit (siquidem vera esset argumentatio tua) plures Iudices (cuiusmodi fuerunt Othoniel, Aod, Gedeon, Iephthe, Samson & alij) vno eodemque tempore extitisse, qui summum aliquem Iudicem ac primum agnoscerent. Quod vides quàm sit ridiculum. Itaq; te hac tua conclusione anagogica ita refello: *Si Iudices exponis Episcopos*, nullus est Episcoporum Episcopus: quia priscis illis temporibus, nullus fuit Iudicum iudex: nullus, inquam, tunc fuit gradus superior ipsa Iudicis dignitate: hæc enim verba *sumpsisti, sicut ab initio*, quæ tu inculcas, ego vicissim premo atq; vrgeo. *At, inquis, unus erat tunc Iudex vniuersi Israelis. Ergo necesse est vnum esse Pontificem, qui præsit cæteris.* Qui tandem obsecro vt vbiq; ciuilem politiam cum Ecclesiastica confundis? Ego verò tuis hisce vestigiis concluderem Episcopis bella gerenda, & cum hostibus manus esse conserendas: quandoquidem priscis illis Iudicib. id muneris inprimis incumbebat. At fortasse eò respexerunt tui Pontifices, qui trecentis abhinc annis aut eo amplius, omnia miscent & turbant in Europa, commissis Regibus, & bellis passim excitatis: non tamen vt liberarent, sed vt sibi manciparent Ecclesiam. Stultum est igitur hoc tuum ratiocinandi genus: ex quo etiam sequeretur Pontificem tuum fuisse tantùm significatum illis Iudicibus (quib. tamen teste tuo Cyrillus non vnum Petrum, sed omnes Apostolos intellexit: adeò vt cùm vnus Iudex non fuerit alio superior dignitate, sequatur, omnes Apostolos æquo iure censendos esse) sequeretur solum Pontificem non in Episcopos, sed in solos consiliarios, hoc est, Presbyteros ius habere. Hos autem (vt id obiter dicam) cur *consiliarios* appelles non video: quorum hodie maxima pars consilium nec dare possit, nec accipere. Addis ex 1. Cor. 12. *Petrum fuisse in Apostolis comprehensum his Pauli verbis: posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos*: sed quid aliud quàm Petri principatum euertis hac ratione? Etenim Petrum vnà cum alijs comprehensum, & cum alijs æquatum videmus, idq; in hoc Pauli loco vbi disserit de variis Dei donis, & de ipsis Ecclesiastici Ministerij gradib. ac proptereà nego vllum Petri in reliquos principatum extitisse. Sed iam videamus num sis felicior in reliquis tuis argumentis.

IIII TVRRIANVS. *Falsum est quod dicis neminem fuisse successorem in Iudicib. Israelis: quum cap. 12. Post hunc iudicauit Israel Abesan, qui septem annis iudicauit Israel, mortuusq; est, cui successit Ahialon. Et cap. 10. Huic, inquit, successit Iair Galaadites &c. Quis dubitat quin ipsis Iudicib. successio, sicut cum sacerdotali aut regali conferatur extraordinaria effecti fuerit? est, quòd Deus tunc illo tempore ordinarie suscitabat Iudices populi liberatores quoties clamabant ad Dominum: sicut scriptum est: et suscitauit Dominus: quòd postea voluerint eligere Regem: quamuis postremi Iudices fuerint, vt erant filij Samuelis, vt scriptum est 1. Reg. 8. factum est autem cùm senuisset Samuel, posuit filios suos Iudices in Israel. & tandem quòd Ecclesia aliqua Episcopum & Iudicem suum amisisset, metuens mala quæ ex viduitate* [illegible] ſi qui ſubiecit, ad tempus illorum [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]. Error enim eſt in duplici homonymia: & quia homonymia eſt in vocabulo, ſucceſſionis, poſt etiam in dictione, ordinatio. De quibus ſigillatim nobis diſſerendum eſt. Quum diſputas de ordinaria & continua ſucceſſione Eccleſiæ, & Miniſtrorum eius, propterea [illegible] [illegible] perpetuò [illegible] in Eccleſia [illegible] ac perſonarum ſucceſſionem [illegible] ſed poſt eam [illegible]. Quamuis aliquantulum à propoſito digredi [illegible], & hæc noſtra quæſtione quaſi [illegible] reiecta, diſputas de continua illa [illegible] vocabulum latè & generaliter ſumitur. Nam in his quos Dominus [illegible] ordine in [illegible] temporum ſucceſſio, reſpectu temporis, eo quòd poſteriores prioribus ſuccedebant, non tamen erat or- [illegible] ſucceſſio: quia non ſuccedebant ex præſcripta aliqua & ordinaria ſucceſſionis forma: ſed præter ordinem à Deo, & quaſi [illegible] modo [illegible], excitati ſunt. Sic vulgò dicimus, in Prophetis qui antecedebant, alios qui ſecuti ſunt, ſucceſſiſſe; licet omnia [illegible], Propheticam vocationem fuiſſe extraordinariam. Verùm Iud.12.
[illegible] obiicis: Poſt Thola, inquis, Iahir ſucceſſiſſe [illegible]. Item- Iud.10.
que, Iair Galaadites, Thola: quemadmodum extat in libro Iudicum. Reſpondeo, ita legendum eſſe ex contextu Hebraico: Et poſt eum, iudicauit [illegible] [illegible]. Et in alio loco: Et poſt eum ſurrexit Iair Galaadites. Quæ verò in libro tuo ſuperiori nobis ſignificaſti, ea literis Hebraicis negligenter, adeóq; nec legere, ſaltem qui totus græciſſat, [illegible] [illegible], conſulere Græcum interpretem [illegible] vbi ita [illegible]: [illegible], &c. Sic Græci interpretes, Hebraica ad verbum expri-
munt. Vetus autem interpres Latinus vſus eſt verbo ſuccedendi, latè Iud.12.
[illegible] ſic idem interpres, Danielis 5. cap. Darius, inquit, Medus ſucceſſit in regnum: quum de monarchia à Babylonijs ad Medos & Perſas [illegible] loqueretur. Ac de priore quidem homonymia ſatis eſt. Poſterior eſt, quum ſic is Deum ordinariè ſuſcitaſſe Iudices: quod nuſquam legiſti: ſed vulgarem vſum loquendi ſecutus es: quũ vulgò, nec ſatis Lati-
nè, dicitur [illegible] ſit, id fieri ordinariè. Sic cum ſacra hiſtoria loqui- 2.Parali. cap.
tur de Prophetis à Deo miſſis ante captiuitatem Babylonicam: Miſit, vlt.
inquit, Dominus [illegible] qui Hebræorum [illegible], ſignificat, Deum ſæpe miſiſſe Prophetas, quibus miſerum illum populum à peccatis [illegible]. At cum dicis paſtores Eccleſiaſticos à Deo [illegible] [illegible], certè longè aliud ſignificas, quàm quod de veteribus illis Iudicibus dici poſſit. Tunc enim id dicitur ordinarium, quod fit ex ordine præſcripto. Iam igitur perſpicis, Turriane, vtrum tuum eſſe verum vel fallaciam vel inſcitiam: & hos ipſos veteres Iſraelis iudices, quos aduerſus nos ſedere voluiſti, in te [illegible]. Dum enim [illegible] [illegible]
[illegible] Iud.3.4.6.
[illegible] (ſic enim ſcriptum eſt: Iſraelitæ [illegible] 10.13.
[illegible] annos 20. [illegible] [illegible] annos 18. [illegible] annos 40. &c.) efficitur pro-

[illegible] ſucceſſione Epiſcoporum intelligi poſſe [illegible] anagogica comparatione. Verùm, quid multis opus eſt, [illegible] Turrianum ab ipſo [illegible] huius ipſius [illegible]. *Quod [illegible],* *inquit, [illegible]* [illegible] Franci[illegible], [illegible] ſucceſſio (quam vocas) [illegible] ordinarie Paſtorum Eccleſiæ [illegible] ſucceſſione [illegible] Epiſcoporum [illegible]. Sacerdotum [illegible] comparatione. Quod [illegible] de quibus loquimur, quia [illegible] Quid poſſet [illegible] ad ordinariam [illegible] extraordinariam ſucceſſionem [illegible]. Porrò non [illegible] Deus [illegible] regiæ gubernationis [illegible]. [illegible] quòd [illegible] Samuelis, [illegible] gubernationem [illegible] que dominatum [illegible] ſed quòd exemplo gentium Regem ſibi expeterent, à quo liberationem ac ſalutem, [illegible] Deo expoſtulabant [illegible] de ipſa gubernationis forma [illegible] cum filiis Samuelis (qui [illegible]) [illegible] Epiſcopos & Presbyteros [illegible] ne ſibi [illegible] quidem in parte, [illegible] [illegible] Epiſcopum quod [illegible] Epiſcopi [illegible] experientia ſatis ſuperque docuit [illegible] Epiſcopia [illegible] Eccleſiis, [illegible] Pontificem [illegible] Epiſcopatum ambiunt, [illegible] atque [illegible] (quod plerumque fit) [illegible] pecunia ſibi [illegible]. Quibus [illegible] factum eſt, [illegible] quippe [illegible] Chriſto, [illegible] ſponſo deſtituta. Atque hanc [illegible], quantum in vobis eſt, [illegible].

Pag.103. 128.165.&c.

1.Sam.8.

TVRRIAN. *Non ſequitur, [illegible] Epiſcopi & Presbyteri [illegible] [illegible] Deus [illegible]*

V. Pag.190.

SARAVIA. Videamus ergo quàm bellè ipſe [illegible] reſpondeas, ac quàm impoſſibile & incommodum [illegible] noſtra ſolutione, [illegible] ex hoc [illegible] Eccleſiæ Chriſtianæ nec per legem [illegible] ſuffragia populi, nec [illegible] magiſtratus [illegible] quales olim fuerunt Iudices, illi [illegible]. Ego verò hoc [illegible] Epiſcopos [illegible] dos immediatè, ac propterea [illegible] quidem ordinationi [illegible]

men

[illegible] faciatis, locum vllum superesse, [illegible] & simulationem subiicis. [illegible] syllogismos [illegible] Cur igitur [illegible] [illegible] (constat enim Iudices fuisse immediate à Deo excitatos [illegible]) [illegible] Aaron [illegible] Ecclesiæ [illegible]

TVRRIANVS. [illegible]

V I.
Pag. 190.

SADEELIS. Quæ [illegible] Quamobrem [illegible] Turriane [illegible] Obiecto [illegible] (vt falsò [illegible]) sed [illegible]

Pag. 334. &c.

[illegible] Constantinopolitanorum tibi succurrat: video totum [illegible] non levem plagam accepisse. Sed ut ad tuas gratulationem [illegible] populum, [illegible] quod cum [illegible] potest, [illegible] in Ecclesiastica [illegible] hoc est, [illegible] Ecclesiae Ministris [illegible] in ipsa [illegible] quo Ministri Ecclesiastici Deus [illegible] illud ordinandi, pastoribus in Ecclesia proprium est. Quemadmodum in populo sua iucunda esse suffragia [illegible] populi [illegible] fuisse, & praecipuum Pastorum [illegible] Senioribus [illegible] Ecclesiastici populi consensum subsequutum. Sed [illegible] Turrianus [illegible] Ecclesiae vestrae Ministris [illegible] ad illorum esse ipsorum [illegible] licet contra veritatem [illegible] Episcopis ordina- [illegible] populi [illegible] etiam [illegible] Turriane [illegible] quod negasti, [illegible]

VII.
Pag. 192.

[illegible] in ipsis fuit [illegible] expedire. Quemadmodum [illegible] Ecclesiae Romanae Pontificem electionem ab Imperatoribus esse confirmandam, alioqui futuram irritam: simul addidit: [illegible] (verba enim eorum verbis ex cap. Adrianus, Dist. 63.) [illegible] Vide, inquam, Turriane, quotiens [illegible] falsum, [illegible] eandem sophisticam [illegible] Pontificem [illegible] anathematis [illegible] Romanum Pontificem [illegible] Turrianus [illegible]

VIII.
Pag. 193.

[illegible] Quod [illegible] Deus [illegible] Dei [illegible] figuram [illegible]

[illegible], *reſpondebimus, ſignum à deo datum, eſſe Sacramentum ordinationis.*

SADEEL. Totam hanc tuam obiectionem à miraculis petitam diſſoluimus in libello noſtro *de legitima Paſtorum vocatione*, quem huic ſecundæ reſponſioni inſeruimus: adeò vt quæ ibi diximus, nunc non videantur eſſe repetenda. Quinetiam, ſi Lutheri vocatio miraculis opus habuiſſe, tu ipſe nihil tale cogitans, magnum Dei miraculum nobis ſuggeris, quòd Deus Euangelicam doctrinam à Luthero aduerſus Pontificios errores propoſitam confirmauit. Nam ſi fortiſſimæ copiæ fuerunt in manus Caroli quinti traditæ, vt commemoras (quàm verè, nunc non diſputo) & nihilominus manſit illa doctrina quam Carolus Quintus oppugnabat, non manſit incolumis, ſed etiam ab eo tempore vigor & incrementum accepit, atque adeò [illegible] nonne hîc perſpicuè [illegible] diuerſas humanas vires, pro veritatis defenſione relucentem? Quod ais Lutherum factum fuiſſe anathema à ſuis Pontificibus: hoc verò ſignum fuit, pium illum virum à ſuorum Pontificum erroribus alienum, & veritatis ſtudioſum fuiſſe, quem ipſe [illegible] tanto animi impetu, & tot tantiſque conatibus inſectarentur. Quod [illegible] hiſce nouiſſimis temporibus exortas, [illegible] appellas: multas quidem eſſe non negamus, ſed ſimul affirmamus illas non eſſe Euangelicæ doctrinæ, quam profitemur, adſcribendas. Nos enim Anabaptiſtas, Arianos, Seruetiſtas, & pleroſque eiuſmodi non modò agnoſcimus, ſed grauiſſimis rationibus refellimus, & hac in parte (abſit dicto inuidia) noſtri doctiores ſunt Pontificijs doctoribus & diligentiores; quippe de [illegible] ſuo Pontifice curam ſoliciti. Nec nouum tamen eſt, ſi Satanas multas cuiuſque modi ſectas & hæreſes ſemper excitauit, quum alias clariſſima veritatis in medium prodiret: quod etiam Apoſtolicis temporibus accidiſſe veteres hiſtoriæ prodiderunt. Nam (vt prætermittam quod dicit Apoſtolus, *hæreſes eſſe oportere, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant*: itémque, quod ait Ioannes de vetuſtiſſimis illis hæreticis, qui diuinitatem Chriſti naturá negabant iam tunc exortis) perlege quæ Irenæus, Tertullianus, Auguſtinus, Epiphanius, & alij plerique aduerſus hæreſes conſcripſerunt, & facilè mihi id aſſentieris quod dixi de hæreſibus à Satana excitatis, vt lucé veritatis obſcuraret. Quod ſi ex diſſenſionibus ducenda eſſet argumentatio ad negandam Eccleſiam, quid, Turriane, nunquam Eccleſia ſupereſſet? nonne, ipſis etiam Apoſt. ſuperſtitibus, ſubortum eſt de legalibus cæremoniis in Eccleſia Chriſtiana diſſidium? Et, cùm Apoſtoli è viuis exceſſiſſent, quanta fuit in Eccleſia de die Paſchæ celebrando diſſenſio? quàm diu infelix illa controuerſia inter Chriſtianos exarſit? quouſque erupit? Item: quot Epiſcoporum lites fuerunt ab Imperatore Conſtantino in Nicena Synodo compoſitæ? Dies me deficiat, ſi velim veteres de hiſce rebus hiſtorias recenſere. Atque vt ad vos redeam: quàm longo interuallo ab Eccleſiis Græcis diſſidetis? quot doctrinæ capita, quæ vos præcipua eſſe creditis, inter vos & Græcos controuerſa ſunt? Romanum Epiſcopum ſummum omnium agnoſcitis, at illi negant: purgatorij flammas accenditis, quas illi extinguunt: & permulta ſunt alia in quibus planè à Græcis diſſentitis. Dic igitur, Franciſce, patiariſne propterea Turcas & infi-

1.Cor.11.
1.Ioan.2.4.
2.Iob.

deles Ecclesię Christianę insultaret Manet, Turriane, manet, inquam, Dei veritas, quantumuis licet hominum maculę intercedant. Ad ea prętermittam variam de Cœna Domini disputationem (quam tu illic videris innuere, & vos tertiò quoque verbo inculcatis) disce ex tuis Scholasticis qui scripserunt quęstiones in libros Sententiarum Lombardi: *Tres olim sententias de Eucharistia diu multùmque in Ecclesia fuisse [illegible] donec tandem in Synodo Lateranensi optata de Transsubstantiatione placuit,* quam nos repudiamus. Scholastici verò qui fuerunt tum doctiores tum ęquiores, non ita insultarunt iis qui Transsubstantiationem negabant, ut vos hodie facitis. Sic enim loquitur Cardinalis Cameracensis de tribus illis sententiis: *[illegible] modo, inquit, qui panis substantiam [illegible] [illegible] [illegible]*. Hęc Cardinalis ille Scholasticus. Denique, ne plura dicam, [illegible] in superiore tuo libro obiter (sic enim loquebaris) [illegible] de hac quæstione nondum inter pontificios definitum: *An Papa sit supra concilium, an concilium supra Papam*: quæ quidem quæstio [illegible] quæ agitur de Primatu pontificio; nec ignorasti, [illegible] vio, sed [illegible]; qui Papam concilio [illegible] Ecclesiæ Gallicanæ doctores [illegible] Hispano [illegible] Theologi, qui [illegible] superiorem, [illegible] illius [illegible] palestra [illegible]. Et quia Gallicani Cardinalibus [illegible] Cardinalem illum Cameracensem [illegible] hanc quæstionem ita definientem in suis [illegible] quis, Papa [illegible] generale [illegible]. Hęc ille. Ex quibus intelligi potest, [illegible] argumentum [illegible] quam si possis [illegible]. Sed de his reque etiam de [illegible] te propositis, hactenus. Nam quod ridiculè [illegible] in [illegible] quid sit [illegible] (quis [illegible] in Ecclesia [illegible]) atque id, Turrian [illegible] nec mirandum qui te tot aliis [illegible] demonstrauimus.

Schola&#115;t. in lib. 4. Sentent. Dist. 10. &c.

In 4. Sentent. quæst. 6.

Quæst. de resump.

T V R R I A N V S. *Quia Basilius [illegible] in Basilio [illegible] Basilius [illegible] de quo [illegible] lib. 3. de dogmatis, charact. vnius Dei, &c.*

IX. Pag. 192.

S A D E E L. Nostram (vt loqueris) [illegible] de Basilio, in [illegible] ridiculam refellere debuisti. At enim non tu illam, sed aliud tuum argumentum ex Basilio petitum in caput tuum retorqueo, non alios locos Basilij conquirens (vt facis) sed illum ipsum locum, quem attulebas, inter reges eius. Quum enim Basilius locum Esaię Ministris Ecclesię accommodaret, docuit, *debere eos esse consiliarios, hoc est, ea consilia perfectè [illegible] principatum [illegible]*. Hoc quia tamen Pontificem pupugit, vociferaris, & me cauillatorem, scilicet, appellas. Ego verò iterum aliud addo ex illo ipso Basilij loco, vnde necesse sit, tuum hoc argumentum atque planè confuere. Etenim *Episc. vis eſſe Iudices, Presbyteros autem conſiliarios* atque ita alios ab aliis diſtinguis. Contrà ſic Baſil. *conſiliarios futuri, inquit, Prophetæ omnes &c. aſſimile eſſe excitaturum beneficio Dominum populo ſuo repromiſit: nempe Apoſt. & Euangeliſtas: cuiuſmodi erat Paulus conſiliarius & adminiſter noui Teſtamenti &c.* Hæc Baſilius expreſſis verbis & ſine cauillatione, Turrianum refellens. An autem Baſilius *principatū illum quem ſomnias detulerit Epiſcopo Romano* (vt ais, ego verò pernego) non eſt huius loci diſputare. Hîc enim de Miniſtrorum Eccleſiæ ſucceſſione diſſerimus.

TVRRIAN. *Dixiſti te non his aſſentiri qui liberationem ex Babylonia planè excludunt ab hac promiſſione. Imò penitus excludendi ſunt: ſic enim poſtea: Vocaberis, inquit, ciuitas iuſtitiæ, vrbs fidelis. At nunquam Hieruſalem ad quam reuerſi ſunt Iudæi dici potuit ciuitas Iuſtitiæ: ſola namque Eccleſia Chriſti eſt ciuitas iuſtitiæ. Item, ſequitur: Et cum Iudicio redimentur captiui eius, & cum miſericordia, &c. Et Eſa. 63. Quis eſt iſte qui venit de Edom? &c. Ego qui loquor iuſtitiam & iudicium ſaluti, &c.* V. Pag. 193.

SADEEL. Cum ſtatim initiò tibi aliquid dicendum eſſet de loci Prophetici expoſitione, nunc ad finem id conaris præſtare, nimirum caput in cauda ponens: quæ tua eſt in diſputando methodus. Dicis igitur, *liberationem ex Babylonia planè excludendam ab hac Eſaiæ Prophetia*, quod nec Hieronymus, nec Baſilius teſtes tui vnquam dixerunt, licet Prophetæ verba ad noui Teſtamenti miniſtros accomodarint. Primùm igitur probabo, *Eſaiam ad liberationem ex Babylonia reſpexiſſe*, quæ quidem liberatio, redemptionem Eccleſiæ à Chriſto factam adumbrauit. Deinde paucis refellam tuas rationes. Prophetiam eſſe ex parte de liberatione ex Babylonia intelligendam manifeſtum eſt ex ipſa ſerie contextus. Hæc enim Prophetica promiſſio pendet à ſuperioribus: adeòque à grauiſſima illa obiurgatione qua Iudæorum peccata perſtringebat, præſertim his verbis: *Argentum tuum* (inquiebat) *verſum eſt in ſcoriam, & vinum tuum mixtum eſt aqua: principes tui deflexerunt, ſocii furum, &c. Heu conſolationem capiam de hoſtibus meis, & vindictam ſumam de inimicis meis, & conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam & auferam omne ſtannum tuum: & reſtituam Iudices tuos vt fuerunt priùs, & conſiliarios tuos ſicut antiquitùs.* Hæc Eſaias: quæ quidem aptè inter ſe ita cohærent vt Prophetarum more, antecedat comminatio, tum conſolatio ſubſequatur. Quamobrem cum ad Iſraeliticam Eccleſiam comminatio pertinuerit, nonne iniquiſſimum fuerit, illam ipſam Eccleſiam omnino priuare fructu eius conſolationis, quam Propheta ſubiicit? Porrò quis non videt ſimilitudinem *ſeriei repetitam, & ipſa Iudicum & conſiliariorum nomina*, atque hæc etiam verba, *ſicut priùs, ſicut ab initio, noſtram ſententiam confirmare?* Ego verò (quod aliquot veterum pace dictum velim) Iudices in hoc loco, non intelligo de vetuſtiſſimis illis Iudicibus, qui regum tempora præceſſerunt: ſed planè Chryſ. aſſentior, qui generaliter locum hunc intellexit de populi præfectis: ſic enim ille: *Hoc loco, inquit, aſcenſum eorum ſiue reditum denuntiat* (audi Turr.) *ſublatis videlicet è medio iis qui antea debili ægritudine laborarant, & ad rectitudinem vitæ ſe recipientibus, qui* [illegible] *ſpecimen exhibere ſua diligentia. Reliquit inſuper* [illegible] In 1. cap. Eſ.

ſpeciem

[illegible] addit, non intempeſtiuè: videlicet adminiſtrationem ſuo [illegible] præfectorum Principum, & conſiliariorum copiam qui boni ſint, [illegible] partes tantum [illegible] ad priſtinam redeant ſanitatem, &c. Nec enim mediocre beneficij loco habendum eſt, ſi contingat nanciſci principes bonos. Hæc Chryſoſtomus, Turrianum refellens, & ſuis, hoc eſt, aureis verbis Turrianicæ ſententiæ ſcoriam detergens. Nunc diſſoluo tuas rationes. *Hæc verba*, inquis, *vocaberis ciuitas iuſtitiæ, vrbs fidelis*: ad Iudæos non pertinent, quia Hieroſolyma ad quam Iudæi reuerſi ſunt, dici non potuit ciuitas iuſtitiæ. Sola enim Eccleſia Chriſti eſt ciuitas iuſtitiæ. Paucis verbis, Turriane, multa ac magna peccata admiſiſti. Num enim audes negare, Iſraeliticam ſiue Iudaicam Eccleſiam ante Chriſtum exhibitum fuiſſe veram Dei Eccleſiam, quæ Chriſtum Dominum agnoſcebat? Item: negaſ-ne Iſraeliticam Eccleſiam fuiſſe ſanctam, ac propterea Hieroſolymam dictam fuiſſe ciuitatem ſanctitatis atque veritatis? Vide Pſal. 87. 48. &c. Expende etiam hunc Zachariæ locum: *Habitabo*, inquit, *in medio Hieroſolymæ, & vocabitur Hieroſolyma ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons ſanctificationis.* Quæ verba Hieronymus etiam ſecundum hiſtoriam de Iſraelitica Eccleſia expoſuit? & Matthæus *Hieroſolymam ſanctam ciuitatem* appellauit: nimirum propter ſedem Dei, & teſtimonia diuinæ præſentiæ illic conſtituta. Perperam igitur opponis Eccleſiam Chriſti Eccleſiæ Iſraeliticæ, cuius reliquiæ Chriſtum venturum magna ſpe, & ſummo deſiderio expectabant, quemadmodum Simeon teſtatus eſt: adeo vt Iſraelitica Eccleſia ad Eccleſiam Chriſti referenda ſit, non autem ei opponenda, vt facis perperam, & contra ipſa Theologiæ fundamenta. Idem dico de his verbis (*[illegible]*. Item: *ego ſum qui loquor in iuſtitia, & [illegible] ſum ad ſeruandum*) à te ex eodem Eſaia obiectis quæ pertinebant etiam ad fideles Iudæos ex Babylonia reuerſuros, quemadmodum rectè Chryſoſtomus expoſuit. Ita igitur ex ipſa Scriptura & Theologorum doctiſſimorum ſententia ſtatuendum eſt: promiſſionem liberationis, & inſtaurationis ab Eſaia propoſitam, vtramque liberationem ſignificare: nempe tum ex Babylonica captiuitate, tum eam quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus in mundo exhibitus Eccleſiæ præſtitit: ita vt prior illa liberatio huius poſterioris quædam veluti imago fuerit & typus. Nec enim negari poteſt quin promiſſus fuerit reditus ex captiuitate Babylonica, & ſæpe à Prophetis ipſis prædictus: quam etiam promiſſionem impletam fuiſſe nemo dubitat. Eſt igitur iniquiſſimum, præclarum hoc beneficium omnino excludere ex locis Propheticis. Atque hęc Turriane, de tuis erroribus quos, ad finem huius tractationis, ſuperioribus illis tuis addidiſſe volui.

Zach. 8.

In cap. 8. Zachar.

Matth. 5.

Luc. 2.

Eſ. 1. cap. & cap. 63.

LOCVS XII. I. TIM. IIII. ET ACT. XIII. ADDE I. TIM. V. ET TIT. I.

Ne negligito donum quod in te eſt, quod datum eſt tibi ad prophetandum cum impoſitione manuum Presbyterij.

Cum ieiunassent & precati essent & imposuissent eis manus, dimiserunt eos.

Manus cito ne cui imponito, neque communicato peccatis alienis.

Reliqui te in Creta, vt quæ reliqua sunt corrigas, & constituas oppidatim Presbyteros.

Sophisma Turriani.

Timotheus fuit ordinatus per impositionem manuum presbyterij, id est, [illegible] Episcoporum: ex Theoph. Item: Paulus cum Presbyter esset, [illegible] [illegible] & ordinatus Episcopus. Ex his igitur locis, & ex Epist. ad Tim. & ad Tit. constat Episcoporum esse ordinare Episcopos & Presbyteros. Quare cum non sint Episcopi apud Protestantes, sequitur ipsorum ordinationem non esse legitimam.

Pag. 21. 22. 23. 302. 303. 152. 166. 167 &c.

Solutio Superioris Sophismatis.

Tandem in locum valde lubricum se coniecit Turrianus, dum hoc argumentum in medium adduxit. Nam si ex eo depellatur, vnam profecto lituram superioribus omnibus argumentis induxerit. At licet hic causam obtineret (absit autem vt obtineat) manebunt nihilominus superiores nostræ responsiones. Hic enim igitur constitutum [illegible] *Presbyteris ordinare Ecclesiæ Ministros & Pastores*: quod si verum esse demonstretur, tum redarguetur Turrianus ab ipso suo argumento, neque poterit ordinationes Protestantium improbare: quia Wiclefum, Ioannem Hus, Lutherum, Zwinglium, & alios quosdam viros præstantissimos, qui nobis hisce postremis temporibus Euangelicam facem prætulerunt, constat fuisse Presbyteros: nec id etiam negat Turrianus. Ex quo efficitur illorum ordinationem *posse dici [illegible] & [illegible] [illegible]*. Sed si ius ordinandi non habeant Presbyteri (quod vult Turrianus) semper tamen firmum manebit quod à nobis responsum est & probatum, in tantis Ecclesiæ tenebris Deum summos illos viros donis egregiis instructos præter ordinem excitasse, vt ordinem ipsum instaurarent. Atque vt hoc argumentum expediamus, duo nobis præstanda sunt. Primum enim *probandum est, iure diuino (quo legitimæ ordinationes niti debent) [illegible] Presbyteros quam Episcopos habere ius ordinandi*. Deinde, *aliquid etiam dicendum erit de ordinaria & extraordinaria vocatione*, vt facilius dispiciamus quatenus primos nostros huius ætatis doctores vocationem vel ordinariam vel extraordinariam habuisse, dici possit.

Status causæ.

Can. Ecce ego. dist. 95. Hier. ad Nepot. &c.

Obiectio Turr. De loco 1. Timo. 4. 5. Refutat. Pag. 45.

Quid significe Presbyt.

Duo præstanda.

Episcopus & Presbyter eosdem esse iure diuino hinc manifestum est, quod *Presbyteri & Episcopi* vocabula ad rem eandem significandam tanquam synonyma in Sacris literis vsurpentur: vt Tit. 1. *Reliqui te in Creta vt constituas Presbyteros, &c. Oportet enim Episcopum esse inculpatum*, & 1. Pet. 5. Presbyteros compellans, *Pascite* (inquit) *gregem, qui penes vos est, [illegible] [illegible]*. Et Act. 20. Paulus Presbyteros Ephesinos adhortans, *Attendite vobis ipsis, & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus vos constituit Episcopos ad pascendam Ecclesiam Dei*. Ad Philipp. 1. Paulus *salutat* [illegible]

Presbyteros habere ius ordinandi. Confirm. ex Script. locis.

sanctos

[illegible] *Epiſcopi* [illegible]. Ex quibus poſterioribus locis manifeſtum eſt, plures olim fuiſſe vnius vrbis Epiſcopos, [illegible] totidem quot Presbyteros: cùm tamen inter Pontificios vna vrbs non alat duos Epiſcopos, non magis quàm arbor vna duos erythacos. Quinetiam Epheſ. 4. vbi Paulus recenſet præcipua Eccleſiæ munera, *[illegible]* [illegible] nomen illius *[illegible] illum Epiſcoporum ordinem & gradum*, ſiquidem tunc inter Presbyteros eminebant. Nam Turrianus non auderet *Presbyteris Parochis* denegare Paſtoris nomen, cùm (vt ipſi Pontificij loquuntur) *curam animarum habeant*. Ergo ſi vera eſt Turriani ſententia, debuit Paulus inter Paſtores [illegible] Apoſtolos ab Euangeliſtis: & Euangeliſtas ab ordinariis Paſtoribus. Nam omnes illi quidem erant Paſtores, ſed quia certis gradibus differebant, ideirco Paulus alios ab aliis diſtinxit. idem procul dubiò feciſſet in Epiſcopis, ſi eorum vocatio ab aliquorum Presbyterorum gradu diſtincta eſſet. Quamobrem ſi quis diligenter ad hunc Pauli locum attenderit, & circumſtantiam loci notauerit, non dubium [illegible] aſſentietur. Huc accedit quod idem Apoſtolus Presbyteros [illegible] Eccleſiæ 1. Timoth. 5. *[illegible] digni habeantur, maxime qui laborant in ſermone & doctrina.* [illegible] ſuperiorem illum Epiſcoporum gradum hic [illegible] Apoſtolus, ſi tunc locum in Eccleſia habuiſſet. [illegible] Pauli loco [illegible] *dicit eos laborare in ſermone & doctrina.* [illegible] *laborant in ſermone & doctrina* [illegible] Turrianus negabit, qui licet non ſit Epiſcopus, [illegible] in ſcribendo & docendo *laborat* [illegible]. Sed audiamus quid contra Tur[illegible] [illegible] Theoph. ait Presbyterium ſignificare [illegible]. Hæc Turr. [illegible] ſententia [illegible] in libro de Hierarchicis ordinationibus [illegible] Sed [illegible] Theophylacti verba ad ſolos Epiſcopos [illegible] ſunt, cùm poſſint etiam ad Presbyteros [illegible] Apoſtolicæ gratiæ, ſuo modo, participes. Cæterùm longè plura [illegible] Lucam [illegible] hiſtoriæ Euangelicæ [illegible] omnium conſeſſu [illegible] præceptor Eccleſiæ Hieroſ. Presbyteros autem eſſe præfectos Eccleſiæ [illegible] Sed quia Turrianus maximè [illegible] Epiſcopi [illegible] Concilium R. Epiſcoporum [illegible] Turrianum longè [illegible] Presbyteris [illegible] ille ad [illegible] ſcripſit e[illegible]

Can. Ecce ego. diſt. 95.
Hier. ad Nepot. &c.
Obiectio Turr. De loco 1. Timot. 5.
Refutat.
Pag. 152.
Quid ſignificet presbyte[illegible] Paulum.

contrali

[illegible]) *ceterum. Adsistentis autem Episcopi* [illegible]. Quid enim Turriane? [illegible] ne audeas? Et Episcopo [illegible] ille nomen [illegible] Presbyteri [illegible] illis quinque Episcopis distinxit [illegible] duo [illegible] Scripturam [illegible] & [illegible] ipso & ab Episcopo concludere licet, ut Presbyteri [illegible] *Presbyterorum, non autem Episcoporum*, qualis intelligit Turr. Hoc autem nomen Latinè exprimens Hieronymus (quod ipsi Pontificij in sua decreta retulerunt) dixit *Senatum Ecclesiasticum*. Quæ cùm ita sint, restat ut hunc Pauli locum nostræ sententiæ proprium vendicemus, quem Turrianus nobis tanquam iustus possessor [illegible] [illegible] igitur dicamus: *Cum Presbyteri* [illegible] (ut [illegible]) *ipse Paulus testatur ordinatum fuisse Tim. à Presbyterio* [illegible] *quitur Presbyteros habere ius ordinandi, idq; expresso Dei verbo* [illegible] *postea ab hominibus fuerit constitutum*. Ex iis autem quæ ad Tim. & Tit. scripsit Apost. perperam colligit Turrianus *Episcopalem dignitatem*. Nam eos non fuisse *Episcopos* vel hinc appareat, quod nunquam certis sedibus alligati, sed peregrinationum Pauli socij fuerint, & prout eas Ecclesiæ postulabant, modò ad hanc, modò ad illam Ecclesiam missi sint. Hoc autem [illegible] esse ab Episcopatu vel ipsi Pontificij [illegible] agnoscant. Idcirco quæcunque ad Timotheum & Titum scripsit Paulus de ordinandis Ministris, aut de accusationibus in eos audiendis, non sunt ad eorum personas restringenda, sed sub eorum persona Paulus omnes Ecclesiæ Præfectos voluit officij sui admonere. Fateor tamen Timotheum & Titum ordinasse [illegible] Ecclesiæ Ministros, non tanquam Episcopos, sed tanquam Euangelistas (ut colligere licet ex epistola [illegible] [illegible] quam [illegible], qui gradu quidem superior [illegible], id est, ordinariis pastoribus (quales [illegible] [illegible] Episcopos) sed tamen [illegible] quod [illegible] [illegible] doceri, & doctrinæ nostri [illegible] rationibus confirma[illegible] [illegible] autem [illegible] quam [illegible] Turrianus [illegible] [illegible] ipso Lumbardo, quem Pontificij Magistrum appellant. Sic enim ille de [illegible] *Metropolitanis* [illegible] [illegible] Magistro [illegible] [illegible] possidit [illegible] & [illegible] Scripturam [illegible] [illegible] Quid hic Turrianus? *Prophetas*, inquit [illegible] *Episcopos, & Doctores Presbyteros* [illegible] *Paulo & Barnaba* [illegible] *Presbyterio* [illegible] *ex Presbyterio* [illegible] *Episcopum*. [illegible] ne? Paulum igitur [illegible] illum [illegible] Apostolum [illegible] hominibus, neque per hominem vocatum, [illegible] per [illegible] nos [illegible]

Apostoli

Can. Ecclesia 17. q. 1.

Locus in Turr. retorquetur.

De Epist. ad Timo. & Tit.

Pag. 294.

[illegible] Dist. 24.

Can. decretis Dist. 21. Lumbardus Scholasticorum Doctorum magister, [illegible] Archiepiscoporum & Primatum Etymologiam attulit.

De loco.

Act. 13.

Expositio Turriani refutatur.

Turr. Paulum ex Apostolo Presbyterum facit & ex Presbytero Episcopum.

Apostoli munere fungentem, tu nouus Iesuita ſcilicet, deturbabis ex Apoſtolico gradu, vt eum in tuorum Presbyterorum claſſem reijcias? Niger ergo & *Lucius*, & Manahem (quorum meminit Lucas) erant Epiſcopi Paulo ſuperiores, & ipſe Paulus erat tantum Presbyter ordinarius Eccleſiæ Antiochenæ. Obſecro, quæ hæc impudentia eſt, non Turrianum Ieſuitam, non omnes Ieſuiticos ſodales: non Theodoricum Colonienſem inquiſitorem hæreticæ prauitatis (vt loquitur,) nec tamen inſignis huius erroris & prauitatis correctorem, ſed totius libri approbatorem: denique non ipſum Pontificem pudere huius Turrianicæ, non expoſitionis, ſed deprauationis? ſaltem Sophiſtam ageres, Turriane, non autem iniuriam etiam ipſis Apoſtolis faceres, dum eos conijceres in ordinarios vnius Eccleſiæ Presbyteros, qui ſint etiam ipſis Epiſcopis inferiores. Cæterùm vide quàm hæc tua expoſitio, licet planè à theologia aliena, parum tamen adiuuet tuam ſententiam. Vis enim *Prophetas apud Lucam fuiſſe Epiſcopos*. Atqui illi *Prophetæ* erant ordinarij Paſtores Eccleſiæ Antiochenæ, vt conſtat ex verbo [illegible] illic vſurpato, cuius propriam ſignificationem, tu qui toties græciſſas, non ignoras. Pontificij verò *Epiſcopi* (vt iam antè dictum eſt) [illegible] *plures eſſe non poſſunt, ſed* [illegible] *ſuis ſedibus* [illegible] Paſtores igitur vt illi *Epiſcopi quos dicis fuiſſe in Eccleſia Antiochena*, idem fuerunt cum iis quos Presbyteros appellamus. Affero & aliam probationem ex 1. ad Cor. c. 14. vbi Paulus ait *in Corinthiorum Eccleſia plures fuiſſe Prophetas*: Si ergo *Prophetæ erant Epiſcopi* (quemadmodum exiſtimas) ſequitur multos fuiſſe Epiſcopos eiuſdem Eccleſiæ, eoſdemque ordinarios Eccleſiæ paſtores. Ex quo rurſus efficitur, [illegible] *Epiſcopos cum Presbyteris Eccleſiæ Doctoribus*. Hinc ipſum confirmatur [illegible]. Quid enim aliud *eſt ordinatio* [illegible] *Eccleſiaſticum Miniſterium*, [illegible] *ipſius conſecrationis*? Ergo Presbyteri ius habuerunt prædicandi & baptizandi, adeoque etiam eligendi miniſtros Eccleſiaſticos (quamdiu diſciplina in Eccleſia locum habuit) cur tamquam indigni cenſeantur à manuum impoſitione? [illegible] fuiſſe à Baptiſmo ad ordinationem patet ex Magiſtro Sententiarum, lib. 4. Diſtin. 24. Nihil igitur cauſæ reperis quamobrem Presbyteri ius ordinandi non habeant. Quinetiam miror te hoc ipſum in Pontificiis decretis non animaduertiſſe. Sic enim Scriptum eſt in Can. Presbyter. Diſtinct. 23. *Presbyter cum ordinatur, Epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri qui præſentes ſunt manus ſuas iuxta manum Epiſcopi ſuper caput illius teneant.* Ex quibus verbis colligitur Presbyteros non olim fuiſſe iure [illegible] excluſos. Dicet Turrianus in hoc Canone fieri mentionem *Epiſcopi benedicentis*: quod quidem fateor; & illo tunc Presbyteros fuiſſe ſubiectos Epiſcopis, ex ipſa ratione temporum ſatis intelligo: ſed, vt ille quondam ex veſtigijs Herculis, totius corporis ſtaturam & proceritatem colligebat, ita dico, ex hoc vnico fragmento colligi poſſe, quanta olim in ordinationibus Eccleſiaſticis fuerit Presbyterorum authoritas.

Presbyteros habere ius ordinandi probatur ex ipſa natura ordinationis.

Item ex Decretis Pontif.

Longum verò catalogum veterum enumeras, vt nobis probes *Epiſco-*

pos eſſe presbyteris ſuperiores, & identidem repetis Clementinas illas conſtitutiones nomen Apoſtolorum ementitas: paucis reſpondeo: ſuperiorem illum Epiſcoporum gradum vetuſtiſſimum quidem, ſed tamen humanum inſtitutum eſſe, quo pij maiores Schiſmaticis occurrere voluerunt. Et quanquam fortaſſis habita temporum illorum ratione, remedium illud non fuit inutile: experientia tamen docuit, bonos illos Patres dum Charybdim vitare cuperent, in Scillam incidiſſe. Nam quæ ſubſecuta eſt Epiſcoporum ambitio, non minùs exitialis fuit Eccleſiæ, quàm illa ſchiſmata: & (verè vt dicam) hoc fuit ſchiſma omnium pernicioſiſſimum, cùm ab Euangelij puritate & à vera doctrina diuortium factum eſt, & Spiritualis Eccleſiæ diſciplina fuit in regiam authoritatem tyrannicamque potentiam commutata. Quamobrem, Turriane, dum veterem *Epiſcoporum ordinem* toties inculcas, dum nobis *Cornelium, Fabianum, Cyprianum, & alios eiuſmodi pios & ſanctos Epiſcopos* commemoras: tu planè res diſſimiles coniungere conaris, quandoquidem tui Epiſcopi præter hoc Epiſcopi nomen, nihil habent cum illis veteribus commune. Abſit autem vt quicquam de piorum Epiſcoporum virtute & probitate detractum velimus: hoc enim tantùm agimus vt *ſuperiorem Epiſcoporum gradum* non iure diuino fundatum eſſe, ex Scriptura confirmemus. Concludamus igitur: *cùm ſuperior illa dignitas Epiſcopalis humanis tantùm inſtitutis aſſeratur, tantùm eſſe humani iuris: contrà, cùm expreſſis Scripturæ teſtimonijs pateat, Apoſtolorum temporibus Epiſcopos fuiſſe cum Presbyteris exæquatos, & iure diuino poteſtatem ordinandi non minùs Presbyteris quàm Epiſcopis conuenire.* Quid autem ſi ab illis ipſis veteribus petamus ſententiæ noſtræ confirmationem? Sic enim Hieronymus: *Apud veteres, inquit, iidem Epiſcopi & Presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis eſt, hoc ætatis. Idem: Apoſtolus perſpicuè docet eoſdem eſſe presbyteros quos Epiſcopos. Quòd autem poſtea vnus electus eſt qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt.* Idem: *Antequam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi Presbyterorum conſilio gubernabantur: poſtea in toto orbe decretum eſt, vt vnus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos: ita Epiſcopi Presbyteri nouerint ſe magis conſuetudine, quàm diſpoſitionis Dominicæ veritate, Presbyteris eſſe maiores.* Sic etiam Ambroſius: *Primùm, Epiſcopi Presbyteri appellabantur, vt recedente uno, ſequens ei ſuccederet: denique apud Ægyptum Presbyteri conſignant, ſi præſens non ſit Epiſcopus: ſed quia cœperunt ſequentes Presbyteri indigni inueniri ad Primatus tenendos, immutata eſt ratio, proſpiciente Concilio, vt non ordo, ſed meritum crearet, &c.* Idem: *Epiſcopus eſt primus Presbyter, &c.* Sic porrò Auguſtinus: *Quanquam ſecundùm honorum vocabula quæ iam Eccleſiæ vſus obtinuit, Epiſcopatus Presbyterio maior ſit: tamen in multis rebus, Auguſtinus Hieronymo minor eſt.* Sic quoque Gratianus ex Iſidoro: *Apud veteres iidem Epiſcopi & Presbyteri fuerunt:* quæ verba etiam citat Lombardus. At ne plures locos accumulem, concludam hoc præclaro voto Gregorij Nazianzeni: *Vtinam, inquit, nulla eſſet throni prærogatiua,* [illegible] *dextrum & ſiniſtrum & medium, ſublimior & inferior ſedes, &*

Olim Presbyteros eoſdem fuiſſe cum Epiſcopis ex ipſis veteribus.
Ad Oceanum
Ad Euag. In 1. cap. ad Tit.

In 4. Eph.

In 1. ad Tim. 3.
Epiſt. 19.
Cau. clero.
Diſt. 21. Sententiarum lib. 4.
Diſtin. 24.
Orat in Maximum.

illa præeundi vel eodem gradu incedendi inuecta consuetudo, non in multas partes [illegible]. Ex his igitur & conſimilibus locis planum factum eſt, *Epiſcopos humano iure & decreto atque Eccleſiæ conſuetudine & vſu* (his enim omnibus vocabulis veteres vtuntur) *Presbyteris eſſe ſuperiores.* Quæro ergo, Turriane, *antequam illa Epiſcopi & Presbyteri diſtinctio introducta eſſet, inuentúmque eſſet illud ſchiſmatis remedium: antequam decretum eſſet* (ita proſpiciente Concilio) *vt vnus ex Presbyteris cæteris ſuperponeretur*: tum, inquam, *cùm Eccleſiæ communi conſilio Presbyterorum gubernabantur, nec dum illa honorum vocabula Eccleſiæ vſus obtinuerat*, quæro, num *ordinationes* quæ tum fiebant, dicendæ ſint *nullæ, irritæ, & merè laicæ*, quemadmodum *de noſtris ordinationibus* loqui ſoles. Quòd ſi pergis: contende igitur cum Hieronymo & eiuſmodi veteribus, atque illis ſcutum illud tuum Clementinum quantumlibet opponito: at nos interim certis & firmis teſtimoniis Scripturæ freti, noſtras ordinationes veras ac legitimas eſſe dicemus.

2. De ordinaria & extraordinaria vocatione.

Supereſt, quod nos poſteriori loco tractaturos promiſimus, vt aliquid etiam dicamus *de ordinaria & extraordinaria vocatione, & vtra cenſenda ſit eorum vocatio, qui primi noſtris temporibus Eccleſiam reformarunt.* Ordinarium duobus modis intelligitur. Aut enim id ſignificat quod legitimum ordinem ſequitur, & ab eo pendet: aut id quod in more eſt poſitum, atque ipſo vſu & conſuetudine nititur. Sæpe enim in legitimi ordinis perturbatione, quædam etiam *ordinis* effigies ſeruari ſolet. Itaque ſi propriè loqui volumus, Eccleſiæ Romanæ & eius Epiſcoporum ſucceſſio non poteſt dici ordinaria, quia ab ordine quem inſtituerunt Apoſtoli diſceſſit: noſtrorum autem Paſtorum vocatio non poteſt dici non ordinaria, ſi ordinem ſpectemus ab Apoſtolis inſtitutum, licet à recepto vſu Eccleſię Romanæ deſciuerint. Nam præclarè à corrupto ac violato ordine receditur, vt ad integrum & verum ordinem redeatur. Sed ſi homonymos ordinem accipimus pro vulgato more & vſu, tum cenſebimus primos illos Eccleſiæ reformatæ Miniſtros vocationem extraordinariam habuiſſe. Et certè quamuis Dominus non omnino neglexerit obſcura illa veſtigia Eccleſiæ, quæ Pontificiis remanſerunt (nam reformatores Eccleſiæ nobis excitauit ex ordine Presbyterorum & Doctorum Eccleſiæ, vt antè dictum eſt) plurima tamen in Eccleſiis noſtris inſtaurandis præter morem ſolitum egerunt. Nam (vt alia prætermittam) hoc fuit non tantùm extraordinarium, ſed planè miraculoſum, quòd in craſſiſſimis illis tenebris Deus viris illis præluxerit, adeò vt errores Eccleſiæ Romanæ perceperint, eóſque ex puro Dei verbo repugnandos eſſe cenſuerint, atque ab ipſis diuini verbi fontibus puritatem cùm in Doctrina, tum in Sacramentis, & legitimam Eccleſiaſticæ rationem hauriendam eſſe docuerint, & ex ipſo Dei verbo confirmarint. Ita Dominus non tantùm abſterſit illas ſuperſtitionum ſordes & corruptelas, quæ pro ratione temporum obrepſerant in ordinariam eorum vocationem: ſed eam etiam magis ac magis ſanctificauit, ac longè præſtantiorem reddidit, vt eorum labores non ad vnam tantùm Eccleſiam aut gentem pertinerent, ſed longè latéque per vniuerſum terrarum orbem diffunderentur. Et quem-

An primi Doctores Eccleſiæ reformatæ habuerint vocationem ordinariam, an extraordinariam.

admodum

Ioan. 11

admodum Lazarus in ſepulchro, erat tantùm nomine Lazarus: ac reuera cadauer quatriduanum & fœtidum: verùm accedente verbo Dei, & vocante Chriſto, ſtatim vita rediit adeò vere & nomine Lazarus in lucem prodierit: ita primorum illorum Doctorum ſucceſſio & vocatio, quæ per ſe quidem erat mortua & vocationis potiùs cadauer, quàm vera vocatio, propter corruptiones Pontificias vocante Chriſto & Spiritum ſuum infundente, cœpit reuiuiſcere & obire proprias functiones, atque adeò longè nobiliores. Ita factum eſt, vt in Euangelicis ac reformatis Eccleſiis inſtauratus fuerit legitimus ordo Eccleſiæ, ex quo Paſtores ordinarij inter nos continua ſucceſſione propagantur. Quæ cùm ita ſint, concludimus, ſiquid boni ſit in illa continua & ordinaria ſucceſſione, quam Pontificij iactant, totum id in primorum illorum vocatione extitiſſe. Contrà, quicquid mali, corruptionis, & ſuperſtitionis eſt in illa ſucceſſione, ſublatum id totum ac deletum fuiſſe ſumma Dei miſericordia: qui tantam lucem in eorum mentibus accendit, vt facilè potuerit eiuſmodi tenebras diſcutere. Sed de his hactenus. Quamobrem ex iis quæ à nobis diſputata ſunt, facilè poteſt intelligi, Turriani ſententiam de ordinatione à ſolis Epiſcopis facienda (quo fundamento in primis ordinaria Epiſcoporum Pontificiorum ſucceſſio nitebatur) nullis Scripturæ locis confirmari: & quos nobis obiicit Turrianus, eos ab ipſo fuiſſe corruptos & in alienum ſenſum detortos, quemadmodum ex ipſorum locorum circumſtantiis manifeſtè probauimus. Reliquum eſt igitur vt ita aduerſus Turrianum argumentemur.

Contradictio

Presbyteri, ſi non humanis decretis, at certè Apoſtolicis inſtitutis habent ius ordinandi (quod ſuperiori diſputatione confecimus.) Illi verò qui hac ætate Eccleſiam primi reformârunt, erant Presbyteri (quod agnoſcit Turr.) *Quare primi illi Doctores quos à Domino excitatos pij ac fideles agnouerunt pro veris Doctoribus, potuerunt in Eccleſia reformata Miniſtros ac Paſtores ordinare, idque iure diuino, cui humanæ conſtitutiones derogare nihil poſſunt.* Hæc ſit igitur recapitulatio totius diſputationis. *Turriano fuit propoſitum, noſtrorum Paſtorum ordinationem euertere hoc argumento, quòd non nitantur ordinaria Eccleſiæ Rom. ſucceſſione ſub authoritate & principatu Rom. Pont. à quo ipſa Eccleſiæ ſucceſſio diuelli non poſſit.* Nos autem vt hoc argumentum solueremus, *duo præcipua eius membra diſcuſſimus, nempe Romani Pontificis principatum, & ordinariam Eccleſiæ ſucceſſionem. Quod attinet ad Romanum Pontificem, demonſtrauimus eum non eſſe caput Eccleſiæ, cùm id ſibi Chriſtus tanquam proprium vendicet: Petrum verò nullum ius in reliquos Apoſtolos habuiſſe, nullumque in Eccleſia Catholica principatum: & ſi habuiſſet, ad ſucceſſorem tranſmittere non potuiſſe: & ſi potuiſſet, non ad Romanum potiùs Epiſcopum, quàm ad Antiochenum, Hieroſolymitanum, aut alium quemuis earum Eccleſiarum in quibus aliquando Petrus docuit: & ſi ad Romanum potius, non propterea ad Pontifices, cùm neque Rom. Eccl. Epiſcopi, nec Epiſcoporum Romanorum verè ſucceſſores ſint, imò ne Epiſcopi quidem. Quantum verò ſpectat ad ſucceſſionem, hanc diſtinctionem adhibuimus, vt quamdiu quidem ſteterit, & conſpicuus fuerit ordo legitimus Eccleſiæ, tamdiu nobis colenda ſit viſibilis & ordinaria Paſtorum ſucceſſio: At illo ipſo ordine interrupto & collapſo, diximus, Deum præter ordinem, vel potiùs præter morem ſolitum, quando & quibus modis voluerit, verum ac legitimum*

Recapitulatio.

ordinem Ecclesiæ instituerat, per eos quos ad illud opus suo impervestigabili consilio delegerit, & excitarit: nec ipsam Ecclesiam ulli esse personis, locis, temporibus, nulli denique visibili formæ alligandam: atque ostendimus non ad cœtus visibiles & ad particulares Ecclesias, sed ad electorum Catholicam Ecclesiam, promissionem de perpetuo statu pertinere. Quinetiam addidimus ineptè facere Turrianum & omnes eius commilitones, dum obijciunt nos planè esse omni successione destitutos: quandoquidem constat, ipsis etiam assentientibus, primos huius ætatis Ecclesiæ reformatæ Doctores habuisse illam successionem & vocationem, quam Pontificij tantopere commendant. Quo loco refutauimus etiam errorem Turriani qui χειροτονίαν quam ad solos Episcopos pertinere, & ordinationes ab iis solis faciendas esse, contra expressum Dei verbum, affirmabat. His igitur ita pertractatis, velim quiuis, falsum esse quod proposuit Turrianus, pastorum nostrorum ordinationes esse nullas, irritas, & merè laicas. Atque ita dicendum potiùs, eas esse veras, legitimas, & verè Ecclesiasticas, vt quæ non humanis institutis, sed firmissimo verbi Dei fundamento, & certissima veritate nitantur.

RESPONSIO ET OBIECTIONES Turriani ad superiorem Antonij Sadeelis Disputationem.

I.
Pag. 195.

LOcum à me tractatum ludicrum mihi esse arbitraris, sed vehementer metuis ne depelli à te possim. Dicis Presbyteri & Episcopi vocabula ad rem eandem significandam in sacris literis vsurpari. Sed non negabis, Antoni, prius fuisse res quàm nomina rerum, & hoc postulasse consequentiam rerum, vt rebus inter se differentibus nomina inter se differentia indita essent. Testatur autem Clemens in Constitutionibus Apostolicis, Apostolos differentiam Episcopi & Presbyteri à Domino didicisse. Quòd in Scriptura quandoque Episcopi vocantur Presbyteri, & contrà: hæc communitas nominum non tollit differentiam rerum, alioqui liceat inducere, Angelorum ordinem non differre ab aliis ordinibus hierarchiæ cœlestis, quia omnes dicuntur Angeli. Disce tandem, quæ sunt alioqui propria rerum vocabula fieri interdum communia, quia plures sunt res quas interdum significare necesse est, quàm sint vocabula. Quia ergo in Episcopo inest ordo Presbyterij, idcircò Episcopus vocatur aliquando Presbyter. Rursus quia Presbyterorum est præesse Laicis, idcirco ab eo quod commune habet suo modo cum Episcopis, id est, quòd & ipse [illegible] Presbyteri aliquando dicuntur Episcopi. Sed tu cauillaris in communitate nominum, nesciens distinguere proprium à communi, neque commune à proprio, sed omnia confundens, vt iis contingit qui non intelligunt quæ loquuntur, &c.

pag. 195.
Pag. 196.

SADEEL. Quia quæstionem hanc quæ nunc est in manibus, tanta loquacitate tractauit Turrianus, vt quanquam alibi vanissimus, hic tamen se ipse vanitate superasse videatur: non abs re fuerit summam disputationis more nostro paucis comprehendere, vt re ipsa, de qua inter nos agitur, ante oculos constituta, Turrianicas illas tendiculas ac verbosam Monachi futilitatem facilè negligamus. Vt probet Pastorum nostrorum ordinationes non esse veras, nec Ecclesiasticas, sed, vt ille quidem dicere solet, merè Laicas: ait primos Ecclesiarum nostrarum pastores non fuisse Episcopos, sed tantum Presbyteros, ac propterea non habuisse ius ordinandi *alios paſtores, qui ipſis in munere atque officio docendi ſuccederent.* Nos autem quid ſentiamus de vera paſtorum Vocatione tum ordinaria, tum præter ordinem à Deo, quoties ita ipſi viſum eſt, excitata, fuſè à nobis in noſtra ſolutione fuit expoſitum, & in libello noſtro *de legitima vocatione Paſtorum*. Hoc igitur nunc in primis quærendum eſt: *An iure diuino, ſoli Epiſcopi habeant ius ordinandi, non autem Presbyteri*, quemadmodum proponit Turrianus. Quia verò expreſſis Scripturæ locis nitimur, ex quibus efficimus, *Epiſcopos à Presbyteris non fuiſſe Apoſtolorum temporibus diſtinctos: ſed Eccleſiarum Paſtores, nunc Epiſcopos, nunc Presbyteros fuiſſe, ſine vllo vel dignitatis, vel gradus diſcrimine, nominatos*: hic Monachus æſtuans, primùm conatur locos illos clariſſimos obſcurare: deinde in ſua caſtra refugiens, ſe tutatur Pontificum Romanorum authoritate. *Anacletum vocat: Clementem accerſit: Leonis, Innocentij, adeòque ipſius conſuetudinis fidem implorat:* tum quæ ſcripſit alibi hic ruſus inculcat: quaſi inſipida illa crambe, quò ſæpius repetita, eò ſit futura ſuauior. Qui etiam (fortè vt crambem illam condiret) *oleo Chriſmatis* ſuperiora ſua perungit argumenta: ac me nihilominus reprehendit, qui dixerim in principio ſuperioris noſtræ ſolutionis, Turrianum in loco valde lubrico verſari. Nam quemadmodum profani veteres frumentum ad Cererem, & vinum ad Bacchum authorem vulgò referebant: ita profanus iſte Monachus *oleum Chriſmatis* ad Epiſcopos authores ita refert, vt ſtatuat, *oleum iſtud eſſe veluti proprium Epiſcoporum aliquid: ad quos ſolos ius conficiendi chriſmatis pertineat.* Nec tamen eo contentus fuit, ſed ab oleo ad acetum digrediens, vt, ſcilicet, noſtras obiectiones diluat, exclamat *me eſſe fratrem, & commilitonem, miſerum, hæreticum; Eiuſmodi conſimilibus maledictis, dolis, fallaciis, cauillationibus ſuffarcinatam. Quæ plura ſunt* [illegible] *quem ne vlla quidem reſponſione dignarer, niſi propter ſimpliciores, quibus ille ſe debitorem eſſe profitetur*. Denique vbi à me diſceſſit, in Lutherum fertur magno impetu & recitatis aliquot anilibus fabulis in Lutheri memoriam confictis, cum tandem ad inferos, ſcilicet, detrudit. Hæc eſt ſumma argumentorum Turriani in hoc poſtremo noſtræ diſputationis loco. Ego verò primùm omnium, maledicta illa & conuitia, quibus vel piam Lutheri memoriam, vel noſtras Eccleſias, vel me ipſum inſectatur, hoc eſt, totidem Monachiſmos Ieſuiticos, vna ſilentij litura deleo. Deinde illa omnia quæ ſpeciem aliquam & formam argumentorum habere videntur hoc vno connexo comprehendo.

Pag. 205. 206. 233. 240. 245. &c.

Conſuetudo, Synodi, Traditiones Apoſtolicæ à Clemente conſcriptæ, veteres doctores, & denique ipſi Pontifices Romani teſtantur Epiſcopos ſolos habere ius ordinationis. Ergo iure diuino ſoli Epiſcopi ius ordinationis habent. Nego conſequens: nec enim illa omnia ſuperiora *ius diuinum* conſtituunt, ſed Scriptura ſacra, ex cuius puriſſimis fontibus ius diuinum hauriri debet: quod & alibi & in principio huiuſce diſputationis aduerſus Turrianum confirmauimus. Quare vitioſo illi connexo verum hunc ſyllogiſmum opponimus.

Nihil quod deſtituitur expreſſo Scripturæ fundamento, iuris diuini eſſe, Theologicè dici poteſt.

Hoc dogma: Solos Epiſcopos habere ius ordinandi, deſtituitur expreſſo Scripturæ fundamento. Hoc igitur dogma: Solos Epiſcopos habere ius ordinandi, iuris diuini eſſe, dici Theologicè non poteſt. Maiorem propoſitionem copioſè confirmauimus cùm in principio huius poſterioris diſputationis aduerſus Turrianum: tum in libello noſtro *de verbo Dei ſcripto aduerſus humanas traditiones*. Et certè, ſi verum dicimus, *ius diuinum* non aliunde quàm à diuinis tabulis peti debet: ne diuina cum humanis confundantur. Minoris propoſitionis veritas patebit inductione teſtimoniorum omnium quæ Turrianus protulit ad ſuæ ſententiæ confirmationem: quæ nos ſingula refellemus. Quare teneat noſtra concluſio omnino neceſſe eſt. Ecquis porrò, niſi ſua ſponte deſipere velit, vnquam exiſtimauerit, rem tanti momenti (ſi quidem Pontificiis habeatur fides) ab Apoſtolis fuiſſe prætermittendam? Euoluantur quæ *de Epiſcoporum officio* ſcripſerunt Apoſtoli, illa, inquam, accuratè perlegantur omnia: nullum verbum de hoc peculiari *iure ordinandi*, nihil planè de iſto commentitio *Chriſmate* vnquam reperietur. Quid? *hoc vnum quo* (ſi Turrianum audimus) *Eccleſiæ vita, ſalus, conſeruatio nititur, ſine quo nec Eccleſiæ ſucceſſio, nec ipſi Epiſcopi eſſe poſſunt*, ab Apoſtolis non fuiſſe expreſſis dilucidis, & ſignificantiſſimis verbis expoſitum? fuerunt-ne Apoſtoli negligentiores Anacleto, Clemente & reliquis eiuſmodi Romanis Pontificibus, qui de hoc *Epiſcoporum iure*, *de Chriſmate* & conſimilibus aliis rebus libros tam accuratè conſcripſerunt? Abſit vt hoc vel cogitemus. Sed quæ Turrianus affert, iam nobis audienda ſunt. *Non negabis* (inquit Turrianus) *res priùs fuiſſe quàm nomina*. Age, Turriane: non id negabo: atque etiam (quia illud oblitus es) tibi ſuggeram rationem ex philoſophico illo vallo, quo videris tantoperè delectari: nempe, *quia res ipſæ ſunt menſuræ nominum, non contrà*. Verùm, quid inde tibi accedat, non video: niſi fortè velis concludere Epiſcoporum ius & ordinationem, quam vrges, longè ante Apoſtolos extitiſſe: nam, *Epiſcopi* vocabulum fuiſſe Apoſtolorum temporibus vſurpatum, viciſſim mihi non negabis: ac propterea etiam non negabis, cum vocabulum *Epiſcopi* ſæpe Apoſtoli vſurparint, & ſemper propriè ac verè, hoc eſt, nunquam Turrianicè, loquuti ſunt: vocabulum iſtud non aliter vel intelligendum vel vſurpandum hodie eſſe, quàm olim ab Apoſtolis vſurpatum fuerit. At nunquam Apoſtoli vſi ſunt hoc nomine in eo ſenſu, quo vos hodie loquimini. Reſtat igitur vt vos abuſiuè & catachreſticos Epiſcopi vocabulum vſurpetis. Quinetiam ita tuum argumentum in te ipſum vrgeo. *Ius illud & primaria dignitas Epiſcopi reſpectu Presbyterorum, aut erat Apoſtolicis temporibus, aut non erat. Si non erat, cauſam perdidiſti: ſi erat, profer vnum ſaltem teſtimonium, quo illud probes. Nam ſi tunc debebat Presbyteris præ-eſſe qui vocandus eſſet Epiſcop.* cur igitur Apoſtoli Presbyteros appellant Epiſcopos? obſecrò, Clemens iſte tuus & Anacletus de ſuperiori Epiſcoporum gradu tantoperè ſoliciti, num Apoſtolos hac in parte ſuperarunt? At inquis, *Clemens & Anacletus rem hanc ab Apoſtolis, & Apoſtoli à Chriſto didicerunt*. Itáne tibi videtur? Sed fuit-ne hoc dicendum in aurem vel Clementi, vel Anacleto, ac non potiùs ſanctiſſimis Scripturæ monimentis conſignandum ac poſteris omnibus prodendum? hoc inquam quæ (vt vis) *Eccleſia ipſa continetur*? Quamobrem ego ita potiùs ex tuo argumento concludo: *quandoquidem vocabula non ſunt ante res ipſas, & vocabulum Epiſcopi fuit Apoſtolorum temporibus, nec vnquam ita, vt vultis, ab ipſis Apoſtolis vſurpatum, vos igitur abuti Epiſcopi vocabulo, nec tantùm nominis, ſed etiam rei diſtinctionem adinueniſſe, Apoſtolorum temporibus incognitam.*

Verùm, audio quid addis: *Communitatem nominum, non tollere differentiam rerum.* Atque ita loqueris, vt ſi planè conſtaret, Apoſtolorum temporibus illam rei differentiam extitiſſe. *Communitatem nominum Epiſcopi & Presbyteri* in ſcriptis Apoſtolicis video: rei differentiam non video. Ego igitur ita contrà ſtatuo; *Si plura nomina ſemper adhibentur ab Apoſtolis ad rem eandem ſignificandam: vocabulorum communitate, rei quoque communitatem inferri. Nemo negat Presb. in ſcriptis Apoſt. dici* [illegible] *& ſiqua ſunt ſimilia. Ecquid igitur cauſæ tandem erit quamobrem ex illis vocabulis non poſſim efficere ipſius rei communitatem?* Cur enim vnus ex Presb. ſibi vendicabit nomen Epiſcopi, aut [illegible], cùm omnes Presbyteri dicantur Epiſcopi & [illegible]? *Atenim,* inquis, *ſequeretur, Angelorum ordinem non differre ab aliis ordinibus Hierarchiæ cæleſtis.* Videris velle quodammodo ſarcire quod antea *tuos Epiſc. & Presb. cum pſeudoprophetis, adeóq; cum Balaamo comparaſti,* qui nunc eos cum Angelis compares. Sed ne fortè nimis in hoc argumento exultes, noli putare, me duci authoritate illius Dionyſij, qui ſua curioſitate in ea quæ nobis abdita ſunt perrumpere ſe poſſe exiſtimauit: cùm tamen Paulus dicat *ſe raptum in paradiſum, audiuiſſe ineffabilia verba quæ non liceat homini loqui:* adeò vt nobis ſufficere potiùs debeat ſimplex illa Angelorum deſcriptio quam Apoſt. ad Hebr. propoſuit. *Omnes,* inquit, *ſunt adminiſtratorij Spiritus,* qui miniſterij *cauſa mittuntur propter eos qui hæredes erunt ſalutis.* Vide enim quàm perplexè & ambiguè de illis Angelorum ordinibus ipſi ſcholaſtici ſcripſerunt poſt Lombardum, & ex incertis illis, ſi poteſt, certi aliquid ſtatue de tuorum Epiſc. dignitate. Verumenimuero quia tuis Epiſc. nihil eſt cum Angelis commune, cenſeo ab hoc argumento deinceps abſtineas. Quinetiam quàm te id parum adiuuet, vel ex eo poteras cognoſcere, quòd tui doctores tradunt, *varios Angelorum ordines nobis innoteſcere cognominationibus* (ſic enim Lombardus.) vnde efficitur, ſcholaſticos hac imprimis ratione duci, quòd ex variis Angelorum nominibus, varios quoque ipſorum ordines ſtatuendos eſſe crediderint. *Atenim,* inquis, *omnes dicuntur Angeli.* Rectè: ſed ſi Scriptura de Angelorum natura atque officio diſſereret, & non tantùm *Cherubim & Seraphim vocaret Angelos,* ſed etiam viciſſim *Angelos nominaret Cherub. & Seraph.* quæro, an Cherub. & Seraph. ab Angelis natura & officio diſtinguerentur? Minimè puto. Quare hoc idem refer ad *Epiſc. & Presb.* Cùm enim Paulus eorum officium deſcribit, vocat eos promiſcuè & ſine diſcrimine, *tum Epiſc. tum Presb.* atque inde tibi colligendum eſt, Epiſc. & Presb. vnum idemque officium eſſe. Tua igitur ſimilitudo ab Angelorum ordinibus petita quàm claudicet, Turriane, ſatis vt opinor, animaduertis. *Licet enim omnes ordines vocentur Angeli: tamen non viciſſim omnes Angeli vocantur Throni, Cherubim, Seraphim, Poteſtates.* Erras igitur quum dicis in variis Angelorum ordinibus eſſe communitatem nominum,

2.Cor.12.

Hebr.1.

Schol.in 2. Sent.diſt.9. & 10.

2.ſentent. diſt.9.

1.Tim.3.
Tit.1.

cùm potiùs nominis communitatem, dicere debeas: nempe nominis Angeli. *At Epiſcopi vocantur Presbyteri, & viciſſim Presbyteri vocantur Epiſcopi* in ſcriptis Apoſtolicis, vt anteà nobis dictum eſt: ac proptereà hîc non nominis eſt, ſed nominum communitas. Meliùs fortè ita diceres (ne planè noſtram opem tibi denegare videamur) nomen Miniſtrorum omnibus iis qui Eccleſiaſticis funguntur officiis conuenire poſſe: vt Angelorum nomen omnibus illis cœleſtibus ſpiritibus: & nihilominus in ipſis officiis Eccleſiaſticis eam eſſe diſtinctionem adhibendam, quam Apoſtoli tradiderunt. Sic Diaconi non ſunt Epiſcopi vel Presbyteri, & tamen dicuntur Miniſtri ex propria vocabuli ſignificatione. Sed quia Diaconi perſpicuè diſtinguuntur à Paſtoribus Eccleſiæ in Apoſtolorum ſcriptis, idcirco nominis communitas non facit vt eos proptereà cum Eccleſiæ Paſtoribus confundamus. Idem proculdubio de Epiſcopis & Presbyteris cenſeremus, ſi Apoſtoli alios ab aliis diſtinxiſſent: qui ſi tam accuratè Diaconos Eccleſiæ ab Epiſcopis ſiue Presbyteris diſtinxerunt, obſecro, num idem facere neglexiſſent inter Epiſcopos & Presbyteros, ſiquidem Epiſcopi ſuperiorem gradum ſupra Presbyteros habuiſſent? Num cenſes, Turriane, qui in re leuiori adeò diligentes fuerint, eos fuiſſe in re (vt vultis) longè grauiſſima negligentes? Abſit hæc à piis hominibus cogitatio. Nunc argumentum iſtud tuum in te retorqueo hoc modo. *Si varios eſſe Angelorum ordines ex variis eorum nominibus colligere debemus* (vt cenſes) *adeòque alios aliis eſſe ſuperiores, quandoquidem alij Angeli, alij Archangeli nominantur: Ergo, vt idem ſimili ratione ſtatuamus inter Eccleſiæ Paſtores, oportet ipſos gradus & dignitatis diſtinctionem certis nominibus fuiſſe in Scriptura ſignificatam: quæ profectò non eſt minùs accurata in deſcribendis Eccleſiaſtici Miniſterij gradibus, quàm Angelorum ordinibus proponendis. Atqui nuſquam legas in Scriptura Archiepiſcopos, Archipresbyteros, Archidiaconos: quæ quidem vnum nobis profert ἀρχιποίμενα, nempe Ieſum Chriſtum Paſtorum omnium Principem. Ex quibus facilè eſt cuiuis iudicare, iſtam dignitatum & ordinum diſtinctionem, non traditam ab Apoſtolis ſed ab hominibus fuiſſe poſtea introductam.* Quia verò te doctorem vitio nobis exhibes à quo diſcere debeamus, *proprià vocabula ſibi interdum communia quandoquidem plures ſunt res, quàm vocabula, & proptereà qui Epiſcopi ſunt vocari aliquando Presbyteros, & contrà:* tu potiùs, mi doctor, diſce, non à nobis, ſed ab ipſis Apoſtolis non ſolùm tot fuiſſe tunc vocabula, quot res erant: ſed etiam plura, cùm illi variis nominibus idem Eccleſiæ munus ac Miniſterium ſignificarint: nempe vt ita ipſius muneris Eccleſiaſtici dignitas magis eluceret, & ad illud obeundum Miniſtri ipſi redderentur diligentiores. Itaque apprimè velim, Turriane, ſeriò apud te cogites, annon in te veriſſimè quadret quod mihi obiicis *ne nimis confundere ſermonem, qui non intelligunt quæ loquuntur*: quandoquidem vt probes *Epiſcopis nomen Presbyterorum poſſe tribui, & contrà: hanc ſcilicet rationem adducis, quòd plures ſint res quàm vocabula*: atque interim de illis ipſis vocabulis agimus quę fuerunt ab ipſis Apoſtolis vſurpata, adeoque plura adhibita ad rem eandem ſignificandam. Denique hoc tuum loquendi genus ferendum non eſt, quum ais *Epiſcopum aliquando vocari Presbyterum & contrà*. Nos enim affirmamus Apoſtolos, non aliquando, ſed ſemper (quoties de ordinariis Eccleſiæ Paſtoribus loquuntur) Epiſcopū & Presbyterum pro vno eodemque vſurpaſſe. Tu aſſer inſtantiam, ſi potes, ne nobis poſthac tuum iſtud, *aliquando*, reponas.

II.
Pag. 197.
Pag. 198.

TVRRIAN. *Theodoretus in Epiſt. ad Phil. Cum Epiſcopis: id eſt, (inquit Theodoretus) cum Presbyteris: vtroque enim nomine tunc vocabantur, vt patet Actor. 20. Et ad Tit. 1. Vocabantur, inquit, non autem dicti, eiſdem eſſe. Idem Chryſoſtomus in Epiſtola ad Philipp. Idem Theophylactus. Necnon legitur in Epiſt. 3. Anacleti Pontificis, duos eſſe ordines ſacerdotum, Epiſcoporum ſcilicet & Presbyterorum. Quomodo in his cauillaris, adhuc non audio. Tu indignus viſus es omnibus cui ego reſpondere debuiſſem, ſed facio id propter ſimpliciores, quos decipis, quibus debitor ſum.*

SADEEL. Ecquod eſt iſtud argumentum? *Theodoretus & aliquot alij dixerunt Presbyteros quondam fuiſſe vocatos Epiſcopos* (inquis.) *Ergo tunc Presbyteri non erant Epiſcopi: quia veteres illi non dicunt fuiſſe Epiſcopos, ſed vocatos fuiſſe Epiſcopos.* Diſce tandem, Franciſce, (vt hoc tuum tibi regeram) quotieſcunque teſtes producimus, nunquam eſſe nobis ex eo argumentandum, quod illi teſtes non dixerunt, ſed ex eo quod dixerunt. Verùm quid facies Hieronymo? *Idem eſt* (inquit ille) *Presbyter qui Epiſcopus.* Atqui inde veſter ille Can. Olim depromptus eſt. Aude nunc lacerare tuos Canones, & (vt vulgo dicitur) in ſolem tuum meiere: dum autē cum illis ages, ego ſtabo clariſſimis Apoſtoli verbis, quæ tu tamen obſcurare voluiſti. Sic enim Paulus apud Lucam Presbyteros Epheſinos compellans: *Attendite*, inquit, *vobis & toti gregi, in quo Spiritus Sanctus conſtituit vos Epiſcopos ad paſcendam Eccleſiam Dei.* Audi, Turriane, *Conſtituit*, inquit. Quare tu nimis exiliter diuiſiſti, *illic Presbyteros vocari Epiſcopos*, quando affirmat Paulus *illos eſſe conſtitutos Epiſcopos.* At enim, inquis, *Theodoretus, Theophylactus, Chryſoſtomus,* [illegible] *Epiſcopum illum eſſe à Presbyteris* fateor. Habuerunt enim rationem ſuorum temporum: ſed cùm agnoſcant *Presbyteros fuiſſe olim, ſaltem ab ipſis Apoſtolis, vocatos Epiſcopos*, fateantur ergo, & tu quoque fateare neceſſe eſt, *Presbyteros fuiſſe Epiſcopos:* quia Apoſtoli rectè & propriè locuti ſunt (quæ ſit [illegible] minū ex vallo tuo philoſophico, & ex libro de Interpretatione fortè [illegible] (vt alij [illegible]ſti) Rectè enim dixit Auguſtinus, [illegible] eſſe [illegible]. De Anacleto illo tuo quem [illegible]culcas, ſuſque deque. Nam quibus oculi non ſunt faſcinati Pontificiis erroribus, illi apertè vident, Anacletum illum, vel quicunque tandem fuerit illarum Epiſtolarum author, parum fuiſſe ſolicitum de temporibus Apoſtolicis: ſed tantum de Romanæ ſedis principatu magis ac magis augendo cogitaſſe. Quare tuum Anacletum & Clementem, hoc eſt, [illegible] nouorum Pontificum cornucopiæ, aliaſque inde vel cauillationes, vel nugas depromptas ab argumentis demonſtratiuis, & à diſputatione Theologica remoueo: licèt hoc te valde vrat, ſat ſcio, quod ad tuum illum Clementem legiſlatorem, & ad Anacletum Epiſtolarum conſcriptorem, vtrunque autem Romanum Pontificem, nihil ſoleam reſpondere: &, vt mihi videtur, libenter ex familiari tuo Paſquillo Romano hanc Iudæorum abiectiſſimā vſurpare [illegible]. Ego verò, Turriane, tuos Pontifices, cauſam ſuam agentes, indignos reſponſione iudico

In Ep. ad Tit. 1.
Diſt. 95.
Can. Olim

Act. 20.

iudico. Quod addis vicissim, *me indignum visum esse cui responderes*: indignū quoq; est ad quod respondeam. *Non*, inquit, Paulus, *non qui seipsum commendat, is probatus est: sed quem Dominus commendat*. Quantum autem debeas simplicioribus quibus imponere non desinis, & quàm sis, non illis tantùm, sed etiam Dei iudicio obnoxius, vtinam aliquando cognoscas. Ego verò ad tua Sophismata respondeo Solomonis præceptum audiens: *Responde*, inquit, *stulto, ne sibi sapere videatur*. Cum enim *te simplicioribus debitorem*, hoc est, eorum te doctorem esse profitearis, & me insipientem tertio quoq; verbo appelles: necesse est, tibi valdo sapere videaris. Sed de hac tua stulta sapientia, hactenus.

2.Cor.10.

II. Prou.26.

III. Pag.198. Pag.199.

TVRRIAN. *Non omisit Paulus Episcoporum ordinem Ephes.4. Nam ex [illegible] Dionysij sancti discimus, primos Episcopos propriè successisse in locum Apostolorum, deinde reliquos Episcopos qui sunt Prophetæ populorum. 1.Cor.12. Posuit Deus in Ecclesia quosdam primùm Apostolos, secundò Prophetas, &c. Episcopos vocauit Prophetas: Pastores & doctores intellexit minores Pastores, infra Prophetas. Itaque simul dicit, Pastores & doctores, non autem, alios Pastores, alios doctores.*

SADEEL. Nos autem nō Dionysij, sed Apostolorum & ipsius Scripturæ authoritatem sequimur, & pernegamus ex hoc c.4. ad Eph. colligi vnquam posse *superiorem illum Episcoporum gradum*, quem post Apostolorum tempora homines instituerunt. Ac profectò non possum satis mirari vestram istam in pariendis Ministerij Ecclesiastici gradibus, fecunditatem. Cùm enim Apostolus quatuor, aut quinque ad summum, gradus recensuerit qui subsecuti sunt, longè, scilicet Apostolo diligentiores, instituerunt *Primates, Archiepiscopos, Chorepiscopos, Episcopos, Parochos*, minimos *Presbyteros* hac illac cursitantes, & missarum mercaturam facientes. Adde *Archidiaconos, Diaconos, Subdiaconos, Acolythos, Exorcistas, Lectores, Præcentores, Succentores, Concentores*, *Ostiarios*. Et quis enumerauerit omnes istos nummularios, templum Dei profanantes, atque inde Christi flagello, & diuini verbi potentia ac virtute extrudendos? Istos nimirum, Turriane, oculis longè perspicacissimis in hoc Pauli loco ad Ephes. & 1.Cor.12. scilicet videre potuisti. Nos verò, quodnam sit istud videndi genus, videre non possumus: cùm ea quæ sunt & quæ omnes vident, ipse non videas (crassissimas dico Ecclesiæ tuæ corruptelas) ea verò quæ non sunt, affirmes te videre. atque ita disseras de tuis Episcopis vel propiùs vel longiùs succedentibus, vt si ex Iurisc. (quos aliquando citas) quandam arborem consanguinitatis (vt vocant) nobis describeres.

Vide Lombard.l.4. Sent.dist.24. &c.

TVRRIAN. *1.Tim.5. Rursus hic dicit: Presbyteros esse subiectos Episc. quia ad Episcopum pertinet prouidere ne Presbyteri [illegible] fraudentur. Sic igitur Timotheus Ephesi Episcopus, [illegible] Episcoporum siue [illegible] siue futurus erat, ad eum pertinebat videre, vt Ministri non fraudarentur mercede sua, &c.*

IIII. Pag.199. Pag.200.

SADEEL. *Qui benè præsunt Presbyteri* (inquit Paulus) *duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in sermone & doctrina*. Atq; hic, Turriane, dicis *ad superiorem Episcoporum gradum pertinere*, quòd *Presbyteri subditi esse debeant*: nempe tuo more, aliquid ex pumice hauriens. *Ponimus*,

1.Tim.5.

inquis, *ad Epiſcopum, prouidere ut Presbyteri mercede ſua fraudentur*: atque id tam ſidenter dicis, quàm ſi ſatis inter nos conſtaret, Epiſcopos iure diuino eſſe Presbyteris ſuperiores. Verùm quia petitio principij non eſt argumentum: hoc etiã ad alias tuas conſimiles ineptias relegamus. *At inquis, Timotheus Epiſcopus aut tunc iã erat, aut futurus erat totius Epiſcoporum ſuæ prouinciæ.* Idem error qui ſuprà, aut peior etiam. Tim. enim fuiſſe vnquam talem vel Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, qualem vos fingitis, pernegamus. Quod ſi exiſtimas, nullis licere Presbyteris, curare vt ſuorum collegarum ratio habeatur, vehementer erras: quin etiam in ea de re valde perplexas habes rationes. *Neſcit enim fueritne tum Archiepiſcopus, an poſtea futurus eſſet.* At enim, Franciſce, tua iſthæc dubitatio non parum officit tuæ ſententiæ. Nam ſi tum erat Archiepiſcopus, cur id non probas? ſi non erat, quorſum Paulus iubet eum facere quæ tu exiſtimas ab Archiepiſcopis præſtanda eſſe? Præterea, quid hoc nunc tuam ſententiam *de iure Epiſcopi*, ea proponere quæ putas ab Archiepiſcopis eſſe facienda? ſingularem profectò audaciam! Non potes probare Tim. fuiſſe Epiſcopum, & iam de illius Archiepiſcopatu cogitas.

TVRRIAN. *Antonius vult [illegible] ex Presbyteris Epiſcopum, ſibi Recitabo argumentum eius, vt videat ſaltem lector. Hanc enim habet argumentationem: Qui ſunt præſtantiſſimi inter Presbyteros, id eſt, Epiſcopi, laborant in verbo & doctrina. Atqui Presbyteri de quibus loquitur Paulus, laborant in verbo & doctrina. Ergo Presbyteri de quibus loquitur Paulus, ſunt præſtantiſſimi inter Presbyteros, hoc eſt Epiſcopi. Non ſequitur: quia in maiori propoſitione Presbyteri ſunt Epiſcopi cum aliis Epiſcopis comparati. In altera ſumptione Presbyteri pro [illegible] intelligendi ſunt. O valentem dialecticum, & primæ Ariſtotelis Analyticæ ſectatorem! qui ſumptiones & concluſionem ex quatuor terminis texit. Nam, Qui ſunt præſtantiſſimi inter Presbyteros: vnus eſt terminus. alter: laborant in verbo & doctrina. tertius: Presbyteri vocabulum homonymos acceptum, id eſt propriè, & communiter.*

V.
Pag.200.

Pag.201.

SADEEL. Ecce, riſum etiam captat Franciſcus: idq; perlepidè: ac fortaſſis id monachũ titillauit, adeòq; in riſum impulit, quòd mentionem ille ipſe fecerit de *Turriano creando Epiſcopo* (quippe ſe numerat inter præſtantiſſimos Presbyteros:) atque me id valde, homo minimè malus, mihi exprobrat. Quod ſi ita eſſet, iam proculdubio inter nos cõueniret: hoc enim te iampridem affectare & ambire, Franciſce, ſatis eſt omnibus manifeſtum. Ego verò te Presbyterum, hoc eſt verum Eccleſiæ Paſtorem & doctorem eſſe non agnoſco, tantum abeſt vt ad obtinendum Epiſ. me ſuffragatore, expectare, aut ſperare debeas. Sed iã riſum lectoris videamus. Formaſti ſyllogiſmum, non noſtrum, ſed tuum (abſit .n. à nobis vt ſyllogiſmum affirmatè concludentem ſtruamus in ſecunda figura, quemadmodum facis) quod ſatis arguit quàm ſis ipſe *valens dialecticus*, vt loqueris, & quale tandem eſſe poſſit vallum tuum philoſophicum. Atq; vt ſyllogiſmum, quem nobis affingis, redarguas ex ſcientia peritè diſputandi, obiicis, me quatuor terminos pro trib. poſuiſſe: ſed dum quatuor vis numerare, tres tantùm proponis forſan vt iam ſaltem rideat lector, quod te facturum pollicitus es: tertium .n. terminũ aſſignaſti, *Presb. vocabulũ homonymos acceptũ*, vt ais: hic putò ſubſiſtis:

at ego postulo vt quartum illum terminum proferas. Quid? tu ne ab vno ad quatuor vsque numerans, memoriam perdidisti? Quis porrò vocabulum per homonymiam vsurpatum pro duobus terminis vnquam numerauit? Atque, vt videas tuum rectè intelligas quid sit *terminus*, memini te aliquando in hoc secundo tuo libro *medium terminum, connexum appellare*. Sed tuam istam inscitiam valere iubeamus. Quia verò non formaram syllogismum, sed sententiam meam tantum expresseram, quam tu voluisti in syllogismi formam redigere, neque potuisti: agè, nos syllogismum nostrum formemus hoc modo. pag.148.

Quicunque laborant in sermone & doctrina, ij sunt in ministerio Ecclesiastico præstantissimi.

At presbyteri Ecclesiæ pastores, laborant in sermone & doctrina. Quare Presbyteri Ecclesiæ pastores, sunt in ministerio Ecclesiastico præstantissimi. Hic quid redarguas ex te rescire velim: nam vtraque propositio confirmatur ipsis Pauli verbis: adeo vt de complexionis veritate meritò dubitari non possit. Cuius syllogismi vim, si petis vt paulò latiùs explicemus, sic habeto. Cum Paulus ageret de *honorandis Ecclesiæ Ministris*, [illegible] eos præcipuè dignos significat, qui primum in Ecclesiastico ordine gradum obtinebant. Ecquis enim vnquam in mentem venerit Paulum quum *de honorandis Ecclesiæ Pastoribus*, sermonem haberet, prætermisso superiore gradu de inferioribus tantùm facere mentionem? At Paulus eos imprimis honorandos esse dicit, nō qui Chrisma conficiunt (vt somniat Turrianus) aut qui imponunt manus ordinandis, aut etiam, qui præsunt ipsis Presbyteris, eósq; vngunt, ordinant, atq; illis (numerata prius pecunia) Chrisma diuendunt, quo illi morituros perungant, (nidem pretio constituto) & sexcenta eiusmodi quæ volunt Pontifices Episcoporum esse propria: nihil, inquam, tale Paulus: sed, *maximè*, inquit, *honorandi sunt qui laborant in sermone & doctrina*. Quamobrem, Francisce, nō video cur Presbyteris Ecclesiæ Pastoribus tuos illos Chrismaticos Episcopos debeas anteferre? Sed iã expendamus quàm perite syllogismum illum oppositum redegeris. *Præstantissimi inter Episcopos sunt ipsi Episcopi*, inquis, *laborant in verbo & doctrina*. Quid? tu ne vnquam eos qui sunt inter Presbyteros præstantissimi, vocatos esse Episcopos potius quàm Presbyteros? Hoc igitur tuum est, non meum. Tuam enim illam distinctionem *Presbyteri communiter & propriè accepti*, non agnosco: & eam esse contrariam scriptis Apostolicis, ex ipsis Apostolorũ scriptis doceo: quandoquidem nullus est in illis locus vbi *nomen Episcopi propriè accipiatur*, vt vultis, *pro eo qui sit superior ordinario Presbytero in Ecclesia docendo*, sed passim deprehendere est *doctores & Episcopos, & Presbyteros*. Neq; nouũ est plura adhibere vocabula ad idem munus significandũ, sed vt magis denotetur ipsius muneris præstantia. Sic Ecclesiarũ præfecti dicuntur *Pastores*, quia pascunt: *Doctores*, quia docent: *Episcopi*, quia obseruant atq; speculantur: *Antistites*, quia præsunt: *duces*, quia ducũt & aliis præeunt tũ doctrina, tũ exemplo. *Presbyteri* autem vocabulũ ab Hebræis ad Christianos traductum est: & quanquam propriè nomẽ est ætatis, erat tamē nomē dignitatis & præfecturæ, & in eo sensu ab Apost. vocabulum illud fuit vsurpatum. Sed de nominibus hactenus atque etiã de tuo illo deformi ſyllogiſmo. Ac ſi me audies, Turriane, pedem figes in Clemente, & Anacleto, neque tuam poſthac ſententiam examinabis ex præceptis rectè & analyticè diſſerendi: in quarum (quidem) magis verſatus es in analyticis ſomniis, quàm in analyticis argumentis.

TVRRIAN. *Citaſti Can. Ecce ego: & Hieronim. ad Nepotianum. Sed ex vtroque conſtat Epiſcopos eſſe Presbyteris maiores. Quomodo effugies crimen corruptelæ & prævaricationis? Idem Hieronim. ad Euagrium. Quid facit Epiſcopus in Eccleſia, quod non faciat presbyter, excepta ordinatione? Hæc ille. Alia quidem ſunt quæ Epiſcopus poteſt in Eccleſia, quæ non poſſunt Presbyteri: ſed ſatis habuit Hieronymus ſi exempli gratia de poteſtate ordinandi meminiſſet. Dicis Presbyteros eſſe Apoſtolicæ gratiæ ſuo modo participes. Ergo confiteris, non ex æquo eſſe participes, ſed infra Epiſcopos.*

VI.
Pag.202.
Pag.203.

SARAVI. Ego protuleram Can. *Ecce ego*, & Hieronymum ad Nepotianum: vt docerem tum ex veteribus, tum ex veſtris ipſorum decretis, conſtare, munus docendi in Eccleſia non minùs incumbere Presbyteris, quàm Epiſcopis: ac propterea ex his Pauli verbis, *Presbyteri qui benè præſunt, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in ſermone & doctrina:* efficiebam, cùm ad Presbyteros id quod præſtantiſſimum eſt, pertineat, vos ab Apoſtolis deſciuiſſe, *qui Epiſcopum Presbyteris propoſuiſtis.* Verba Canonis hæc ſunt: *Quia ſcriptum eſt,* inquit, *Presbyteri duplici honore honorentur, maximè qui laborant in verbo Dei, prædicare eos decet.* Hæc Canon: verba Hieronymi ſunt: *Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam Eccleſiis tacere Presbyteros, & præſentibus Epiſcopis non loqui. Si alij, inquit Apoſtolus Paulus, fuerit reuelatum ſedenti, prior taceat. Poteſtis enim per ſingulos prophetare, vt omnes diſcant, & omnes conſolentur. Et Spiritus prophetarum Prophetis ſubiectus eſt.* Hæc Hieronymus. Ex quibus colligo, in tradenda doctrina Epiſcopos cum Presbyteris fuiſſe ab Hieronymo coæquatos. Iudicent ergo lectores num verè me præuaricatorem appellaris. *Attamen,* inquis, *ibi fatetur Hieronymus, Epiſcopos eſſe maiores Presbyteris.* Certè nec etiam dixi id negari ab Hieronymo in illo loco. Habuit enim rationem ſui temporis: quum iampridem humanum illud de Epiſcopis inſtitutum obtineret: ſed affirmo, Hieronymum dixiſſe, priſcis Apoſtolorum temporibus inſtitutum illud locum non habuiſſe, vt paulò poſt videbimus: adeòque Hieronymum Epiſcoporum faſtum qui iam tum erat, grauiſſimè reprehendiſſe: quum, in illa ipſa Epiſtola ad Nepotianum, *Epiſcopi,* inquit, *ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non Dominos.* Sed præclarè ſcilicet nobis exponis hæc verba Hieronymi: *Quid facit Epiſcopus* (inquit Hieronymus) *quod non faciat Presbyter, excepta ordinatione?* Tu verò: *alia quidem ſunt,* inquis, *quæ poteſt Epiſcopus, quæ Presbyteri non poſſunt: ſed ordinationem propoſuit, exempli gratia.* Verùm enimuero, Franciſce, perinde locutus eſt Hieronymus ac ſi diceret, Epiſcopum nihil facere quod Presbyter non faciat, ſi ordinationem excipias: at tu ſic exponis: nihil aliud facit. i.e. Multa alia facit. *Sed excipit ordinationem,* inquis. Fateor mi homo, quia tempore Hieronymi is erat rerum vſus: ac propterea, *Quid facit,* inquit *Epiſcopus, &c.* verbo præſenti vſurpato, nempe facit. Hoc verò non agitur inter nos, An *tempore Hieronymi, Theophylacti, Chryſoſtomi, & conſimilium Epiſcopi ius ordinandi habuerint*

Ad Nepot.
Ad Euag.

rint

rium (quod non negamus) sed an semper ita fuerit in Ecclesia factitatum. Audis igitur quidnam ea de re testetur Hieronymus in illa ipsa epistola. Ad Eua. *Apostolus (inquit) promiscuè docet eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos. Phi. 1. Act. 20. Tit. 1. &c. Quòd autem postea vnus electus est, qui cæteris præponeretur, in Schismatis remedium factum est, ne vnusquisque ad se trahens Ecclesiam Christi rumperet.* Hæc ille. Ecce tibi Turriane, discrimen temporum, ne tu quod postea sancitum & introductum est, ad prima illa Apostolorum tempora referas. Sed iam me vrges meis verbis, quòd dixerim, *Presbyteros ipsos Apostolicæ gratiæ, suo modo, participes. Ergo*, inquis, *confiteris non ex æquo, sed infra Episcopos.* Siccine verba aucuparis, monache? imò verò infra Apostolos, quandoquidem ita sint participes Apostolicæ gratiæ, vt tamen non sint Apost. quę quidē mea sententia adeò perspicua est, vt nec tuas illas sophismatũ tendiculas, nec verborũ aucupia reformidet.

TVRRIANVS. *Theophylactus in Epist. ad Philip. locum Pauli 1. Timoth. 4. sic exponit, cum impositione manuum Presbyterij, id est Episcoporum, inquit.* Pag. 204. VII. *Quod dicis, hoc a veteribus positum in ea sententia remisisse, falsum est, non intellexisti [illegible]. Ego, quod dicitur 2. ad Timoth. 1. cum impositione manuum mearum, [illegible] referebam ad ordinationem Timothei Presbyteri: posteriorem verò ad ordinationem Timothei Episcopi de qua fit mentio 1. Tim. 4. Obiicis Lucæ 22. sed Presbyterium propriè significat consessum Presbyterorum:* Pag. 205. *communiter verò, significat consessum Episcoporum. Quando verò communiter, & quando propriè accipiendum sit, ex circumstantia intelligendum est. In hoc loco significat plures Episcopos, quia ordinatio Episcopi fit à plurib. Episcopis non Presbyteris: & ita omnes veteres tradiderunt: & probat ipsa cōsuetudo, &c. Audi Ignatium in Epist. ad Trallianos: Quid est Episcopus, inquit, nisi qui supra omnem magistratum & potestatem est, & omnium potestatem habet, quatenus habere* Pag. 206. *potest homo, factus pro viribus imitator Christi Dei? quid est Presbyterium, nisi cœtus sacer, consiliarij & consessores Episcopi? Hæc ille. Item Hieronym. ad Nepotianum: Presbyteri sacerdotum interesse debent consiliis, quoniam & ipsi Presbyteri, id est, seniores Episcopi nuncupantur: secundum quod dictum est ad Episcopum, Noli negligere gratiam quæ data est tibi per impositionem manuum Presbyterij: &* Pag. 207. *alibi ad maiores natu, id est, Presbyteros: Qui vos posuit Episcopos regere Ecclesiam suam. Act. 20. Hæc ille, quomodo elabi poteris à tuo teste captus?*

Timoth. 4. SADEEL. Ad confirmandā tuā sententiam proposueras hæc Pauli verba: *Ne negligito donum quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterij.* Ego verò hoc ipso Pauli loco fretus, tuum errorem ex ipsa vocabuli significatione refellebam: cùm *Presbyterium* significet consessum Presbyterorum, non autē Episcoporum. Iam quid contra afferas, videndū est. *Theophylactus*, inquis, *ita exposuit in Epist. ad Philipp.* Fateor: atque etiam addo, veteres aliquot in eadem fuisse sententia. Sed nego id vlla ratione ex sacris literis petita probari posse. Quin etiam locum protuli ex Luc. 22. ex quo manifestum est *Presbyterium* à Presbyteris esse dictum, & cœtū Presbyterorum significare: quod nobis tacentibus ipsa vocabuli ratio satis indicat. Tu verò sic distinguis *Presbyterium, propriè quidem consessum Presbyterorum, sed communiter significare consessum Episcoporum.* Admittis igitur propriam illam significationem, quam vrgeo: at ego non admitto communem illam quam tu comminiſceris. Quare debuiſti illam ſubiecto aliquo Scripturæ teſtimonio confirmare. *Poſtulat*, inquis, *loci circumſtantia ut in Pauli loco Presbyterium de Epiſcopis intelligamus.* Qui tandem obſecro? reſpondes: *ordinationem non potuiſſe ab aliis fieri quàm ab Epiſcopis: ac proinde à Presbyteris factam non fuiſſe:* atque ita reuolueris ad ſolitam illam tuam principij petitionem. Nam id de quo quæritur, tu pro ratione ſumis. Citas autẽ aliquot veteres, & Can. *Ecce ego* (quem tu perperam ex Epiſt. Hieronymi ad Nepot. depromptum putas) ex quibus vis efficere, *vocabulum Presbyterij apud Paulum de Epiſcopis intelligendum*: ſed ego huiuſce rei tum à te, tum à tuis teſtibus poſtulo rationem, hoc eſt, fundamentum aliquod in Scriptura: quo loco tui doctores ſemper hæſerunt: adeo vt Scotus ille ſubtilis diſputator non poſſit ſe extricare ex Can. legimus Diſt.93. Sic enim ille: *In primitiua Eccleſia*, inquit, *non erat differentia inter ſacerdotes & Epiſcopos.* Hæc ille. Et clariſſimis verbis teſtatur Hieronymus *humanum eſſe inſtitutum poſt Apoſtolorum tempora introductum, vt vnus eſſet electus qui præponeretur cæteris.* Sic igitur ex Hieronymo (quo dicis nos eſſe conuictos) concludamus. *Si nihil poteſt facere Epiſcopus præter ordinationem quod Presbyter non faciat* (vt dixit Hieronimus, & tu vehementer inculcaſti:) *Ergo in ordinando iure Epiſcopus præponitur Presbyteris. Atqui quod Epiſcopus Presbyteris præponitur, hoc poſt Apoſtolorum tempora paulatim in remedium Schiſmatis factum eſt* (inquit Hieronymus) *& Presbyteri, ex Eccleſiæ conſuetudine, ſubiecti ſunt, Epiſcopis*, (inquit idem Hieronymus, & tu ipſe conſuetudinem proponis:) *hinc igitur ego colligo, Epiſcopos ſolos, non autem Presbyteros, habere ius ordinandi humano quidem inſtituto, non autem vllis Apoſtolorum præſcriptis.* Atque hæc ex meo teſte Hieronymo ſibi conſtante, licet eum corrumpere volueris. Prodeat nunc Ignatius teſtis tuus: *Quid eſt*, inquit, *Presbyterium, niſi cœtus ſanctus, conſiliarij & aſſeſſores ipſius Epiſcopi?* Audis, Turriane, teſtem hunc tuum, non pro te, ſed pro me teſtimonium dixiſſe? Nam *ſi nihil aliud eſt Presbyterium quàm cœtus eorum qui ſunt conſiliarij Epiſcopi: certè non Epiſcoporum ſed Presbyterorum conſeſſum ſignificat*, idque Ignatij teſtimonio, quem aduerſus me teſtem produxeras. Ergo, Franciſce (vt tibi tua regeramus) quomodo elabi poteris à tuo teſte captus? Verum, heus tu, nonne animaduertis te, nihil tale cogitantem, tuum Pontificem ipſius Ignatij mucrone confodere? Nam ſi ſic definitur Epiſcopus, *qui ſupra omnem poteſtatem eſt* (vt affirmat Ignatius Epiſcoporum cauſam agens:) vbinam tui Pontificis ſedem collocabis? Sed iam pergamus. Nam quòd valde laboras in exponendis, in quibus te retractaſſe in libris tuis ſuperioribus diſſeras, libero te illa moleſtia: quippe qui flocci facimus tuas vel expoſitiones, vel expoſitionum retractationes, vel retractationum conciliationes.

In.4.ſent. dist.7. quæſt.1.

Ad.Euagr.

Ibid.

In Ep.ad. Tit.c.1.

VIII. Pag.208.

TVRRIANVS. *Si Timotheus & Titus non fuerunt Epiſcopi, quia fuerunt ſocij peregrinationum Pauli, Ergo ipſe Paulus non fuit Epiſcopus. Item: Paulus reliquit Cretæ Titum. Tit.1. Quid hoc eſt aliud, quàm præficere Titum Epiſcopũ Eccleſiæ Cretenſi? Dicis Epiſcopos alligatos ad ſedem, quam nihil poteris ſimiliter cogitare? Melius Caluinus quàm tu, quem interdum ſequi ſoles, etſi non Confeſſionis* [illegible]*. Quicunque ergo (loquebatur autẽ de Epiſcopis) Eccleſiæ vnius regimẽ*

Inſt.l.4.c. 3.art.7.

ac curam ſuſceperit, huic diuinæ vocationis legè obligatum ſe eſſe ſciat, non quòd velut glebæ addictus pedem inde mouere nequeat. &c. Rogaui te vt remaneres Epheſi &c. Timotheus & Titus non fuerunt comites peregrinationum Pauli poſtquam ille Epheſi, hic Cretæ ordinatus eſt Epiſcopus: licet aliquando eos Paulus ad ſe vocauerit. Ex Chryſoſtomo. Pag. 209. 1. Tim. 1.

§ AD ART. I. Si ignoras Epiſcopis ſedes certas aſſignandas eſſe, in quibus illi fungantur officio: tu profectò non Scripturam tantùm, ſed ipſa etiam decreta, ipſos Pontificum canones, teque adeò, ipſum ignoras, qui id affirmaſti in libro tuo ſuperiore pag. 112. Quòd ſi id noſti, ſcito igitur Timotheum & Titum Pauli comites & eius peregrinationum ſocios, Epiſcopos & ordinarios Eccleſiæ Paſtores non fuiſſe. Quædam igitur teſtimonia proferamus. Act. 14. Quum per ſuffragia creaſſent per ſingulas Eccleſias Presbyteros, &c. Tit. 1. vt conſtituas oppidatim Presbyteros ſicut ego tibi mandaui. 1. Pet. 5. Paſcite Dei gregem, qui penes vos eſt. Act. 20. Attendite vos ipſos & totum gregem in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit Epiſcopos ad paſcendam Eccleſiam Dei &c. & ſi qui ſint loci conſimiles. Præterea vt tibi gratificemur proferemus aliquot Canones illius Clementis quo tu familiariter vteris. Sic enim ille ſuis ſcriptis nomen Apoſtolorum prætexens. Dicimus (inquit) Epiſcopo ſuam deſerenti parœciam non licere in aliam inſilire quamuis à pluribus ſuadeatur [illegible]: ſi non eſt aliqua rationabilis cauſa quæ hoc cogat ipſum facere, & hoc non à ſeipſo, ſed iudicio multorum Epiſcoporum & exhortatione maxima. Can. Apoſt. 14. Item: Cuiuſque nationis Epiſcopos ſcire oportet inter eos quis primus ſit, & ipſum pro capite cenſere, neque magnum quid agere ſine ipſius ſententia. Illos verò vnumquemque debere agere quæ ad ſuam parœciam pertinent, & ad loca ſub illa, &c. Can. Apoſt. 34. Hæc tuus Clemens de Epiſcoporum primatu, aliàs quidem ſollicitus (vt vides) ſed tamen cuiuſq; Epiſcopi principatum certis finibus deſcribens: quum, ſcilicet, ſedi Romano Pontifici, hoc eſt, ſibi ſummam in reliquos omnes poteſtatem reſeruaret nullis locorū finib. terminatam. Ex his igitur manifeſtū eſt Epiſ. habere ſuam ſedem, ſiue parœciam, & ſuam Spartam, quam illi colere debeant (vt eſt in veteri prouerbio) adeò vt nec Tim. nec Titū Epiſcopos fuiſſe cenſeamus, quib. nullam ſedē certam aſſignatam legimus in Apoſt. ſcriptis. Nec tamē exiſtimamus, Epiſcopum loco eſſe veluti glebæ addictos (quod videris nobis obiicere ex Doctore Catholico differente de ipſis Eccleſiæ paſtoribus, non de ſuperioribus illis tuis Epiſcopis vt dicis) ſed eam eſſe illorum conditionem vt neque ſua ſponte ſtationem ſuam deſerere neq; ſine certa ſtatione, temerè vagari debeant. Quamobrem dum addis ex noſtra ſententia conſequi, Paulum non fuiſſe Epiſcopum, ſatis ſuperque poteris tu ſcire quid ſit diſcriminis inter Apoſtolos, & Epiſcopos ordinarios Eccleſiæ paſtores, de quibus loquimur. Sed quia locum hunc in ſuperiori noſtra diſputatione tractauimus, & paulò pòſt etiam tractandus erit, hoc tantùm dicam: te quum Paulum Epiſcopum eſſe diceres, ſimul eius parœciam proponere debuiſſe. Nam apud vos Epiſcopum ſine titulo nominari, vt audio, religio eſt. Abi igitur, inepte, quem non puduit Paulum à ſublimi gradu Apoſtolatus in angustum Epiſcopatum detrahere. Quid dici autem cum (vt paulò pòſt nobis, [illegible] obediendū [illegible]) [illegible] Sed addis

Timotheum & Titum non fuiſſe ſocios peregrinationum Pauli poſtquam Epiſcopi creati ſunt: videlicet ille Epheſi, hic vero in Creta inſula: licet inquit, Paulus eos aliquando ad ſe euocauerit. Paucis repetam quæ fuſius à nobis de Timotheo & Tito alibi dicta ſunt: ex quibus tuum iſtud commentum facilè euaneſcet. Primum, *quæro ex te vnde nam colligas Timotheum fuiſſe creatum à Paulo Epiſcopum Epheſinum.* Nimirum profers hæc Pauli verba (nullum enim aliud ſoletis quod ſciam ex ſacris literis teſtimonium recitare) *Rogaui te* (inquit Paulus Timotheo) *vt remaneres Epheſi, quum proficiſcerer in Macedoniam.* Agnoſco verba Pauli, Turriane: ſed nihil in illis video de commentitio *Timothei Epiſcopatu.* Quid? hæccine eſt apud vos conſecrandorum Epiſcoporum formula? Si *Timotheus erat Epiſcopus Epheſinus,* fuit-ne rogandus vt in ſua parœcia remaneret? fortaſſe alludis ad morem tuorum Epiſcoporum, quibus in ſuis parœciis permanere videtur onus Ætna grauius: ac propterea nunquam in illis permanent ac ne rogati quidem. Ita-ne præficiendi tibi videntur Epiſcopi? imò verò quis non facilè vel ex ipſo loquendi genere animaduertat, rogatum fuiſſe Timotheum vt ad aliquod tempus Epheſi permaneret Eccleſiæ confirmandæ gratia? Sed quia mihi non credis, lege ergo quæ Lucas commemorat Act. 20. & ſaltem crede Lucæ narranti, *quemadmodum Paulus confecto illo itinere cuius meminit in Epiſtola ad Timotheum, rurſus eum acceperit comitem, ac ſuarum peregrinationum ſocium.* Eum etiam Paulus *Romam vſque ad ſe vocauit paulò antequam Martyrio coronaretur,* vt videre licet ex poſteriore Epiſt. ad Timoth. *Stude,* inquit, *venire ad me cito. nam Demas me dereliquit, &c.* & in Epiſt. ad Heb. *Scitote Timotheum fratrem noſtrum liberatum eſſe* (inquit Apoſtolus) *cum quo, ſi celerius venerit, viſam vos:* ex quo ſatis intelligi poteſt, Timotheum non ſubſtitiſſe in Epheſiorum Eccleſia. Eſt igitur, Franciſce, Clementinum quidem, ſed puerile tamen hoc argumentum: *Paulus rogauit Timotheum vt Epheſi remaneret: Ergo Paulus Timotheum creauit Epiſcopum Epheſinum.* Diſcamus potius ex Actis Apoſtolicis, Timotheũ fuiſſe vnum ex iis qui Paulo in obeundo Apoſtolatus munere miniſtrabant. Sic enim Lucas (vt complures locos conſimiles prætermittam) *Miſſis,* inquit, *in Macedoniam duobus ex iis qui ipſi miniſtrabant, Timotheo, & Eraſto, ipſe* [Paulus] *ſubſtitit ad tempus in Aſia, &c.* Sic Paulus vocat Timotheum *συνεργὸν*. Idem de Tito dictum velim: Nam ex eo quòd Paulus *reliquit Titum in Creta,* non ſequitur eum fuiſſe Cretenſem Epiſcopum. Etenim Paulus nominatim addit rationem cur eum ibi reliquerit, & ſuorum mandatorum facit mentionem. Aliud eſt igitur *relinquere Titum in Creta:* aliud, *Titum illius inſulæ Epiſcopum vel Archiepiſcopum conſtituere.* Verbum enim illud ſatis indicat, ad aliquod tempus ibi fuiſſe Tito commorandum: atque id clariſſimè perſpicitur ex his Pauli verbis: *Quum miſero,* inquit, *Artemam ad te aut Tychicum, ſtude venire ad me Nicopolim: Nam illic decreui hybernare.* At Chryſoſtomus, inquis, *exiſtimauit Titum fuiſſe Cretenſem Epiſcopum quem Paulus accerſiuit vt ab eo diſcederet doctior.* Audio Chryſoſtomum, ſed veniam dabit, ſi non ea poſſum admittere quæ non video cum ſcriptis Apoſtolicis conſentanea. Quorſum enim ſuum gregem deſereret Titus vt colloquio Pauli redderetur inſtructior,

1.Timoth.1.

1.Timoth.1.

2.Tim.4.

Act.19.

1.Theſſ.3.

Tit.1.

Tit.3.

inſtructior, cùm eum Paulus & in hac Epiſtola copioſè quæ facienda
erant, docuerit: & poſſet deinceps per literas agere, ſiquando opus
eſſe videretur? fuit-ne iis omnibus qui pietate & doctrina inſtituendi
erant, ad Paulum neceſſariò veniendum? Imò verò Paulus ad alios
(quoad eius fieri potuit) profectus eſt, docendi gratia, & ſuæ præſen-
tiæ defectum identidem ſupplere epiſtolis conſcribendis. Melius i-
In Ep. ad Tit. c.3. gitur (meo quidem iudicio) cenſuit Hieronymus, *Titum ab Apoſtolo vo-*
catum quem non haberet neceſſarium (inquit) *in Euangelij Miniſterium.* Et
In Ep. ad Tit. c.3. Thomas ipſe, licet cum plerisque veteribus *Titum crediderit fuiſſe Cre-*
tenſem Epiſcopum: hanc tamen profectionem ita exponit: *quoniam indi-*
gebat eo Paulus in adiutorium prædicationis, inquit. Sed quid multis opus
2. Tim. 4. eſt? Audiatur ipſe Paulus, *qui Titum à ſe in Dalmatiam profectum fuiſſe*
teſtatur, cùm ipſi Paulo iam mors appropinquaret. Atque hæc de Timotheo
& Tito nobis dicta ſint.

IX. TVRRIAN. *Dicis Euangeliſtas fuiſſe Epiſcopis ſuperiores: ſed hoc re-*
Pag. 210. *pugnat Scripturæ Pauli 1. Cor. 12. (quam Epiſtolam ſcripſit ante illam quam*
ſcripſit ad Epheſios) Poſuit, inquit, Deus in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſe-
Pag. 211. *cundò Prophetas, tertiò Doctores. Primi ſunt Epiſcopi Metropolitani: Se-*
cundi, Epiſcopi: Tertij, Presbyteri. ex Clemente & Dionyſio ad Demophilum.
Contineant & moderentur, inquit, Diaconos Presbyteri: Presbyteros Epiſcopi:
Epiſcopos Apoſtoli & eorum ſucceſſores. Et ſiquis in illis Apoſtolorum ſucceſſori-
bus aberrauerit, corrigatur ab iis qui erunt eiuſdem ordinis & gradus. Hæc Diony-
ſius. S. Maximus in Scholia, ſucceſſores Apoſtolorum exponit, Patriarchas.
Nos ex Can. Apoſtol. 34. exponimus Archiepiſcopos. Paulus in ſecunda ad
Pag. 212. *Corinthios duodecimo ſcripſit de bono ordine in Eccleſia poſito. In Epiſtola*
ad Epheſios capite quarto, ſcripſit de varietate donorum Dei. Itaque illic
non nominauit Euangeliſtas, &c. Donum fuit, Euangelium ſcribendi, &
Euangelium legendi in Eccleſia, & Euangelium annuntiandi, quod tamen
Epiſcopis & Presbyteris conuenit: falſum eſt igitur quod dixiſti Euangeli-
Pag. 212. *ſtas fuiſſe ſuperiores Epiſcopis. 2. Timoth. 4. Fac opus Euangeliſtæ, inquit.*
Hortatur Timotheum, vt labores & pericula, quæ in negotio Euangelizandi
inſunt, amplectatur. Quòd ſi putas eſſe alium gradum, ergo poteris comminiſci Di-
aconorum gradum fuiſſe ad tempus ſuperiorem, quia ibidem dixit: diaconiam, hoc
eſt, miniſterium tuum imple.

SADEEL. Cur Epiſtolarum tempora tam diligenter notaueris,
fateor me non intelligere: niſi fortè ex eo quòd Epiſtola ad Ephe-
ſios ſubſecuta eſt eam quæ ad Corintios data eſt, velis me conclu-
dere, Paulum voluiſſe nominatim recenſere Euangeliſtas, quorum
in illa priori epiſtola non fecerat mentionem, ne vel tibi, vel tui ſimi-
libus vllus ſupereſſet diſputandi locus. Nos enim Pauli ſcriptis tum
prioribus, tum poſterioribus eadem fidei plerophoria fidem habemus.
Hoc ergo ſit tuum πάρεργον. Iam videamus quàm bene, ſcilicet, euer-
tas quod dixi: *Euangeliſtas fuiſſe ordinariis Eccleſiæ paſtoribus ſuperiores.*
Epheſ. 4. Confirmaui meam ſententiam verbis Pauli ex Epiſt. ad Epheſios. Tu
1. Cor. verò opponis locum Pauli ex priore ad Corin. vbi nullam facit Euan-
geliſtarum mentionem: atque hîc, ſi Deo placet, non iam mecum,
ſed aduerſus Paulum ipſum diſputas. Eſt autem lepidum inprimis
tuum

tuum argumentum. *Paulus ad Epheſios tertio loco nominat Euangeliſtas,* (inquis) *At in Epiſt. ad Corinth. tertio loco nominat Doctores: Ergo Euangeliſtæ non conſtituunt certum gradum in Eccleſia; ſed Paulus intellexit donum Euangelium ſcribendi, & legendi, atque annunciandi in Eccleſia.* Ecce tuum argumentum: cui quum tu malè metueres, idcirco Romanos Pontifices ſimul addidiſti, quorum vallo Sophiſma tuum obſepires, vallo illo philoſophico deſtitutum. Age ergo, excutiamus iſtud argumentum Clemente, Anacleto, Dionyſio, Maximo, & aliis conſimilibus ſuffarcinatum: qui tamen omnes nihil dicunt de hac noua, hoc eſt, Ieſuitica in Pauli locum expoſitione. Exiſtimaſ-ne, Franciſce, *Euangeliſtas non eſſe Epiſcopis vel Presbyteris ſuperiores, propterea quod Paulus in Epiſt. ad Corinth. tertio loco Doctores recenſuit?* Quid? ſubiecit-ne Doctoribus Euangeliſtas? minimè: imò ne Euangeliſtas nominat quidem: quorum tamen meminit in Epiſt. ad Epheſ. Quinetiam Paſtores & Doctores ad Epheſ. quarto loco: at eoſdem in Epiſt. ad Corinth. tertio numerat. Quis igitur non videt vniuſcuiuſque loci ſeorſim habendam eſſe rationem? Non enim quæro, ſecundúm-ne, an tertium gradum obtineant Euangeliſtæ (neque id video Paulum curaſſe) ſed hoc vnum affirmo, *Euangeliſtas olim fuiſſe Epiſcopis, ſiue Presbyteris, ſuperiores.* Nam ſiquis neget, *tum fuiſſe Euangeliſtas in Eccleſia,* proferam locum ad Epheſios: nec erit conſectarium: ſi Paulus non recenſet *Euangeliſtas* in Epiſt. ad Corinth. eos idcirco locum in Eccleſia non habuiſſe. Nam idem alibi nominat *Euangeliſtas*. Quid ergo? nimirum in illo loco vbi tacentur *Euangeliſtæ*, eos in aliis ſignificatos fuiſſe neceſſe eſt, ſiquidem volumus Paulum ibi omnes Euangelici Miniſterij ordines comprehendiſſe: quòd ſi non omnes comprehenderit in illo loco, ad locum alium recurrendum erit ex quo ſuppleantur quæ illic prætermiſſa ſunt. Quamobrem ſiue illos ad Apoſtolos referas, quorum erant adminiſtri in Apoſtolatu exercendo, (vt aliquando Barnabas vocatur Apoſtolus) ſiue ad Prophetas malis, quos etiam duobus modis veteres exponunt: tuo certè arbitratu: ſemper enim manebit quod diximus, *Euangeliſtas ſupra ordinarios Eccleſiæ Miniſtros extitiſſe.* Et certè Thomas ille veſter non tam longè receſſit ab Apoſtolo, quàm tu: ſic enim locum hunc enarrans: *Euangeliſtæ,* inquit, *qui ſcilicet habent officium prædicandi Euangelium, vel etiam conſcribendi, quamuis non eſſent de principalibus Apoſtolis.* Hæc Thomas. Chryſoſtomus autem *licet non videatur recenſere Timotheum & Titum inter Euangeliſtas: & ipſum Euangeliſtarum vocabulum non vno modo exponat (nunc enim id refert ad eos qui Euangelium conſcripſerunt, nunc ad eos qui Euangelium eo modo quo Priſcilla & Aquila prædicarunt)* tamen expreſſis verbis dicit *Euangeliſtas fuiſſe Paſtoribus & Doctoribus ſuperiores. Paſtores ac Doctores* (inquit) *quibus videlicet vniuerſus populus concreditus erat (vel integra natio commiſſa.) Quid ergo? Minores erant Paſtores ac Doctores? Admodum. Erant enim circumeuntibus & euangelizantibus inferiores, qui habitando quieti circa vnum duntaxat locum occupabantur, &c.* Hæc illo. Tu verò potius quàm veritati cedas, mauis in nouam & inſulſam planè ſententiam diuertere, quum ais *Paulum in Epiſtola ad Corinthios ordinem Eccl. ſtabiliſſe: at in Epiſt. ad Epheſios, ſcripſiſſe de donorum Dei varietate.*

In 4 cap. Epiſt. ad Eph.

In piſt. ad. Ephe. hom. 11.

Ac vide quàm iniquus ſis, atque adeò cæcus præ ſtudio, dum efficias id quod cupis. In Epiſtola ad Corinthios expreſſiſſimè Paulus agit de variis Dei donis & chariſmatibus: ita vt potiùs dicendum fuerit in Epiſtola ad Epheſios, Paulum data opera de ipſis Eccleſiaſtici miniſterij gradibus diſſeruiſſe. Hæc enim ſtatim ſubiicit: *Ad coagmentationem ſanctorum,* inquit, *ad opus miniſterij* (audin' Turriano?) *ad ædificationem corporis Chriſti, &c.* At in Epiſtola ad Corinthios poſtquam *Doctores* commemorauit, *Deinde Poteſtates,* inquit, *deinde dona ſanationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, &c. Æmulamini dona potiora, &c.* Ex quibus intelligitur Paulum vtrobique quidem de Dei donis egiſſe (quis enim neget Miniſterium Eccleſiaſticum inter præſtantiſſima Dei dona eſſe numerandum?) ſed longè copioſiùs in Epiſt. ad Corinth. contrà quàm exiſtimas. Quàm porrò fuit à theologia alienum ita argumentari? *Paulus loquitur de varietate donorum* (*quia dicit, dedit Deus quoſdam Apoſtolos:*) *Ergo non ibi agit de bono ordine Eccleſiæ.* At enim εὐταξία eſt donum Dei longè excellentiſſimum. Quanto meliùs veteres qui ex duobus hiſce locis ſimul coniunctis Deitatem Chriſti colligunt, & vtrumq; locum de Miniſterio Eccleſiaſtico exponunt. Audi enim Hieronymum ita locum hunc tractantem: *Cùm corpus Domini Eccleſia ſit, & Eccleſia de viuis lapidibus conſtructa ſit, hi, quos ſuprà memorauimus in Eccleſia conſtituti, id habent operis vt ſecundum diſpenſationem & officia ſibi credita Eccleſiam Chriſti ædificent.* Tum addit (quæ tu, Franciſce, poteris, ſi libet, tuis Pontificibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & reliquis ordinibus tuæ eccleſiæ accommodare:) *Siquis igitur,* inquit, *non ædificat Eccleſiam Chriſti, ſed plebem ſibi ſubiectam infirmat, vt de ſubiecto populo Chriſti Eccleſia conſtruatur, iſte nec Apoſtolus, nec propheta, nec Euangeliſta, nec Paſtor, nec magiſter eſt appellandus.* Hæc Hieronymus. Iam præcipuos aliquot errores huius tuæ ſtolidæ, non ratiocinationis, ſed deprauationis locorum Pauli, recenſeamus. Primus error, quòd vt diſſeras *de Euangeliſtis*, locum profers in quo nulla ſit Euangeliſtarum mentio, ita vt locos illos non exponere, ſed potiùs inter ſe opponere videaris. Secundus error, quod hæc verba Pauli, *primò, ſecundò, tertiò,* non ad præſentem contextum accommodas, ſed inde colligis certum graduum Eccleſiaſticorum ordinem, qui ſemper locum in Eccleſia habere debeat: cùm tamen in Eccleſia nulli remanſerint, qui vel Apoſtoli, vel Prophetæ, dicantur: itemque, dona illa quæ Paulus ſubiicit, vt ſanationum, & linguarum *Chariſmata* iampridem in Eccleſia eſſe defierint: quæ etiam non eodem ordine recenſentur tum in hoc ipſo capite tum in Epiſtola ad Romanos cap. 12. Tertius error, quod exiſtimes *non agi in duobus illis locis de ordine Eccleſiæ, ſed in Epiſt. ad Eph. agi de donorum varietate:* cùm id potius dicendū fuerit de loco Epiſt. ad Corinth. vt antè dictū eſt: adeòq; certum ſit vtrobique ea quæ dicuntur de Apoſt. Prophetis, Euangeliſtis, Doctorib. & Paſtoribus ad ordinem Eccleſiaſticū eſſe referenda: alioqui ſequeretur Apoſt. Prophetas, Paſtores, & Doctores (de quibus loquitur Paulus in Epiſt. ad Epheſ.) non pertinere ad Miniſterium Eccleſiaſticum, ſed ad varietatem donorum Dei: quemadmodum dicis de Euangeliſtis. Quartus error, quòd poſita varietate donorum Dei, vis tollere *εὐταξίαν* Eccleſi. ſic enim

In Ep. ad Eph. c. 4.

distinguis inter vtrunque locum. Quintus error, quòd exponas in *Epist. ad Ephes. Euangelistas de libro Dei, quod Episcopis simul cum Presbyteris conueniat, hoc est, Pastoribus & Doctoribus*: cùm tamen Paulus eos expressè distinxerit: *Alios*, inquit, *Euangelistas, alios Pastores & Doctores*. Tua verò interpretatio est huiusmodi, alios, hoc est, eosdem: quin etiam in hoc loco, suprà, sect. 2. hoc vrgebas quòd non Paulus dixerit, *Alios Pastores, alios Doctores*: quod & veteres & scholastici quidam obseruarunt. Sextus error, quòd *officium Euangelij conscribendi tribuas Episcopis cum Presbyteris*, quasi verò semper sit conscribendum Euangelium, ac non potius nobis standum sit, scriptis Euangelicis. Deinde, quum *negas, eos qui Euangelium conscripserunt esse superiores Episcopis* vix vnum habiturus es ex ipsis Pontificiis qui tecum idem sentiat. Sed quorsum ego conor errores tuos qui sunt innumerabiles, numerare? Expendamus igitur quod dicis *Timotheum fuisse dictum Euangelistam 2. Timoth. 4. propter munus Euangelizandi, hoc est, prædicandi Euangelium, non propterea distinctum esse munus: alioquin* (inquis) *sequeretur nomen Ministerium siue Diaconiam, esse distinctum aliquod in Ecclesia munus*. Atenim, Turriane, quis præter te non videt, illic Diaconiam esse nomen generale quod ad omnes Ecclesiastici Ministerij gradus referri potest? Itaque cùm Paulus dixit, *opus Euangelistæ esse Ministerium ipsius Timothei*, satis apertè declarauit Euangelistarum munus fuisse olim ab ordinariis Ecclesiæ Pastoribus distinctum. Nec certè *Philippus* etiam vocaretur *Euangelista* in Actis Apostolicis, nisi priscis illis temporibus nomen illud aliquid peculiare significasset. Iam si non nomen tantùm, sed ipsos etiam Timothei labores consideraueris, facilè videbis Timotheum alio loco habendum fuisse, quàm ordinarij Ecclesiæ Pastores habeantur. Atque hæc de *Euangelistis* nondum Turriano satis cognitis. Dionysium & Maximum à te citatos libenter obliuiscerer: nisi viderem ex tuo Dionysio sequi *Rom. Episcopum non esse aliis superiorem, quandoquidem* Dionysius affirmat *Apostolorum successores esse ab iis corrigendos, qui sunt eiusdem ordinis & gradus*. Quinam autem sint isti *successores*, quia non tibi cum Maximo teste tuo conuenit, vix spero futurum vt de eo inter nos conueniat. Maximus enim putat esse *Patriarchas*: tu mauis esse *Archiepiscopos*: ego neutros esse credo, & affirmo.

Hier. in 4. cap. Epist. ad Eph.
Thom. ibid.

Act. 21.

TVRRIAN. *Quia vocaui Titum Archiepiscopum, dicis inde sequi ordinationes à solis Archiepiscopis faciendas. Si Titus præerat insulæ in qua plures Episcopi ordinandi erant, erat igitur primus Episcopus. Concedo primum, sed non disceptamus de nomine Archiepiscopi. Ex Syn. Nicæ. sine authoritate Archiepiscopi nemini licet ordinare Episcopi, &c. Rides Lombardum: sed nolebat dicere nomen Archiepiscopi & Primatis à re Gentilium impositum esse. Nam à re Christianorum impositum est. Vide Anacleti Epist. 2. A re vocabulum impositum est: inquit Varro.*

X
Pag. 206.

Pag. 297.

SADEEL. Mira est tua, Francisce, in argumentando solertia. Tibi propositum est probare *ius ordinandi ad solos illos vestros Episcopos pertinere*. Id vt efficias, nobis profers *Timotheum ac Titum* quos antea quidem fidenter *Episcoporum capita nominasti, & prouinciis præfectos esse dixisti*; nunc autem hæsitans ac titubans, nihil habes certum quod affirmes. Atqui te lute lubricum & dialecticula quaepiam in prehendo manu, & te pedem figere iubeo: & postulo nobis tandem aliquando tuam sententiam explices, Fuit-ne (inquam) *Titus Episcopus, an Archiepiscopus?* (vt vos quidem loqui soletis) *Si Episcopus*, vnde tanta authoritas vt oppidatim in Creta insula crearet Episcopos? At vos *sine Archiepiscopo non patimini vllum creari posse Episcopum*, quemadmodum ipse nobis ex Nicaena synodo recitas. *Si Archiepiscopus* quid hoc pertinet ad tuam quaestionem? Num existimas [illegible] Neophytorum collegio valere hoc argumentum? *Titus Archiepiscopus [illegible] Episcopos, siue Presbyteros in Creta insula: Ergo ad solos Episcopos non ordinatio pertinet.* Hoc verò argumentum efficere non potest, vt tibi concedam quod à me flagitas: sed quantum video, amplius erit disceptandum, ac tibi proferenda meliora argumenta, vt tibi vnum illud primum concedere debeam. *Lombardum autem non video* vt existimes, sed eius sententiam valde probo *de Primatibus, & Archiepiscopis à Gentilium [illegible] nominibus deriuatis.* Sed enim *nomen à [illegible] esse*, inquis, ex Varrone: sicut sanè: sed non ignorauit Varro, nec [illegible] etiam negabis; *nomina propter verborum similitudinem ab aliis ad alia transferri, [illegible]*, vt inquit Varro, *[illegible] similia dicuntur esse.* Quare *res ipsa* (hoc est, curiosa illa vestra dignitatum Ecclesiasticarum distinctio, ac tot earum tamque varij gradus) *ab humana ambitione profecta: nomina [illegible] similitudinem à Gentilibus*, non minus ambitiosis, vos, ita [illegible] magistro vestro, ipso etiam rerum vsu & experientia [illegible], mutuati estis. Atqui, vt rectè idem Varro dicebat, *homines imperiti & dispersi vocabula rebus imponunt, quocunque eos libido inuitauit.*

XI. Pag.219. TVRRIAN. *Oblitus quòd dixerim Paulum ordinatum fuisse Episcopum Act. 13. sed cur non respondisti ad meam quaestionem? Quare Deus voluit vt*

Pag.220. *Paulus per impositionem manuum Episcoporum ordinaretur, quod in Apostolis non est factum, qui in die Pentecostes à Spiritu S. ordinati sunt Episcopi. Dicis Caluine, vt disciplina Ecclesiastica conseruaretur. Qua igitur ordinatione ordinatum Paulum esse putas? respondebis cum Caluino, ordinatione Presbyteri vel Episcopi: [illegible] secundum disciplinam Ecclesiasticam siue erat Presbyter, sed Diaconus vt vultis? Ordinatus est igitur ex Presbytero Episcopus. Paulus fuit simul Apostolus & Presbyter vt postea ex Presbytero fieret*

Pag.221. *Episcopus. Apostoli prius fuerunt facti à Christo sacerdotes quàm ordinarentur Episcopi à Spiritu sancto in die Pentecostes. Ergo quum ordinatus est Antiochiae maiore ordinatione fuit ordinatus quàm antea. Niger, Lucius, & Manahem erant quidem superiores, non dignitate & honore Apostolatus, sed gradu ordinis Ecclesiastici. Sic enim Chrysostomus. Quamuis personae sint inferiores, inquit, tamen magis apparet solam esse gratiam Dei, &c. Aliud est fuisse electum ad Apostolatum, aliud ordinatum esse vt mitteretur cum potestate ad praedicandum: quod*

Pag.223. *factum est per Ministerium illorum quos Lucas nominat, &c. Paulus & Barnabas per hanc ordinationem fuerunt facti maiores Doctores quàm antea erant, id est, Doctores celsioris ordinis, scilicet Episcoporum. Sic enim Chrysostomus Hom.*

Pag.224. *[illegible] in Act. Apost. Opus erat ipsis, inquit, maioribus Doctoribus, &c. Ex verbo [illegible] sequitur fuisse ordinarios Pastores Ecclesiae, sed haec electio facta est à tribus Episcopis secundum Canonem Apost. qui vsque hodie seruatur. Paulus*

2.Corinth.

[illegible] de Barnaba, dicisque non fuisse ordinationem [illegible] Ecclesiasticam [illegible] de [illegible] facta Antiochiae, [illegible] [illegible] significans.

[illegible] Dixeras in praecedentibus tuis sophismatibus *Paulum de Presbytero creatum fuisse Episcopum Act. 13.* Errorem illum [illegible] ridiculum tantum, sed etiam impium, non modò non retractas, sed [illegible] augés. Quo verò nullum ex Pontificiis, nec adeò ex tuis sodalibus Iesuitis esse puto (semper Indicos illos excipio, quibus monstra sunt magis familiaria) qui tuum istud profanum delirium tueri velit: idcirco nobis [illegible] errorem tuum in commodis [illegible]. [illegible] agitur de *Presbyteri* nomine latissimè sumpto, quo Ioannes se Presbyterum, & Petrus se *compresbyterum* appellat. Etenim loqueris de Presbytero eo sensu quo Pontificij loquuntur, itemque de *Episcopis*: [illegible] neges *Paulum [illegible] ordinatum fuisse [illegible] Episcopi.* Istud dogma tuum falsum, absurdum, [illegible] Theologia alienum, quae sunt consequentia [illegible] attendas velim. *Si Paulus ante illam impositionem manuum [illegible] Act. 13. [illegible] erat Presbyter, Episcopis inferior,* Ergo Apostolatus est inferior Episcopatu. Constat enim Paulum fuisse Apostolum ante illam manuum impositionem, affirmat autem se *non ab hominibus, neque per hominem Apostolum esse,* & Apostoli dicuntur [illegible] à Deo Act. 1[illegible]. Paulus autem docuit ante hanc impositionem manuum non *tanquam Presbyter, aut Diaconus,* ut stultè dicis, & etiam [illegible] affirmas [illegible] dicere, sed tanquam Apostolus ut testatur in Epist. ad Galat. Quod si tunc demum habuit potestatem praedicandi, quum ipsi impositae sunt manus Antiochiae, ergo antea sine potestate praedicavit. Secundò, sequitur Paulum fuisse inferiorem reliquis Apostolis [illegible] die Pentecostes (ut tu delirans somnias) quod ille [illegible]. *Puto, inquit, me nihil inferiorem fuisse summis Apostolis.* Et alibi: *[illegible] carne & sanguine, neque redij Hierosolymam ad eos qui ante me fuerant Apostoli, &c.* Tertiò, sequeretur his Christi verbis: *Ite, docete omnes gentes.* Item: *Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos, &c.* Apost. non habuisse ius praedicandi nec ordinandi Pastores in Ecclesia (haec enim verba praecesserant diem Pentecostes) ac propterea te tibi tuo more contradicere, qui supra ex illis verbis continuam successionem Episcoporum per vicariam ordinationem colligebas. Quartò, retractes etiam quae dixisti omnia in superiori libro *de Primatu Petri* ex his verbis: *Pasce oves meas.* Tunc enim Petrus non erat Episcopus, sed Presbyter (ut tu nunc affirmas) ac propterea commentitius ille Primatus, in Presbyterorum potius quàm in Episcoporum ordine esset collocandus. Quintò, retractes etiam quae dixisti in superiore libro pag. 112. *In Apostolis [illegible] Episcopatum [illegible] quàm Ministerium Apostolat.* Sextò, retractes quoque quod dixeras in libro superiore pag. 1[illegible] [illegible] *Episcopatu (legationis [illegible] Paulus [illegible] in Dioecesi sibi assignata* (quae sunt tua verba) Constat enim Paulum ubique legatione functum fuisse ac propterea non Episc. Septimò (ne omnia recensenda sint) tu planè depravas locum ipsum Act. 13. de quo disputamus. Quis enim non perspicit illam *manuum impositionem,* non ordinario modo factam, sed praeter ordinem ab ipso

Pag. 223.

Gal. 1.

2. Cor. 11.

Gal. 1.

Dei Spiritu profectam esse? Dicis *Prophetas, quorum fit ibi mentio, fuisse Episcopos* sed obsecro, cur inter illos Prophetas non comprehendis Paulum & Barnabam? Sic enim Lucas: *Quidam Prophetæ & Magistri, Barnabas & Simeon, & Lucius, & Manahem, & Saulus.* Ecce primus omnium nominatur Barnabas, cui etiam manus impositæ sunt: idem tibi de Paulo agnoscendum est. Quid ergo? fuerunt-ne bis creandi Episcopi? numerantur enim inter Prophetas & Magistros quos tu Episcopos esse dicis. Quàm porrò absurdum est & ridiculum quod addis? *Nigrum, Lucium, & Manahem fuisse quidem inferiores dignitate & honore Apostolatus, sed tamen gradu ordinis Ecclesiastici superiores.* ô hominem impurum & impudentem! Quid? *Apostolatus* nonne est gradus ordinis Ecclesiastici? Ecquid igitur tantopere sudasti paulò antè, quum locos Pauli deprauares 1. Corinth. 12. & Ephes. 4. in quibus Apostoli primo loco recensentur? Quòd si *Apostolatus fuit gradus ordinis Ecclesiastici*, vt negare non audes: & Paulus propter Apostolatum fuit superior, vt hîc concedis: efficitur, Paulum gradu ordinis Ecclesiastici fuisse tribus illis superiorem: quippe cùm esset Apostolus. Redi nunc ad tuos Canones, & repete memoria quod toties illis inculcatur, *superiorem ab inferiori ordinari non posse*: tum ipse iudica num Paulus à tribus illis potuerit ordinari. Quemadmodum in superiore tuo libro toties nobis repetieras, *Episcopum simul inferre Episcopatum.* Ecquem verò Episcopatum Paulo Episcopo tributis? Is enim longè latéque per vniuersum terrarum orbem, non Episcopatu (vt vis) sed (si propriè loquimur) Apostolatu functus est. num idem poterant præstare tres illi à quibus eum dicis fuisse ordinatum? Minores igitur fuerunt. Sed iam audiamus quid præpares. *Chrysostomus*, inquis, *tradit Paulum & Barnabam fuisse ab illis tribus ordinatos Episcopos.* Atqui nihil tale extat apud Chrysostomum quod hîc fingitur. Nec enim dicit *Paulum fuisse de Presbytero factum Episcopum*, nec *tres illos Prophetas & Magistros Paulo fuisse superiores*, quæ tu omnia affirmas, & testis tuus negat. *Ordinatur*, inquit, (verbum ordinandi [illegible] latè acciperis) *à Lucio Cyrenæo & Manahem: imò à Spiritu. Quantæ enim personæ humiliores erant, tanto [illegible] apparet gratia.* Hæc ille. Vides igitur Paulum nequaquam dici tribus illis inferiorem, sed contrà. Et paulò pòst dicit Chrysostomus, *Paulum nec ab hominibus, nec per hominem, sed à Spiritu Dei vocatum fuisse & ordinatum: à quo videlicet Spiritus Dei [illegible] fe[illegible], sed ad eam summam illam dignitatem Euangelij prædicandi per vniuersum terrarum orbem.* Quod idem agnoscit in 1. cap. Epistol. ad Galat. vbi hæc addit, quæ tuum errorem planè redarguunt: *Paulus*, inquit, *à prima statim vocatione ad summum ascendit fastigium, simul ac [illegible] [illegible] fastigio: [illegible] Apostolo annumerabatur.* Hæc ille. Ex quibus vides quàm infaustè tibi Chrysostomum patrocinium adoptaris. Quod autem ait *Paulum ordinatum, non in Episcopatum* (vt tu asseris) *sed in Apostolatum* (quod tu negas, sed rectè) licet nunc accuratius non discutiam (est enim extra hanc nostram quæstionem) tamen hoc vnum dicam: me non posse adduci vt credam, doctum illum virum, vel ignorasse Paulum longè antea fuisse constitutum Apostolum, adeoque cum potestate prædicasse, vel iis quæ ille ipse scripsit

In Act. hom. 27. & 28.

in Epiſtolam ad Galatas contradicere voluiſſe: ſed exiſtimo Chryſoſtomum nomine *Apoſtolatus* intellexiſſe non ipſum munus, ſed plenam muneris Apoſtolici functionem erga Gentes, & vocabulo *ordinationis* ſignificaſſe publicam illam precationem Eccleſiæ pro Paulo & Barnaba, cui etiam, vt tum moris erat, manuum impoſitio acceſſit. Quamquam enim Paulus *functus erat Apoſtolatu in Arabia, Syria, Cilicia, & aliquot aliis in locis*: nondum tamen ingreſſus erat in plenam ſui muneris functionem erga Gentes. Quare cùm Antiochiæ ſubſiſteret, diuino oraculo mittitur ad plenam illius muneris Apoſtolici functioné: adiuncto Barnaba laboris atque itineris ſocio. Id mihi ſenſiſſe videtur Chryſoſtomus. Valde etiam imperitè mihi obiicis ex Hom. 28. in Act. Apoſt. hæc verba Chryſoſtomi: *opus erat illis maioribus doctoribus*: quaſi Paulus ideo vocetur *Maior Doctor, quòd fuerit ordinatus Epiſcopus*: imò verò Chryſoſtomus ſignificat, *Paulum & Barnabam etiam cùm Antiochiæ ſederent, fuiſſe maiores Doctores, videlicet aliorum reſpectu: ac propterea iniquum non fuiſſe vt diutius Antiochiæ manerent.* Miror autem cùm paulò poſt *duplicem conſtituas impoſitionem manuum* (pag. libr. tui 226.) *vnam ordinantem, alteram approbantem*: cur in hoc cap. 13. Act. aliquid ſimile tibi non occurrerit. Nec enim homines eligunt, nec vocant, nec mittunt Paulum. (Sic enim Dominus apud Lucam: *in opus ad quod eos vocaui*, *vel, aſſumpſi*, inquit.) Quid ergo? *Imponunt manus*: tum vt teſtentur ſe diuinæ vocationi & miſſioni aſſentiri: tum vt bene precentur iis qui à Spiritu Dei mittuntur: ſic enim Lucas: *Quum ieiunaſſent*, inquit, *& precati eſſent & impoſuiſſent eis manus, dimiſerunt eos. Ipſi igitur miſſi à Spiritu ſancto, deſcenderunt Seleuciam, &c.* Et cap. 14. *Abnauigauerunt*, inquit, *Antiochiam, vnde fuerant commendati gratiæ Dei ad opus quod expleuerant.* Non dicit: *vbi fuerant ordinati Epiſcopi*: quod tuum eſt delirium. Ex quibus ſatis eſt perſpicuum, non tunc eam fuiſſe *impoſitionem manus*, quæ in creandis Eccleſiæ Miniſtris ex ordine Eccleſiæ adhibebatur. Quod ſubiicis *de Doctore Caluino*, nihil habet præter calumniam: dicit enim *hoc exemplo & iis quæ obſeruata ſunt in electione Matthiæ, Deum voluiſſe confirmare Eccleſiaſticam diſciplinam. Nam ſi Paulus à ſolo Deo vocatus, electus, & miſſus publicam illam precationem & benedictionem Eccleſiaſticam non neglexit: quantò minùs ordinarij Eccleſiæ Miniſtri debent prætermittere Eccleſiæ diſciplinam?* Tu verò præclarè, ſcilicet, & candidè hinc colligis, *Paulum fuiſſe ordinaria manuum impoſitione Epiſcopatui conſecratum*: & ex argumento à maiori ad minus ſumpto, tu bonus, ſcilicet, vel rhetor, vel dialecticus, idem ius ſtatuendum eſſe dicis. Negas etiam *ex verbo λειτουργεῖν, ſequi, tres illos fuiſſe ordinarios Eccleſiæ Antiochenæ paſtores*. Sed audi quid dicat Chryſoſtomus: *Quid eſt λειτουργούντων? prædicantibus illis*, inquit, & hom. ſequenti: *In Antiochia*, inquit, *iam plures erant* (loquitur autem de doctoribus.) Porrò vocabulum illud ſignificare publici muneris functionem ſatis notum eſt. ſic enim magiſtratus vocatur λειτουργός, & Paulus dicitur λειτουργὸς Chriſti. Et ſæpe λειτουργία apud Græcos ſcriptores ſignificat ipſum munus paſcendæ Eccleſiæ, & miniſterium Eccleſiaſticum (vos, *ſacerdotium* appellatis.) Ex quibus efficitur, *tres illos fuiſſe ordinarios doctores Eccleſiæ Antiochenæ*. At tu, qui contrà ſentis, debebas aliquam

Gal. 1.

Hom. 27. in Act.

Syneſ. Epiſt. 11
Id. Epi. 79. & 105.
Id. Epiſt. 72.
Euſeb. Eccleſ. hiſt. li 4. c. 10.
Id. lib. 7. cap 30. &c.

quam ſaltem coniecturam ex loco illo petitam nobis proponere. Nam & loci circunſtantia, & ipſa vocabula pro nobis faciunt. Etenim illi qui erant Antiochiæ vocantur διδάσκαλοι, & dicuntur λειτουργοῦντες. Mauis tamen referre ad morem veſtrum in ordinandis Epiſcopis obſeruatum, nempe, inquis, vt *tres adſint Epiſcopi*. Sed quæro quiſnam illorum fuerit *Archiepiſcopus*, quandoquidem ſine Archiepiſcopi authoritate veſtras ordinationes eſſe irritas apud vos iampridem ſancitum eſt. En quò tua euadant, dum Paulo iniuriam facere conaris. Tandem ais, *de hac Barnabæ ordinatione fieri mentionem in poſter. Epiſt. ad Corinth.* Vbi ne Barnabas nominatur quidem. ſed, *Miſimus* (inquit Paulus) *vnà cum eo fratrem illum, cuius laus eſt in Euangelio, &c.* hunc alij Barnabam (vt Chryſoſtomus) alij Lucam intelligunt. De Barnaba quominus poſſim intelligere (quod tamen aliorum varia dictum ſit) hæc faciunt: quòd nimirum eiuſmodi *collecta* non ſemel tantum facta fuerit: prima enim cuius fit mentio Act. 11. *per Paulum & Barnabam Hieroſolymam delata eſt*: ſed ratio temporum cogit vt locum hunc Epiſt. ad Corinth. de alia *collecta* intelligamus. Atqui priuſquam Paulus Corinthi docuiſſet, Barnabas à Paulo diſceſſerat Act. 15. ac non ita multo pòſt, Paulus Corinthi congregauit Eccleſiam: & vtramque Epiſtolam ad Corinthios conſcripſit. Quare ſi temporum rationem ineas, facilè colliges tum Barnabam cum Paulo non fuiſſe. Nec porrò video quamobrem Titum potius quàm Barnabam Paulus in illo loco nominaſſet. Verùm, vt vt eſt, illa *electio* cuius meminis (quæ ſignificatur vocabulo χειροτονηθεὶς illic vſurpato) non eſt referenda ad munus prædicandi, & ad Miniſterium Eccleſiaſticum, ſed ad rem præſentem, de qua tum agebatur. Quare dicitur ille (quicunque tandem ſit) *electus ab Eccleſiis ſocius peregrinationis noſtræ cum hac beneficentia* (inquit Paulus) *quæ adminiſtratur à nobis*. Loquitur autem de eleemoſyna & ſtipe illa quæ vndique tum corrogabatur in Eccleſiæ Hieroſolymitanæ gratiam. Itaque dicit electum illum fuiſſe non ab Eccleſia Antiochena (ſicuti ſomnias) ſed ab Eccleſiis: at cum vides verbum χειροτονηθεὶς, ſtatim *de tua ordinatione* cogitas, & χειροτονίαν interpretaris *impoſitionem manuum*, id eſt χειροθεσίαν, quam ignorantiam tuam iam antè redarguimus. Ac de tuis hiſce non argumentis, ſed craſſiſſimis erroribus hactenus.

XII. Pag. 225. Tvrrian. *Obiicis 1. Cor. 14. Plures fuiſſe Prophetas Corinthi: ſed ſunt duo ordines ſacerdotum: Epiſcoporum ſcilicet, & Presbyterorum: & itidem ſunt duo ordines Doctorum, maiorum & minorum: duo item ordines Prophetarum: Epiſcopi ſunt maiores Doctores, maiores Prophetæ, & maiores Paſtores: Presbyteri minores. Nomen Prophetæ homonymum eſt, &c.* Pag. 226. *Quæris, ſi Presbyteri habent ius baptizandi & prædicandi, quare non habent etiam ius ordinandi? Apoſtolis cum Chriſto ſic tibi videtur. Simile eſt ac ſi* [illegible] *oppidis ſuis habeant* [illegible] *non tamen habeant ius creandi alios* [illegible] Pag. 226. *ſunt habere principes vrbis. Dicis* [illegible] *argumentationem falſam à Baptiſmo ad ordinationem. Sed aliud eſt habere ius dandi Baptiſmum: aliud, poſſe dare ius baptizandi.* Pag. 227. *Obiicis, Presbyteros habere ius impoſitionis manuum ex Can. Presbyteri diſt. 23. Non excluduntur Presbyteri ab impoſitione manus approbante: ſed ab* Pag. 228. *impoſitione manus ordinante. Qui verò Canones in nos citas vide Can. quorundam* *dano diſt. 23. vbi videbis Presbyterum non poſſe ordinare.*

SADEEL. Miſeret me tuorum Epiſcoporum, Turriane, quos in tot particulas diſſecas & concidis. Primùm *Epiſcopos diuidis in Epiſcopos maiores & minores; ipſoſque maiores in plures ordines ſubdiuidis, nempe in Primates & Archiepiſcopos: & rurſus Primates ita diſtribuis vt Romanus Pontifex ſit magnus pater & Patriarcharum Patriarcha.* Ecce autem, nondum his contentus, aliam nunc diuiſionem *Prophetarum & Doctorum affers:* & ſtatuis, *alios eſſe maiores, alios minores.* Expecto autem dum id ipſum ſtatues in tuis monachis: ac tum proculdubio Ieſuitas inter maiores monachos recenſebis. Dic mihi, minute philoſophe, ſiccine tibi videris demonſtratiuè diſputare? *Dicis nomen Prophetiæ eſſe homonymum*: fac igitur idem quod in homonymiis euoluendis fieri ſolet: ac nobis vnamquamque ſignificationem ex Scripturâ diſtinguito: non autem ex tuis tuorumque ſomniis; quibus ſi fides habenda eſt, quorſum igitur tandiu diſputas? cur teipſum, miſer, excrucias tot paginis exarandis? ſed ſi in arenam Theologicæ diſputationis nobiſcum deſcendis: quin tu profers clariſſima illa Scripturæ lumina quibus errorum tenebræ diſpellantur? Porrò obieceram *ius prædicandi & Sacra adminiſtrandi, Presbyteris, ex verbo Dei, non conceſſum modò, verùm etiam iniunctum: hîc me iubes, ſcilicet, expoſtulare cum Chriſto.* Atenim ego tecum expoſtulo, Franciſce, & veſtra commenta reiicio, contentus Chriſti ſanctiſſimis inſtitutis. Et, niſi Monachus eſſes, grauiùs quererer de tua impudentia, qui toties principium petis. Sed enim *Epiſcopos cùm vrbium principibus comparas*: hùc fortaſſe reſpiciens, quòd *tantum hodie ſibi ſumunt Epiſcopi, vt illarum vrbium in quibus ſunt ipſorum diœceſes, vulgò Domini ſalutentur.* Scilicet iuxta illud Hieronymi: *Meminerint,* inquit, *Epiſcopi, ſe ſacerdotes eſſe, non Dominos.* Ad obiectionem verò meam quòd *veteres ipſi à Baptiſmo ad ordinationem argumentati ſint*, ita reſpondes, vt ſemper principium petas. *Aliud eſt,* inquis, *poſſe dare ius baptizandi:* verùm hoc inter nos quæritur. Nos enim affirmamus illos ipſos qui baptizandi ius habent, hoc eſt, ordinarios Eccleſiæ Paſtores, non quidem *dare ius baptizandi*, vt tu ineptè dicis (hoc enim eſt Chriſti proprium) ſed eligere & ordinare alios Eccleſiæ Paſtores eiuſdem muneris Eccleſiaſtici ſocios & participes: eáque omnia præſtare non ex Clementinis conſtitutionibus, ſed ex Apoſtolorum præceptis. Quod ſi negare non potes, his Chriſti verbis, *docete omnes gentes, baptizantes, &c.* pręcipua miniſterij Eccleſiaſtici capita contineri: cur *plures eſſe exiſtimas, ordinare, quàm prædicare, aut Sacramenta à Chriſto inſtituta adminiſtrare?* Vide igitur num ipſe audeas expoſtulare cum Chriſto, eo quòd non ita dixerit: *ordinate, docete, baptizate.* Nonne perſpicis, ius ordinandi ſubſequi, non autem præire in cenſendis Eccleſiaſtici muneris partibus? Deniq; tandem hoc à te extorqueo, *Presbyteros non excludendos eſſe ab impoſitione manuum, videlicet,* inquis, *approbantes.* Quis non videat te quærere effugium, neque reperire? an non aliter poſſunt *Presbyteri approbare ordinationem, quàm ſi manus imponant?* Fatere igitur illum Canonem, quem tibi obieci, continere expreſſa veſtigia eorum, quæ temporibus Apoſtolicis vulgò fiebant, quum *Presbyteri, hoc eſt, ordinarij Eccleſiæ Paſtores manus imponebant ordinandis*

Ad Nepot.

Eccleſiæ Miniſtris, omnes ſimul eiuſdem iuris participes: quem morem vetuſtiſſimum, qui ſubſequuti ſunt, non fortaſſe malo animo magno certè damno Eccleſiæ, ſuſtulerunt.

XIII. Pag. 229. TVRRIAN. *Dicis me veterum catalogum recenſere: At ego etiam Scripturam Apoſtoli produxi quum præcepit Timotheo vt accuſationem aduerſus Preſbyterum ne recipiat niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Conſtat autem iudicem ſuperiorem eſſe iis quos iudicat.*

1. Tim. 5. SADEEL. *Vt probes ſolos Epiſcopos habere ius ordinandi non autem Preſbyteros, affers hæc Pauli verba ad Timotheum: Aduerſus Presbyterum accuſationem ne admittito niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* At nos agebamus de ordinandis, non de iudicandis Presbyteris. Hoc igitur eſt extra propoſitum. Nos tamen hunc etiam locum expendamus. Sic igitur ratiocinaris: *iudicem eſſe ſuperiorem iis quos iudicat.* Verùm quid inde concludis? Si in Timothei perſona Paulus omnes Eccleſiæ paſtores officij ſui admonitos eſſe voluit (ſicut in noſtra ſolutione ex doctiſſimorum Theologorum ſententia diximus) nihil te adiuuat hic locus. Si in Timotheo ſubſiſtis, & Timothei perſonam vrges: quid aliud efficis, quàm Timotheum fuiſſe aliis ſuperiorem? Atqui id non negamus, quatenus Timotheus fuit Euangeliſta & Pauli συνεργὸς (vt vocatur à Paulo) qua de re iam multa antè à nobis dicta ſunt. Sed omnino ſi rem ipſam attentis oculis circumſpicias, facilè videbis, Timotheum non debuiſſe ſolum, inſtar Regis aut principis, iudicia in Eccleſia exercere: ſed omnia fuiſſe ex ordine atque diſciplina Eccleſiæ facienda. Quod vt magis videas, attende quæ Tertullianus ſcripſit de vetuſtiſſimis illis iudiciis Eccleſiaſticis: *Præſident, inquit, probati quique ſeniores, honorem iſtum, non pretio, ſed teſtimonio adepti.* Hæc ille. Quid quod ſuprà pag. lib. tui 124. Hæc Pauli verba 1. Cor. 5. *Nonne de iis qui intus ſunt, vos iudicatis?* generaliter de Miniſtris Eccleſiæ expoſuiſti? Quare quemadmodum non ſolius Timothei partes erant, *eos qui peccabant, coram omnibus reprehendere*: quamuis id nominatim Timotheus in illo ipſo loco facere iubeatur: (quis enim id vllis Eccleſiæ Paſtoribus denegarit?) Ita non ſolus Timotheus debuit Presbyteros iudicare, ſed vnà cum aliis Eccleſiæ præfectis. Iſtud autem tuum theorema, *de Iudicibus ſuperioribus nego vſquequaque verum eſſe. Licet enim iudicare, ſit aliquid maius, quàm iudicari:* tamen non propterea qui iudicant ſunt ſemper maiores iis qui iudicantur: poſſunt enim ſenatores ab aliis ſenatoribus eiuſdem dignitatis ſociis iudicari: imò iudices ab ipſis Regibus præfecti, etiam de ipſorum Regum cauſis iudicant: neque propterea ſunt ipſis regibus maiores. Quare hoc in loco tua te iuriſprudentia deſerit. In Apologet.

XIIII. Pag. 229, Pag. 230. TVRRIAN. *Hominum eſſe inſtitutum dicis: at qui contrà ſenſerunt, habiti ſunt hæretici vt Aerius. Vide Epiphan. & Auguſt. Profert Hieronymum: ſed non dicit Epiſcopum & Presbyterum fuiſſe idem, ſed fuiſſe eoſdem. Atque ita quidem fiebat à principio vt propter paucitatem fidelium vnus & idem eſſet Presbyter ſimul & Epiſcopus, vt ordinaret, & alia propria Epiſcopi faceret: quum non eſſent qui ordinarentur Presbyteri: at poſt quam cœpit eſſe multitudo, non erat amplius vnusquiſque idem Presbyter & Epiſcopus. Ex Epiphan. aduerſus Aerianos. Idem Hieronymus ad Euagr. Alexandriæ, inquit, à Marco Euangeliſta vſque* Pag. 231.

que

quæ ad Heraclam & Dionyſium Epiſcopos, Presbyteri ſemper vnum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum Epiſcopum nominabant. Hæc ille. Non dixit, ordinabant: ſed nominabant Epiſcopum ſcilicet, collocatum per conſecrationem Epiſcopalem. Obiicis eundem Hieronymum in Epi. ad Titum: ſed aut ſibi contradicit Hieronymus (& tunc teſtis eſſe non poteſt ex Venuleio Iuriſconſ.) aut quod clariſſimè dixit, debet adhiberi ad interpretandum quod obſcurius, & ambiguè ſcripſit. Ad Euagr. De Presbyteris reticetur, inquit, quia in Epiſcopo & Presbyter continetur. Non autem reperio aliun modum quo ſit Presbyter in Epiſcopo niſi tanquam in primo mouente, & tanquam in fine.

Pag.232.

Pag.233.

SADEEL. Verumenimuero quæſtionis eſt, Turriane, *An propterea Aerius ſit meritò damnatus*: nec minùs rectè dubitari poteſt, cur non idem in Hieronymum ſtatutum fuerit: cùm totidem propè verbis vterq; idem ea de re dixerit, & protulerit eadem Scripturę teſtimonia: ad quæ (verè vt dicam) Epiphanius frigidè admodum reſpondet. Cæterum, non nego, veteres humano illo inſtituto fuiſſe delectatos: ſed hoc tantùm affirmo, hanc Epiſcoporum diſtinctionem á veteribus introductam, illùmq; ſuperiorem gradum non eſſe diuini iuris. Ad meam obiectionem ex Hieronymo, reſpondes, *Hieronymum non dixiſſe Epiſcopum & Presbyterum eſſe idem, ſed eoſdem.* Mira certè ſubtilitas: hæc ſunt verba Hieronymi: *Apoſtolus perſpicuè docet* (inquit) *eoſdem eſſe Presbyteros, quos Epiſcopos.* Quid potuit dici apertius? an non hoc clarius eſt quàm id quod dicis *de primo mouente & de fine? At non dixit eſſe idem,* inquis. Nempe quia loquebatur de perſonis, miniſterium Eccleſiaſticum exercentibus: & Latinè, non barbarè loquebatur: quis enim neſcit quæ ſit vis huiuſce loquendi formulæ? Conſule ſuper hac re collegium tuum Neophytorum. Sic veteres qui exiſtimarunt Paſtores & Doctores in Ep. ad Epheſ. non conſtituere varios gradus in Eccleſia, dixerunt *eoſdem eſſe Paſtores quos Doctores.* Sed ſi hoc tibi non ſufficit, audi aliud etiamnum loquendi genus: *Manifeſtiſſimè comprobatur* (inquit Hieronymus) *eundem eſſe Epiſcopum atque Presbyterum.* Et alibi dicit, *Epiſcopum & Presbyterum vnum eſſe: & aliud ætatis, aliud eſſe nomen officij.* Hieronymus igitur tum in aliis locis tum in Ep. ad Oceanum, *quum dicit eoſdem fuiſſe Epiſcopos & Presbyteros,* intelligit idem munus duobus nominibus expreſſum: quemadmodum declarat ea ratio quam ſubiicit: *quia,* inquit, *illud nomen dignitatis eſt, hoc ætatis.* Quòd ſi tua interpretatio vera eſſet, quam, obſecro, inepta eſſet hęc ratio? Quis enim hoc patienter audiat? *olim eoſdem homines Epiſcopi & Presbyteri munera aliqui diſtincta exercuiſſe, quia illud nomen dignitatis eſt hoc ætatis.* Inepta planè ratio: & quę adeo ſtare non poſſit, niſi intelligas, olim duobus illis vocabulis vnum idemq; munus ſignificatum fuiſſe. Sed audiamus ratiocinationem. *Hoc,* inquis, *olim factum eſt propter paucitatem fidelium.* Quid audio? *Cùm fideles erant pauci numero* (inquis) *tum erant multi Epiſcopi: poſteà verò quum multi fuerunt fideles, tum Epiſcopi fuerunt pauciores.* Imò verò (ſiquidem Epiſcopi ad fideles pertinent) ita dicendum eſt potiùs, quo plures ſunt fideles, eo plures quoque debere eſſe Epiſcopos. Sed fortaſſe ad rei veritatem alludere voluiſti. Nam hodie veſtrorum Epiſcoporum multitudo, fidelium hominum arguit paucitatem. Sed enim vix ſine riſu tua hæc ratiocinatio poteſt cogitari. Videlicet,

Ad Euag.

Ibid. In Ep. ad. Tit. c. 1.

Ap Oceanum.

quum non eſſent qui Presbyteri poſſent ordinari, propter fidelium paucitatem, eum ipſos Presbyteros fuiſſe quoque Epiſcopos. Miror enim inuentos potius tum fuiſſe qui Epiſcopi, quàm qui Presbyteri crearentur: ſi Epiſcopi ſunt ipſis Presbyteris excellentiores. Tunc ergo locum non habuit, quod dici ſolet, precioſiora eſſe rariora. Agedum, *ſi priſcis illis temporibus iidem fuerunt Epiſcopi & Presbyteri, quia vnus idemque erat Epiſcopus & Presbyter,* dic ſodes, cur non idem hodie de tuis Epiſ. ex ipſa tua doctrina dici poſſit? *Nonne Epiſc. eſt Presbyter?* Dicis enim, *in Epiſ. Presbyt. contineri.* Quare, ſi nihil aliud habes, infeliciter ſanè nobis explicas eam differentiam temporum cuius meminit Hieronimus. Nam ita vt exponis, nullam eſſe differentiam video. Sed vt vno verbo tuam iſtam *paucitatis* rationem euertam: propono quæ dixit Paulus apud Lucam Presbyteris Epheſinis. Hic enim non eſt cur paucitatem prætexas: erant enim plures Presbyteri eiuſdem Eccleſię, nempe Epheſinę, qui tamen omnes dicuntur *conſtituti Epiſcopi à Spiritu S. ad regendam Eccleſiam Dei:* quem locum Hieronimus etiam citauit. Atq; hęc de *tua fidelium paucitate & Epiſcoporum pluralitate.* Nam quod addis, ex eodem Hieronimo, *in Alexandria olim factitatum, vt Presbyteri vnum ex ſe electum in excelſiori gradu collocarent, eùmque Epiſcopum nominarent:* magis te Turriane, ac magis refellit. Sic enim apud Alexandrinos illos veteres *Epiſcopus à Presbyteris creabatur,* non autem Presbyteri ab Epiſcopo, vt vultis. *Verùm,* inquis, *non dixit ordinabant, ſed collocatum ſcilicet, per conſecrationem Epiſcopalem, Epiſcopum nominabant.* Quis tuas iſtas deprauationes æquo animo ferat? Ecquid inſolitum nobis narraret Hieronymus? nonne id etiamnum hodie apud vos obſeruatur, *vt Presbyteri eum nominent Epiſcopum, qui Epiſcopalem habet conſecrationem?* pudeat te tuæ impudentię, verba enim Hieronymi adeo plana ſunt, vt aliena & abſurda illa tua additamenta, nobis etiam tacentibus, ſatis reiiciant. Fruſtra autem conaris Hieronymum Hieronymo opponere, vt illi tuum ſalem Venuleianum aſpergas. Nam & in Epiſtola ad Euagrium, & in commentario in Epiſtolam ad Titum, apertè loquitur, & rem vnam eandemque proponit, quemadmodum iam antè à nobis dictum eſt. *Quòd ſi obſcuriora ſunt exponenda ex iis quæ clarius ſcripta ſunt* (vt dicis) erit igitur ſtandum iis quæ tradit Hieronymus in Epiſtolam ad Titum, quæ quidem multis verbis iiſdemq; planis & dilucidis expoſita ſunt. Sed obiicis quod idem ait, *Presbyterum in Epiſcopo contineri,* & nobis ſcilicet, ex philoſophia declaras, *Presbyterum eſſe in Epiſcopo tanquam in primo mouente & tanquam in fine.* Quid ais Sophiſta? ſiccine Hieronymo illudis? plana eſt eius ſententia. *Presbyter & Epiſcopus* (inquit) *aliud ætatis, aliud dignitatis eſt nomen:* vnde ad Titum & ad Timotheum *de ordinatione Epiſcopi & Diaconi dicitur, de Presbyteris omnino reticetur, quia in Epiſcopo & Presbyter continetur.* Hæc Hieronymus: hoc eſt, quia nomen Epiſcopi etiam Presbyterum ſignificat, adeò vt quod ſtatutum eſt in Epiſcopo idem quoque de Presbytero intelligi debeat: ſic verbum, *contineri,* ex Grammatica, non ex philoſophia exponendum eſt. Quorſum igitur tuæ nugæ non philoſophicę, ſed peiores etiam quàm ſophiſticæ? Nonne attendis Hieronymum *de ipſa ordinatione* nominatim loquentem & affirmantem, *ea quæ de Epiſcopi ordinatione*

Act.20.

Ad Euag.

dicuntur, ad ordinationem quoque Presbyteri pertinere? Tu verò, ſcilicet, *Epiſcopum primum mouentem facis & finem, in quo Presbyter contineatur*: nimirum morem Eccleſiæ Romanæ reſpiciens, vbi qui minores ſunt Miniſtri, hunc tantùm habent finem propoſitum, vt maiores euadant. Sed cur non idem dicis *de Diacono?* nonne etiam in Epiſcopo continetur, ex tua doctrina? Cur ergo Paulus mentionem fecit Diaconi? Cæterùm ex ipſa tua doctrina falſum eſt quod ais, *Epiſcopum eſſe finem*, quia nullus eſt vel minutulus monachus, nedum Presbyter, qui non libenter velit fieri Pontifex Romanus: cui tu non leuem iniuriam feciſti, quòd eum non vocaueris potiùs *primum mouentem*. Ille enim vos omnes mouet, & eius oſſa (vt dicebat Plautus familiaris tuus) te & tuum calamum mouet, Turriane, adeò vt iam mirum videri non bebeat, ſi tam perperam & peruerſè ſcribas.

XV.
Pag. 234
pag. 235.
Pag 239.

TVRRIAN. *Ambroſium obiicis. Sed idem paulò antè: Poſt Epiſcopum plus eſſe intelligitur qui prophetare dicitur, &c. qui ordo nunc poteſt eſſe Presbyterij. Hæc ille. Idem: Epiſcopus primus ſacerdos eſt, hoc eſt, princeps ſacerdotum, &c. ſed tu in primum Presbyterum mutaſti. Hæc Ambroſij verba: vt non ordo, ſed meritum crearet Epiſcopum: non intellexiſti, anticipatione erroris tui obcæcatus: hoc eſt: vt non haberetur ratio vtrum iam Presbyter eſſet, qui eſſet creandus Epiſcopus: ſed vtrum dignus eſſet: quod etiam nunc fit, vt per gradus tamen ſuos probatur ad ordinem Epiſcopi. Obiicis ex eodem Ambroſio in Ægypto Presbyteros conſignare ſolitos. ſed non dicis Ambroſius Presbyterum poſſe Chriſma conficere. Abſente Epiſcopo, Chriſmate ab Epiſcopo confecto, conſignare Presbyterum licere poteſt.*

In Epiſt. 9. ad Tim. c. 3.
Quæſt. ex vtr. Teſt. 101.

SADEEL. Verba Ambroſij ſunt: *hic Epiſcopus eſt*, inquit, *qui inter Presbyteros primus eſt*. Item: *Epiſcopi & Presbyteri vna ordinatio eſt*. Hæc ille. Quare: *non mutaui principem in primum*, vt obiicis: verba enim Ambroſij ſyncerè recitaui, vt facilè videres, niſi te contradicendi ſtudium tranſuerſum ageret. Iam hæc verba Ambroſij te refellunt (*Qui ordo nunc poteſt eſſe Presbyterij*) ſic enim manifeſtè ſua tempora ab Apoſtolorum temporibus diſtinxit. Neque tibi tantopere fuit in vocabulo *principis* exultandum, quum nomine *principis* primum tantùm intellexerit Ambroſius, vt facilè colligitur etiam ex hoc ipſo loco: ſic enim ille: *primus ſacerdos, hoc eſt, princeps ſacerdotum*. Quibus etiam verbis vſus eſt alicubi Auguſtinus, cùm Diaconorum Romanorum arrogantiam deprimeret, qui ſe Presbyteris coæquabant. Volo ego locum recitare, quia me tibi & tuæ Romæ maximè cupere, ſatis, vt opinor, vides. *Quidam*, inquit, *duce ſtultitia & ciuitatis Romanæ iactantia Leuitas Sacerdotibus, & Diaconos Presbyteris coæquare contendit, &c.* Tum addit ironicè: *Sed quia Romanæ Eccleſiæ Miniſtri ſunt, idcirco honorabiliores putantur, quàm apud cæteras Eccleſias, propter magnificentiam vrbis Romanæ, quæ caput eſſe videtur omnium ciuitatum: ſi itaque ſic eſt: hoc debent & ſacerdotibus ſuis vendicare, quia ſi ij qui inferiores ſunt, creſcunt propter magnificentiam ciuitatis: quanto magis qui potiores, ſublimandi ſunt?* Et paulò pòſt, *Quid eſt Epiſcopus niſi primus Presbyter? hoc eſt, ſummus ſacerdos. Denique non aliter quàm compresbyteros hic vocat. Nunquid & Miniſtros condiaconos ſuos dicit? &c.* Hæc Auguſtinus quem non fefellit opinio: *cùm Romani Presbyteri euaſerint Cardinales, & Rom. Epiſcopus ſibi poteſtatem in reliquos omnes Epiſcopos attribuerit, duce [illegible]* (hæc enim elegantiſſima Auguſtini verba repetenda ſunt,) [illegible] & ciuitatis Romanæ iactantia. Sed, vt ad Ambroſium redeamus: præclarè, ſcilicet, nobis exponis hæc Ambroſii verba: (vt non ordo, ſed meritum crearet Epiſcopum) hoc eſt, inquis, non haberetur ratio vtrum iam Presbyter eſſet, qui eſſet creandus Epiſcopus: ſed vtrum dignus eſſet. Nihil mirum, Turriane, ſi veterum Doctorum ſcripta ſententiaſque peruertas, qui ne Scripturæ quidem parcis, vt iam ſæpe antea vidimus. Sed cuinam, obſecro, perſuadebis, hanc fuiſſe mentem Ambroſij, vt nomine *ordinis munus & dignitatem Presbyterii intellexerit*? Suam igitur ſententiam vindicet ipſe à tuis calumniis: *Primùm*, inquit, *Presbyteri Epiſcopi appellabantur: vt recedente vno, ſequens ei ſuccederet. Sed quia cœperunt ſequentes Presbyteri indigni inueniri ad Primatus tenendos, immutata eſt ratio, proſpiciente concilio, vt non ordo ſed meritum crearet Epiſcopum multorum ſacerdotum iudicio conſtitutum*. Hæc ille. Ecce tibi Franciſce, quid intelligat nomine *ordinis*, quem vetuſtiſſimis temporib. obſeruatum fuiſſe teſtis eſt, nempe, *vt recedente vno, ſequens ſuccederet*. Tunc enim habebatur ratio vel ætatis, vel temporis quo quiſque ad Eccleſiæ Miniſterium fuerat vocatus. *Primatum autem tenere* dixit Ambroſius, hoc eſt, præſidere inter collegas vt omnia ex ordine fierent. Tu verò quaſi Clementinarum Conſtitutionum oblitus, exiſtimas *eligendos eſſe in Epiſcopatum etiam eos, qui non ſunt Presbyteri*; quod tamen videris concedere, dum addis, *ita tamen*, inquis, *vt per gradus ſuos proueheretur*: quod quàm probè apud vos obſeruatur, nimis notum eſt, vbi Epiſcopi & parochi titulares ſunt, vt plurimùm, famuli domeſtici: vectigalia verò ſacerdotiorum ad dominos redeunt. Ita, ſcilicet apud vos Miniſtri Eccleſiaſtici per gradus ſuos prouehuntur: qui eadem hora (modo pecunia valeant aut gratia) fiunt Acolythi, Diaconi, Presbyteri & Epiſcopi, atque etiam aliquando Cardinales: ſicut Romæ factum eſt ante aliquot annos, quum paruulus ille (ſcis quid dicam) factus eſt Cardinalis, per ſuos ſcilicet, gradus prouectus. Quod ſequitur apud Ambroſium adeò te conſtrictum tenet, vt quoquò te vertas, iaceat omnis tua ſolertia neceſſe ſit. Ambroſius teſtatur, *olim in Ægypto Presbyteros abſente Epiſcopo conſignare ſolitos*. Idem confirmat Auguſtinus in Alexandria factitari ſolitum. *In Alexandria & per totam Ægyptum*, inquit, *ſi deſit Epiſcopus, conſecrat Presbyter*. Hæc ille. Hinc manifeſtiſſimum eſt, ipſo iure, *Presbyterum non minus poſſe ordinare, quàm Epiſcopum: licet propter ordinem tantùm, veteres id muneris Epiſcopo dederint, hoc eſt, illi Presbytero qui inter collegas præerat ordinis cauſa*. Quid hîc noſter Proteus? *Conſignabant, Presbyteri*, inquit, *ſed non poterant Chriſma conficere*. Ergo, quantum video, tibi Franciſce, res *ad Chriſma*, tanquam ad Triarios, rediit. Atqui vt audio, tum vitam eſſe deſperatam oportet, quum apud vos ad extremam illam vnctionem recurritur: quo fit, vt, vel ex hoc tuo *Chriſmate, facilè* iudicari poſſit, tuorum Epiſcoporum cauſam ita ſe malè habere, vt propemodum agat animam. Itane tandem ſumma illa Epiſcoporum dignitas in fundum lagenæ olei demerſa ita deliteſcit, vt iam à noſtris argumentis tuta eſſe videatur? Quid? Si Presbyteri poſ-

Quæſt. ex vtroq. 101.

ſunt homines conſecrare, non ipſum oleum conſecrabunt? (*quandoquidem [illegible] alia Epiſcopi veſtri, ſacri eſſe non poſſunt.*) Iam intelligo quamobrem poſt conſecratum Epiſcopum non dicatis: *Salue ſancte Epiſcope*: at poſtquam Chriſma illud veſtrum confeciſtis, tum [illegible] terram deiectis, ore ad oleum aperto, intentiſq; oculis in hanc [illegible] cantilenam erumpere ſoleatis: *Salue Sanctum oleum.* (quid mirum à te prætermiſſum, qui mihi ſæpe tuas precationes conſecratorias obiicis.) Sed quod vos *ſaluere* vultis, Turriane, nos valere iubeamus: adeoq; veſtras illas nugas ſine verbo Dei ex hominum arbitrio confictas, procul à nobis amandemus: ne lucem Euangelicam vmbrarum legalium præpoſtera imitatione extinguere velle videamur. Atque hæc de tuis Epiſcopis in Chriſmate conficiendo tantùm occupatis.

XVI. Pag.237.

TVRRIAN. *Auguſtinum obiicis; ſed non dixit honorem Epiſcopi vſu [illegible] duſtum eſſe, ſed ſignificationem nominis. Obiicis Gratianum ex Iſidoro; ſed ponit ante diſtas Presbyteros Pontificatus apicem non habere, quia Chriſmate frontem non ſignant, &c. Dixit autem non, idem fuiſſe, ſed, eoſdem, vt quod dixi ad obiectionem ex Hieronymo.* Pag.238.

SADEEL. Ipſa nominis ſignificatio (*vt quidem apud vos iampridem vſurpatur*) ſublimiorem gradum Epiſc. ſignificat ſupra reliquos Presbyteros. Quamobrem ita de vocabulo locutus eſt Auguſt. vt ipſum etiam honorem illo vocabulo ſignificatum ſimul intellexit: eumq; non ad ius diuinum, ſed ad conſuetudinem retulerit: adeò vt frigeat tua iſthæc reſponſio. Ad Gratianũ quod attinet, vt alios eius locos citares, nihil eſt opus: ſatis enim notum eſt, quantum ille detulerit non Epiſc. modò, ſed etiam Rom. Pontifici. Verùm ex iis quæ imprudens ille verè dixit ex aliis authoribus collecta: nobis, vt opinor, ſatis eſt reliqua [illegible] relinquere. Tuam verò diſtinctionem *de Eodem & Iiſdem ſuperiùs* diſcuſſimus.

XVII.

TVRRIAN. *Dicis Eccleſiam Rom. ab ordine quem inſtituerunt Apoſt. diſceſſiſſe. Ergo quomodo inſtitutum eſſe ordinem ab Apoſtolis in ſucceſſione Eccleſiæ Rom. & Epiſcoporum eius, alioquin non potuiſſet diſcedi. Non igitur poteſt ſucceſſio diſcedere ab ordine, quia non poteſt vllius hominis negatio fruſtrari opus Dei. Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei. Si ordinatio veſtrorum Miniſtrorum eſt ſucceſſione ordinum ab Apoſtolis traditorum: Ergo quod inſtituerunt Apoſtoli non [illegible] Eccleſia, &c. Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant in vobis (inquit Paulus.) Non ſecuti eſtis Paſtores veſtros extra ordinem creari. Igitur non honeſtè, ſed indecenter eſt profanè vos creatos. Item: Nos talem conſuetudinem non habemus, inquit idem Paulus, quod idem de veſtrorum Paſtorum ordinatione dicimus.*

Pag.239. Pag.240. 1.Cor.11.

SADEEL. Captas verba, quantum potes, ſed nihil proficis. Etenim *ſi Eccleſia Romana diſceſſiſſe ab ordine quem inſtituerunt Apoſtoli: tibi perinde videtur conſequi, ordinem in ſucceſſione Eccleſiæ Rom. eſſe ab Apoſtolis inſtitutum?* De ſucceſſione ordinis loquor, non autem de tuæ Eccleſiæ ſucceſſione. Nec Eccleſiam Rom. ab aliis Eccleſiis diſtinguo, ſed eam ſimul cum aliis omnibus Eccleſiis in ordinem cogendam fuiſſe exiſtimo: At id non fecit Rom. Eccleſia, ſed ordinem Apoſtol. violauit, vt aditum ſibi ad Pontificiam tyrannidem patefaceret. Hanc ſummam rerum Eccleſiaſticarum perturbationem (nedum ordinẽ) Apoſtoli non inſtituerunt.

Aliquos non dicendum esset illam ab Apost. ordine recessisse. Quare [illegible] fuit illud consequens. Porrò de his Pauli verbis (*[illegible] Dei*) fuse alibi disputauimus: [illegible] Paulus [illegible] accommodat, est tamen verissimum, Iudæos a [illegible] quemadmodum Prophetæ illis [illegible] exprobrarunt. Quum autem Iudæi ac præsertim Pharisæi (quorum [illegible], vt illud [illegible]) [illegible] *[illegible] Abraha* gloriarentur, audierunt ab Ioanne, *De-* [illegible] Quinetiam dum [illegible] Dei (quæ vox impudens, quan- [illegible]) [illegible] in memoriam veteres Iudæos his verbis cum Ieremia expostulantes: *Non peribit lex à sacerdote, nec consilium à sapiente, nec verbum à Propheta.* Hæc [illegible] quantum vana illa [illegible] docuit ipse rerum euentus. Sed addis, *si Pastores [illegible] Apost. [illegible] Apost. non tradidisse Ecclesiæ ea quæ [illegible].* Quid [illegible] Turriane? Nonne [illegible] ea fuisse Ecclesiæ tradita ab Apost. quæ illi sanctissimis literarum monumentis [illegible] [illegible] homonymiam vocabuli [illegible] differimus de eo quod dicimus [illegible] ordinem, vel pulcer ordinem. Quare tibi [illegible] ordinem habere [illegible] singulis [illegible] propter [illegible] videtur [illegible]. Sed ecquis, ad confe- [illegible] Pauli verba [illegible]. Quod verò repudiemus eas consuetudines quæ [illegible] pertinent, & quæ [illegible] Quòd si [illegible] Apost. præscriptum hunc ordinem habuerit. Quòd si Apost. [illegible], & [illegible] voce [illegible]

Matth. 3.

Ier. 18.

XVIII TVRRIANVS. *[illegible] Legem [illegible], [illegible] 2. Tim. [illegible] Dei [illegible] habuisse*

Pag. 293.
Pag. 144.
Pag. 144.

habuisse successionem, & vocationem quam Pontificij [illegible] [illegible]. Tibi ipsi oppono, Turriane, [illegible] [illegible] Ecclesiæ Doctorem cum Lazaro [illegible] [illegible]. *Ego successionem vestram* affirmo esse tanquam [illegible] successionem, ac propterea cadauer successionis; ita tamen, vt Dominus [illegible] sua virtute potuerit in illud cadauer animam [illegible] infundere, quum primos Ecclesiæ reformatæ Doctores [illegible] tot præstantissima Spiritus Dei dona, & egregias animi [illegible] Dei liberalitate [illegible], si non iustissime [illegible] cepisse [illegible] iidemque præclarissimis laboribus declarauit. Itaque (vt [illegible] calumniam retundam) quamdiu Doctor Lutherus hæsit in vestra illa vocatione, dixi, atque etiam dico, vocationem eius fuisse tantum cadauer vocationis; ac tum demum illum veram habuisse vocationem, quum Spiritu Dei [illegible] ac duce, à vestris erroribus & corruptelis ad veritatem Euangelicam amplectendam animum traduxit. Verumenimuerò Turriane, si aliquando à Luthero discedas, quid dicturus es de [illegible] nostris Episcopis, qui Pontificiis erroribus abiectis, in nostras Ecclesias recepti sunt, atque etiam in illis ex Ecclesiæ ordine docuerunt? quid hic tibi prodesset tua illa *Presbyteri ab Episcopo distinctio?*

XIX. Pag.247.

TVRRIANVS. *Si Episc. Ecclesiæ Rom. Episcopi non sunt, Ergo falsa est hæc Prophetia Malachiæ: Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum* [illegible] *in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* [illegible]

[illegible] Tandem [illegible] [illegible] *Episcopalis dignitas* [illegible] [illegible] digrederis ad quæstionem *de sacrificio*, & locum Malachiæ citas, quo vulgò soletis abuti ad stabiliendum Missæ vestræ sacrificium. Ecqualnam igitur res agis, monache? Nonne illud *ius sacrificandi* (vt dicitis) *ad Presbyteros etiam contenditis pertinere?* Quid igitur hac [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] quam [illegible] magis delectantur mensis [illegible] & labe [illegible], quam [illegible] [illegible] illis altaribus, à quibus vos etiam panem & vinum [illegible] sola vtriusque (vt fingitis, vobis ipsis illudentes) externa specie remanente. Hoc igitur commentum tuum quo nomine appellandum sit, cum otium erit [illegible]

[illegible] *esse nomen Dei in Gentibus, & in omni loco sacrificari & offerri nomini eius oblationem mundam: Ergo soli Episcopi habent ius ordinandi pastores in Ecclesia.*

Iudex videat quàm inepte [illegible] hoc argumentum proposueris. Si verum esset commentum illud vestrum de Missæ sacrificio, inde ergo concluderetur Presbyteros non esse Episcopis inferiores. Cùm enim dicatis *hoc sacrificium esse summum*, consequitur, pertinere illud [illegible] [illegible] sacerdotibus non posse. At non minus Missam vestram Presbyteri celebrant, quàm Episcopi: ex quo fit vt Presbyteri non sint Episcopis inferiores. Ac tu [illegible] vide quàm bellè hæc [illegible] nunc [illegible], Pag.202.

cum

Ad Euag. cum iis conuenias, quæ aliquando ex Hieronymo citasti, qui quidem ad sua tempora respiciens, *Episcopum cum Aarone, & Presbyteros cum eius filiis comparauit* (ac propterea nullum gradum supra Episcopus agnouit, tantum abest vt vnum Rom. Pontificem cum Aarone conferat, vt soles facere.) Constat enim idem ius sacrificandi summo Sacerdoti cum Leuitis non fuisse commune. Sed de his hactenus. Nam Malachiæ locum ad tempora Euangelica relatum, de spiritualibus sacrificiis intelligendum esse, de quibus aliquoties Apostoli disseruerunt, post doctissimos quosque interpretes affirmamus. Quod etiam spectauit Apostolus, ad veteres cæremonias alludens vt Hebræos inde magis magisque reuocaret, & vni Christo summo æternoque Sacerdoti addiceret. Quia verò nunc ea res inter nos non agitur, non ingrediar in disputationem longiorem: sed ita concludam: Quandoquidem, Turriane, *vestri Episcopi [illegible] Deo non offerunt; ab istis verbis [illegible] ad humanarum [illegible] sordes [illegible] delapsi: liberè ad eos locum hunc [illegible]. Qui autem quamdiu subsistunt in suis manufactis [illegible], & ad legales [illegible] regrediuntur, [illegible] illis suis [illegible], nec spiritualis illius altaris nobis in cælo collocati non posse fieri verè participes.* Atque in hac nostra disputatione confectum esse spero. Quare illos moneo atque etiam obtestor, vt omni errore deposito, ad verum se doctrinæ usque ad ordinem ex præscriptis Apostolicis in Ecclesia constitutum recipiant, & inani illa qua hactenus delusi sunt, successionis imagine relicta, veram & Apostolicam successionem nobis in verbo Dei traditam amplectantur. Hæc habuimus quæ tum ad [illegible] Turriani Sophismata magis refellenda: tum ad locos Scripturæ quos detorsit ab illius erroribus & deprauatione vindicandos: tum etiam ad confirmandam pastorum nostrorum vocationem aduersus impudicas eius captiones, respondemus.

Rom. 12. & 15. Heb. 13. &c.

XIX

INDEX ELENCTICOS REPETITIONVM ET TAVTOlogiarum Turriani ex Tertio eius libro quem Bipartitum inscripsit, collectus.

CVm Augustinus olim redargueret qui expressis Scripturæ locis animo præfracto resistebant: *quid respondere possumus*, inquit, *nisi pertinacia pugnaces nimis aduersus confessionem sufficientæ veritatis [illegible]?* Hoc adeò in mentem mihi venit, postquam ea perlegere licuit, quæ Franciscus Turrianus Monachus nouæ Sodalitatis repetiit in eo libro, quem Tertium siue Bipartitum inscripsit,

De pec. mer. & rem. lib. 1. cap. 10.

inſcripſit, & edidit aduerſus noſtram præfationem noſtræ diſputationis. Quum enim veræ & ex Dei verbo Reformatæ Eccleſiæ ſententiam de vnico Eccleſiæ fundamento & capite Ieſu Chriſto, planis, expreſſis, omnique exceptione maioribus, Sacræ Scripturæ teſtimoniis confirmaſſem, & ea Turriani Sophiſmata refutaſſem, quibus veritatem inuoluere conatus fuerat: non exiſtimabam futurum vt tertiam diſputationem inſtitueret, eadémque ac prope totidem verbis inculcaret argumenta. Neq; fortè mea me feſellitſet opinio, niſi Monachalis pertinacia pugnaces & ſophiſticos neruos aduerſus conſtantiam perſpicuę veritatis intendere, quàm perſpicuæ veritati cedere maluiſſet. Ad pertinaciā acceſſit quoq; arrogantia, dum cum vno Illuſt. ac potentiſſimo principe Landgrauio agere decreuit, nobis dimiſſis, quos tornè reſpectans, quippe irritatus, *vix ſemel atq; iterum compellare dignatus eſt*. Quod ne ſine authore facere videretur, magnum Athan. citauit, *qui hæreticorum petulantiam miratus, negauit ſe illis reſponſurum, ne impudentiæ occaſionem hæreticis præberet*. Hîc ego non minùs miratus ſum nouam iſtam concludendi rationem à Turr. propoſitam: *nempe dimittendum eſſe Sadeelem, quia magnus Athan. aliquando noluit, veteribus hæreticis reſpondere*. Nec enim hactenus effecit Turr. vt vel ſibi cum Athan. integritate, vel nobis cum hæreticorum petulancia quicquam commune eſſe videretur. Itaq; (vt eiuſdē Athan. exemplū in Turr. regeramus) *quemadmodum olim Athan. pauca ſe ex ſacris voluminibus aduerſus hæreticos recitaturū profeſſus eſt, ne*, inquit, *ex ſolido ſilentio occaſionem impudentiæ ſibi malorum inuentores compararent*: ita nobis propoſitum eſt, breuiter Turriani repetitiones indicare, captiones ſicubi opus erit ſoluere, vanas eiuſdem reſponſiones refellere, & craſſis erroribus craſſiores etiamnum errores additos redarguere, ne fortè ex noſtro ſilentio ſibi compareт impudentiæ occaſionem. Et quia *nos in hoc ſuo libro Bipartito compellare noluit*, nos viciſſim eum minimè ſumus cōpellaturi ad pium & Chriſtianum lectorem ſermonem conuertentes.

Lib. Turr. tert. pag. 1.

Ad maxim.

Ad Epictet.

Primùm, nobis percurrenda ſunt ea quæ Turrianus repoſuit & quaſi diſtata decantauit: vt cuius perſpicuum eſſe poſſit hunc Turriani librum Bipartitum conſtare totum ſuperfluis & inutilibus repetitionibus: atque ita Chriſtianus lector facilè iudicet, quàm verùm ſit quod aliquando Auguſtinus Creſconio Grammatico obiecit: *Non idem eſſe, reſpondere potuiſſe, & tacere noluiſſe*. In primo cap. prioris Tractatus nobis *obiicit præſcriptionem Tertulliani, & ait Lutherum veteres hæreſes renouaſſe*. Idipſum inculcauerat in Ep. dedicatoria primi lib. & alibi paſſim. In 2. cap. *nouitatem Proteſtantibus obiicit: eò quod ante paucos annos Auguſtanam confeſſionem ediderint: atq; eorum doctrinam eſſe in ſola Germania*. Quod iiſdem verbis obiecerat in Ep. dedic. 1. li. & pag. 52. 53. & paſſim. In 3. cap. illud ipſum repetit. In 4. cap. *obiicit, Proteſtantes mutuis diſſenſionibus conflictari & inter Proteſtantes, Anabaptiſtas etiam enumerat*. Idipſum obiecerat in Epiſt. dedic. l. 1. item pag. 138. 155. & alibi. In 5. cap. *digreditur in laudes Monachorum* vt & in 1. lib. pag. 161. & *dimiſſo Sadeele aduerſus Philippum Melanchthonem fertur, & diſputat contra Illiricum*: quippe res alias agens. In 6. cap. pergit *agere de vita Monaſtica, de voto paupertatis & caſtitatis*. In 7. cap. *agit de voto obedientiæ, & in tribus illis proximis*

Cont. Creſ. Gram. li. 3. cap. 10.

capitibus abutitur aliquot Scripturæ locis: de quibus adeóque de vita Monaſtica nunc agere non eſt huius Inſtituti. Et quia res hæc non per digreſſionem neque leui brachio, ſed accuratè tractanda eſſet: Si velit Turrianus (idque illi per Magnum Athanaſium liceat) nobiſcum de hac re in arenam deſcendere, nos profectó certamen hoc minimè detrectabimus. In 8. cap. *agit de Eccleſia Catholica Lutherum tanquam ſchiſmaticum & Philippum Melancthonem etiam ad inferos amandat. Profert Eccleſiæ propagationem per vniuerſum orbem & diu verſat locum Auguſtini,* quē obiecerat in primo libro pag. 24. 38. &c. In 9. cap. *repetit quæ dixerat in 1. lib. pag. 30. &c. de Eccleſia Catholica, quam ille viſibilem conſtituit & de corpore Chriſti conſtante membris tum viuis, tum etiam* (vt ille quidem loquitur) *mortuis.* In 10. cap. *rem eandem tractat repetitis aliquot Auguſtini teſtimoniis.* Atque hæc de priore Tractatu.

In poſteriore Tractatu quum in ſumma noſtræ diſputationis totam, hoc eſt, loquaciſſimam Turriani diſputationem tribus Syllogiſmis comprehendiſſem, eamq; ſigillatim excuſſiſſem ac redarguiſſem tum ex ſacris literis, tum ex ſcientia diſſerendi, quam ille in huius diſputationis theatrum produxerat, neq; id ſatis feliciter: conatur ille quidem reſpondere, ſed ſua tantúm repetens, & vt illud Auguſtinianum vſurpem, *vanis vaniora contexens.* Quinetiã quæ propoſui ante tres illos Syllogiſmos (vt eorum veritatem ante omnium oculos conſtituerem) ea prætermiſit propemodũ omnia: *tum quòd dicat ad rem nihil facere, tum etiam quia non vult ad noſtra cõuitia reſpondere, quib. ait me paginas impleuiſſe.* Scilicet ea argumẽta quib. conuincitur, pro conuitiis habet Turrianus: quem (vt verum fatear) nunquã eo modo conuitiantem animaduerti: tantúm abeſt vt hoc conuitiorum genere paginas impleuerit. Quantũ autem à conuitiis abhorream, lectores iudicabunt: atq; etiam facilè animaduertent Turrianũ ad maledicendum, quàm ad benè ac Theologicè diſſerendum eſſe paratiorem: quippe qui Lutherum vix vnquam ſine cõuitio appellat, ne mihi ſexcenta eiuſmodi Turrianica cõmemoranda ſint, quib. ille ſibi viſus eſt argumenta noſtra eludere, *conuitiorum leuitate* (inquit Auguſt.) *non conuincente veritate.* Quamobrem hoc vnum ego inprimis opto & flagito, vt pij & docti lectores iudices ſedeant, collatis vtriuſque noſtrûm ſcriptis, ne ſi ſemper ille ſua, nos noſtra repetamus argumẽta, repetentes habeamur potius quàm diſputantes. Cæterùm ne quid ſuperſit in hoc *tertio Bipartito lib.* Turriani quod fortè lectorem poſſit remorari, cum nunc ego percurro atque diſcutio.

Pag. tertij. 1. TVRRIAN. *Gratias ego Deo & Celſitudini Illuſtriſſimi Principis Landgrauij quòd libros meos ſibi dicatos iucundè & humaniter acceperit, nec indiligenter legerit, ſed accuratè, & aliis etiam ad legendum dederit.*

SADEEL. Quantum à Ieſuitarum ſcriptis & erroribus abhorreat Illuſtriſſimus & Potentiſſimus Princeps Landgrauius facilè norunt ij, quibus tanti Principis cum ſingularis pietas, tum eximia eruditio perſpecta eſt. Quare ex hoc falſo & Monachali principio pius & Chriſtianus lector iudicium faciat quid in ſequentibus expectare poſſit à Turriano, dum eo perget pede quo cœpit.

Pag. 6.7. TVRRIAN. *Dicat Sadeel quo tẽpore, quo anno, quo Imperatore, Eccleſia egreſſa*

eſt

eſſe à finibus ſuis, id eſt, de Scripturis Sanctis. Item quo tempore noua Pontificum, Archiepiſcoporum, Cardinalium, nomina inuecta ſint.

In Mich.

SADEEL. Reſpondet Sadeel *veram Dei Eccleſiam non egreſſam è finibus ſuis, hoc eſt, è Scripturis Sanctis*, inquit Hieronymus: at propterea Romanã non eſſe veram Dei Eccleſiã. Cæterùm quum Apoſt. teſtatur, *iam ſuis temporib. aduerſarium cœpiſſe agere myſterium iniquitatis*: ſatis docet nó ſemel quaſi vno impetu craſsiſsimos errores, quib. tandem Eccleſia Rom. obruta eſt, in mediũ erupiſſe, ſed paulatim ac ſenſim obrepſiſſe. Quod ſi viator qui à recta via iam longè aberrarit nolit in viam reduci, niſi doceatur quo tempore & qua hora aberrari cœperit: ille profectò non iam errare, ſed ſimul etiam inſanire exiſtimandus eſt. Sed quia hanc ipſam obiectioné refutauimus in libello quem *aduerſus Theſes Poſnanienſes edidimus*, peto à te Chriſtiane lector, vt ne graueris pleniorem noſtram reſponſionem illinc aſſumere, ne ſi rẽ eandem repetamus, Turriano fortè ſimiles eſſe videamur. *Quando verò cœperint eſſe vel Archiepiſcopi*, vel Cardinales, diſcat Tur. ab hiſtoricis: nos .n. non ſumus ſoliciti quãdo illi cœperint, ſed quando tandé eſſe deſituri ſint, quod aſſiduis votis ac precib. à Deo precamur, vt diſcuſſis tenebris vbiq; luceat Euang. veritas.

Pag. 7.

TVRRIAN. *Dicit Sadeel ad accuſationem nouitatis plus iam millies à ſuis Doctoribus reſponſum eſſe. Quid ſi millies reſponſum eſt malè & nunquam ſemel benè? hoc debebat probare Sadeel, vt diceret, ſicut ille cæcus in Euangelio, dixi vobis & audiſtis: quid iterum vultis audire?*

SADEEL. Quid autem *ſi millies & benè reſponſum* eſt, & bene probatum quod Turrianus ne ſemel quidem intelligere vel potuit vel voluit? quippe Parmeniano ſimilis (quo nomine me identidem temerè appellauit) qui, teſte Auguſtino, *amore ſententiæ ſuæ contra veritatẽ oculos clauſerit*, ac proinde longè deteriori conditione, quàm fuerit cæcus ille, de quo fit mentio in Euangelio. Quin etiam in præfatione noſtra quam Turrianus ſibi refutandam propoſuit ſatis pro loci circunſtantia probauimus, *nobis perperam nouitatem obiici*, qui ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis freti ſumus: & hanc noſtram reſponſionem ſufficere debere etiam Tertul. teſtimonio probauimus. Quare (vt Turriano gratificemur) dicimus atque etiam clariſsima voce profitemur, vt ille, non iam cœcus (quemadmodũ dixit Turrianus) ſed qui ſummo Chriſti beneficio viſum recuperauerat: dicimus, inquam, Turriano cœco & Monachis omnibus Turriano ſimilib. hoc eſt, cœcis, & tenebras potius quàm lucem diligentibus: *diximus vobis & audiſtis, quid iterum vultis audire?*

Pag. 8. 9. 10.
1. Petr. 3.

TVRRIAN. *Petrus (inquit Sadeel non intelligens quid dicat) iubet nos ſemper eſſe paratos ad edendam fidei ac ſpei noſtræ confeſſionem. Quaſi eſſet idem paratos eſſe ad edendam nouam fidei profeſſionẽ, & paratos eſſe ad reddendam, ſi opus ſit, fidei veteris & ab initio traditæ rationem. Gal. 1. Siquis vobis euangelizauerit, &c. 1 Ioan. 2. Quod ab initio audiuiſtis, hoc permaneat in vobis. Prouerb. 22. Ne tranſgrediaris terminos antiquos. 2. Timoth. 1. Bonum depoſitum cuſtodi. Ibid. fidei quæ habitauit in auia tua Loide. Phil. 3. Ad quod peruenimus, in eadem regula permaneamus, &c.*

SADEEL. Petit principium, qui *fidem noſtram appellat nouam*. Cæterùm non cogitauit fidei veteris & ab initio traditæ eſſe poſſe nouam profeſſionem, & propterea, quid diceremus, ipſe non intellexit. Atque vt maneamus in hoc Petri teſtimonio: quandoquidem loquitur *de profeſſione Euangelij* tunc ante paucos annos exhibiti: certè illa profeſſio, ſi tempora ſpectentur, erat noua: nec propterea minus verà. Et quia ſæpenumero exclamans, *Scimus* inquit, *quo die, quo anno, quo Imperatore Confeſſio Auguſtana edita eſt:* fac Turrianum priſcis illis temporibus extitiſſe, quibus Petrus iuſſit Chriſtianos *ſemper eſſe paratos ad reſpondendum cuilibet petenti rationem eius ſpei, quæ in ipſis eſt:* quid faceret ſiquis tum Ethnicus his verbis in Euangelium inſurgeret? *Scimus quo die, quo anno, quo Imperatore Euangelica profeſſio cœperit:* nonne reſponderet cum Apoſtolo, *Euangelium fuiſſe promiſſum per Prophetas in Scripturis Sanctis?* Quare illud ipſum à nobis reſponſum auferat. Idem dico de temporibus quibus Nicænum Symbolum editum eſt; tum enim erat quidem nouum, ſi tempus editionis ſpectetur, & nihilominus veram & Apoſtolicam doctrinam continebat. Quinetiam tantum abeſt vt loci quos citauit, obſint noſtræ doctrinæ, vt eos potius quantum in nobis eſt, vrgeamus aduerſus Pontificios, qui deſciuerunt ab ea doctrina quam Apoſtoli ſuis ſcriptis tradiderunt.

Pag. 11. 12.
De virg. vel.

TVRRIAN. *Sadeel locum Tertulliani non intellexit, hæreſes non tam nouitate quàm veritate eſſe reuincendas. Quodcunque aduerſus veritatem ſapit, inquit, hoc erit hæreſis etiam vetus conſuetudo. Hæc Tertullianus. Locus autem hic hæreſin Lutheri reuincit, quia res noſtra prior eſt, veritas enim priùs prædicata eſt quàm falſitas. Si noua fidei confeſſio vera eſt, neceſſe eſt vt antiqua poſt tranſierit. Oſtendat hoc Sadeel.*

SADEEL. Imò oſtendat Turrianus Eccleſiæ Romanæ doctrinam eſſe illam ipſam quam Apoſtoli ſcriptis tradiderunt: ac tum inter nos conueniet. Hoc enim vnum poſtulamus, ac propterea noſtræ, hoc eſt, Apoſtolicæ doctrinæ veritatem priùs prædicatam eſſe affirmamus, quàm commentorum Pontificiorum falſitatem. Quod ſi Turrianus contradicat, age, hac de re diſputationem inſtituat. Sed omittat ſuum illum Clementem, Photium, Dionyſium, & illos etiam nondum cognitos atque in puluerem Vaticano adhuc deliteſcentes: nec etiam [illegible] illa nobis obtrudat quibus gloriantur Pontificij, non tantùm veteres ſed etiam nouas conſuetudines veritati anteponentes. Quantò melius Tertullianus? *Exurge veritas & quaſi de patientia erumpe. Nullam volo conſuetudinem defendas,* inquit. Et quia nos tertio quoque verbo *hæreticos* appellat Turrianus, audiat eundem Tertullianum à nobis ibidem citatum

De virg. vel.

(quem locum prætermiſit, nimirum quòd ſe dicat velle breuiter reſpondere.) *Aufer,* inquit, *hæreticis quæ cum Ethnicis ſapiunt, vt de ſolis Scripturis quæſtiones ſuas ſiſtant, & ſtare non poterunt.* Hæc Tertullianus à Turriano non ſine cauſa prætermiſſus.

De reſurr. car

Pag. 14.

TVRRIAN. *Ait Sadeel nos exemplo Gracchi effudiſſe veræ antiquitatis diuitias. Si effudimus: ergo habuimus. Hic hærebit Sadeel.*

SADEEL. Nihil minus. Sed deridebit ſtultam hanc & minus etiam quàm puerilem connectendi rationem: quam ita in caput Pontificiorum reiiciet. *Si veram & Apoſtolicam doctrinam effudiſtis: ergo non habetis. Vt autem Gracchus non ſuum, ſed Reip. Rom. ærarium effudit: ita errores in Eccl.*

Rom. hominum tum ignorantia, tum ambitione irrepentes, veras illius diuitias quibus inprimis Paulus Eccleſiam illam locupletauerat, Pontifices effoderunt. Nec enim temere dicebat Apoſtolus Presbyteris ſiue Epiſcopis Epheſinis, *fore vt lupi graues ex illis exorirentur,* qui peruerſa loquerentur, *& gregi non parcerent.* Quod non fuiſſe ad ſolos Epheſios reſtringendum, experientia ſatis ſuperque docuit. Act. 20.

TVRRIAN. *Vbicunque ſunt noſtræ Eccleſiæ (inquit, Sadeel) Pontificium primatum deteſtantur. Edat nomina Eccleſiarum. Apud nos enim omnes Eccleſiæ dicatæ ſunt aut Domino, aut virgini Mariæ, aut alicui Sancto, aut Sanctis Angelis: Si per vniuerſum orbem Eccleſiæ Confeſſioniſtarum ſunt, nominet aliquam vbi Pontificij dominantur, & dicat cui dicata eſt vt eam inueniamus.* Pag. 17.

SADEEL. Volui ſtultam hanc & ridiculam obiectionem recenſere: vt Chriſtiani lectores videant Turrianicam ſolertiam: ea tamen conditione vt poſthac conſimilia argumenta (cuiuſmodi extant in hoc libro Bipartito quamplurima) in paginis Turriani iubeam remanere, ne noſtras onerent & tædium adeoque moleſtiam lectoribus afferant. Sed enim hoc loco Turrianus ſumpſit ſibi partes Inquiſitoris Hiſpanici, qui tantopere videtur eſſe ſolicitus de Eccleſiis noſtris inueniendis, idque vbi Pontificij dominantur, inquit. Sic igitur habeat: noſtras Eccleſias de quibus Sadeel locutus eſt, non eſſe mortuis, ſed viuis lapidibus, vt dicebat Apoſtolus, extructas: neque nos ad Idololatriam abuti ſanctiſſima vel virginis Deiparæ, vel Apoſtolorum & Martyrum memoria: quod in Eccleſia Rom. factitare & videmus & dolemus. Libenter enim Auguſtinum audimus ita loquentem: *Non ſit nobis religio cultus hominum mortuorum &c.* & pauló poſt: *Nec eis templa conſtruimus.* Cæterum iam deſino mirari, cur iſte monachus adeo contendat *Eccleſiam eſſe viſibilem* (vt patebit ex ſequentibus) qui Eccleſiæ nomine templum intelligat. 1. Pet. 2. De ver. relig. c. 55.

TVRRIAN. *Timotheus Presbyter Conſtant. loquens de Acephalis, Quis non condemnat vos, inquit, qui in tot partes diuiſi eſtis? Idem dici poteſt de tot ſectis Lutheri. Apud nos Franciſcani, Benedictini, & alij, in dogmatibus fidei idem ſentiunt.* Pag. 22.

SADEEL. Quanta ſit Eccleſiæ reformatæ in capitibus fidei conſenſio, perſpicuum eſſe poteſt ex noſtrarum confeſſionum harmonia. Porró egi fuſius de hac re aduerſus Ieſuitas Poſnanienſes: neque hic repetenda viſa ſunt ea quæ illic diximus. Periniquè autem facit Turrianus, qui Anabaptiſtas & impuros eiuſmodi homines noſtræ Eccleſiæ adiungit, quaſi nos ſub iiſdem ſignis militemus. *Exorti ſunt,* inquit, *Lutheri temporibus.* Quid tum? ſuo certè, non Lutheri vitio. Atque vt ſentiat Turrianus quam parum ipſius cauſam hæc criminatio ſubleuet: ecquando potiſſimum hæreſes aduerſus Chriſtianam doctrinam exortæ ſunt? nempe temporibus naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ: quum tantam lucem ſuis tenebris Satan obſcurare conaretur. Quid igitur ſi tum fortè ex Ethnicis quidam Turrianus emerſiſſet, & Eccleſiæ Chriſtianæ tot hæreſes nomen Chriſtianum ementientes adſcribere voluiſſet? Obſecro quibus modis iſtum accuſatorem pij maiores noſtri accepiſſent? Videat Turrianus quid Athanaſius reſponderit Probo, quum varia ſe- Diſp. cont. Arr.

ctarum genera Christianis obiiceret. Sed bene habet quod omnes ij qui ſe reformatæ Eccleſiæ adiunxerunt, vno conſenſu, Pontificis Romani principatum reiiciunt: qua de re noſtra hæc inſtituta eſt diſputatio. Fruſtra autem laborat in defendendis variis Monachorum ſectis, quæ certè poſteaquam inualuerunt, inde, tanquam ex equo Troiano, innumerabilia ſuperſtitionum cuiuſque modi & errorum genera profluxerunt. Atque vtinam ad hanc Pauli obiurgationem attendant: 1.Cor.3. *Quum dicit quidam, Ego ſum Pauli, alter verò, ego ſum Apollo, nonne carnales eſtis*, inquit; & alibi, 1.Cor.1. *Num diſpartitus eſt Chriſtus*, &c. Certè varia illa ſectarum nomina priſcis temporibus in vſu non fuiſſe ſatis apertè Auguſtinus teſtatur his verbis: In pſ.44. *Quotquot Apoſtoli genuerunt*, inquit, *non Paulianos aut Petrianos, ſed Chriſtianos nominauerunt.* Sic porrò Epiphanius: Contr. Marcion. *Nunquam audiuimus*, inquit, *Paulinos aut Petrinos: ſed ab initio vna prædicatio omnium Apoſtolorum, non ſeipſos prædicantium, ſed Ieſum Chriſtum: & ideo nomen Eccleſiæ omnes vnum indiderunt, non de ſeipſis, ſed Domini ipſorum Ieſu Chriſti, quum ab initio cœperunt in Antiochia Chriſtiani vocari, hoc eſt, vna ſola Catholica Eccleſia, non aliud quid habens, ſed Chriſti Chriſtianorum Eccleſia exiſtens, non Chriſtorum* (audiant Ieſuitæ) *ſed Chriſtianorum illo quidem ipſo exiſtente. Hi verò ab ipſo Chriſtiani appellati.* Sed hæc de re hactenus. Nam etſi in præſentia non curioſiùs excutio quod Turrianus dixit: *Monachos in fidei capitibus non diſſentire*, certè negare non poteſt quin omnes in cultu Dei diſſentiant.

Pag.23. TVRRIAN. *Obiicis Sadeel me à Lombardo deſciſcere, Thomam repudiare, & Gratianum flagellare, ſed paginam non notauit vt conſcius mendacij ſui.*

SADEEL. Cum exiſtimaremus Turrianum ſuam ſaltem ſententiam in memoria habere, paginas non notauimus. Nunc ei ſuggeram locos aliquos vt faciliùs in aliorum memoriam redeat. De Lombardo. Quia paſſim Turrianus *refert Archiepiſcopos, primates & alios eiuſmodi ad Traditionem Apoſtolicam*: Lombardus autem *nomina illa deriuat à Gentilibus lib. 4. ſent. cap. 24.* Item, *chariſma fidei Petri* nouo modo Turrianus intelligit, neque manet intra fines à Lombardo propoſitos lib. 3. Diſt. 23. De Thoma, Quia paſſim Turrianus vocat *Eccleſiam corpus viſibile*, cum ille *Eccleſiam corpus Spirituale appellauerit, In Expoſitione Symboli. Idem Thomas ait vniuerſalitatem in re nihil eſſe*: Opuſc. de vniuerſ. Turrianus autem ait *vniuerſale re ipſa non ſeparari à ſingularibus lib. 1. pag. 60.* Idem exponit *columnam & firmamentum veritatis de ſolis electis*: Turrianus contrà. De Gratiano vide in lib. 1. Turriani pag. 248. & 279. Reliqua facilè Monachus in memoriam redigat, ne nos poſthac accuſet mendacij.

Pag.24.25. TVRRIAN. *Ait Sadeel me dixiſſe fidem illam ſuper quam Eccleſia ædificata eſt, eſſe doctrinam quam profeſſus eſt Petrus, & quam Eccleſia profitetur & prædicat. Signet paginam vbi ego id dixi. Sic dixi. Quæ eſſe veritas à Deo reuelata tunc certos nos eſſe voluit Chriſtus, quum confeſſio noſtræ fidei cum confeſſione fidei Petri & ſucceſſoris eius conſentiret, &c. Ideo credimus fidem noſtram in auctoritate veritatis à Deo reuelatæ niti, quia cum cathedra Petri conuenit, & quia fides Petri certos reddit fideles de ſua fide, ſi collata cum fide quam prædicat & docet cathedra Petri, conſentiens reperitur.*

SADEEL. Ecce tibi rurſus Turrianus lapſus memoria cùm paginam

nam à me notatam poſtulet: imò, videtur etiam oculis captus, qui paginam in noſtra præfatione notatam non viderit: quinetiam (qui morbus eſt aliorum grauiſſimus) videri poſſit ipſa mente excidiſſe, qui diſertis expreſſiſque verbis hic fatetur, quod ſe nunquam dixiſſe adeò fidenter affirmat. Quid enim obſecro ſibi volunt hæc verba? *Cathedra Petri.* Item, *confeſſio noſtræ fidei cum confeſſione fidei Petri?* Itemque: *Cum fide quam prædicitas & doces Cathedra Petri.* Nonne de ipſa doctrina neceſſariò intelligenda ſunt? *Quid admirabilius veritate?* exclamat Auguſtinus: & meritò certè: quandoquidem cogit ipſos aduerſarios quantumuis licet reluctantes, ſibi patrocinari. Atque id Turriano hic accidiſſe omnes præter vnum Turrianum vident: ita vt me propemodum miſereat Romani Pontificis, qui talem nactus ſit defenſorem. Quòd ſi Turrianus intelligeret quid dicat (qui mihi toties obiicit, *me quid dicam non intelligere*) facilè videret, quum à nobis requirit, vt confeſſio noſtræ fidei cum confeſſione fidei Petri conueniat, neceſſe eſſe nomine Confeſſionis fidei, doctrinam ipſam intelligi. Atque hoc illud eſt quod dicimus & quod ipſe Turrianus negando affirmat: nempe *Eccleſiam ædificari ſuper confeſſionem fidei Petri:* hoc eſt, ſuper Chriſtum ipſum, in quem Petrus credidit, & quem confeſſus eſt his verbis. *Tu es Chriſtus Filius Dei viuentis.* Quanquam autem hic nolo mea repetere (qui mos eſt Turriani) nec puto hac de re longiorem diſputationem nobis eſſe inſtituendam, cùm ſperem ex ſuperiobus noſtris ſcriptis aduerſus Turrianum editis veritatem ipſam ante omnium oculos eſſe poſitam: hoc tamen addam: ſi fortè poſſit Turrianus à ſuis erroribus Auguſtini authoritate reuocari. Sic igitur Auguſtinus: *Aliud ſunt* (inquit) *ea quæ creduntur: aliud, fides qua creduntur. Illa quippe in rebus ſunt: quæ vel eſſe, vel fuiſſe, vel futuræ eſſe dicuntur: hæc autem in animo credentis eſt, ei tantùm conſpicua cuius eſt, quamuis ſit & in aliis, non ipſa, ſed ſimilis.* Et paulò antè: *Cordis eſt res iſta, non corporis: nec foris eſt à nobis, ſed in intimis noſtris, nec eam quiſquam hominum videt in alio, ſed vnuſquiſque in ſemetipſo.* Hæc ille, quæ vtinam Turrianus intelligat, vt errori ſuo renunciet. Nam ſi (vt ille quidem toties inculcauit) *Eccleſia ædificata eſt ſuper Petrum,* eò quod voluit Dominus nos eſſe certos de veritate fidei noſtræ ſi illa cum fide Petri conueniat: certè vt id fiat, neceſſe eſt fidem Petri nobis eſſe perſpectam. At *fides qua Petrus credidit* (quam vos *Theologi cum quibusdam infuſam* appellatis) *in animo tantùm Petri credentis fuit* (vt Auguſtini verbis vtamur) *&* (*quod ad homines attinet*) *ſoli Petro conſpicua: nec foris fuit à Petro, ſed in intimis eius: nec eam quiſquam hominum vidit in Petro, ſed Petrus conſpexit in ſemetipſo.* Ex quo efficitur, vt poſſim cognoſcere, an fides mea conueniat cum fide Petri, nomine *fidei intelligenda eſſe ea quæ creduntur,* vt nobis Auguſtinus expoſuit. At, ne quid nobis dubitationis ſupereſſet, Turrianus non ſolam *fidem Petri* dixit, ſed *confeſſionem fidei Petri.* Quod ſi quis *fidei confeſſionem* exiſtimet eſſe fidem qua credimus, nec nomine Cathedræ ad doctrinam non referat, ille profectò fuerit detrudendus in collegium illud Neophytorum, cui audio Turrianum præfectum eſſe, vt ibi diſcat, quid ſit *Cathedra.* Cæterùm hac de re tota fuſiùs egimus infra in loco Scripturæ Sect. 13.

De ver. rel. cap. 40.

De Trin. lib. 13. cap. 2.

Pag.26.

Tvrrian. *Obiicit Sadeel me dixiſſe Petrum eſſe ſuper Eccleſiam & ſub Eccleſia, ſed debuit conſiderare aliam eſſe rationem capitis, aliam fundamenti.*

Sadeel. Imò *de fundamento* loquens, in illam contradictionem incidit: hæc ſunt enim eius verba. *Petrus eſt caput ſuper quod tanquam ſuper petram ſurgit ædificium Eccleſiæ & fabricæ quæ ſub eo eſt.* Vide infra refutationem à nobis propoſitam. In loc. Scrip. 2. ſect. 21. Cęterùm, multis verbis conatur ſuis ſe contradictionibus euoluere quas illi obieceram in præfatione. Ego pag. notaui. Pij & docti lectoris eſto iudicium, Turrianum, hoc eſt, ranam Ægyptiacam (nam cum eiuſmodi ranis vanos & loquaces homines Auguſt. comparauit) toties coaxantem audiamus.

Tvrrian. *Ait Sadeel me prætermiſiſſe particulam, ſuo modo: Sed non prætermiſi, ſic enim ſcripſi: [illegible] me à dicto ſimpliciter ad ſecundum quid.*

Pag.30.

Sadeel. Quid fieri poſſit hac tergiuerſatione ineptius? Illic quidem non omiſit, nec de eo conqueſtus ſum, ſed quòd poſtea, quum ſcripſiſſem ordinarios *Eccleſiæ Paſtores & fideles ipſos* poſſe quidem dici Apoſtolorum ſucceſſores, *ſed ſuo modo*: hæc poſtrema verba, *ſed ſuo modo* prætermiſerit: atque ſic mecum egerit, ac ſi ego generaliter locutus eſſem.

Pag.31.32.

Tvrrian. *Obiiceram Sadeeli: Si in Eccleſiis Germaniæ, Heluetiæ, Angliæ non eiiciuntur dæmones, doctrinam Chriſti ad eas Eccleſias non perueniſſe. Reſpondit expelli dæmones in Eccleſiis reformatis, quia ſimul atque (inquit) pura Euan. prædicatio hiſce poſtremis temporibus exorta eſt, innumerabiles Franciſc. Dominic. Benedict. Carmelitarum (nondum nati erant Cacodæmones iſti Ieſuitæ) & reliquorum monachorum, hoc eſt, immundorum Spirituum caterua ab Eccleſiis reformatis procul eiecta ſunt. Eſt autem noua aliqua hæreſis. Negat enim miraculum eſſe eiici dæmones ex corporibus: non ſatis Magiſtratus Deos metuere. Porrò Monachi [illegible]. Non ſunt otioſi, nihil operantes & curioſe agentes (vt Conſeſsioniſtæ exprobrant) nam iterum inſtitutum eſt prædicandi in choro & extra chorum. Hic [illegible] eſt ſanctiſſimus aliquis Sadeel, Monachos illos fuiſſe turpis vitæ. Iam vt in [illegible] Monachorum non reperiebantur quoque probi & ſanctitate quinquaginta ac non viginti, non decem ſaltem quinque? Tridentinum iuxta editionem 70. requirebat Deus, vt non deleret Sodomitas.*

Pag.36.37.

Pag.42.

Sadeel. *De miraculis ac de miraculorum variis generibus* egimus tum in noſtro Tractatu *De legitima vocatione miniſt.* quemadmodum lector videbit ad finem huiuſce libri: tum in noſtra Diſputatione aduerſus Theſes Poſnanienſes. Ac demiror iſtos Monachos in viſibilibus miraculis tantopere hærentes, quæ nec ipſi edant, niſi forte fallacia, de quib. Apoſtolus Paulus locutus eſt. Rectè enim Auguſtinus: *Quum Eccleſia Catholica per totum orbem diffuſa atque fundata ſit* (inquit) *nec miracula illa in noſtra tempora durare permiſſa ſunt, ne animus ſemper viſibilia quæreret, & eorum conſuetudine frigeſceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit.* Hæc ille. Verum enimuero mihi *crimen [illegible] hæreſeos impingit* Turrianus, *eſt quod Monachos cum dæmonibus comparauerim, & ait,* ſcilicet, me negare miraculum eſſe *eiici dæmones ex corporib. aut non ſatis Magiſtratus Deos.* Vbi tandem didicit iſte Monachus ita ratiocinari? Quid? adeone fuit ſtupidus, vt putaret me loqui de iis *dæmonibus* qui natura dæmones ſunt? Ego verò, ſatis noui Monachos non eſſe immundos illos ſpiritus qui carnem non habent, quandoquidem vel maximè probant ſe

De Ver. relig. c.25.

immundos eſſe, quia carnem habent. Sed, ne ſim longior, agat bonus iſte hæreſeon ſcrutator cum Chriſto, qui *Iudam proditorem diabolum* eſſe dixit. Accuſet Chryſoſtomum qui *ſponſos* [illegible] Damnet Hieronymum, qui *hæreticos ſanctimoniam* [illegible] (quod Monachis vſu venit) *dæmonium meridianum* appellat. Sed iſtos Monachos immundos illos ſpiritus ſiue choro ſiue extra chorum illum ſuum conſtitutos, a nobis faceſſere iubeamus. Nam quod ſubiicit *de Sodomitis, inter quos ſi vel decem fuiſſent iuſti, Dominus non eos deleuiſſet*, videant Monachi & apud ſe reputent, velintne hoc exemplum ſibi accommodari. Relicto igitur ſermone de Monachis (de quorum votis multa dicit Turrianus: idque extra propoſitum: quippe diuerticula quærens, memor illius Sophiſticæ fallaciæ, quam Philoſophi vocant [illegible]) nunc expendamus ea quæ proponit aduerſus ſummam poſterioris noſtræ diſputationis.

I oan. 6.
In proœ. in pſ.
In pſal. 90.

TVRRIAN. *Principiò diſcipuli Lutheri dicebant, ſuam Eccleſiam ante Lutherum fuiſſe in reliquiis in Eccleſia Catholica delitescentibus. Exiſtit miſer Sadeel qui negat Eccleſiam Catholicam eſſe viſibilem. Contra: Lutherum viſibiliter fuiſſe eſt in Eccleſia Catholica: Ergo Eccleſia Catholica eſt viſibilis. Item, Viſibile eſt nos eſſe in Eccleſia Catholica: Ergo viſibilis eſt, &c. hæretici ſuam doctrinam tractant in cryptis & ſpeluncis, &c. Eccleſia Catholica eſt vbique diffuſa, &c. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. Pſal. 2.*

Pag. 51. 52.
Pag. 56.

SADEEL. Peto à te, Chriſtiane lector, vt quæ ſcripſerim *de Eccleſiæ delitescentia atque de diffuſione Eccleſiæ aduerſus Theſes Poſnanienſes* hoc loco [illegible], ne noſtris repetendis moleſti ſimus. Itemque peto, vt quæ tum in ſumma ſuperiore, tum etiam in ſequenti diſputatione *de Eccleſia Catholica*, hoc eſt, electorum, ac propterea nobis inuiſibili, propoſita ſunt, perlegas. At tum facilè animaduertes Turrianum ad noſtra argumenta minimè reſpondiſſe, noſtráſque ad ipſius argumenta (quæ hîc [illegible] repetit) reſponſiones minimè refutaſſe, ſed quædam tantùm ex noſtris ſcriptis quaſi ſummis digitis delibaſſe, ad quæ ille ſibi præclarè viſus eſt reſpondere, ſua repetens & noſtra non refellens. Ne vt ad minutiora aliquid dicamus: *Lutherum ab Eccleſia Rom. viſibiliter diſceſſiſſe* fatemur; *et ſeiſſum illum ab Eccleſia Catholica fuiſſe*, pernego. Quæritur enim inter nos, *an Rom. Eccleſia ſit Catholica*: affirmante Turriano: nobis verò contradicentibus. Bellus autem hic diſputator perinde nobiſcum agit, ac ſi pleno ore pronuntiaremus, *Rom. eſſe Catholicam Eccleſiam*. Error eſt Petitio principij, de qua nunquam diſceſſum eſt in hac tota diſputatione. Itaq; [illegible] eius diſputationes nunquam finem habent. Ad poſterius argumentum [illegible] dico: Nullis enim nec corpore nec [illegible], *Pontifices eſſe in Eccleſ. Catholica*, quippe qui puritatem verbi Dei & integritatem doctrinæ non habeant. Ne vigeam non ſatis propriè dici, *eos eſſe viſibiliter in Catholica Eccleſia, qui ad Catholicam Eccleſiam pertinent*, cum potius dicendum ſit, eos eſſe viſibiliter in viſibilibus Eccleſiis. Porrò valde, ſed inutiliter, laborat in congerendis argumentis, quibus probet *Eccleſiam Catholicam eſſe diffuſam per vniuerſum terrarum orbem, eíſque in hac vita* [illegible] *eſſe communionem Sacramentorum*. Quod nos non negamus (nec enim ſumus Donatiſtæ, vt ille ſomniat) ſomniant) ſed ſtatum ipſum quæſtionis non attingit: quem paucis tibi Chriſtiane lector in memoriam reuocabo. Propoſuerat Turrianus Rom. Pontificem eſſe caput Eccleſiæ Catholicæ hac inprimis ratione: Quòd Eccleſia Catholica ſit vnum corpus viſibile: quoniam autem viſibilis corporis, vnum caput viſibile conſtitui neceſſe ſit. Hoc ego refellens argumentum, inter alios errores huic etiam recenſui, quòd diceret Eccleſiam Catholicam eſſe vnum corpus viſibile: tum ingreſſus ſum diſputationem illam de Catholica Eccleſia: & poſteaquam attuli varias illius vocabuli acceptiones, tandem ex ſacris literis, & ex probatis quibuſque Veteribus confirmaui, Eccleſiam Catholicam propriè ſignificare vniuerſi electorum congregationem ſub vno capite Ieſu Chriſto Domino noſtro: ac propterea ſtare non poſſe dogma Turrianicum de Eccleſia Catholica, quam ſtatuit eſſe vnum corpus viſibile. Admonuimus etiam aliquoties apud veteres Doctores nomen Eccleſiæ vſurpari pro omnibus Eccleſiis particularibus Chriſtianam religionem profitentibus, vbicunque tandem locorum ſint, vt cum dicunt ita doceri in Eccleſia Catholica, hoc eſt, in omnibus Eccleſiis. Quo ſenſu ſi velit loqui Turrianus, diximus ne illo quidem modo argumentum ipſius procedere. Nam ſi quis ita ratiocinetur: Eccleſia Catholica eſt viſibilis, hoc eſt, omnes Eccleſiæ particulares ſunt viſibiles: ergo habeant vnum caput viſibile neceſſe eſt: nemo non videt quàm ſit hoc minimè ſibi conſtans: vt ſi quis ita concludat: omnia humana corpora ſunt viſibilia: ergo habeant vnum caput viſibile neceſſe eſt. Porrò etiamſi demus Turriano, Paſtores Eccleſiarum poſſe dici earum capita (quo modo nunquam Scriptura loquitur) nihil tamen aliud conſequeretur, quàm ſingulas Eccleſias, ſeu totidem corpora viſibilia, habere ſuum caput viſibile, nempe Paſtores & Doctores, quibus Turrianus nomen capitis impoſuit. Atqui id ad Romanum Pontificem nihil pertinere ſatis eſt manifeſtum. Hic verò inſurgens Turrianus, dicet omnibus particularibus Eccleſiis ſimul collectis effici vnum corpus. Ego viciſſim dico illa ipſa ratione ex omnibus ſingularum Eccleſiarum capitibus (nunc enim de illo nomine non diſputo, licet non probem) effici vnum caput: vt ſi quis dicat, vnum eſſe miniſterium ſiue, vt loquitur Cyprianus, Epiſcopatum in Eccleſia. At tum affirmo illam collectionem, tum Eccleſiarum, tum capitum, non aliter nobis fieri quàm mentis opera & cogitatione, ac propterea non eſſe viſibilem. Exclamat ita concludit Turrianus: Omnes particulares Eccleſiæ ſunt viſibiles: Ergo earum collectio eſt viſibilis. Peccat in falſo conſequenti. Nam particulares Eccleſiæ ſunt quidem viſibiles: at earum collectio eſt inuiſibilis, quia non aliter fit illa collectio quàm mentis opera & (vt vulgò dicimus) diſcurſu. Etenim hæc duo ſunt axiomata quædam quæ certiſſima. Vnum: Quicquid dicitur viſibile, id ſubiici oculis corporis. Alterum: Quicquid viſibile in vnum congregatur, id localiter congregari. Quod de omnium Eccleſiarum congregatione dici non poteſt, quæ quidem congregatio neque noſtris oculis ſubiicitur, neque fit localiter: ac propterea inane eſt commentum Turriani de viſibili Eccleſiæ Catholicæ congregatione. Sed hæc hactenus, quandoquidem res hæc libro copioſiſsimè à nobis tractata eſt in hac diſputatione. Atenim (inquit Turrianus) fidei Sadeel vt probet Eccleſiam Catholicam eſſe inuiſibilem: nec ſi viſibilem & per vniuerſum orbem diffuſam eſſe fateatur, cogi eum fateri eſſe extra Eccleſiam ſuam *quam nulla eſt ſalus, ſicut non fuit extra arcam Noe; et nullibi apud Auguſtinum legitur*. Ego verò certus ſum & credo (ſiqua Dei eſt miſericordia & gratia) me eſſe de Eccleſia Catholica, quæ corpus eſt Chriſti: & vera fide agnoſco Ieſum Chriſtum Dominum & Seruatorem pro vero & vnico Eccleſiæ Catholicæ capite, à quo virtus ſaluaris & viuifica dimanat ad totum corpus & ad ſingula ipſius membra, quemadmodum docet Apoſtolus. Certus ſum etiam & credo me eſſe de vera Chriſti Eccleſia viſibili, quandoquidem Dominus pro ſumma ſua miſericordia me inſeruit in piorum & fidelium congregationem, vbi ſonat vera & Euangelica doctrina, & Sacramenta à Chriſto inſtituta ſyncerè ex eius verbo adminiſtrantur. Quare fallitur iſte Monachus, dum putat *vrgeri me vt, ſi fatear Eccleſiam Catholicam eſſe viſibilem, inde conſequatur, me eſſe extra Catholicam Eccleſiam*. Atque, vt paulò antè monuimus ſemper hæret in illa ſua Petitione principij, quum *Eccleſiæ Catholicæ nomine Romanam Eccleſiam* intelligit. Et ſibi videtur egregiè in nos argumentari, quum nobis commemorat *promiſſiones factas Eccleſiæ Catholicæ & eius dotes atque ornamenta*, quibus recenſendis Bipartitum librum compoſuit, & ſudauit ipſe, ne hilum quidem proficiens, ſed aerem verberans, neque poſthac etiam aliquid profecturus, licet ad quartum Tripartitum librum velit progredi. Nos enim affirmamus, illa omnia eſſe veræ ſponſæ non adulteræ ornamenta. Itaque hos Scripturæ locos ad veram Chriſti Eccleſiam pertinere nunquam dubitauimus. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ*. Item: *Dilatabit* [illegible], *& alios locos conſimiles*, quos ad noſtram, hoc eſt, veram Chriſti Eccleſiam credimus eſſe referendos. Quid autem Monachus? Nempe contendit *noſtram Eccleſiam non eſſe Catholicam; quia non eſt diffuſa per vniuerſum terrarum orbem*. At enim ego quæro vel à Turriano, vel (ſi nolit poſthac mecum agere) à Monachis Ingolſtadienſibus, adeóque ab Alberto Hungero Procancellario Academiæ, qui librum Bipartitum Turr. tam ſolennibus verbis approbauit: quæro inquam, An Apoſt. temporib. tum quum Paulus diceret *Euangelium prædicatum eſſe omni creaturæ quæ ſub cælo eſt*, fuerit Eccl. per vniuerſum terrarum orbem diffuſa? Non negabunt. At nos ad illam Eccleſiam pertinemus, quia doctrinam illam habemus quam Paulus prædicauit, & quam tum ille tum alij Apoſt. & Euangeliſtæ nobis credendã ſcriptis ſanctiſſimis tradiderunt. Dicent fortaſſe, eam quam profitemur doctrinam, hodiè non eſſe *ita latè propagatam*. Reſpondeo ſatis conſtare ex ipſis Apoſt. ſcriptis, Eccl. non vnum eundémq; ſtatum quod ad eius amplitudinem attinet, eſſe permanſurum. Quinetiam ſi ſatis vident Pont. illud ipſum argumentum in ipſos recidere, quandoquidem Ro. Pont. Principatus qui aliquando magnam Occidentis partem occupauit (Deo ita peccata hominum vlciſcente) nunc quotidie decreſcit & proculdubio decreſcet (Monachis quantumuis obſtrepentibus) Euangelij luce magis magiſque patefacta. Sed vt error Turrianicus proponatur facilius ante omnium oculos, cum redarguemus ex arte diſſerendi hoc modo: Connexum Turriani eſt huiuſmodi.

Eccleſia Proteſtantium non eſt vbique diffuſa. Non eſt igitur Catholica Eccleſia. Conſequentia patet: *nam hoc eſt proprium Eccleſiæ Catholicæ diffundi* per vniuerſum terrarum orbem, vt perſpicuum eſt ex locis Scripturæ citatis, de propagatione Eccleſiæ Chriſtianæ loquentibus. Excutio Connexum. Nego Conſequens. Rationem Conſequentiæ ita expono. Ante Chriſtum exhibitum Eccleſia vnius gentis finibus & cancellis circumſcribebatur: at poſt Chriſtum exhibitum, acceſſit hoc præſtantiſſimum ornamentum vt nullis iam vel perſonarum vel locorum terminis contineatur, propterea quòd Gentes factæ ſunt capaces Euangelicæ prædicationis: idque iuxta promiſſiones Propheticas. Et quanquam amplitudo Eccleſiæ non ſemper manet in eodem ſtatu: nihilominus *dici poteſt Eccleſia Chriſtiana diffuſa per vniuerſum terrarum orbem*, quia non reſtringitur ad hanc vel ad illam gentem: ſed vbique poſſunt eſſe fideles veram Euangelij doctrinam amplectentes, hoc eſt (vt Scholaſtici loquuntur) *non ſingula generum, ſed genera ſingulorum.* Primus igitur error ſuperioris Concluſionis eſt: quòd *diffuſionem Eccleſiæ* reſtringit ad exteriorem amplitudinem quam vult ſemper eandem perdurare contra prædictiones Apoſtolicas & contra ipſam experientiam, quæ hac etiam in parte [illegible] eſſe non poteſt. Secundus error, in eo quod putat *diffuſionem & amplitudinem eſſe proprium* [illegible] *Eccleſiæ Catholicæ*: quod longè ſecus eſt. Nam etiam Apoſtolorum temporibus Gentiliſmus erat diffuſus per vniuerſum orbem, nec tamen erat Eccleſia Catholica. Item, Arrianis in Oriente ſæuientibus Arrianiſmus erat longè lateque diffuſus, nec propterea ad Eccleſiam Catholicam pertinebat. Denique Mahumetani furores, piorum omnium gemitu magnam orbis terrarum partem comprehendunt, nec tamen illis quicquam eſt cum Eccleſia Catholica commune. Contra (ne multa eiuſmodi mihi commemoranda ſint) cum per totum Orientem Arrianiſmus graſſaretur, tum in Oriente erat vera & Orthodoxa Eccleſia, ſine luce & ſine amplitudine. Quod malo Magni Athanaſij verbis quam meis explicare, quem fortaſſe libentius audiet Turr. cum eius exemplum præuerterit, ne ſic illac nobiſcum ageret. Dicit igitur Athanaſius. *Quòd nunc Eccleſia Chriſtum libere* [illegible]*: Si alicubi ſunt pij & Chriſti ſtudioſi, ſunt autem vbique* [illegible]*, illi, vt magnus Elias, abſconduntur &* [illegible] *terræ ſeſe abſtrudunt, &c.* Idem, *Apoſtoli* (inquit) [illegible] *&c.* Et Aug. Quoniam, inquit, *abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum: ſed illa Eccleſia quæ clamat à finibus terræ in his eſt de quibus ſequitur, dicens: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit.* Ac ne forte Turrianus exiſtimet, Arrianicum incendium non etiam ad Occidentem perueniſſe, & ad ipſum etiam Romanum Epiſcopum perueniſſe, audiat eundem Athanaſium ita de Liberio Romano Epiſcopo narrantem: *Liberius,* inquit, *poſt exactum in exilio biennium,* [illegible] *ad ſubſcriptionem inductus eſt &c.* vbi, obſecro, tum erat fides, quam Turr. affirmat in Rom. Pontifice deficere nō poſſe? Tertius error quòd Turrianus *in promiſſionibus de diffuſione Eccl. Catholicæ*, non animaduertit cuinam hæ promiſſiones factæ ſint. Nempe veræ Eccleſiæ, quæ Chriſtianam veritatem retinet. Sic enim apud Dauidem: *Conſtitui*, inquit, *regem meum ſuper Sion montem ſanctum meum.* Sic porrò apud Eſaiam [illegible]

Ad ſolit. vit. agent. Cont. Aria. or. 2.

In Pſal. 60.

Ad ſol. Vit. agent.

Pſalm. 2.

ſilij

filij tui defecerunt à Domino. Ergo ſi Eccleſia Romana totum orbem comprehenderet (quod abſit) non eſſet tamen Catholica, hoc eſt, vera Chriſti Eccleſia, quę decretis humanis, non Chriſti pręceptis addicta eſt, nec à Domino docetur, ſed ab hominibus, ſua commenta pro Dei veritate obtrudentibus. Et quia in hoc ſuo libro tertio, Turrianus inprimis delectari viſus eſt Auguſtino, audiat Auguſtinum ita de Eccleſia Catholica diſſerentem: *Eccleſia,* inquit, *Dei viui columna & firmamentum veritatis toto orbe terrarum diffuſa, propter Euangelium quod prędicatur, ſicut dicit Apoſtolus, in omni creatura, quę ſub cęlo eſt.* Hęc ille: cum diffuſione Eccleſię, veritatem Apoſtolicę doctrinę arctiſſimè coniungens. Nunc amplius dico: nos longè verius ac meliùs *diffuſionem Eccl. Catholicę* admittere quàm Pontificij admittant. Quamobrem? Quia Pontificij eam demum ſtatuunt eſſe *Catholicam Eccl.* quę cum fide non tantùm Romanę Eccl. ſed ipſius etiam Romani Pontificis conueniat. At hoc non eſt *diffundere Eccle.* ſed eam non ſolùm in vna vrbe, ſed etiam in vno homine includere. Nos autem dicimus tum demum agnoſcendam eſſe Romanam Eccleſiam, quum eius fides conueniet cum fide Catholicę, hoc eſt, verę Chriſti Eccleſię. Non enim vnquam Auguſtinum audias vrgentem, quòd *Donatiſtę* ab Epiſcopo Rom. diſſiderent, ſed quòd *ab Eccleſia Catholica per vniuerſum orbem diffuſa, & ab Euangelica veritate deſciuiſſent.* Sed de his hactenus: quę paulò latiùs hic explicare volui, vt lectores ſequentem diſputationem faciliùs intelligant.

Cont.lit.Petil.l.2.c.102.

TVRRIAN. *Sadeel locum Auguſtini de Doctr. Chr. l.3. cap.32. in me retorſit. Sed videat illuſtriſſimus princeps, an Sadeel vincat, an victus ſit. Sic enim Auguſtinus: Tanquam vnum ſit vtrumque corpus: hoc eſt, Sponſa dicit ſe nigram eſſe ex vtroque. Dicit Sadeel duo corpora conſtituiſſe, cum duo corpora in vnum copulauit Auguſtinus, propter vnam communionem Sacrorum. Vt ſi quis dicat, vnum corpus ex parte ſanum, & ex parte alia ęgrotum: Siue, vnum corpus, cuius membra partim ſunt viua, partim mortua: ita vt membra mortua, membra quidem ſint corporis Chriſti, non tamen vera membra, ſed ęquiuocè, & nomine tantùm. Addit Auguſtinus: Hypocritę non cum Chriſto dicendi ſunt eſſe, quamuis in eius eſſe videantur Eccleſia. hęc ille. An non ſatis clarè dicit, hic in Eccleſia Chriſti videri eſſe hypocritas? non enim, Videri eſſe, ſignificat quod phantaſia ſit, id eſt fictio: videri eſſe, ſed nullo modo eſſe: ſunt enim in Eccleſia, licet non ſint in pace Eccleſię. Hoc dicit S. Maximus: non eſſe in Chriſti corpore actu, eſſe tamen potentia. Item Chriſtus locutus eſt Pſal. 21. in perſona peccatorum: vt veteres dixerunt.* Pag.55.56.57.

SADEEL. Cur Turrianus ordinem noſtrę diſputationis non ſeruarit, ſatis intelligere non poſſum: niſi quia, vt ante dixi, paucula quędam delibare & carpere voluit, eaque ſummis digitis attrectare. Totum hunc locum lectores videant infrà in loco Scrip.1. Sect.8. vbi demonſtro hęc verba Aug. *Tanquam vnum ſit vtrumque corpus:* ſignificare Electos & reprobos ſimul mixtos in Eccleſiis viſibilibus, duo eſſe reuera corpora, vt patet ex vocabulo, *vtrumque,* & ex iis, quę dicit poſtea ad finem libri, *quamquam vnum eſſe videantur, propter ſacrorum communionem.* Ille autem exiſtimat Auguſt. affirmare id quod negat. Sic enim Auguſtinus in eodem loco: *non enim,* inquit, *reuera Domini corpus eſt, quod cum* illa non eris in æternum. Porrò quòd ait Monachus, *Eccleſiam Catholicam eſſe vnum Corpus Chriſti, cuius membra alia ſunt viua, alia mortua*; pugnat manifeſtè cum his Apoſtoli verbis. Eph.4. *Ex quo* (Chriſto) *totum corpus compactum & connexum per omnes ſuppeditatas commiſſuras ex vi intus agente pro menſura vniuſcuiuſque membri, incrementum capit corpori conueniens ad ſuiipſius extructionem per charitatem.* Item: Col.2. *Non obtinens caput, ex quo totum corpus per commiſſuras & compages ſuppeditatum augeſcit Dei augmento.* Totum corpus, inquit. Vbi ſunt igitur iſta mortua membra Turriani? Nullum eſt enim in terris membrum corporis Chriſti, quod non in Chriſto adoleſcat. Eph.5. Idem Paulus; *Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, & ille ipſe eſt, qui ſalutem dat corpori.* Ibid. Item: *Dominus nutrit ac fouet Eccleſiam, quoniam membra ſumus corporis eius, &c.* Quod dicit Monachus, *de corpore ex parte ſano, & ex parte ægro*, non iam Alberti Hungeri cenſura: ſed medicorum flagello caſtigandum eſt, qui hoc loquendi genus vix ægro animo ferrent. Addit porrò Monachus: *mortua membra eſſe quidem corporis Chriſti membra: non tamen vera membra, ſed æquiuocè, & nomine tantùm.* Quæ verba contradictionem implicant. Perinde eſt enim, ac ſi dicat, *mortua membra*, eſſe quidem membra Chriſti, ſed tamen non eſſe: ac dici tantùm membra, cum membra non ſint. Sic enim aliquid æquiuocè dicitur. Itaque vides, Chriſtiane lector, quanta ſit vis veritatis, quæ monachum iſtum errorum ac mendaciorum ſatellitem auerſo collo in noſtram pertrahit ſententiam: quandoquidem affirmamus *Reprobos non eſſe membra corporis Chriſti, licet dicantur & videantur eſſe membra corporis.* Porrò manifeſtè corrumpit hæc Auguſtini verba: *quamuis in eius eſſe videantur Eccleſia*, quæ perinde accipit, ac ſi diceret Auguſtinus: *Reprobos eſſe in Eccleſia*, cùm tamen illud pernegeт. Nam apud Auguſtinum *Eſſe, & Videri eſſe*, opponuntur. Sed præſtat audire Auguſtinum ſeipſum exponentem. In Apoc. Hom 8. Sic enim alibi, *Ipſi atrium ſunt*, inquit, *qui videntur in Eccleſia eſſe, & foris ſunt, ſiue hæretici, ſiue malè viuentes Catholici.* De Bapt.con. Don.l.4.c.2. Item: *videntur eſſe in Eccleſia, ſed non ſunt: imò & contra Eccleſiam faciunt.* Quare iam ad Grammaticos ablegandus erit Turrianus, vt paulò inſtructior ad diſputationes Theologicas accedat. Denique ex ſententia S. Maximi, authoris ſanè quàm obſcuri & minimi ponderis, ait, *Mortua illa membra, hoc eſt, Reprobos, non eſſe in Chriſti corpore actu, ſed potentia*: quo nihil ſtultius dici potuit. *Nam reprobum eſſe, & eſſe potentia in Chriſti corpore*, repugnat contradictoriè, ſi cum Scriptura loquimur. Cùm autem Turrianus *corpus Chriſti* velit eſſe, non ſolos electos, ſed *Catholicam Eccleſiam viſibilem*, vt loquitur, hoc eſt, omnes viſibiles Eccleſias, exponet quã licebit, quomodo ſtare poſſit, id quod nunc poſt S. Maximum affirmat, *Reprobos & hypocritas actu non eſſe in Eccleſia Catholica viſibili, ſed potentia tantùm*: item quomodo iſtud conueniat cum eo, quod ſæpe nobis inculcauit, *homines eſſe viſibiliter in Eccleſia Catholica*. Denique quomodo ſecum ipſe conſentiat, qui infrà pag. 20, ſic loquitur: *videmus*, inquit, *quid ſit in tota congregatione Eccleſiarum, quod eam faciat non cogitatione vnã, ſed forma & actu.* Et paulò poſt: *In vno primo Epiſcopo omnes Eccleſiæ particulares vnitæ aliòqui ſuis Epiſcopis, ipſæ & Epiſcopi earum actu vniuntur.* Hæc ille S. Maximo, & quod maximũ eſt, ſibi contradicens. Ceterùm Chriſtiane lector, vidiſti ſuprà in ſumma poſterioris diſputationis, me Aug. alios etiam probatiſſimos veteres adiunxiſſe, ad quos nihil reſpondet Turrianus: & ſe probè officio functum exiſtimat, poſtquam dixit *Sadeelem nihil proferre præter cauillationes*. Verumenimuero ad illas noſtras cauillationes, hoc eſt, ad manifeſta veterum teſtimonia, nihil habuit hoc tempore Turrianus, quod contra cauillari poſſet. Age ergo, quia vno Auguſtino contentus eſt, proferamus aliquot eius ſententias, ſiqua fortè ratione Auguſtinum ex Auguſtino intelligere poſſit Turrian. atque ita tandem aliquando reſipiſcere.

Auguſtinus. *Facta eſt ciuitas illa magna in tres partes. Apoc. 16. Hæc ciuitas magna, omnis omnino populus intelligendus, quicunque eſt ſub cælo, quæ fiet in tres, cùm Eccleſia diuiſa fuerit, tunc ſunt Gentiles pars vna: & omnes hæretici, & ficti Catholici, altera: Eccleſia Cath. tertia &c.* In Apoc. Hom. 13. *Centum & quadraginta millia ſignatorum. Apoc. 7. Tota Eccleſia ſignificata eſt.* In Apoc. Hom. 8. *Diabolus eſt corpus impiorum, qui ſunt illius quodammodo corpus, ituri cum illo in ſupplicium æterni ignis: ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, quæ eſt corpus eius futurum cum illo in regno & gloria ſempiterna.* De Doct. Chr. l. 3. c. vl. Et paulò poſt. *In diabolum dicitur, quod non in ipſo ſed potius in eius corpore poſſit agnoſci, quod habet, non ſolùm in eis, qui manifeſtiſſimè foris ſunt, ſed in eis etiam, qui cùm ad ipſum pertineant, tamen ad tempus miſcentur Eccleſiæ.* Hæc Auguſt. ex quibus intelligi poteſt, cur dixerit, *vtrunque corpus*, in eo loco, quem diu multumq; verſauit Turrianus. *Corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, in ipſa dextera, hoc eſt, in ipſa beatitudine futurum eſt.* De ag. Chriſt. c. 26. *Non propter malos, qui videntur eſſe intus deſerendi ſunt boni, qui verè ſunt intus. Eccleſiæ ſe deſtituunt. Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, fons ſignatus &c. Cant. 4. Numerus ergo ille iuſtorum, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt, de quibus dictum eſt, Nouit Dominus qui ſunt eius, ipſe eſt hortus concluſus, fons ſignatus &c.* Cont. Creſc. gram. l. 2. c. 33. Item: *Puto me non temerè dicere, alios ita eſſe in domo Dei, vt ipſi etiam ſint eadem domus Dei &c. Alios autem ita dici conſtat eſſe in domo, vt non pertineant ad compagem domus, nec ad ſocietatem fructiferæ iuſtitiæ: ſed ſicut palea eſſe dicitur in frumentis.* De Bap. cont. Do. 27. c. 51. Item: *Nos in corpore Chriſti ſumus, ſi tamen fides noſtra ſyncera ſit in illo, & ſpes noſtra certa, & charitas noſtra accenſa, ſumus in corpore ipſius, & membra ipſius &c.* In pſ. 37. Item: *Agnoſcitis vos in Sion & in Ieruſalem, ſi certi expectatis ſpem futuram, & ſi pacem habetis cum Deo.* In pſ. 50. Item: *Qui manetis in compage Chriſti, & membra eius ſunt, facitis quodammodo vnum virum, de quo dicit Apoſtolus: Donec occurramus omnes in agnitionem filij Dei in virum perfectum &c. Eph. 4.* In pſ. 64. Item: *In membris ſuis intelligatur Chriſtus, & membra Chriſti intelligantur in Chriſto, quia caput & membra vnus Chriſtus.* In pſ. 54. Item: *Si facti ſunt membra corporis eius, & dicunt ſe ſanctos non eſſe, capiti ipſi faciunt iniuriam, cuius membra ſancta ſunt &c. Dicat totum corpus Chriſti: Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum.* In pſ. 85. Item: *Illius capitis membra ſumus: non poteſt hoc corpus decollari. Si in æternum corpus, in æternum glorificantur & membra, vt ſit ille Chriſtus integer in æternum.* In pſ. 88. Item: *Sunt quidam ita prædeſtinati, vt nouerit Dominus, qui pertineant ad corpus ipſius.* In pſ. 90. Item: *Dicat Eccleſia Domino ſuo Ieſu Chriſto, dicat corpus capiti ſuo: Quoniam tu es Domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum &c. Credo quia aſcendit in Cælum caput noſtrum, quo caput præceſſit & mēbra ſecutura ſunt.* Et ſexcenta eiuſmodi ex quibus cuiquam eſt nos colligere, quæ ſit ſincera Auguſt. ſententia de

Eccleſiæ Catholicæ, potius quàm ex peruerſis Turriani interpretationibus. Cæterùm nunc agere de vera interpretatione Pſal. 22. non eſt huius loci. hoc ſatis ſuperque eſt, quòd non negamus *Electos vel fuiſſe vel eſſe peccatores in hac vita.* Neque verum eſt omnes peccatores eſſe reprobos.

Pag.58.59. TVRRIAN. *Oportet Chriſtum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius 1. Cor. 15. Ergo ibi regnat, vbi habet etiam inimicos. Regnum ergo Chriſti in terra, ſecundum humanitatem, Eccleſia Cath. eſt. Athanaſius.* De nat. Hum. ſuſcept. *Quæ eſt, inquit, omnis Eccleſia, in eo, dominans & regnans poſtquam crucifixus eſt, etiam illa iuncta in regnum cælorum exiſtimatur, vt regnet poſtea, ſcilicet cum eo &c. Ergo Eccleſia quæ eſt regnum Chriſti, in quo impleta eſt promiſſio perpetuitatis regni promiſſi Dauid, conſtat ex amicis & inimicis.*

SADEEL. Non intelligit Turrianus, *Chriſtum non vno modo regnare.* Nam *regnat Chriſtus* & in Eccleſia, & extra Eccleſiam. Vt ille ipſe docet Matt.28. his verbis: *Omnis poteſtas mihi data eſt in cælo & in terra.* Quam diſtinctionem ſic aliquando Chryſoſtomus explicabat: *Regna Dei duo Scriptura nouit,* inquit, *alterum adoptionis, alterum creationis. Omnium igitur Iudæorum, Ethnicorum, dæmonum, & aduerſariorum, creationis lege rex eſt: fidelium verò, & vltro ſe ei committentium, ſubiectorumque familiaritate & cura:* hæc ille. Regnat igitur Chriſtus in ſuis virtute ſui Spiritus: regnat in mediis hoſtibus omnipotenti ſua virtute, atque potentia, qua illos ſubiicit ſuis 1.Cor.15. Pſ.109. pedibus, vt ait Apoſtolus poſt Dauidem à Turriano hîc perperam citatus. Nam loquitur de domandis, tam Chriſti, quàm ipſius etiam Eccleſiæ hoſtibus. Neque verò in hominibus ſubſiſtendum, ſed agnoſcendum ſimul eſt ſummum Chriſti imperium in ipſos etiam dæmones. Phil.2. Sic enim Paulus, *donauit ei nomen, quod eſt ſupra omne nomen, vt ad nomen* Heb.2. *Ieſu omne genu ſe flectat, cæleſtium, terreſtrium & infernorum.* Et Apoſt. ad Hebreos: *vt per mortem aboleret eum, qui mortis imperium habet, hoc eſt, diabolum.* Quum autem Turrianus hanc diſtinctionē ignoraret, nobis propoſuit concluſionem Theologo indigniſſimam: *Ibi regnat Chriſtus, vbi habet etiam inimicos,* inquit. *Eccleſia Chriſti eſt regnum eius: Itaque in Eccleſia habet etiam inimicos.* O turpem & theologia indignam concluſionem! Quid? regnatne Chriſtus tantùm inter hoſtes? nonne etiam in ſuis regnat? *Regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion in æternum,* inquit Mi- Mich.4. chæas. Col.1. *Tranſtulit nos,* inquit Paulus, *in regnum filij ſibi dilecti* &c. Item- Rom.14. que *Regnum Dei non eſt eſca et potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium per Spi-* Matt.9. *ritum ſanctum*: proinde *Euangelium* vocatur *Euangelium regni*, quia per Luc.8. Euangelium Chriſtus regnat in nobis, efficacitate ſui Spiritus, vt nos De trin.l.1. c.10. tandem æterni regni faciat participes. Itaque Auguſtinus exponens locum Apoſtoli 1. Cor. 15. *Quum,* inquit, *tradiderit regnum Deo & Patri, id eſt, quum credentes & viuentes ex fide, pro quibus nunc mediator interpellat, perduxerit ad contemplationem, cui percipiendæ ſuſpiramus &c.* Et Athana- De nat.hum. ſuſcep. ſius: *Nos ſumus,* inquit, *qui in eo ſubiiciendi ſumus Patri, & nos ſumus, qui* Luc.1. *in eo regnamus.* Hæc autem promiſſio perpetuitatis regni apud Lucam: *Regnabit ſuper domum Iacob in æternum,* de Electis intelligenda eſt: alioqui ſequeretur, Reprobos in æternum cum Electis futuros. Quare perſpicuum eſt, quàm Turrianus ſine ratione ratiocinetur.

Cuius argumentum, vt aliquid efficeret, neceſſe eſſet alterutrum eſſe verum: aut: *Vbicunque regnat Chriſtus, ibi quoque eſſe Chriſti inimicos* (atque ita ſequeretur inter electos eſſe quoſdam inimicos Chriſti:) aut: *vbicunque ſunt inimici Chriſti, ibi quoque eſſe Catholicam Eccleſiam*: vnde ſequeretur dæmones ipſos eſſe de Eccleſia Catholica: quod nos libenter relinquimus Hildebrando Pontifici & ſimilibus. Sed ecce, iam ſuum errorem retractat Monachus, non ſuis, ſed Athanaſij verbis. *Vniuerſa Eccleſia* (inquit Athanaſius) citante Turriano, *in Chriſto dominatur & regnat. Ex quo efficitur, vniuerſam, hoc eſt Catholicam Eccleſiam eſſe Electorum: quia ſoli Electi dici poſſunt in Chriſto regnare, & uncti eſſe ad regnum cælorū, vt regnent cum illo.* Ac fortaſſe poſthac aliquid melius de Turriano ſperandum nobis erit, quippe qui in principio ſui libri Bipartiti, ſe Magni Athanaſij exemplum ſequi velle ſignificauit.

De Nat. hum. ſuſc. cont. Apoll.

TVRRIAN. *In arca Noë erat Cham maledictus. Arca autem erat typus Catholicæ Eccleſiæ, ex Petro. Item, Si cœtus Eccleſiæ Iſraelis viſibilis fuit, atque hodie Synagoga viſibilis eſt: Ergo & Eccleſia. Item: Qui excommunicatur non tantùm ex Eccl. particulari eijcitur, ſed etiam ex Eccleſia Catholica, & ex omnibus mundi Eccleſiis. Quis ſit autem in Eccl. illa Catholica inuiſibili Sadeelis, aut quis eſt de ea electus, ſolus Deus nouit. Porrò Sadeel eſt Manichæus dum negat Eccl. Cath. eſſe viſibilem, quia negat Chriſtum verè in carne apparuiſſe.*

Pag. 59. 60.
1. Pet. 3.

SADEEL. *De arca Noë, & de loco Epiſtolæ Petri* tractauimus in parte altera noſtræ Reſponſionis, loco Scripturæ 5. Eò nobis remittendi ſunt lectores. Hoc vnum admonemus, Petrum, non de Eccleſia Catholica, ſed de fructu Baptiſmi diſſeruiſſe: & ſalutem corporis, quam in arca Noachi familia conſecuta eſt, cum animorum ſalute comparaſſe, cuius per Baptiſmum ſimus participes, efficaciter in nobis operante Spiritu Sancto. Nec ita bene concluditur: *Cham ſiue Chanaan ſeruatus in arca Noë, fuit maledictus: Ergo non potuit eos ſignificare, qui per Baptiſmum ſeruantur*. hoc enim eſt, non iam nobiſcum, ſed cum Petro diſputare, qui nominatim: *paucæ*, inquit, *hoc eſt, octo animæ ſeruatæ ſunt per aquam*. Itaque longè meliùs retorquebo argumentum, hoc modo. *Si arca Noë Eccleſiam Catholicam ſignificauit* (affirmante Turriano) *& ſalus corporis tum fuit typus ſalutis animi, quam adipiſcuntur per Baptiſmum ij, in quorum conſcientijs fructum Baptiſmi Spiritus ſanctus efficaciter obſignauit:* (ita docente Petro) *certè ſtatuendum eſt, quotquot ſunt in Eccleſia Catholica, eos omnes ſeruatum iri: quia, quotquot fuerunt in arca Noë ſalui euaſerunt*. Et hoc illud eſt, quod toties Ex Auguſtino repetiuimus, *Reprobos quidem videri in Eccleſia, ſed non eſſe*. Argumentum *ab Eccleſia Iſraëlis ad Catholicam eccleſiam* non valet, quia ipſa etiam Eccleſia Iſraëlis, fuit pars Eccleſiæ Catholicæ. Quis autem vnquam negauit *Iſraëliticos cœtus fuiſſe viſibiles, & hanc vel illam Eccleſiam eſſe viſibilem?* Imò verò inde colligat Turrianus, Eccleſiam Catholicam non eſſe viſibilem, quia hodie Eccleſia Iſraëlis non iam eſt viſibilis. Quod ſi (hoc enim cogor repetere) nomine *Catholicæ Eccleſiæ* intelligit omnes particulares Eccleſias Chriſtianas veram religionem profitentes, fatemur illas omnes Eccleſias eſſe viſibiles: ſed illis eſſe propterea opus tuo Pontifice, tanquam capite, pernegamus. Minus etiam eſt quod addit de ſynagoga, atque adeo ſe ipſe hoc argumento ſatis refellit. *Quanquam enim particulares Iudæorum cœtus ſunt viſibiles*: falſum eſt congregationem omnium Iudæorum, per omnem terrarum orbem diſperſorum, eſſe viſibilem, licet ipſe Turrianus è ſpecula arcis Tarpeiæ omnes orbis partes, oculis acerrimis luſtraret. Quod addit *de excommunicatione*, euertit ipſius ſententiam. Nam excommunicatus, ex hæc vel illa Eccleſia viſibiliter eiicitur, ac propterea cenſetur eiectus ab omnibus: quod fit, non corporis oculis, ſed mentis diſcurſu. Dum autem *de Electorũ Eccleſia* loquens Turrianus, eam vocat *Sadeelis Eccleſiam*, ego verò hoc loquendi genus libenter admitto. Sed quod *me tanquam Manichæum accuſat, quaſi negem humanitatem Chriſti eſſe viſibilem, dum nego Eccleſiam Catholicam eſſe viſibilem*: concludit Turrianicè. Nec enim ego de natura humana, ſed de fidelium omnium congregatione loquor. Sed enim cùm tanta ſit Chriſti & Eccleſiæ coniunctio, (vt ille ipſe agnoſcit) cur igitur vno Chriſto Eccleſiæ capite contentus non eſt?

Pag.33.
Pag.34.

TVRRIAN. *Mihi propoſitum eſt quàm breuiſſimè reſpondere propter ſimpliciores: ac proinde multa prætereo, quæ ad rem, de qua diſceptamus non pertinent. Obiicit Sadeel formam exteriorem, quæ primùm apparuit in Eccleſia Chriſtiana, non eſſe formam eſſentialem Eccleſiæ, ſed accidens: Eſt quidem accidens, vt Sadeel dicit, ſicut forma domus, accidens eſt & non ſubſtantia. Eſt tamen in vnoquoque ſimilitudo rationis, vt Philoſophus ait, in ſubſtantia ſcilicet, & in forma, quæ accidens eſt, quæ dat eſſe ei, cuius forma eſt, ad ſimilitudinem formæ ſubſtantialis. Sadeel autem nouo modo philoſophatur, quum formam Eccleſiæ Chriſtianæ ſubſtantiam eſſe putat. Quia ſit Eccleſia Chriſtiana per ſe eſſet, & non potius per accidens: ſicut homo albus: vt ex Ariſtotel. diſcere potuit. Nec enim eſt idem eſſe homini, & homini albo: ſed eſſe homini albo, eſt albedo in homine. Similiter de hominibus, qui ſunt in Eccleſia Chriſtiana, dicendum eſt.*

SADEEL. In ſumma poſterioris diſputationis ea propoſuimus, quæ tum ad intelligendam quæſtionem, tum ad diſſoluendas Sophiſtæ Turriani fallacias viſa ſunt pertinere: quæ tamen ille prætermiſit, nempe *vt breuiſſimè reſponderet*, inquit: ea quæ loquaciſſimè dixerat, itidem loquaciſſimè repetens & inculcans: eorum ſimilis, quos Athanaſius ait, *verborum proluuio, ſuam damnationem extinguere non poſſe*. Id quod nunc ait de forma exteriori, videat Lector, copioſè à nobis tractatum in ſumma Poſter. diſput. ſuprà: & infrà in loco Scripturæ. 1. Sect. 16. Reſpondet, *eſſe ſimilitudinem rationis in ſubſtantia & in forma, quæ accidens eſt*: ex Ariſtotelis lib. 8. primæ Philoſophiæ, quem ſi intelligeret Turrianus, errori ſuo renuntiaret. Aliud eſt enim formam eſſe eſſentialem, aliud imitari formam eſſentialem: id quod de externis & accidentariis formis dicit Philoſophus in illo loco. Nam *in ijs quæ dicuntur per accidens: Quidditas & vnumquodque non ſunt idem niſi affectione. Adeo vt qui dicit hominem album, dicat duas quidditates, vt patet ex 7. lib. primæ Philoſophiæ*. Non igitur ſuo vulneri medetur Monachus, qui *formam exteriorem primæ Eccleſiæ Chriſtianæ, dixit eſſe formam eſſentialem & intimam Eccleſiæ*, cum ex Ariſtotele, quem nunc patronum accerſit, debuerit potius dicere, non eſſe eſſentialem, quia aliud eſt eſſe, aliud imitari: nec debuit dicere in-

De Syn. Arim. & Seleuc.

intimam, quippe cùm fuerit exterior & accidentaria forma. Cæterùm more ſuo Turrianus oram legit tantummodo, nec vnquam tenet rectũ curſum propoſitæ diſputationis. Quæritur enim *An prima forma exterior Eccleſiæ, quam illi Deus indidit primis illis temporibus conuenientem, debuerit eſſe perpetua, an ſecus.* Eſſe perpetuam vrget Monachus. Nos, ad tempus fuiſſe, firmiſſimis argumentis, ipſáque adeo experientia probauimus. Ille autẽ, ſi Deo placet, nobis loquitur de homine albo, & formis exterioribus. *At non quæritur quid ſit hęc vel illa forma accidentaria: ſed an eadem ſempe debeat remanere.* Quòd ſi ſe ipſe audiret Monachus, & expenderet *ſuas illas formas accidẽtarias*, iam profectò ſeſe ad nos inclinaret, ſuis erroribus valere iuſſis. Vt n. albedo non neceſſariò, nec perpetuò inhæret in homine: ita formam exteriorem Eccleſię eandem perpetuò manere non eſt neceſſe. Verumenimverò me non parum exagitat, quòd dixerim, *Eccleſiam Chriſtianam eſſe ſubſtantiam: cùm ille eam eſſe accidens homini affirmet, ſicut albedo eſt accidens homini: & ait ſimiliter de hominibus, qui ſunt in Eccleſia Chriſtiana, dicendum eſſe.* Ego quum *Eccleſiam* dico, non vſurpo illud vocabulum, vt collectionem tantùm ſignificat; atque ita nomen eſt, non ſubſtantiæ, ſed quantitatis. Sed nomine *Eccleſiæ* intelligo homines ipſos vera fide cum Chriſtò capite cohærentes. Sic cùm Paulus loquitur *de lacte gregis*, ipſa profectò animalia nomine gregis intellexit. Chriſtianam autem eam nomino, vt eam magis explicem & ſecernam ab infidelibus & hæreticorum congregatione, quaſi dicam, eam Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti. Hîc igitur te appello, Alberte, huius *Bipartiti* libri cenſor & approbator: aut ſi tibi non licet, per grauiſſimas illas tuas occupationes, qui te *Procancellarium Ingolſtadienſem* inſcribis: vos appello, Monachi Ingolſtadienſes, qui librum Turriani Roma Coloniam deportatum, ad vos transferendum, & in lucem emittendum curauiſtis: voſ-ne *Eccleſiam Chriſtianam eſſe ſubſtantiam* negatis? vos *Eccleſiam, pro qua Chriſtus mortuus eſt, cuius Chriſtus eſt caput, quæ corpus eſt Chriſti, quæ cum Chriſto in æternum regnatura eſt*, vos, inquam, cum fratre Turr. quẽ Patrẽ reuerendũ appellatis, *Eccl. accidẽs affirmatis?* Quid igitur fiet Chriſto capiti Eccl. erít-ne ſubſtãtia? En quò euadat monachorũ impudentia, dũ ſuo Pont. quouis modo aſſẽtari malunt, quã propoſitę Dei veritati, aſſentiri. Sed accidentarium iſtũ Theologum, & nouo modo non iam philoſophantẽ, ſed blaſphemantem, dimittamus.

1. Cor. 9.

Pag. 76. 77. 79.

TVRRIAN. *Si illa forma fuit extraordinaria, vt dicis Sadeel, ergo priùs in Eccl. fuit alia forma ordinaria. Item: Sinè pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei, Apoſtoli, Euangeliſtæ, &c. de quib. Eph. 4. ſunt dona Dei: Ergo ſemper manent in Eccl. Item: Si remanent paſtorum & doctorum ſucceſſores, cur non Apoſtolorum?*

SADEEL. Quis dubitat *ante Chriſtum exhibitum, alium ordinem fuiſſe in Eccleſia?* Prètèrea *extraordinarium* appellamus, id etiam quod factum fuiſſe legimus pręter illum ordinem quo vtimur: quare fallacia iſta leuiuſcula eſt. Porrò fateor *ſine pœnitentia eſſe dona, & vocationem Dei*, ſcilicet eomodo & ea ratione, qua Deus dedit & vocauit. Sic Deum non pœnitet, Apoſtolos & Euangeliſtas primùm inſtituiſſe: qui fundamenta iacerent prædicationis Euangelicæ, quam poſtea doctores & paſtores pro officij ſui ratione promouèrent. Alioqui cum dona miraculorum, linguarum, & id genus fuerint olim in Eccleſia Chriſtiana: & ea iam pridem obſoleuerint, quæro, num minus propterea verum ſit, quod ait Paulus, *Dona Dei eſſe ſine pœnitentia. At enim, inquit Turrianus, remanent ſucceſſores paſtorum & doctorum, vobis etiam aſſentientibus, cur non etiam Apoſtolorum ſucceſſores remanebunt?* Nempe quia ipſi *paſtores & doctores* ſunt Apoſtolorum ſucceſſores, quatenus Apoſtolis ſuccedi oportuit. Nam ſi munus ipſum Apoſtolorum conſideremus, ad fundamenta prædicationis iacienda accommodatum: ea certè ratione poſt iacta fundamenta Apoſtolis ſuccedi non oportuit, quia non ſemper incipit Euangelij prædicatio: ſed poſtquam ſemel cœpit, Apoſtolicis nixa radicibus ſemper creſcit vſquedum ad finem peruentum ſit. Cæterum ego viciſſim Epiſt. 59. quæro: cùm *Prophetas* Aug. & plerique alij *intelligant eos qui res futuras prædicebant, cuiuſmodi fuit Agabus*: cur igitur eiuſmodi Prophetas non 1.Cor.12. habemus? Rurſus, cùm in epiſt. ad Corinth. ad hanc enumerationem Paulus etiam adiungat *dona ſanationum & linguarum*, cur etiam illa hodie non videmus? Nimirum non ſine cauſa Ambroſius: *Non conueniunt* In.cap.4.ep. ad Epheſ. inquit, *per omnia ſcripta Apoſtoli ordinationi, quæ nunc in Eccleſia eſt, quia hæc inter ipſa primordia ſunt ſcripta*: hæc ille. Atque omnino veteres nullos alios aſſignant Apoſtolorum ſucceſſores, quam Epiſcopos, eoſdèmque (licet ſuperiorem Epiſcopatus gradum humano iure conſtitutum admitterent) ordinarios Eccleſiæ paſtores: nec vllus vnquam hunc locum ad Epiſcopi Romani primatum retulit. Nam vt alios omittamus, audiamus Auguſt. ita loquentem: *Quid eſt, pro patribus tuis nati ſunt tibi filij? Patres miſſi ſunt, Apoſtoli: pro Apoſt. filij nati ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi.* In.pſ.44. Non ergo te putes deſertam, *quia non vides Petrum & Paulum. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.* Sed quid opus eſt pluribus? Cum generaliter Paulus *Apoſtolos* nominarit, nec aliquid dixerit de commentitio illo *Petri fundamento, & Romani Pontificis principatu*. Inde colligo, Chriſtum non dediſſe illum Eccleſiæ: quippe non Eccleſiæ ornamentum, ſed longè maximum detrimentum vt experientia docuit.

Pag.85.90.91. Ep.162. Cont. 2.ep.Pel. Ep.42. TVRRIAN. *Locum Cypriani de Petro & ſucceſſore eius Sadeel prætermiſit. Adhæc Auguſtinus loquens de Eccleſia Romana: In qua ſemper Apoſtolicæ Eccleſiæ viguit principatus. Item ad Bonifacium: Quamuis in eo præmineas, celſiore faſtigio ſpeculæ paſtoralis. Item ad Innocentium: Quia te Dominus in ſede Apoſtolica collocauit, &c.*

SADEEL. Multa repetit Turrianus, quorum refutationem lector infrà ſuis locis reperiet. Ego locum Cypriani non prætermiſi, vt patet loc. Script. 1. Sect. 2. De quo etiam egi loco Scrip. 3. Sect. 63. Itaque Turrianus hic nec frontem nec oculos habuit. Sed quod longè grauius, impoſuit Cypriano, *qui vnitatis originem ad Petrum quidem refert: non autem ad eius ſucceſſorem*, de quo Cyprianus ibi ne loquitur quidem. Imò longiſſimè abeſt à Turrianicis ſomniis. Hoc enim ſibi vult Cyprianus, *Chriſtum vnam cathedram conſtituiſſe in Eccleſia Paſtorum ſanctæ concordia conſtantem. Atq; huiuſce rei argumentum eſſe dicit, quod Chriſtus vni Petro dixerit, Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Inde Cypr. ait, vnitatis paſtorum originem cepiſſe.* Nimirum intellexit bonus ille doctor, Chriſtũ in vno Petro, reliquos Apoſt. compellaſſe, vocaſſe adeoque omnes Eccl. paſtores ad ſanctam concordiam & vnitatem cohortaretur. Sic enim ille: *Hoc erant vtique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis: ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt vna Chriſti Eccleſia, & cathedra vna monſtretur: & paſtores ſunt omnes, ſed grex vnus oſtenditur, qui ab Apoſtolis omnibus vnanimi conſenſione paſcatur.* hæc ille. Quæ Cypriani ſententia non video quî poſſit Romano Pontifici primatum ſtabilire, cùm eum potiùs euertat: ſed hac de re alibi. Ad Auguſtinum quod attinet, habuit rationem ſuorum temporum, quibus *Eccleſiæ Apoſtolicæ*, hoc eſt, in quibus conſtabat Apoſtolos aliquandiu docuiſſe, *reliquis Eccleſiis vulgò ſolebant præferri.* Quinetiam iam tum obtinuerat mos ille, *de Patriarchis ſupra Epiſcopos eminentibus:* de quib. in hoc libro nobis aliquid dicendum erit. Sed non propterea exiſtimauit Auguſtinus, *Epiſcopũ Romanum eſſe caput Eccleſiæ Catholicæ*, qua de re hîc nobis ſermo eſt. Dicit tantùm *Romæ viguiſſe Apoſtolicæ Eccleſiæ principatum*, hoc eſt, Romanam Eccleſiam numeratam fuiſſe inter Apoſtolicas Eccleſias, quæ tum cæteris præſtabant & præcipuæ habebantur. Nec enim vocabulum *principatus*, ad regiam aliquam dignitatem referendum eſt, ſed exponendum pro ratione circunſtantiæ loci. Plures autem fuiſſe Eccleſias Apoſtolicas, & cur ita nominatæ ſint, vt de Tertulliano taceam, ipſe nobis Auguſtinus ſuis verbis exponet. *Illi*, inquit, hoc eſt *Orthodoxi, inueniuntur intus communicare Eccleſiis Apoſtolicis, quarum nomina in libris ſanctis habentur & recitantur. Iſti autem* (hoc eſt, *Donatiſtæ*) *foris poſiti & ab illa communione ſeparati ſunt.* Quinetiam alibi ita comparat Eccleſiam Carthaginenſem cum Romana, vt duas illas inter ſe exæquare videatur. *Duo erant*, inquit, *eminentiſſimarum Eccleſiarum, Romanę ſcilicet, & Carthaginenſis, Epiſcopi Stephanus & Cyprianus, ambo in vnitate Catholica conſtituti.* Hæc Auguſtinus.

De vnit. Eccl.

De præſc. hær.
Ep. 170.

De vnico Bapt. contra Petil. cap. 14.

TVRRIAN. *Exiſtimat Sadeel Eccleſiam Catholicam eſſe inuiſibilem, quia dicitur corpus Chriſti myſticum. Quid magis ridiculum eſt? Non intellexit ſapiens Sadeel myſterium à Græcis dici, quod Latini vocant Sacramentum: quod eſt viſibile ſignum inuiſibilis gratiæ. Illud quidem quod eſt in abdito, eſt ſpirituale & intellectibile. Dicit Auguſtinus Eccleſiam eſſe vnum corpus Chriſti, propter vnitatem communionis ſacrorum, quæ quidem conſtat ex re ſenſibili & gratia ſpirituali. In vetere Teſtamento omnia erant myſtica & tamen viſibilia. Dicitur autem corpus myſticum, vt admoneamur non eſſe hærendum in verbo corporis ſymbolicè poſito. Quia ſicut caput eſt principium ſenſus: ſic ex Chriſto capite myſtico corporis miſtici totum corpus miſticum compactum & connexum per omnem iuncturam, & quæ ſequuntur, ſymbolicè & myſticè ſcripta. Epheſ. 4.*

Pag. 92.

SADEEL. Excutiamus hanc ridiculam Turriani reſponſionem. Vocabulum hoc *Myſticum* ita latè ſumit, vt non tantùm ſigna & ſacramenta tum veteris, tum noui Teſtamenti: ſed etiam quæ ad ſacros vſus adhibentur myſtica appellet: ac velim id à Turriano ſubiectis aliquot teſtimoniis comprobatum. Ego verò tametſi non libenter de vocabulis diſputo, poſſum tamen affirmare, non eo ſenſu *Eccleſiam* dictam fuiſſe *corpus myſticum Chriſti*. Turrianus *agnum paſchalem, petram* & reliqua eiuſmodi, *itemque aquam Baptiſmi appellat myſticam, propter rei ſpiritualis ſignificationem*. Sed *Eccleſiam vocari, myſticam*, ne fando quidem auditum eſt. Nec enim dicimus *Eccleſiam eſſe myſticam*, ſed *Eccleſiam eſſe myſticum Chriſti corpus*. Nempe vt diſcernamus *myſticum corpus* à corpore naturali. Iam ſi propriè loqui volumus. Cùm nullum aliud corpus viſibile ſit, quàm corpus naturale & phiſicum: efficitur *myſticum corpus* viſibile non eſſe. alioqui non iam dicendum *myſticum*, ſed naturale. Quinetiam ſi ſeipſum audiat Turrianus, ſatis nobis aſſentitur. Agnoſcit enim *vocabulum corporis ſymbolicè hîc eſſe poſitum, & Apoſtolum de corpore differentem, ſymbolicè & myſticè ſcripſiſſe*. Fatetur ergo non eſſe viſibile corpus. Sic cùm Chriſtus diceret, *Ego ſum panis viuus*: Chriſtus quidem videbatur, panis autem non videbatur, ſed intelligebatur, quia vocabulum panis non propriè, ſed ſymbolicè fuerat vſurpatum. Atque vt *de Eccleſia* loquamur, homines fideles, ex quibus conſtat Eccleſia, ſunt quidem viſibiles, quatenus homines: ſed ſi propriè loquimur, non ſunt viſibiles, quatenus ſunt membra corporis Chriſti: nec ipſa Eccleſia viſibilis eſt, quatenus eſt corpus Chriſti, alioqui eſſet ipſum naturale Chriſti corpus, vt antè dictum eſt. Corpus igitur Chriſti myſticum eſt inuiſibile, vt nos verè & propriè diximus. Quinetiam, ſi quando fortè dicatur, *corpus myſticum Chriſti die nouiſſimo futurum viſibile*, id dicitur impropriè, & ita intelligendum eſt, tum viſibilem futuram congregationem omnium electorum, qui corpus Chriſti myſticum appellantur. Atq; vt hæc noſtra ſententia ſit dilucidior, res paulò altiùs repetenda eſt. Quum refellerem hoc Monachi connexum: *Eccleſia Catholica eſt vnum corpus viſibile: ergo vnum caput viſibile habeat neceſſe eſt.* Dixi, *nuſquam in ſacris literis, Eccleſiam vocari corpus, niſi reſpectu Chriſti* (neque Turrianus tulit inſtantiam) *adeò vt Eccleſia ſit vnum corpus ſub vno capite Ieſu Chriſto*: addidi etiam, *Eccleſiam à piis maioribus non tantùm vocari corpus, ſed etiam corpus myſticum*. id quod debuerit Turrianum à craſſo illo & viſibili errore de viſibili Eccleſiæ capite, reuocare. Quid hîc Turrianus? nempe me pro ſua ſcilicet ſapientia rerúmque ſacrarum intelligentia, docet *myſterium Latinè dici Sacramentum: & quod myſticum dicitur, non propterea eſſe inuiſibile: profertque definitionem Sacramenti*. Quod qua ratione propoſitæ quæſtioni accommodari poſſit, ipſe viderit. Nam ad me quod attinet, nuſquam legi *Eccleſiam eſſe ſignum corporis Chriſti, ſed eſſe Chriſti corpus*: *Atenim*, inquit, *quod eſt abditum, illud dicitur ſpirituale, & intellectile.* Bene eſt: & addo: propter id quod eſt intellectile, aliquid dici myſticum, non autem propter id quod viſibile eſt. Nunc igitur quæramus quare *Eccleſia dicatur vnum corpus Chriſti*. Sic igitur Paulus vſurpans vocabulum *myſterij*: *Membra ſumus*, inquit, *corporis eius ex carne eius, & ex oſſibus eius: propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Myſterium hoc magnum eſt: loquor autem de Chriſto & de Eccleſia.* Hæc Paulus, qui coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, dicit eſſe miſterium ac proinde ex verbis Pauli concludo, illam vnitatem, qua Eccleſia eſt vnum corpus Chriſti, eſſe myſticam. Quæro nunc an arctiſſima hæc coniunctio ſit viſibilis an inuiſibilis. Non dicet Turrianus eſſe viſibilem, qui Chriſtum agnoſcit pro eo capite Eccleſiæ, quod inuiſibile eſt, ac propterea ei ſubſtituit Romanum Pontificem, pro viſibili capite. Itaque ſi cum Apoſtolo loquamur, dicemus, id quod eſt myſticum, hoc eſt,

in

Iohn.9.

Eph.5.

in quo eſt myſterium, & cuius ratione myſticum eſt, eſſe inuiſibile. Ex quo efficitur, verum id eſſe, quod diximus, non autem ridiculum, vt dixit Turrianus, cui veritas ipſa ridicula eſt. Etenim nemini præterquam hodiernis monachis dubium vnquam fuit, *Eccleſiam dici vnam, propter fidei & charitatis arctiſſimam coniunctionem.* Sic enim Cyprianus: *Deus vnus eſt,* inquit, & *Chriſtus vnus, & vna Eccleſia eius, & fides vna, & plebs in ſolidam corporis vnitatem concordiæ glutino copulata.* Item: *Paulus ſacramentum vnitatis oſtendit, dicens: vnum corpus, vnus ſpiritus, vna ſpes vocationis veſtræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus: quam vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maximè Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus, vt Epiſcopatum quoque ipſum vnum atque indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida præuaricatione corrumpat.* Hæc Cyprianus, quem vtinam audiat Turrianus. At rurſus obiicit Auguſtinum, quaſi dixerit *Eccle. eſſe vnum corpus Chriſti, propter cõmunionem Sacramentorum.* Sed ſuo more corrumpit Auguſt. qui non ibi quærit quomodo ſit vnum corpus Chriſti: ſed quomodo in vna Eccleſia reprobi cum electis eſſe videantur, licet non ſint: quem locum antè tractauimus. Verùm hic ſe ſiſtat Auguſtin. & errores Turrianicos abs ſe ſuis ipſe verbis depellat, nobiſq; explicet, quidnam ſentiat *de Eccleſiæ vnitate. Non exiſtimo,* inquit, *quenquam ita deſipere, vt credat ad Eccleſiæ pertinere vnitatem eum qui non habet charitatem, &c.* Hæc Auguſt. cui Turrianus, longè poſtea naſciturus in mentem venire non potuit. Et alibi: *Patitur aliquis. Si doles pro illo, in corpore Eccleſiæ conſtitutus es: ſi non doles, præciſus es: charitas enim quæ colligit & viuificat omnia Eccleſiæ membra: ſi te videris de alterius ruina gaudere, ſtatim te præcides à corpore. Et fortè iam ideo non doles, quia præciſus es. Si in ibi eſſes, ſine dubio doleres.* Et alibi, de falſis Chriſtianis. *Qui intus videntur,* inquit, *ab illa inuiſibili charitatis compage ſeparati ſunt.* Sed fortaſſe Turr. libentiùs audiet Tho. quippe Monachus Monachum, quem etiam in hoc libro ſæpe laudauit. Sic igitur Tho. *Vnum corpus ſumus, inquit Paulus, Rom. 12. huius autem corporis myſtici eſt vnitas ſpiritualis, per quam fide & affectu charitatis inuicem vnimur, & Deo: Secundum illud Eph. 4. Vnum corpus & vnus ſpiritus.* hæc Tho. qui etiam alibi *corpus myſticum Chriſti, hoc eſt, Eccleſiam vocat corpus ſpirituale:* quippe rationem myſtici corporis Chriſti meliùs intellexit, quàm Turrianus. Sed iam audiamus quemadmodum noſter Monachus ſeipſum refellat. Sic enim exponit *cur Eccleſia dicatur corpus myſticum: vt admoneamur,* inquit, *non eſſe hærendum in verbo corporis ſymbolicè poſito.* Rectè id quidem: *Tum nos reuocat ad Chriſtum caput: ex quo,* inquit, *totum corpus myſticum compactum & connexum augmentum corporis facit in ædificationem ſui, in charitate, &c.* Epheſ. 4. Nunc igitur ſuis etiam monitis aures præbeat Turr. nec hęreat in verbo corporis ſymbolicè poſito, ſed accedat ad *corpus myſticum*, quale deſcripſit Apoſt. tum nobis definiat, an illud corpus myſticum, ſit viſibile, necne. Et rurſus, quod illi magis dolebit, videat, quid loci reliquerit ſuo Pontifici. Sic enim quęro: *corpus illud viſibile* (vt monachus loquitur) *cuius Romanus Pontifex eſt caput, eſtne myſticum corpus, an ſecus? Si non eſt myſticum, non eſt igitur Eccl. Catholica: quam eſſe corpus myſticum ſimul & viſibile Turr. affirmauit. Si myſticum eſt, ergo nihil habet rei cum Pont. Rom. qui non infundit vitam*

De vnit. Eccl.

Contra. Creſcent. Gramm. li. 1. c. 29.

50. hom. Ioann. 15.

De Bapt. contra Donat. l. 3. c. 19.

In cap. 12 Ep. ad Rom.

In expoſ. ſym.

corpori, nec eſt principium ſenſus, ſed ad Chriſtum deueniendum eſt, ex quo totum corpus myſticum compactum & connexum eſt, & à quo vitam haurit, vt ſenſus humani corporis manant à capite, quemadmodum nobis expoſuit Turrianus: Iam profectò ſapiens, quippe ſeipſum, ſuoſque errores, Scriptura duce, nobis etiam tacentibus, refellens, & iis ſubſcribens, quæ dixit Auguſtinus his verbis: *vt animæ, quæ conſulit corpori quodammodo perſonam ſuſtinet caput, ibi enim omnes ſenſus apparent: ſic vniuerſo populo ſanctorum, tanquam vni corpori, caput eſt mediator* Dei *& hominum, homo Chriſtus Ieſus.* Hæc ille.

De Ago. Chriſti. c. 20. in pſ. 37.

TVRRIAN. *Eccleſia Catholica, quæ vna eſt complectens omnes qui ab initio fuerunt cœtus colentium Deum, pro ea parte quæ in terris eſt, viſibilis eſt & mixta ex bonis & malis, pro ea verò quæ in cælis, inuiſibilis: non iam duæ, ſed vna tota, partim viſibilis & partim inuiſibilis.*

SADEEL. Iam ſe reuocat Turrianus, *qui ſimpliciter dixerat Catholicam Eccleſiam eſſe viſibilem:* nunc enim *ait totam eſſe partim viſibilem, partim inuiſibilem,* quod loquendi genus, *totam partim viſibilem,* ne quid diſſimulem, nouum mihi viſum eſt. Verùm vt vt eſt, ego inde concludo, Catholicam Eccleſiam non eſſe viſibilem: quia non eſt tota viſibilis. Nec poteſt eſſe Catholica, niſi ſit tota. Quia verò fatetur *Eccleſiam eſſe viſibilem ex parte:* vt, & melius ſentiat, & apertiùs loquatur, moneo vt ita dicat: Eccleſias particulares, quæ ſunt partes Eccleſiæ Catholicæ, eſſe viſibiles. Ac tum inter nos conueniet.

Pag 96.

TVRRIAN. *Ridiculum eſt etiam quod dixit Sadeel malus Catechiſtes: Non ea credi, quæ ſunt viſibilia: nos autem credere Eccleſiam Catholicam. Nos enim ita dicimus in Symbolo: Credo ſanctam Eccl. Catholicam. Sanctificatio autem eſt res ſpiritualis, & creditur per fidem. Sed Sadeel ignorat rudimenta Catecheſis.*

SADEEL. Videamus num illa ipſa rudimenta Turrianus ipſe ſatis perſpecta habeat, *qui verbum credendi in ſymbolo non referat ad Eccleſiam, quatenus eſt Eccleſia, ſed quatenus Eccleſia eſt ſancta.* Verumenimuerò, vt ad alia, nempe Philoſophiæ, rudimenta redeamus: quæ ſunt quæſtiones inter ſe differentes, an ſit, & quale ſit. Quamobrem ſi quærerem ex Turriano, credatne Eccleſiam Catholicam eſſe: obſecro, quid mihi reſponderet? Si non credit eſſe, infidelis eſt. Si credit eſſe, nobis dat manus. Nam viſibilia non creduntur. Sic enim dicendum eſſet Turriano, video Eccleſiam Catholicam, non autem credo. At nos quantulicunque ſumus Catechiſtæ, hæc duo ſimul credimus, & credenda eſſe dicimus: nempe *Eccleſiam Catholicam eſſe, & illam ipſam Eccleſiam eſſe ſanctam.* Itaque in Symbolo Nicæno ita ſcriptum eſt, *Credo vnam ſanctam & Apoſtolicam Eccleſiam.* Sed bene habet, quod tandem aliquando confeſſus eſt Turrianus, *ſe credere Eccleſiam Catholicam eſſe ſanctam, ac proinde non conſtare ex electis & reprobis,* quod tamen centies repetit in hac diſputatione. Nam reprobos eſſe ſanctos, puto non dicturum.

TVRRIAN. *Fatetur Sadeel quod volumus, Nempe, reprobos ad tempus eſſe in Eccleſia, neque tamen eſſe de Eccleſia: quod etiam dicimus.*

SADEEL. *Fatetur Sadeel reprobos eſſe mixtos cum electis in hac vel illa Eccleſia viſibili,* hoc eſt, in omnibus Eccleſiis particularibus & viſibilibus, in quibus non negat Sadeel quin reprobi ſint, *ſed negat eos eſſe in Eccleſia*

Cath. quæ eſt corpus Chriſti, licet videantur eſſe, propterea quòd reperiuntur in viſibilib. Eccleſiis. Quomodo verò Turrianus exiſtimet, *reprobos eſſe in Eccleſia Cath. quæ eſt corpus Chriſti myſticum, & non eſſe de illo corpore*, fateor me non intelligere. Nam ſi hæc propoſitio vera eſt: *corpus myſticum Chriſti conſtat ex electis & reprobis* (quæ Turriani eſt ſententia) certè reprobi ſunt de corpore illo myſtico: quia ſunt pars illius corporis: partes autem ſunt totius partes: vt & totum conſtat ſuis partibus. Ex quo fit, vt bonus iſte diſputator ſimul neget & affirmet, *reprobos eſſe de Eccleſia*. At nos hac Pauli machina, vno verbo diruimus craſſam illam molem verborum ſimul & errorum Turriani: *ex quo* (nempe Chriſto Eccleſiæ capite) inquit Paulus, *Totum corpus compactum & connexum augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate*. Nonne hîc loquitur Apoſtolus *de corpore myſtico?* certè. Si ergo totum corpus myſticum augeſcit in charitate, & nulli reprobi in charitate augeſcunt: certè reprobi non ſunt membra illius corporis. Ac proinde ex his corpus myſticum non poteſt conſtare. Quamobrem hæc Turrianica ſomnia *corpus Chriſti conſtare ex membris tum viuis, tum mortuis*, quæ identidem repetit in hac diſputatione, ſunt impia, neque legi vel audiri poſſunt ſine horrore, quantumuis licet Albertus Hungerus procancellarius illis ſubſcripſerit. Ephes. 4.

TVRRIAN. *Dicet natura & naturæ venator Philoſophus, non poſſe multa ſuppoſita fieri vnum, niſi vnitate formæ: & vnitatem formæ non poſſe, niſi in vnitate ordinis: ſicut eſt forma multitudinis ordinatæ in Eccleſiis particularibus. Rurſus Eccleſiæ particulares, quæ ſunt tanquam multa ſuppoſita, non poſſunt fieri vnum, niſi vnitate formæ & ordinis, quam tribuit congregationi omnium Eccleſiarum vnus primus Epiſcopus. Catholica Eccleſia differt à particularibus, vt Ba differt à B & A. Sed Sadeel eſt aſpis ſurda, quæ ſecundùm Prophetam obturauit aures ſuas.* Pag. 102.

SADEEL. Quandoquidem *me cum aſpide comparas*, ſaltem debuit addere quod ſequitur apud Proph. *Ne exaudiat vocem incantantium*. Ego verò non ſum aſpis, ſed ſum ex eorum numero, qui (quantum Dominus concedit) erroribus obſiſtunt, & (vt cum Epiphanio loquar) *Euangelii calceamento Scolopendram conculcant*. Sed vt iam expendamus argumentū Turriani, mirum ſanè eſt hoc philoſophandi genus, quo Turrianus non naturæ ſe, ſed prædæ Pontificiæ venatorem eſſe nobis abundè teſtatus eſt. At n. docet cùm natura, tū Philoſophia, multa ſubiecta fieri vnum ratione formę & quidditatis, quę per definitionem explicatur & ſoluitur. Itaq; hîc Paulus, Petrus, & Ioan. vnū fiunt ratione quidditatis in eſſentiali forma & ſpecie, nempe quia sūt homines, & ea ratione illi tres vniuntur. Forma verò illa non eſt viſibilis, quia ſpecies eſt *Vniuerſale* (non *Totum*, vt paſſim loquitur & imperitè) Et, *Vniuerſalia* non videntur. Sed iſte nouus, tum Philoſophus, tum Theologus, *Eccleſiam metitur ex ratione compoſiti Phyſici materia conſtantis, & exteriori forma*, adeòque ordinem cum eſſentiali forma confundit, & ſemper hæret in ſuis formis externis, in ſuis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Cardinalibus, & inprimis in ſuo Baba (Papam dicere volui) qui eſt iſtarum formarum effector & donator, vel potius (quod formarum artificibus vſu venit) venditor. & ſi Psal. 57.

Deo placet, *vocat illas formas, ordinem, cùm eas potius rerum humanarum & diuinarum perturbationem appellare debuerit.* Itaque petit principium, ſua non confirmans, ſed repetens. Nos autem iis ſtamus, quæ in ſumma ſuperiore à nobis dicta ſunt *de forma exteriore*, & in loco Scripturæ. 3. ſect. 19. vbi lector videbit ſyllabicum hoc argumentum à nobis refutari. Denique cùm illa ſimilitudo literarum accommodanda ſit rebus materiatis (vt ex Philoſopho perſpicuum eſt) quomodo ſibi conſtat Turrianus, qui libri ſui tertij bipartiti pag. 116. opponit materiatum myſtico?

Pag. 103. TVRRIAN. *Dicit Sadeel Auguſtinum locum 1. ad Cor. 5. 12. Non poteſt caput dicere pedibus, non eſtis mihi neceſſarij, &c. ad Chriſtum caput retuliſſe: falſum eſt. Idem Auguſtinus teſtis citatus à Sadeele ep. 48. eundem refutat his verbis: Eccleſia eſt, quæ intra ſagenam Dominicam cum aliis piſcibus natat, à quibus corde ſemper & moribus ſeparatur. Ecce Sadeel dat quod volumus.*

SADEEL. Locutus ſum de ipſo Pauli loco 1. Cor. 12. non autem de ſingulis verbis. Atque vt manifeſtum ſit, rectène dixerim, Auguſt. locum illum Pauli ad Chriſtum retuliſſe, audiantur ipſius Aug. verba. *Quum*, inquit, *dixiſſet Apoſtolus, diuiſiones donationum ſunt, continuò ſubiicit, Idem autem Spirit. Item, cùm ipſas donationum diuiſiones commemoraſſet, Omnia autem hæc*, inquit, *operatur vnus atque idem Spirit. diuidens propria vnicuique prout vult, &c. Illæ verò diuiſiones dictæ ſunt membrorum in corpore. quia non idem valent aures quod oculi, atque ita membra cætera diuerſis officiis concorditer diſtributa, & huius corporis caput eſt Chriſtus.* Hactenus Auguſt. Sed quia locum hunc intelligere non potuit Turrianus, agè vt illi gratificemur, alium eiuſdem In Pſal. 87. Auguſt. locum ſuperiori adiungamus. Sic igitur ille, *Oculos ſuos dixit membra*, 1. Cor. 12 inquit, *quæ in ſuo corpore, cui caput eſt, ipſe clariora, eminentiora, & præcipuè diligebat: de quo corpore Apoſt. & de noſtro corpore ſimilitudinem adhibens, ait: Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum corpus auditus, vbi corpus? Nunc autem multa membra, vnum autem corpus. Non poteſt dicere oculus manibus, opus vobis non habeo, &c. Quid autem his verbis vellet intelligi, euidentiùs expreſſit dicens, Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra.* Sic me Auguſt. à Turriani calumnia vindicauit. Porrò, Chriſtiane lector, habes plenam tractationem huius loci Apoſtolici loco ſcripturæ 7. Sed ecce, me profuſæ & ſummæ prodigalitatis accuſat Turrianus, quum dicit, *me id ſibi dare quod vult: & ſimul Auguſt. meum* (inquit) *teſtem, mihi opponit*. Quare nunc paucis verbis danda eſt opera, vt quod nemine dante, ſed per vim ac nefas ſibi rapuit, iam nobis reſtituat: ipſo etiam Auguſt. non ſolùm teſte, ve- Epiſt. 48. rumetiam iudice. *Eccleſia*, inquit Auguſt. *intra ſagenam Dominicam cum aliis piſcibus natat, à quibus corde & moribus ſeparatur*. Ergo, inquit Turrianus, *Eccleſia continet bonos & malos*. Itane tandem? Ego verò potius colligo ex Auguſtini verbis, *Eccleſiam commiſceri cum malis intra ſagenam Dominicam*: cuius ſagenæ nomine intelligo vocationem generalem, quæ fit Euangelica prædicatione. Monachus autem in his Auguſtini verbis, *ſagenam exponit Eccleſiam*: quod perinde eſt, ac ſi diceret Auguſt. Eccleſiam natare intra Eccleſiam, quo nihil vnquam ineptiùs, nihilque magis Turrianicum, aut, vt Turriani verbis vtamur, magis ridiculum dici potuit. Longè igitur meliùs Auguſt. qui poſtquam de electis loquutus eſt, ſtatim ſubiicit: *Ipſa eſt*, inquit, *Eccleſia, quæ intra ſagenam Dominicam cum aliis piſ-*

cibus natat, à quibus corde ſeparatur. Vbi duo vides, Chriſtiane lector: vnum *Eccleſiam eſſe electorum*: alterum, *reprobos non eſſe in vnitate Eccleſiæ*: cuius vtriuſque propoſitionis, Turrianus contradictionem propoſuit. Maneat igitur ſuus ſplendor Auguſtino, quem fruſtra ſuis tenebris Monachus obſcurare conatus eſt.

Pag.111.

TVRRIAN. *Obijcit Sadeel, me conſummationem ſanctorum includere in præſenti vita, cùm ſit in futuro ſeculo conſtituenda. At ignorat rationem vocabuli Græci, quo vſus eſt Paulus Eph.4. Nam καταρτισμὸς eſt perfectio, quæ non adhibetur, niſi cùm aliquid deeſt. In ſupera autem & cæleſti Eccleſia, nihil deeſt vlli, nec ibi fit huiuſmodi conſummatio ſanctorum. Paulus ad Hebræos loquens de conſummatione futura per reſurrectionem, vſus eſt alio verbo, τελειωθῶσι, inquit. Ad Gal.6. καταρτίζετε, hoc eſt, inſtruite.*

Epheſ.4.

SADEEL. Paulus in Epiſt. ad Epheſ. apertiſſimè diſtinguit inſtrumenta & media ab ipſo fine & perfectione Eccleſiæ. *Dedit*, inquit, *Apoſtolos, Prophetas, Euangeliſtas, Paſtores, Doctores, &c. Donec euadamus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, ad menſuram ſtaturæ adulti Chriſti.* Hæc Paulus. De hoc vocabulo, καταρτισμὸς, deq; genuina eius interpr. nullam litem moui: ſed cum Turrianus ex veteri interprete *conſummationem* dixiſſet: obieci illi vim huius vocabuli, quod vſurpabat, quandoquidem Eccleſiæ conſummatio non eſt huius vitæ terminis includenda. καταρτισμὸν, noſter interpres doctiſſimus, vertit *coagmentationem*, vt & in 1.Cor.c.1,10. quòd hoc vocabulum propriè ad qualitatem diſcretam pertineat. Qua de re nolo nunc agere pluribus. Hoc enim vnum vrgeo, Eccleſiæ Cat. abſolutam perfectionem, ſiue conſummationem, non eſſe in hac vita. Alioqui quorſum illud Pauli? *Nos ipſi*, inquit, *qui primitias Spiritus habemus, apud nos ipſos ſuſpiramus adoptionem expectantes, id eſt, redemptionem corporis noſtri.* In hac quidem vita proponitur Euangelica prædicatio & ea media adhibentur, quibus ad illam perfectionem totis animi viribus contendimus, qua tandem in cœleſti vita perfruemur: & quamdiu viuemus ſemper iactabimur fluctibus, donec ad æternæ felicitatis portum appulerimus. Quamobrem Paulus exclamabat, *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et alibi agnoſcit, *ſe nondum metam apprehendiſſe.* Et dies Domini nobis proponitur, tanquam plena & abſoluta perfectio 1.Corin.1. verſ.8. Eph. 4. verſ.30. Phil.1. verſ.10. 1.Ioan.4. verſ.17. & ſimilia ſexcenta, quibus confirmatur quod alibi dicit Paulus: *Qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Ieſu Chriſti.* Verùm, quid pluribus moror? locutus ſum de totius Eccleſiæ abſoluta perfectione poſt Paulum, qui in illo loco ad Epheſios eandem proponit, in hac profectò vita non abſoluendam, vt perſpicuum eſt ex his verbis, *Donec occurramus omnes.* Item: *In menſuram ſtaturæ adulti Chriſti.* In Epiſt. ad Heb cap.11. hæc verba, *Vt ſine nobis non conſummarentur*, refert Turrianus *ad diem nouiſſimum*: quod ſi ita eſt, cur idem vocabulum *conſummandi* in hoc Pauli loco, ab eodem interprete quem ſequitur, vſurpatum, non eodem modo intelligit? *Aliud eſt verbum Græcum*, inquit. Certe: ſed ego ex vocabulo Latino, à te vſurpato, fueram argumentatus. Sed omnino nobis ſufficit, quòd noſtræ ſententiæ veritas, tum hoc loco, tum aliis à nobis citatis, abundè confirmatur. *Verbum*,

Rom.8.

Rom.7.

Phil.3.

Phil.1.

inquit, *nihil deest in superna ciuitate*. Nempe quia illic est consummatio, non facienda, sed facta: quod elegantiſſimè expreſſit Apoſtolus his verbis: *In hoc suſpiramus*, inquit, *expetentes, domicilio noſtro, quod è cælo eſt, ſuperindui: Siquidem etiam induti, non nudi, reperiemur*. Ecce, quomodo neq; nudi, ex hac vita egredimur, & tamen plenè induimur in æterna vita. Sed de hac re nimis iam multa. Vnum hoc obiter addemus. Quum *Eccleſiæ Cathol. conſummationem* in hac vita Monachus includit, eum fidem abrogare Papiſticis omnibus Indulgentijs. Nam ſi Romanus Pontifex eſt caput viſibile Eccl. Catholicæ, cuius conſummatio in hac vita includitur, vt vult monachus, nihil ergo iuris habet poſt hanc vitam, niſi fortè eius poteſtatem vltra ipſam conſummationē extendere velit Turr.

2. Cor. 5.

Pag. 114. **Tvrrian.** *Dicit Sadeel rationem concluſionis, pro concluſione rationis.*

Sadeel. Nouum crimen, ſcilicet! Atenim ſi quid id ad rem pertineret, dicerem, vtroque modo Ciceronem loquutum eſſe in libris de finibus & de Diuinatione. Quare peto à te, Alberte Hungere, Turriani cenſor & approbator, vt interdicas Turriano, ne poſthac nobiſcum de Grāmatica diſputet, aut ſaltem expectet, dum melius verſatus fuerit in lectione Ciceroniana.

Pag. 116. 118. **Tvrrian.** *Dicit Sadeel non extare nomen Capitis in Scriptura de alio, quàm de Chriſto. Satis eſt modò res ipſa ſit in Script. Petrus dicitur fundamentum, ergo caput. Moſes fuit fundamentum Moſaicæ hierarchiæ, ſiquidem fuit caput illius; nec propterea Deo derogauit. Sciat Sadeel, ſe contra Leon. magnum ſcribere. Siquid habet graue, firmum, ſerium, & eruditum ad confutanda hæc, reſpondeat: ſin minus, taceat, vt ei & nobis melius conſultum ſit.*

Sadeel. *De fundamento & capite Eccleſiæ* tota hæc inſtituta eſt diſputatio, ad quam pios lectores remittimus, vt videant quàm imperitè Turrianus tum à capite, tum à fundamento ratiocinetur. *Argumentum* autem *à Moſe ad Pontificem Romanum* repudiamus. Rectè Chryſoſtomus: *Moſes*, inquit, *figura erat Chriſti*. Nihil porrò legimus factum à Petro quod ad Moſis principatum vel tantulum accedere videatur. Sed de hac re diſputauimus in poſteriori parte noſtræ reſponſionis loco *Sect. 8.* lectio. De magno Leone, ſatisq; deq;. nam Paſtorū Eccl. Chriſti hoc munus eſt, Leonibus, etiam maximis, reſiſtere, vt Dominicum gregem tueantur.

Homil. de S. ſancto.

Hæc habui, quæ ad tertium Turriani librū Bipartitum, quantum res poſtulare viſa eſt, reſponderem: idq; adeò, vt lectoribus ad ea quæ ſequuntur facilior aditus pateret. Quanti autem ponderis noſtra hæc reſponſio eſſe debeat, ad eos refero, qui ſacroſanctum Dei verbum humanis ſomniis preferunt. An verò Turriano melius noſtro ſilentio conſultum eſſe poſſit, ipſe viderit. Certè valuimus nobis & priuatæ quieti, noſtro ſilentio conſulere, ſi quantumuiſcumq; iſte noſter hic labor poſſit vlla ratione Eccleſiæ Dei ſeruire, cui iampridem [illegible] conſecrauimus. Ad extremum, ne planè id, quod tuo neglexeris, à nobis neglectum eſſe conquerare, te appello, F. Turriane, & obteſtor per ſacrum Ieſu Chriſti nomen, quod vos recentiores Monachi perperam & falſò prætexiſtis, & ad quod ipſæ inferorum poteſtates contremiſcunt: exurge tandem è ſomno illo Pontificio, lucemque Euangelicam tibi oblatam intuere: & quo nos animo pacato ad Tertium tuum librum reſpondimus, eo pacato item ac tranquillo animo perlege: ne te vel amor tui Pontificis, vel odium noſtri, vel vlla alia animi perturbatio impediat, quò minus veritatem mendacijs omnibus anteponas.

ponat. Quod si feceris, & tunc demum tibi præclarè consultum erit, & (vt hanc nostram responsionem Augustini suis verbis concludam) quum animositatem, qua teneris, viceris; tunc veritatem poteris tenere, qua vulneraris.

CENTVM FLOSCVLI TVRRIANICAE DISPVTATIONIS

ex vtroque eius libro decerpti, & in Iesuitarum gratiam collecti.

TAnta fuit F. Turriani loquacitas, vt etiam vtriusque libri sui margines ineptis ac ridiculis notis onerarit: cuiusmodi sunt hæ: *Quomodo Antonius nescit quid sit esse monachum.* Item: *Quomodo paralogizet Antonius.* Item: *Quomodo Antonius Scripturam delirando deprauat:* & sexcentæ eiusmodi nugæ, quas ille tanquam suæ disputationis *Corollaria* proposuit. Nos igitur vicissim proferimus Centum Flosculos ex vtroque eius libro collectos, & ex aliis innumerabilibus decerptos, ipsius inscitiam redolentes: vt ita lectores habeant quandam recapitulationē Turrianicæ disputationis, & magis magisq; videant: Quomodo F. Turrianus Iesuita locos Scripturæ corruperit, Pontificios errores nouis erroribus cumularit, Philosophiæ ac arti peritè disserendi illuserit, argumenta proposuerit Andabatarum more mutuis sese vulneribus confodientia: denique, quomodo suam tum in Theologia, tum in arte disserendi inscitiam prodiderit.

Primus Flosculus.

Hæc verba Pauli. 1. Timoth. 3. Ecclesia est domus Dei, columna & fundamentum veritatis: non sunt intelligenda de Ecclesia electorum, quæ inuisibilis est, nam de Ecclesia visibili dicta sunt. l. 1. p. 12.

Error in Theologia: opponit enim Ecclesiam visibilem Ecclesiæ electorum, & domum Dei atq; fundamentum veritatis alibi quàm in electis constituit.

2. *Ecclesia visibilis dicitur fundamentum & columna veritatis, propter fidem quam cordis & ore visibili profitetur & prædicat: quæ fides ita firmat Ecclesiam credentium, vt portæ inferi nunquam aduersus eam præualeant. lib. 1. p. 14. Primus autem gradus est viuere in Ecclesia visibili, quod est fieri in area triticum & non paleas. p. 13. 14.*

Andabatismus Turrianicus. Nam fides cordis non est visibilis. *Alius pariter* Andabatismus Turrianicus. Nam esse triticum in area, & non paleas, electorum est proprium. Matth. 3. v. 12.

3. *Apostolus 1. Tim. 3 Meminit de Ecclesiæ columna & fundamento veritatis vt Timotheum admoneret de ædificatione Ecclesiæ super Petram fundata, vt si quando opus esset, & de aliquo dogmate certum habere vellet, adiret petram illam exemplo*

exemplo ipſius Pauli lib.1.p.15.

Error craſſiſſimus & manifeſta corruptio loci Apoſtolici; dicit enim Paulus Eccleſiam columnam, non Eccleſiæ columnam. *Eſt etiam* error in Theolog. refutatus Gal. 1.v.16.17.& 2. Cor.11.v.5.

4. *Gal.2. Iacobus & Cephas & Ioannes qui videbantur eſſe columnæ, &c. ſic Eccleſia quæ dicitur columna veritatis eſt Eccleſia viſibilis. lib.1.p.16.*

Error in Grammatica: nam *videbantur* non refertur ad ſenſum corporis.

5. *Gal.2. Iacobus & Cephas & Ioannes, &c. Paulus non obſcurè ſignificauit dignitatem gradus Petri, cum eum locauit medium & Cephas vocauit: in cuius tantæ fuit authoritas approbandi Pauli prædicationem, qui hoc fecit adhibitis duobus ex primariis Apoſtolis in conſilium. Sic Rom. Pontifex de maioribus cauſis decernit in collegio Cardinalium, &c. lib.1. pag. 16.*

Ridiculum conſequens ex ſitu Geometrico petitum. *Item* error in Theolog. cuius contradictionem habes Gal. 1. v. 16.17. Similitudo etiam in rebus non tantùm diſſimillimis ſed etiam planè contrariis.

6. *Cant.5. Crura eius columnæ marmoreæ quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Ergo hæc verba Pauli 1. Timoth.3: Columna & fundamentum veritatis de Eccleſia viſibili ſunt intelligenda. lib.1.p.19.*

Corruptus locus. Nam loquitur de Chriſto ſponſo: atq; id totum intelligendum eſt myſticè & ſpiritualiter ac proinde nihil iuuat Eccleſiam verè viſibilem de qua Turrianus agit.

7. *Fatemur Eccleſiam iuſtorum verè & propriè eſſe Chriſti ſponſi Eccleſiam & corpus, & hanc ab eo diligi; iniuſtos verò non ſic eſſe Eccleſiæ Chriſti ſed membra eius mortua & ei odioſa. lib.1. pag.30.*

Error in Theolog. refutatus Epheſ.5.v.29.

8. *Menſura verò eſt prior menſurato: quia vt dicit Ariſt. Relata eſſe naturâ ſimul dicit, inquit, in omnibus videtur eſſe verum ſimul eſſe naturâ vt in ſcibili & ſcientia. lib.1.pag.40. & 41.*

Error in arte diſſerendi refutatus ab Ariſt. in Cat. Relatorum & lib. 5. primæ Philoſ.

9. *Diſpoſitio, & forma Eccleſiæ noui Teſtamenti eſt vera Eccleſiæ ſubſtantia de qua Paulus Epheſ.4. Quoſdam quidem dedit Apoſtolos quoſdam autem Prophetas &c. 44. l.1. Sic Ariſt. dicit diſpoſitionem ligni in ianua eſſe formam liminis. p.43. & 44.*

Deprauatus Pauli locus: Non enim proponit formam quæ in Eccleſia permanere debeat: vt perſpicuum eſt ex Apoſtolis, Prophetis, & Euangeliſtis. *Eſt etiam* error in arte diſſerendi. Nam formam exteriorem cum interiori confundit & accidentis formam cum rei ſubſtantia.

10. *Iudicare, arguere, increpare ſolis Epiſcopis conueniunt. Itaque Lutheranos & Miniſtros Proteſtantium iudicamus ſecundum Scripturam 1. Cor.14. conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus &c. Quod autem eos maledictis inſectamur hoc item ſecundum Scripturam facimus. lib.1. pag.50. & 51.*

Hoc pertinet ad Epiſcopale ſupercilium, non ad diſputantis argumentum. *Præterea* Locus eſt Script. detortus adeóque ipſum Turrianum refellens, ab omnibus, inquit, non autem à ſolis Epiſcopis. Exempla etiam Script. perperam accommodata.

11. *Variæ autem Eccleſiæ ſunt totidem formæ quæ ad illam vnam Eccleſiam ab*

ab Adamo captam acceſſerunt: quare neceſſe eſt totidem ſpecies conſtituant. lib.1.p.52.

Flagitium, nedum error in Philoſophia. Nam vnius eiuſdemque rei plures ac varias formas eſſentiales conſtituit: adeòque ex variis eiuſdem rei ætatibus varias ſpecies comminiſcitur.

12. *Non tantùm particulares Eccleſiæ ſunt viſibiles, ſed etiam Eccleſia Catholica eſt viſibilis, quia aggregatio omnium ſingularium eſt quoddam totum ſenſibile, conſtans ex ſingularibus omnibus: exempli cauſa: omnium hominum vniuerſus numerus totum quoddam eſt, quod vocari ſolet integrale, conſtans ex omnibus ſingularibus hominibus, & eſt homo vniuerſaliter. lib.1.pag.60. & 61.*

Error in Philoſophia: Nec enim vniuerſale viſibile eſt, cùm non ſit extra mentem. Vide Ariſt. ilb 1. de anima. & prim. Philoſoph. l.3. & 8. *Eſt etiam* Error in Philoſophia. Nam confundit Speciem cum Toto integrali.

13. *Omne magis conuenit in quantitate diſcreta quàm totum. lib.1.pag.61.*

Peccatum in Philoſophia flagris etiam dignum. Nam totum dicitur de quantitate propriè: & omne de Genere & Specie.

14. *Luc.2. Exiit edictum à Cæſare Auguſto vt diſcriberetur vniuerſus orbis. At vniuerſus orbis erat viſibilis, nec tamen in vno loco: ita Eccleſia Catholica dicitur viſibilis. lib.1.pag.64. & 65.*

Locus perperam accommodatus. Nec enim orbis deſcriptio, fuit ipſe orbis viſibilis.

15. *Quemadmodum electi, etſi non ſunt congregati vno in loco, tamen eorum Eccleſia dicitur congregatio inuiſibilis: ſic Eccleſia vna Catholica etſi Eccleſiæ ex quibus conſtat non ſunt vno in loco congregatæ, dicitur tamen & eſt vna ex omnibus congregatio viſibilis. l.1.p.67.*

Error in arte diſſerendi. Nam quærit ſimile in rebus planè repugnantibus. *Alius* Error etiam in Grammatica quandoquidem particulam aduerſatiuam vſurpat pro cauſali.

16. *Omnes Eccleſiæ ſunt viſibiles. Omnes Eccleſiæ ſunt vna Eccleſiæ catholica. Vna igitur Eccleſia Catholica eſt viſibilis. lib. 1.pag.67.*

Error craſſus in arte diſſerendi. Nam iſte ſyllogiſmus peccat in materia & in forma: quia petit principium & concludit vniuerſaliter in tertia figura.

17. *Poſſe eſſe, ſublato ignorantiæ impedimento, puram doctrinam & adminiſtrationem Sacramentorum ex verbo Dei, eſt quidem ſubſtantiale Eccleſiæ, tanquam proprium eius. Proprium enim non eſt in ſubſtantia alicuius, ſed conſequitur ſubſtantiam. Quare vbicunque eſt Euangelij doctrina pura, ibi & Eccleſiam eſſe neceſſe eſt: non contrà. l.1.p.71.*

Error in Theolog. Nam poſſe purã doctrinam eſſe, non eſt proprium Eccleſiæ actu exiſtentis: ſed eſſe puram doctrinam, & adminiſtrationem Sacramentorum ex verbo Dei. *Præterea* Andabatiſmus Turrianicus. Idem enim affirmat eſſe ſubſtantiale & negat eſſe in ſubſtantia. *Eſt etiam* Error in arte diſſerendi. Nam proprium reciprocatur cum eo cuius eſt proprium. Eſt etiam contradictio Turrianica. Nam ſi vt proprium conſequitur ſubſtantiam: Ergo poſita ſubſtantia, conſequitur id quod eius proprium eſt.

18. *Dominus nomine tranſlato Simonē vocauit Petram, propter firmitatem fidei quam confeſſus eſt. l.1.p.74. Firmitas fidei Petri inſtar petræ ſolidiſſimæ, fuit Chariſma Petro donatum, pag.94. lib.1.*

Andabatiſmus Turrianicus: Nam firmitas fidei quam Petrus confeſſus eſt, eſt firmitas doctrinæ: at Chariſma eſt donum perſonale: nempe fides, virtus.

19. *Qui dicit fundamentum, dicit & firmamentum. At Paulus dixit Eccleſiam eſſe firmamentum & columnam veritatis, nec Chriſto derogauit. Ergo nec Chriſto derogat, qui dicit Petrum eſſe fundamentum. lib.1.p.77.*

Error in arte differendi. Nam hic Syllogiſ. peccat in materia & forma, quia argumentatur à Genere ad Speciem affirmatè: & concludit in 2. figura ex omnibus affirmatis.

20. *Act.15. In nobis, inquit Petrus, Deus elegit per os meum audire Gentes verbum Euangelij. Quòd ſi Petrus erat os, omnium Apoſtolorum, erat igitur eorum caput. Quis enim vnquam vidit os ſine capite? aut caput, ſine ore lib.1.pag.80.*

Error in arte differendi, in homonymia vocabuli, os.

21. *Luc.22. Rogaui pro te, &c. reputemus Chriſtum ſic precatum eſſe tunc: En Pater cœleſtis, promitto me ædificaturum Eccleſiam tuam & meam ſuper fidem Petri quam ei reuelaſti, tanquã ſuper petram: at firma fides inſtar petræ virtute propria Petri eſſe non poteſt: idcirco rogo Pater vt firmes eam virtute tua & mea quia erit tibi ouili præficiendus, id eſt quia dicetur ei, Paſce oues meas. lib.1.pag.91.*

Additamentum abſurdum. *Eſt etiam* Andabatiſmus Turrianicus. Nã fides quæ reuelata eſt, pertinet ad doctrinam, non ad donum perſonale, atque ita Sophiſta ponit quod vult tollere.

22. *Si Eccleſia eſt fundata ſuper confeſſionem Petri, ergo ſuper ipſum Petrum. nam confeſſio fidei à Petro edita, & Petrus illam confeſſionem edens, re & ſubiecto vnum ſunt, ratione tantùm differunt. l.1.p.91. & 92.*

Error in arte differendi, in homonymia. Confeſſio Petri ſignificat tum doctrinam quam confeſſus eſt Petrus, tum actum ipſum confeſſionis & actionem confitentis. Eſt etiam alius error: quia confundit Actionem cum Subſtantia.

23. *Cùm ipſa confeſſio, quæ eſt energia, non ſit ante operationem confitentis, neque poſt maneat: Ergo habet eſſe tantùm, in fieri, (vt dicunt,) Itaque Petri confeſſio nihil aliud eſt quàm Petrus confeſſionem edens. l.1.p.91. & 92.*

Andabatiſmus Turrianicus: Tollit enim quod toties affirmauit de Petro manente in Pontif. Rom. Habet, inquit, eſſe tantùm in fieri. *Eſt etiam* idem error qui ſuprà: Vt ſi quis dicat, Hanc ædificationem Architecti ædificantis, &, Architectum ipſum, idem eſſe.

24. *Petrum poſuit Chriſtus vt eſſet regula fidei orthodoxæ, de qua dixit Apoſtol. ad Philipp.3. & in eadem permaneamus regula. Si Scripturam ſolam fidei regulam in Eccleſia Chriſtus reliquiſſet, quid aliud quàm gladium Delphicum haberemus? quem (inquit Ariſt. in Politicis) fabri ærarij faciunt ob inopiam. lib.1.p.98.99.*

Andabatiſmus Turrianicus. Nam hæc regula non poteſt conſtitui in fide Petri, vt fides eſt virtus: ſed in doctrina. *Eſt etiam* locus corruptus Phil.3. loquitur enim Paulus de vnitate doctrinæ. *Eſt præterea* blaſphemia non ferenda aduerſus Scripturam Sacram. Vides. Tim.3. ver.15.16.17.

Miniſterium & miniſtrans relata ſunt. Quare Petrus cum miniſterio ſuo, ſicut Petrus miniſtrans eſt fundamentum Eccleſiæ. lib. 1. p. 120. & 121. 25.

Craſſus error in arte diſſerendi. Nam miniſtrans & miniſterium conſtituunt, non duos terminos, ſed vnum in Relatione. Vid. Philoſophum lib. 5. primæ Philoſoph.

Albedo cum pariete idem eſt atque paries albus: Sic fides Petri idem eſt quod Petrus habens fidem. ibid. 26.

Error in arte diſſerendi. Nam albedo dicitur eſſe non, cum pariete, ſed in pariete. Vide Philoſ. in Antepræd. Alius error ſup. notatur.

Petrus eſt caput, Super quod, tanquam ſuper petram ſurgit ædificanda & fabricata Eccleſia, quæ Sub eo eſt. l. 1. p. 127. 27.

Contrarietas valde familiaris Turriano: cui ſuper & Sub, idem ſunt.

Reges Gentium dominantur eis: vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor. Ergo aliquis erat futurus maior inter Apoſtolos, nempe Petrus. lib. 1. pag. 122. 28.

Locus Scripturæ impudentiſſimè corruptus. Interdicit enim Chriſtus Apoſtolis ne quis eorum primatum affectet: vide Mat. 20. & Marc. 10. 43.

Si optimum regni genus eſt in quo regnum [illegible] adminiſtratur, [illegible] conſequens neceſſarium eſt, vt Eccleſia id genus regni ſit, cui vnus præſit: nempe Petrus primus paterfamilias in domo Dei. l. 1. pag. 133. 29.

Error in Theolog. Nam ſolus Chriſtus dicitur in Scriptura caput Eccleſiæ & paterfamilias. Præterea, alius eſt error, dum ciuilem politiam conſtituit certam menſuram rerum Spiritualium & diuinarum.

Fundamentum Eccleſiæ miniſteriale [illegible] quod eſt Petrus. [illegible] ædificationis [illegible] miniſteriale, [illegible] ſunt [illegible] dis Ariſtoteles. l. 1. pag. 129. 30.

Paralogiſmus Turrianicus. Nam ſi eſt fundamentum, ergo miniſtratur, ſi propriè loquimur. Præterea, Error eſt in arte diſſ. Nec enim hæc vocabula Ædificans, &, fundamentum, rem vnam ſignificant. [illegible] Contradictio: Nam ſupra dixit petram confitentem & ipſam confeſſionem ratione tantùm differre: Nunc dicit, miniſterium ædificationis, &, fundamentum miniſteriale, ratione non differre. vid. ſup. Floſcul. 12.

Cùm Petrus morte permanere non poſſet, conſequens erat vt alij ſuccederent qui eſſent ſicut hic eadem petra. l. 1. pag. 155. 31.

Sequeretur Pontifices eſſe petras & lapides, non id metaphoricè, ſed re vera: atque id non [illegible] dicere errorem eſſe. Eſt enim, error in Philoſ. Nam hæc eadem petra, non poteſt eſſe Species, cum ſit particularis.

Si dictum eſt Petro, Tibi dabo claues regni cælorum, quia vniuerſæ Eccleſiæ perſonam gerebat, ſolum autem Eccleſiam ſignificabat propter primatum Apoſtolatus (vt pater Auguſt. affirmat) Igitur propter primatum Apoſtolatus dictum eſt ei, tibi dabo claues &c. l. 1. pag. 155. 32.

Error in arte diſſerendi. Principij petitio atque per Soriten.

Chriſtus 20. cap. Ioan. non dixit Do [illegible], ſed, Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata, &c. l. 1. pag. 133. 33

Error in Grammatica. Is enim ſe nunc dare ſignificat, qui dicit, Accipe.

Illi

34. *Illi ſuper quos deſcendit Spiritus Sanctus Act. 2. erant Eccleſia electorum, & illa Eccleſia erat viſibilis. Ergo Eccleſia electorum eſt viſibilis l. 1. pag. 156.*

Error in arte diſſerendi, ex ignoratione elenchi. Loquimur enim de Catholica electorum Eccleſia: non de hoc, vel illo electorum cœtu.

35. *Negas Titi miniſterium fuiſſe miniſterium Apoſtolatus: mentitus eſt igitur Apoſtolus, cum Epaphroditum Philippenſium Apoſtolum vocauit: fuit enim eorum Epiſcopus: mihi tamen probabilius videtur non fuiſſe Epiſcopum Philippenſium l. 1. pag. 167.*

Idem error qui ſupra: mutat enim terminos. Eſt etiam Contradictio quã in deliciis habes Turriane: affirmans ſimul & negans rem vnam & eandem.

36. *Non repugnat, vni Eccleſiæ Rom. & omnibus ſimul Eccleſiis præfectum eſſe. l. 1. pag.* [illegible]

Anabaptiſmus Turrianicus. Nam, ſi vni tantum Rom. Eccleſiæ, ergo non omnibus. Si vni Eccl. Rom. cum reliquis: cur igitur potius Eccl. Rom. Epiſcopus dicitur, quàm alicuius alius Eccleſiæ?

37. *[illegible] Synodi Calcedonenſis [illegible] Rom. [illegible] exponitur diœceſeon pro diœceſeon in plurali [illegible]*

Error in Grãmatica. Nam ſingulare exponit pluraliter, ſed illa incongruitas (vt dici ſolet) cum Rom. Pontificis dignitate congruebat.

38. *[illegible] ſanctas terras [illegible]*

Locum Scripturæ perperam expoſuit.

39. *Quòd Apoſtoli fuerunt electi immediatè, referendum eſt ad primitias Spiritus, de quibus ad Rom. 8. [illegible] primitias habentes Spiritus &c. l. 1. pag. 176.*

[illegible] Scripturæ [illegible] Rom. 8. ver. [illegible]

40. *[illegible] Qui facit per alium, per ſe ipſe facere videtur l. 1. pag. 180. & 181.*

Error [illegible] Theologia, [illegible] arte diſſerendi, quæ vetat tranſire ad aliud genus.

41. *[illegible] Epiſcopus ſit didacticus 1. Tim. 3. [illegible] ſtudio & cupiditate [illegible] pag. 181.*

Error in Grammatica: perperam enim interpretatus vocabulum didacticon.

42. *Petrus nec vocauit, nec confirmauit Apoſtolum in munere Apoſtolatus: ſed hoc pertinet ad illas primitias Spiritus de quibus antea, p. 184. [illegible] pag. 156.*

Anabaptiſmus Turrianicus: ait enim ſimul & negas, Paulum à Petro confirmatum. De primitiis ſuperius etiam vocabuli vim & ſignificationem non tenet.

43. *Quia hæ tabulæ iure diuino tibi obſcuræ videntur, alias tabulas exhibe [illegible] pe traditiones Apoſtolicas, id eſt, tabulas non ſcriptas l. 1. pag. 187.*

Anabaptiſmus Turrianic. Tabula, non tabulæ.

44. *Nos Petrum Romæ docuiſſe ex tabulis diuinis demonſtramus: Deſidero venire ad vos ad confirmandos vos. ad Rom. 1. Nam Petrus primus doctrinam Euangelii*

illic

illis tradiderat ex Theod. & Clementis l. 1. pag. 190.

Error in arte diſſerendi, medium heterogeneum. Paulus deſiderauit venire Romam: Ergo Petrus Romæ docuit. Præterea alius error? Nam ſcripta Theodor. & Clementis non ſunt tabulæ diuinæ.

Act. 18. Paulus inuenit Iudæum quendam nomine Aquilam, qui nuper venerat ab Italia: is autem erat Christianus. Quòd autem propter Petrum illi Romæ docuit [illegible] de nullo alio fama ſit: ſi dicas hæc non eſſe conteſtata Scripturæ teſtimonia, obiicio tibi regulam iuris: non expreſſa non nocere. Item alteram: [illegible] non factum, ſed tamen verum eſt, etiam non negandum. l. 1. pag. 195. & 196. 45.

Error in arte diſſerendi, mediũ imperfectũ. Nam aliud eſt Romæ fuiſſe inſtitutos, aliud, fuiſſe inſtitutos à Petro. Alius error: nam fama, non pertinet ad tabulas diuinas. *Eſt etiam* alius error: tranſitus ad aliud genus.

Chriſtus promiſit ſingulariter & primùm Petro ædificaturum ſe Eccleſiam ſuper eum, & hoc quod ei promiſit præſtitit: Ergo fuit ſingulariter primus Epiſcopus: hoc eſt, habuit primatum inter omnes Apoſtolos, & omnes eius ſucceſſores Rom. Pontifices in eodem primatu ſunt. l. 1. pag. 198. 46.

Error in falſo conſequenti: ſingulariter promiſit, inquit. Ergo communiter præſtitit: nempe Petro & ſucceſſoribus eius. Imò, ſi ſingulariter Petro promiſit & præſtitit: ergo nihil promiſit & nihil præſtitit Rom. Pontificibus.

Petrus fuit Epiſcopus Rom.: id eſt, omnium Chriſtianorum imperij Romani. l. 1. pag. 199. 47.

Error in Grãmatica. Alius error: quia videtur reſtringere Eccleſiam Catholicam ad Imperium Romanum.

Si Dominus diſpoſuit vt à Petro origo vnitatis inciperet, ſequitur vt Petro mortuo à ſucceſſore eius nunc incipiat origo vnitatis Eccleſiæ. l. 1. p. 214. 48.

Error in falſo conſequenti. Alius error in Philoſophia, dum vult rem vnam eandemq; ſemper incipere. Alius error in Theolog. quia non conſtituit Chriſtum originem vnitatis Eccleſiæ. vide Ioan. 17. verſ. 21. Rom. 12. v. 5. &c.

Interdicitur ne Rom. Pontifex vniuerſalis appelletur: id eſt, qui ſit ſolus. l. 1. pag. 227. & ſequent. 49.

Error in Philoſophia. vniuerſale enim non eſt ſingulare.

In Conc. Nicæno, [illegible] ſignificat cauſam exemplarem, quæ ad efficientem cauſæ efficientis pertinet. Itaq; Ariſt. cauſam formalem vocat [illegible] & paradigma, vt domus in animo artificis, eſt forma eius & cauſa efficiens domus materialis. l. 1. pag. 238. & ſeq. 50.

Error in Philoſophia. Nam cauſa exemplaris & paradigma non eſt in mente artificis. Eſt enim aliquid externum, vnde mens abſtrahit formã.

Si Epiſcopus Alexandrinus primatum habet, quia hoc eſt conſuetum Epiſcopo Rom. Ergo eſt primatus magis conueniens Epiſcopo Romano. Nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis. At non poteſt eſſe magis primus, niſi ſit primus omnium. l. 1. pag. 240. 51.

Error in falſo conſequenti. *Eſt etiam alius* error in Grammatica, dum quærit aliquem qui ſit magis primus. Nam qui minor eſt primo, is eſt, vel ſecundus, vel tertius, & ſic deinceps.

Sanxit Synodus Nicæna vt Epiſcopus Alexandrinus ſimiliter Antiochenus 52.

haberent

habuerent poteſtatem in prouincias ſibi iam olim ſubiectas, ad exemplum Rom. Pontificis, [illegible] l.1. pag. 2[illegible]. & 243.

Error qui vocatur imbecillitas mentis: Quærit enim ſimile in diſſimili. huius autem elenchus, *ſanatio.*

53. *In Can. ſexto Nicenæ Synodi Presbeia ſignificant diœceſes ut didaſcaleion ſignificant ſcholam ubi docetur. l.1. pag. 241. & 242.*

Error in Grammatica. Nam affingit inauditam ſignificationem vocabulo *Presbeion.*

54. *Si finis eſt, ſunt igitur ea quæ ad finem referuntur. At finis in Eccleſia eſt conſummatio ſanctorum: ſunt igitur in Eccleſia ii quos Deus propter hunc finem poſuit in Eccleſia. Ad Epheſ. 4. Dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios paſtores & Doctores, &c. Et quia morte prohibebantur permanere, ſucceſſores eorum remanſerint neceſſe eſt. l.1. pag. 272.*

Error in Philoſophia. Nam licet ſint ſemper quædam media vſquedum ad finem peruentum ſit: tamen neceſſe eſt illa ipſa media manere. Natiuitas, mors & paſſio Chriſti ſpectarunt ad conſummationem ſanctorum: non tamen Chriſtus ſemper naſcitur aut patitur, &c.

55. *Non eſt proprium Apoſtolatus diffundi per vniuerſum orbem. Nam quod eſt proprium alicuius, naturam eius conſequitur, & aliter ſe habere non poteſt, ſalua natura eius, cuius eſt proprium. At Paulus conuerſatus eſt Antiochiæ annum totum, & Romæ manſit toto biennio. l.1. p. 273.*

Paralogiſmus ex ignoratione elenchi. Apoſtolatus dicitur fuiſſe diffuſus per totum orbem, non quòd fuerit Apoſtolis perpetuò currendum, (vt ſtultè opinatur Sophiſta) ſed quòd nullis vel regionum, vel Eccleſiæ finibus terminaretur. Paulus igitur Antiochiæ, Romæ, & alibi curſum Apoſtolatus peragebat, de quo 2. Timoth. 4. v. 7.

56. *Hoc præceptum, paſce oues meas, ad omnes paſtores pertinet. Nam Baſilius dixit omnes habere æqualem poteſtatem ligandi & ſoluendi: ſed contendimus Chriſtum hac lege Petro dicta, Paſce oues meas, conſtituiſſe eum principem aliorum paſtorum omnium, in eo tanquam in capite & principe dixiſſe cæteris paſtoribus & [illegible] ouium, Paſce oues meas. l.1. p. 284. & 285.*

Andabatiſmus Turrianicus. Nam ſi primatus Petri eſt in poteſtate ligandi & ſoluendi (vt vult Sophiſta ex loco Matth. 16.) quomodo cuncti habent hac in re æqualem poteſtatem? quòd ſi habent, ruit igitur Petri principatus. *Eſt etiam error in falſo conſequenti.* Dixit alijs in Petro: Ergo Petrus eſt aliorum princeps.

57. *Quemadmodum quod Deus dixit per Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. hoc ipſum dixit in Adamo & per Adam omnibus legitimis coniugibus: ita ſic quia Petro primò data eſt hæc lex, Paſce oues meas, ſimiliter eſt [illegible] data ſit omnibus paſtoribus. l.1. p. 286.*

Andabatiſmus Turrianicus. Nam ex hoc ſimili ſequitur omnes Paſtores æquo iure cenſendos eſſe, quemadmodum ille primæ lex coniugij ad omnes coniuges ex æquo pertinet: nec vllus eſt qui hac in re primatum habeat, tanquam ſolus eius lex eſſet ſingularior.

58. *Si Auguſtinus in libr. de Paſt. dicit Chriſtum in Petro commendaſſe omnes oues, ſic ratiocinor: igitur Chriſtus ſic voluit [illegible] paſtores [illegible] ad Petrum [illegible] diſſimiliter, & ab eo tanquam ab origine [illegible] penderet. l.1. pag. 287.*

Error in Theologia. Ponit enim originem vnitatis in Petro, non in Chriſto.

Qui volunt Concilium eſſe ſupra Papam, illi naturæ repugnant: quum hoc nihil aliud ſit, quàm partem toti præferre. l.1. pag.294. 59.

Sophiſtæ plerisque aliis Pontificiis hac in re diſſentit. Porrò concludit perperam. Nam ipſe potius præfert partem, nempe Papam, Toti, videlicet, concilio, quo illi dicunt Catholicam Eccleſiam repræſentari.

Virtus qua Petrus meruit vt Apoſtolorum princeps fieret, fuit excellentiſſima confeſſio, quam confeſſus eſt omnium nomine: altera virtus fuit Charitas, qua meruit vt Chriſtus ei diceret, paſce oues meas. Igitur ob excellentiam fidei & charitatis fecit Chriſtus Petrum principem Apoſtolorum & Eccleſiæ. pag.295, & 296. Cùm Dominus non dixerit: Rogaui pro te ne deficeret amor tuus, ſed, ne deficeret fides tua, ſequitur non neceſſe eſſe, vt amor Petri ad ſucceſſorem tranſeat, ſicut neceſſe eſt vt tranſeat fides. l.1. pag.306, & 307. 60.

Error in Theologia: tum de Petri meritis, tum de commentitio eius principatu. *Eſt etiam* error in arte differendi. Nam concludit non ex eo quod ſcriptum eſt, ſed ex eo quod ſcriptum non eſt. *Præterea* eſt error in Philoſoph. de tranſitu doni perſonalis & ſingularis ad ſucceſſores. Nam fides Petri credentis non poteſt eſſe vllius alterius fides.

Petrus iuſſus eſt illas oues paſcere quibus maior erat: Erat autem maior omnibus: & quibus erat maior, illis præeſſe iuſſus eſt, id eſt omnibus: Paſcere enim præeſſe eſt. Iuſſit igitur paſcere omnes, quia omnibus præerat, & omnibus maior erat. lib.1 pag.298. 61.

Error in arte differendi. Petitio principij, bis aut ter inculcata.

Act.15. Deus elegit in nobis audire Gentes per os meum verbum Euangelij, &c. Ergo Petrus fuit os & caput omnium: & quum prædicare ſit paſcere, ſequitur Chriſtum præcepiſſe Petro vt paſceret oues per ſe & per reliquos Apoſtolos vt eſſet princeps paſtor. l.1. pag.298. 62.

Error in homonymia vocabuli, os. *Præterea* alius error: Andabatiſmus Turrianicus. Nam ex eo quod Euangelium fuit audiẽdum ex ore Petri, concludit Petrum debuiſſe docere per ſe & per alios. *Eſt etiam* alius error in Theol. nempe Blaſphemia, qua quod Chriſti proprium eſt, Petro tribuitur. Vid. 1. Petri 5. v. 4.

Paſce oues meas, non eſſet dictum reliquis paſtoribus niſi omnes Paſtores in Petro cenſi eſſent. Cenſeri autem non poterant niſi eorum caput fuiſſet. Ergo Petri fuit, omnibus paſtoribus præeſſe, ac proinde omnibus maior. Paſcere autem præeſſe eſt. Iuſſus eſt igitur omnes [illegible] paſcere [illegible] l.1. pag.299. 63.

Error. Petitio principij cum duabus propoſitionibus falſis. *Eſt etiam* alius error: Tranſitus ad aliud genus: idem loquitur de eodem.

Paſce oues meas dictum fuit Petro immediatè: ſucceſſori Petri dictum eſt per vicariam ordinationem: cæteris Apoſtolis dictum eſt in Petro, ſine illo miniſterio intermedio, quatenus in illo erant vt in capite; licet non tanquam ſucceſſores Petri, ſed in illo gradu primo in quo erat Petrus. l.1. pag.300. 64.

Andabatiſmus Turrianicus. Nam vel ex hac ratiocinatione ſequitur, reliquos Apoſtolos fuiſſe præſtantiores ac maiores ſucceſſoribus Petri: quia ſine miniſterio intermedio, inquit, Apoſtolis dictum eſt: Falſo cites meam.

56. *1. Timot. 1. Charitas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. Ergo eſt fides ficta, per regulam contrariorum: hoc eſt fides ſine charitate. l. 1. pag. 306.*

Error in homonymia vocabuli, fides. Nam fides ficta, & mortua, non eſt fides niſi homonymos. Vera autem fides non eſt ſine charitate actu, licet ratione diſtinguantur.

66. *Spes ſine fide eſſe non poteſt, quia in ratione fidei continetur, Hebr. 11. fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum. l. 1. pag. 307.*

Error in Philoſoph. Sic enim dicendum eſſet, fidem ſine ſpe eſſe non poſſe. Sic homo non eſt ſine Animali: ſed Animal poteſt eſſe ſine homine, licet in eius definitionem veniat.

67. *Chryſoſtomus vocat Petrum os ac primogenitum gregis Chriſti: quis autem ignorat ad primogenitum pertinere primatum, niſi quid obſtet? l. 1. pag. 310.*

Error tranſitus ad aliud genus.

68. *Pontifex non eſt vniuerſalis Epiſcopus, ſed omnibus præeſt, & eſt maximus, ſolus, & primus præeſt. l. 1. pag. 312.*

Andabatiſmus Turrianicus. Quid enim aliud volunt qui dicunt, Pon. eſſe Epiſcopum vniuerſalem?

69. *Apoſtoli non ſine Petri iudicio & voluntate profecti ſunt ad prædicandum Euangelium: ſic enim 2. Cor. 10. non in immenſum gloriabimur, ſed ſecundum menſuram regulæ qua menſus eſt nobis Deus, &c. l. 1. pag. 314.*

Error in Theolog. refutatus Galat. 1. & actis Apoſtol. *Eſt etiam* Locus Scripturæ turpiſſimè in alienum ſenſum detortus. Vide 2. Corinth. 10. v. 14. 15. 16.

70. *Omnes Apoſtoli non potuerunt præeſſe omnibus ouibus in ſolidum, quia iuriſconſulti ſtatuunt duos eiuſdem rei in ſolidum dominos eſſe non poſſe: erant enim Eccleſiæ ſubiectæ Apoſtolis, ſicut mulieres ſubiectæ ſunt viris ſuis. l. 1. pag. 320.*

Error tranſitus ad aliud genus. Item: Andabatiſmus Turrianicus. Nam ex ſimilitudine vxorum, ſequitur Petrum nihil habuiſſe iuris in Eccleſias ab aliis Apoſtolis congregatas.

71. *Sicut alia eſt forma Ba. & Aliæ B. A. ſic alia eſt forma vnius Eccleſiæ Catholicæ & aliæ ſingularium, ex quibus tanquam ex materia vna Eccleſia Catholica componitur. l. 1. pag. 322. & 323.*

Andabatiſmus Turrianicus. Sic enim efficitur, tunc demum Eccleſiam eſſe Catholicam, ſi omnes particulares Eccleſiæ reipſa congregentur, vt reſpondeant ſyllabæ Ba. Nam ſeparatæ, ſunt vt B. & A.

72. *Si Pontifices Rom. eſſent mali paſtores, tamen paſtores eſſent: nec enim eſſent mali paſtores niſi paſtores eſſent, non magis quam Corinthii eſſent [illegible] Chriſtum. lib. 1. pag. 3[illegible] & ſequentibus.*

Error in homonymia vocabuli Paſtores. *Eſt etiam* alius error in exemplo Corinth. hic enim eſt ſubſtantia & accidens: illic ſunt duo accidentia, Paſtores, & mali.

73. *[illegible] inquit Petrus vſque ad ſua tempora, venire vſque ad Petrum nihil aliud accipiſſe, quam eſſe omnes ſubditos Petro, ſcilicet in ſucceſſoribus eius Rom. Pontificibus & per Spiritum obedientiæ vſque ad Petrum [illegible] l. 1. pag. [illegible]*

Error in Theolog. commentitia falſaque interpretatio allegorica in ſta

Ædificatio Eccleſiæ niti non poteſt fundamento virtutis propriæ quod eſt Chriſtus, ſed tamen niti in fundamento, cum quo Chriſtus virtutem ſuam communicauit: quod eſt Petrus l.2.pag.9. 74.

Blaſphemia aduerſus Chriſtum. Vid.1. Corinth. 3.v.11.& Eſai. 42.v.8.& 48.v.11.

Eſa.61. Fortitudinem Gentium comedetis & in diuitiis eorum eritis admirabiles, in faciem terræ adorabunt, & puluerem pedum tuorum lingent, &c. Vbi hoc fit, niſi in Rom. Pontifice, & in oſculatione pedum eius? l.2.p.14. 75.

Iudaiſmus Turrianicus. Nam illa ſunt ſpiritualiter intelligenda. Aduerſus execrandam R. Pontificis ſuperbiam & oſculationem pedum eius: Vid. Act.10.v.25.26.& 1.Pet.5.v.3.& 2.Theſſ.2.v.4.&c.

Eph.4. Ex quo totum corpus connexum, &c. Atqui corpus non eſt totum corpus niſi caput habeat, & neceſſe eſt aliud eſſe connexum & aliud ex quo connexum ſit. Ergo corpus Eccleſiæ cum capite, nempe Pont. Romano, ex Chriſto capite compactum & connexum eſt. l.2.pag.13. 56.

Error in arte diſſerendi. Quum totum corpus refertur ad caput (vt in hoc loco) ſignificat reliqua omnia membra excepto capite. *Eſt etiam error* in Theol. Nam ſi totum corpus eſt ſine Chriſto, ergo Chriſtus non eſt Eccleſiæ caput. *Præterea* eſt alius error: nam vni corpori tribuit duo capita. Vid. Col.2.v.19.

Idem re ſunt, Baptiſmus cum Eccleſia, & Eccleſia cum Baptiſmo l.2.pag.22. 77.

Error in Philoſoph. Vide de Eodem, lib.5.& 7. primæ Philoſ.

Vt in arca filii Noe erant maiores cum minoribus, ſcilicet alius alio: ſic in Eccleſia Archiepiſcopi cum Epiſcopis comparantur, tanquam fratres maiores cum minoribus; idem enim ordo eſt, licet non idem gradus dignitatis. Patriarchæ verò in Noe continebantur, & in primis Patriarcha Patriarcharum Petrus & Rom. Pontifex lib.2.pag.26. 78.

Andabatiſmus Turrianicus. Nam ſequeretur, omnes Patriarchas eſſe æquales, quippe in vno Noacho contentos.

Eccleſia non poteſt eſſe ſine capite ſui ſimili, id eſt humana infirmitate circundato, vt ſciat compati: hoc autem caput eſt Pontifex Rom. l.2.pag.35. 79.

Blaſphemia Turrianica; tribuit enim Pontifici quod Chriſti proprium eſt. Vide Heb.2.v.17.& 4.v.15.

Si ſingulæ Eccleſiæ habent ſingula capita, hoc eſt, vnaquæque ſuum: Ergo Eccleſia Catholica conſtans ex omnibus Eccleſiis tanquam partibus ſuis, habet quoque ſuum caput, Petrum videlicet & ſucceſſores eius Romanos Pontifices. Nam quod datur in Eccleſiis ſingulis, id quoque dandum eſt in Eccleſia Catholica. l.2.pag.48. & 50. 80.

Error in Theolog. Nam in Script. ſolus Chriſtus dicitur Eccleſiæ caput. *Eſt etiam* error in arte diſſerendi, in falſo conſequenti. Si ſinguli homines habent vnum caput: ergo omnes homines habent vnum caput. Irrationale.

Qui dicit myſtica, non propterea dicit ſpiritualia. Nam petra Horeb non erat inuiſibilis, de qua Paulus: Petra autem erat Chriſtus 1. Cor.10. l.2.pag.62. & 63. 81.

Error in in Theologia. Nam myſterium dicitur eorum reſpectu quæ non patent ſenſibus. Petra Horeb, quatenus videbatur, non erat myſtica.

ta: ſed quatenus Chriſtum ſignificabat.

82. *Quatenus rerum fuerunt figuræ & umbræ in veteri Teſtamento, earum ſunt imagines in Eccleſia, quas nomine Eiconos intellexit Paulus Heb. 10. l. 2. pag. 67. & ſeq. Chriſtus non eſt ſine imagine expreſſus in Euchariſtia, ſed velatus & tectus aliena ſpecie l. 2. pag. 68.*

Falſa ſcriptura & error in Theol. hoc enim lemma falſum eſt. *Eſt etiam* error in Grammatica. Nam *Eicon* ſignificat expreſſam formam, non autem imaginem tectam aliena ſpecie.

83. *Coloſ. 2. Quæ ſunt umbra futurorum: corpus autem Chriſti. Inter umbras & Chriſtum, medium eſt corpus: hoc eſt, eminens adumbratio ſive imago ipſius rei, quæ eſt Chriſtus apertus. l. 2. pa. 69.*

Corruptus locus. Nam duo ſunt tantùm membra inter ſe oppoſita, nempe, vmbra, & corpus: item: cæremoniȩ Legis, &, Chriſtus.

84. *In myſteriis Chriſtus eſt verè, ſed opertè; in cælo autem Chriſtus eſt perfectè, apertè, & in ſpecie propria. l. 2. pag. 75.*

Error in Grammatica: nam hæc diſtinctio commentitia eſt, inepta & impropria.

85. *Res una & eadem, quatenus uno & alio modo videtur, à ſe ipſa, ſit, aut ſecus viſa, ratione differt. lib. 2. pag. 78. &, Imago rei ſive res in imagine, differt à ſe ipſa, quatenus nuda & aperta. l. 2. pag. 73.*

Error in philoſophia. Nihil enim à ſe differt, modò ſit vnum numero. Vide Philoſophum lib. 5. primæ Philoſ.

86. *Nouum teſtamentum terris concluditur in miniſterio verbi, ſacramentorum, & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ: &, regnum Chriſti in Eccleſia, ſpirituale eſt, & viſibile. l. 2. pag. 70. & 80.*

Error, vel potius crimen capitale in Theologia. Sequeretur enim Chriſtum non pertinere ad nouum Teſtamentum: quod abſit. Vide Heb. 9. v. 15. & 12. v. 24. &c.

87. *Natura ipſa docet nos, quòd ſiquis in loco aliquo regnare velit, ubi non eſt per ſe viſibiliter verſaturus, neceſſe eſt, ut aliquem conſtituat, in quo, & per quem viſibiliter regnet, & non tantùm inuiſibiliter: ſic Chriſtus in Rom. Pontifice, & per Rom. Pontificem viſibiliter regnat l. 2. pag. 198.*

Horrenda blaſphemia Gyaris vel Hiſpanico carcere digna. Nam vt abſit Chriſtum verum Deum ac verum hominem cum homine mortali comparamus.

88. *Epiſcopi per ſe prædicent, ſi poſſunt: & ſi qui non poſſunt, alios poſſunt mittere: ſicut ſcripſit Paulus. 2. Timoth. 2. quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. l. 2. pag. 107.*

Impudentiſſimè corruptus locus: & alios docere, inquit, hoc eſt, vt tu diceres, illi poſſint docere! Eſt etiam alius error. Quærit enim ſimile in rebus diſſimillimis. Nam Timothei diligentia nihil habet commune cum Epiſcoporum deſidia.

89. *Eſa. 59. Hoc teſtamentum meum cum eis, dicit Dominus, &c. Hoc nouum Teſtamentum [illegible] promiſſum eſt, quibus traditum eſt. Atqui omnibus traditum eſt, volentibus credere & pœnitentiam agere: licet multi eorum non permaneant uſque ad finem. Ergo [illegible] omnibus promiſſum eſt. l. 2. pag. 109.*

Error in [illegible] Concludit enim affirmatè in 2. fig. [illegible] error in Theologia. Nam falſum eſt nouum Teſtam. eſſe illis traditum qui à Chriſto deficiunt. Vt conſtat ex hoc ipſo loco Eſa. 59. *Hoc eſt, inquit, Teſtamentum: Spiritus meus & verba mea non recedent ab ore tuo, &c.*

Si hypocritæ ſunt iudicandi ſecundum Euangelium (vt ait Paulus Rom. 2.) Ergo Euangelium pertinet etiam ad hypocritas. l. 2. p. 111. 90.

Error in falſo conſequenti. *Eſt etiam* error in Grammatica. Neſcit enim quid ſignificet verbum pertinere.

Apoſtoli quos Epiſcopos ordinabant, priùs eos Presbyteros ordinauerant. l. 2. p. 121. 91.

[illegible] in Theologia. Nuſquam enim ſtultum hoc Lemma reperitur in Scriptura.

In Epiſcopis Catholicis ſunt Eccleſiæ Catholicæ, vt res Græcorum in rege, quod eſt unum genus quo aliquid dicitur eſſe in alio. l. 2. p. 160. 92.

Error, tranſitus ad aliud genus. *Eſt etiam* alius error minimè ferendus. Nam ſummum ius quod Chriſti proprium eſt, Epiſcopis tribuit. Item: ſic iugulat ſuum Pontificem.

Eccleſia non alligatur tantùm verbo Dei, ſed certis prædicatoribus & miniſtris verbi, Epiſcopis ſcilicet. l. 2. pag. 161. 93.

Flagitium in Theologia. Nec enim Eccleſia hominibus alligatur, vide. 1. Cor. 3. verſ. 21. 22. &c.

Qui dicunt eos qui pecunia vel fauore ad Epiſcopatum perueniunt, non eſſe ordinatos, errant: ſunt enim ordinati, ſed eorum ordinatio irrita eſt. l. 2. pag. 172. 94.

Contradictio Turrianica. Sunt, & non ſunt. Aliud eſt, fuiſſe ordinatum: aliud, eſſe ordinatum.

Non poſſumus optare pacem, quam facere cum hæreticis Apoſtolica conſtitutio & ſcriptura ſancta vetant. Eſa. 57. Non eſt ſalus impiis. Item ad Rom. 12. ſi fieri poteſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. l. 2. pag. 185. 95.

Monachiſmus Ieſuiticus. Iſtud enim hominum genus bellis, cladibus, cruore, laniena & conſimilibus delectatur. *Eſt etiam* Andabaptiſmus Turrianicus. Nam ſi Paulum audiret Rom. 12. paci ſtuderet.

In Scriptura quandoque Epiſcopi vocantur Presbyteri, & contrà: ſed communitas nominum non tollit differentiam rerum. Nam quia plures ſunt res quàm vocabula, idcirco propria rerum vocabula ſunt interdum communia. l. 2. pag 195. & 196. 96.

Error in dictione, quandoque. Nam in Scriptura Paſtores Eccleſiæ ordinarij vocantur modò Epiſcopi, modò Presbyteri, ſine vllo vnquam diſcrimine.

Presbyterium ſignificat etiam conſeſſum Epiſcoporum, teſte Ignatio in Epiſt. ad Trallianos. Quid eſt Presbyterium, inquit, niſi cœtus ſacer, conſiliarij & conceſſores Epiſcopi? l. 2. pag. 205. & 206. 97.

Andabatiſmus Turrianicus. Conuincitur enim à teſte ſuo Ignatio.

Paulus 1. Cor. 12. ſcripſit de bono ordine in Eccleſia poſito: At in Epiſt. ad Epheſ. 4. cap. ſcripſit de varietate donorum Dei. Itaque illic non nominauit Euangeliſtas: hoc autem donum fuit Euangelium legendi, ſcribendi & annunciandi. l. 2. pag. 211. Ad Epheſ. 4. Dedit quoſdam Apoſtolos, &c. ſunt nunc in Eccleſia quos Deus propter hunc finem poſuit. Quum autem Apoſtoli morte prohiberentur permanere, neceſſe eſt ſucceſſores eorum remanſerint, nempe Apoſtolorum Archiepiſcopi. 98.

piſcopi, Prophetarum Epiſcopi, Euangeliſtarum Diaconi, Paſtorum parochi, Doctorum Presbyteri. l. 1. pag. 272. In epiſt. ad Epheſ. 4. obſeruandum eſt Paulum non diuiſiſſe alios paſtores, alios Doctores, ſed coniunctè alios paſtores & Doctores, hoc eſt, Presbyteros habentes curam animarum. l. 2. pag. 199.

Error manifeſtus vt patet ex vtriuſque loci comparatione. *Eſt etiam* Andabatiſmus Turrianicus in loco ad Eph. 4. Suprà etiam diſtinxit Paſtores à Doctoribus, & Parochos à Presbyteris. *Eſt etiam* contradictio Turrianica.

99. *Act. 13. Paulus fuit ordinatus ex Presbytero Epiſcopus, idque maiori ordinatione quàm anteà; & Niger, Lucius & Manahem erant ſuperiores Paulo, non quidem dignitate Apoſtolatus, ſed gradu ordinis Eccleſiaſtici. l. 2. p. 220. & 221. Chirotonia ſignificat impoſitionem manuum. l. 2. pag. 224.*

Crimen in Theologia. Nam planè euertit dignitatem Apoſtolatus. *Eſt etiam* error in Grammatica. *Chirotheſia* ſignificat impoſitionem manuum, non *Chirotonia*, qua ipſa electio & conſenſus ſignificantur.

100. *Ita fiebat à principio vt propter paucitatem fidelium vnus idemque eſſet Presbyter ſimul & Epiſcopus, vt ordinaret, & alia propria Epiſcopi faceret, cùm non eſſent qui ordinarentur Presbyteri. At poſtquam cœpit eſſe multitudo, non erat amplius vnuſquiſque idem Presbyter & Epiſcopus. l. 2. p. 230. Olim, teſte Ambroſ. in Ægypto abſente Epiſcopo Presbyteri conſignabant: ſed Presbyteri non poterant nec poſſunt Chriſma conficere, illis tamen licere poteſt abſente Epiſcopo conſignare Presbyterum Chriſmate ab Epiſcopo confecto. l. 2. pag. 236.*

Andabatiſmus Turrianicus. Nam ſi Epiſcopatus eſt præſtantior, qui fieri potuit vt plures Epiſcopi reperiri potuerint quam Presbyteri? *Præterea ſi in Ægypto abſente Epiſcopo Presbyteri conſignabant:* Ergo, ordinare tunc non erat proprium Epiſcopi: ſed, vt vult Turrian. Chriſma conficere. Atqui nullum extat verbum in nouo Teſtamento de Epiſcopis vngendis nec de illo Chriſmate conficiendo. Ex quo efficitur, ſuperius illud ius Epiſcopi non eſſe diuini iuris, ſed, humani.

LAVS DEO.

DE LEGITIMA VOCATIONE PASTORVM ECCLESIÆ REFORMATÆ.

Aduerſus eos, qui in hoc tantùm capite ſe ab Eccleſia reformata diſſentire profitentur. Ex libro de Diſciplina Eccleſiaſtica, authore A. Sadeele.

QVandoquidem ſunt hodie nonnulli, qui præcipuam partem *Diſciplinæ Eccleſiaſticæ* euertere conantur, reiectis iis, quibus ex officio incumbit ipſius Diſciplinæ adminiſtratio, aduerſus eos nunc nobis diſputandum eſt. Hoc quidem ipſa rei veritas ab illis obtinuit, *veram atque expreſſo Dei verbo fundatam eſſe eam Doctrinam, quam Eccleſiæ noſtræ amplexæ ſunt: ſed affirmant Miniſtros eſſe apud nos legitima vocatione deſtitutos, cum non habeant perpetuam ac viſibilem ab Apoſtolis ad hæc vſque tempora ſucceſſionem: eamque ſolis Pontificiis attribuunt, ac propterea nobis illos in hac quidem quæſtione ſolent anteferre.*

Hæc eſt igitur ratio, qua nituntur ij qui Paſtorum noſtrorum vocationem in dubium reuocant, cui cum fuerit à noſtris Doctoribus copioſè reſponſum (hoc enim caput, vt pleraque alia, inter nos & Pontificios controuerſum eſt) non neceſſarium eſſe putauimus huc illa omnia adducere, quæ tot ſcriptis, iiſque doctiſſimis fuſè ſunt ab aliis pertractata: ſed aliquid tantùm dicere, quod ad hoc noſtrum inſtitutum accommodatum eſſe videatur. Cum autem nobis in hac quęſtione ſit negotium cum illis hominibus qui Doctrinæ in noſtris Eccleſiis traditæ conſentiunt, hoc vno excepto quòd nobis Miniſtros eripere conantur: mihi venit in mentem veteris illius Apologi dictum, quo Demoſthenes Alexandrum aliquando refutauit: nempe *perperam fœdus iniri cum grege hac conditione, ſi gregis cuſtodes fuerint ſublati*: Ita mihi videntur fruſtra Doctrinam approbare, qui tollunt illius docendæ ac promulgandæ rationem, niſi fortè expectant à Pontificiis eius Doctrinæ prædicationem, quam illi ore, ſcriptis, gladio, flammis, omni denique cruciatuum genere inſectantur. Primùm ergo *negamus hoc poſſe noſtris Paſtoribus rectè obiici, quòd legitimè vocati non ſint*: quandoquidem illi quotidie vocantur & eliguntur via ordinaria, & eo modo qui verbo Dei præſcriptus eſt: atque ab iis cœtibus recipiuntur, quos manifeſtis ſignis & argumentis conſtat eſſe veras Eccleſias: habent enim veram fidei doctrinam, habent puram ſacramentorum adminiſtrationem, habent rectam ſynceramque Diuini nominis Inuocationem, obſeruant religioſè diſciplinam à Chriſto & Apoſtolis inſtitutam: denique & charitatis officiis & inuicta Martyrum conſtantia, & totius vitæ reformatione teſtantur

Reformatarum Eccleſiarum Paſtores legitimè vocati.

Ratio 1.

Ratio 2.

Signa & notæ veræ Eccleſiæ.

teſtantur ſeſe à ſumma Dei miſericordia, in numerum fidelium eſſe cooptatos, tanquam membra Eccleſiæ vniuerſæ: teſtantur, inquam, ſe eſſe ex Chriſti ouibus, quum reiectis humanis traditionibus, vnam Chriſti veri paſtoris vocem audiri velint.

Ioh.10.

Cum ergo tot tantiſque argumentis conſtet Reformatas Eccleſias eſſe veras Dei Eccleſias (quod etiam agnoſcunt ij qui hac in parte nobiſcum diſſentiunt) cumque Eccleſia ius habeat eligendi paſtores (quod nemo ignorat, niſi ſimul ignoret quid ſit Eccleſia) quid tandem cauſæ erit, cur eos paſtores repudiemus, quos veræ Dei Eccleſiæ, iuxta ipſius verbum, & elegerunt, & approbarunt? Si enim Eccleſiæ Dei ſunt, quæ illos elegerunt, & pro veris Paſtoribus agnouerunt: ſi ipſi ex præſcriptis Euangelicis ſunt electi, ſi fideliter officio ſuo funguntur (quod ne Aduerſarij quidem negauerint) iam cuiuis facilè perſpicuum eſſe poteſt, nulla ratione paſtores noſtros ab iis reiici, qui alioquin Doctrinæ ſe noſtræ ſubſcripſiſſe profitentur.

Obiectio. Primos Eccleſiarum Reformatarum paſtores non fuiſſe vocatos à Romana Eccleſia.

At enim, inquiunt, non habent continuam ſucceſſionem: non ergo ſunt legitimè inſtituti. Nam qui in hac noſtra ætate primi Reformatæ Eccleſiæ Doctores extiterunt, non fuerunt vocati ab Romana Eccleſia, ſed potius ab ea reiecti, & nullo non anathematum, & fulminum genere percuſſi. Ex quo efficitur, vt quotquot poſtea ab iis fluxerunt, non habeant legitimam vocationem.

Reſponſio.

Primùm mihi licet, ſi velim, iſtam obiectionem repellere hac exceptione, quòd omnino indigna ſit, quæ proponatur ab iis, qui nobiſcum in Doctrina conſentiunt. Hoc certè obiiciant Pontificij, quibus nobiſcum eſt non de vna re, aut altera, neque de terminis, ſed propemodum de tota poſſeſſione contentio: quem verò Dominus ex Pontificiis tenebris, in Euangelij lucem traduxit, eum hac obiectione vti, perquam indignum eſt. Cedò enim, nonne nobiſcum agnoſcis Eccl. Romanæ corruptionem? agnoſco, inquis: rurſus quæro, an non illic inter cætera, adeoque in primis, Miniſterium quoque Eccleſiaſticum corruptum eſt? Hic nolo mihi reſpondeas, ſatis enim res ipſa loquitur, & nemo eſt vel ex ipſis Pontificiis, quem non cogat rei manifeſtiſſima veritas id confiteri. Cur ergo nos reuocas ad Romanam vocationem? Tu, inquam, qui puram Dei cognitionem iactas, auſus es hoc ex ore tuo (vt vetus illud Ennianum vſurpem) nobis obiicere, quòd puram Eccleſiaſtici Miniſterij reformationem non ex fæce Pontificia hauriamus. Imò verò hinc collige, reſtitutum eſſe inter nos legitimum vſum Miniſterij, quòd à Pontificiis corruptelis ſit vindicatum. Fateris Eccleſiam eſſe apud nos ſummo Dei beneficio inſtauratam: Atqui Miniſterium non eſt minima pars ordinis Eccleſiaſtici, ne dicam eſſe præcipuam: Tibi igitur neceſſariò fatendum eſt, Miniſterium quoque inſtauratum eſſe. Immo non potuit Eccleſia reſtitui, niſi reſtituto Miniſterio, (de forma Eccleſiæ viſibilis loquor) quia non alia ratione, quàm prædicatione Euangelij, vel inſtaurari Eccleſia, vel inſtaurata poteſt conſeruari.

Eccleſia dici non poſſe reſtitutam, niſi reſtituto Miniſterio.

1.Theſſ.2.
1.Cor.3.
1.Pet.2.

Quid enim? Deuſ-ne renaſcentem Eccleſiam, tanquam fœtum in lucem eduxerit, neque ſimul excitauerit qui nutricis inſtar (vt cum Apoſtolo loquamur) vbera Diuini verbi admouerent, & Eccleſiam alerent, fouerent, educarent pura Euangelij prædicatione? ergo in quamcunque partem te diſputando conuerteris, eo tamen ſemper redigêris, vt, vel Deum inſtauraſſe hoc tempore Eccleſiam, id eſt, meridiem lucere tibi negandum ſit: vel fatendum, legitimum miniſterij ordinem eſſe reſtitutum. Verùm ne nodum ſecare potiùs, quàm ſoluere videamur, iam propius inſpiciamus vim iſtius obiectionis.

Refutatur aduerſ. ſententia, continuam ſucceſſionem ad legitimam vocationem Miniſterij eſſe neceſſariam.

Qui præciſe ac ſimpliciter pronunciant, *ad legitimam vocationem Miniſterij neceſſariam eſſe continuam, ac nulla ſui parte interruptam ſucceſſionem*, illi ſanè arripere mihi videntur, quaſi ſuo iure, id quod nec verum, nec probabile eſt, ſiquidem rem ipſam diligentius conſiderent. Quid enim ſi rogemus ex quo tandem ſcripturæ loco hanc adeò generalem propoſitioná deprompſerint? In illa accuratiſſima deſcriptione, quam fecit Apoſtolus cùm de *Epiſcoporum muneribus* diſſereret, nullum vllum eſt verbum de iſta continua ſucceſſione. Cur ergo patiemur aduerſarios non tantùm addere verbis Apoſtoli, ſed addere aliquid, ſine quo munus & vocationem Epiſcopi negent vlla poſſe ratione conſiſtere?

Ratio 1.
1.Tim.3.
Tit.1.

Ratio.2.

Deinde (quod maximè rem cauſamque continet) qui legitimam *Miniſterij vocationem alligant ordinariæ, continuæ, ac viſibili ſucceſſioni, illi eam ſimul alligant Eccleſiam certis temporibus, locis, ac perſonis*: quod quàm falſum ſit, facilè norunt ij, qui naturam & conditionem Eccleſiæ perſpectam habent. Qui enim vel mediocriter in ſacris literis ſunt verſati, non ignorant, poſt Chriſtum Dominum & ſeruatorem noſtrum in carne exhibitum, Eccleſiam, quæ antea in Abrahami familia concluſa, & quibuſdam quaſi parietibus contenta comprehenſaque fuerat, iam in vniuerſum orbem longè latéque fuiſſe diffuſam. Ergo Eccleſia nec certę genti adſtricta eſt, nec ab vllis perſonis pendet, nec in vllis terrarum locis certam aliquam & viſibilem ſedem habet fixam atque perpetuam. Atque vtinam non tot exempla nobis ſuppeterent quibus id verum eſſe iampridem ipſa rerum experientia nimis comprobauit: cùm Græciæ totiuſque Orientis Eccleſiæ, quæ ab ipſis Apoſtolis plantatæ & irrigatæ diu floruerant, tandem a Mahometicis blaſphemiis afflictæ & oppreſſæ propemodum exaruerunt. Ergò nunc quærant Aduerſarij continuam ſucceſſionem Eccleſiæ, & eius formam externam atque viſibilem, quæ defixa alicubi, immotaque permaneat. Quin potiùs adoremus ſummum & imperueſtigabile Dei conſilium, qui Eccleſiam tot, tantiſque mutationibus expoſitam eſſe voluit. Longè ſanè melius Chryſoſtomus qui *Eccleſiæ, quæ in terris latè excreſcit atque propagatur, radicem non in terris, ſed in cœlo quærendam eſſe*, non minùs verè, quàm eleganter affirmauit. Hîc profectò non diſputandum, ſed dolendum, totoque pectore ingemiſcendum eſt, cùm tot euerſas Eccleſias in memoriam reuocamus, quæ aliquando ſummis ac præſtantiſſimis Dei donis fuerant exornatæ. Si enim Ieremias vnius vrbis Hieroſolymæ, cineres & rudera plurimis ſanctiſſimiſque lachrymis fuit proſecutus: Quantò nos magis dolere æquum eſt, quòd non vnius vrbis, non vnius Prouinciæ, non vnius regni atque imperij, ſed totius propemodum Aſię, totius Africæ & magnæ partis Europę Eccleſię ab horrendis blaſphemiis, erroribus, idololatriis, tanquam Aſſyriis ac Babyloniis irrumpentibus, expugnatæ, euerſæ, & quodammodo in puluerem redactæ ſint. Itaque Eccleſia ex totius prope orbis poſſeſſione depulſa, in paruo prædiolo relicta eſt. Quid dico relicta? Imò verò ne illic quidem ab hoſtibus relinquitur, ſed perpetuis afflictionibus iactata, nunc dolis & artibus circumuenta, nunc crudelitate ac furore hominum lacerata, cum precibus & patientia, Redemptorem ſuum de cœlo venturum expectat.

Sed, ne ab inſtituto noſtro longiùs recedat oratio, ex hac tanta rerum viciſſitudine, ex tot, iiſque triſtiſſimis exemplis colligimus, *Eccleſiam non poſſe vllis, vel locorum, vel temporum, vel perſonarum circumſtantiis alligari.* Atque vt à rerum præſentium ſtatu, ad præteritarum memoriam ſermonem traducamus, vbi, cedò, erat viſibilis externaque forma Eccleſię Iſraelis, quum *Elias conquereretur ſe ſolum illic relictum eſſe, qui Deum coleret, reſpondit Dominus, ſeptem millia hominum adhuc ſupereſſe, qui non flexerant genua coram Baal?* 1. Reg. 19. In quib. veritatem fuiſſe teſtatur Ambroſius. In Pſa. 118. ſer. 22. Deinde cum Chriſtus in mundum venit, vt Mediatoris officio fungeretur, quęnam erat Eccleſię facies? Eratne ex viſibili Sacerdotum ſucceſſione metienda? Luc. 18. Poſtremò cum Chriſtus veniet viuos & mortuos iudicaturus, quęnam externa facies Eccleſiæ futura eſt? quandoquidem ille ipſe prædixit, *ſe tum vix reperturum fidem in terra:* Mat. 24. Luc. 17. quemadmodum etiam nouiſſimus ille dies cum diebus Noë & Loth comparatur. Ex quib. omnibus perſpicuum eſt, *cum viſibilis & externus Eccleſiæ ſtatus tot mutationibus ſubiectus ſit, eos peruerſum facere, qui Eccleſiam alligant continuæ ac perpetuæ Epiſcoporum ſucceſſioni.*

Ratio. 3.

Quinetiam illi ipſi Pontificij, quorum ſe partibus Aduerſarij in hac quidem quæſtione adiungunt, *fatentur apud Armenos Eccleſiam non fuiſſe, quos tamen habuiſſe viſibilem Epiſcoporum ſucceſſionem dubium non eſt.* Quid, quòd *non dubitant reiicere Græcorum Eccleſias?* Poſtquam enim *Eccleſiæ Catholicæ* nomen in eorum ſcholis ſæpius intonuit, tùm illi ſtatim ſubiiciunt, hanc Eccleſiam Catholicam eſſe Romanam ac Latinam, nempe vt, his notis appoſitis, Græcos excludant: atque ita boni illi viri, quaſi Penelopes telam retexentes, tollunt vno verbo ea omnia, quę antè aſſeruerant. Quid enim inconſtantius & ineptius dici poteſt, *Eccleſiam eſſe Catholicam, id eſt, vniuerſalem,* ea lege ac conditione, vt vnius ciuitatis mœnibus, ceu vinculis, alligata concludatur? Sed alius fortaſſe dabitur de hac re fuſiùs diſputandi locus. Nunc hoc demum quæro, cùm tanti ſit apud illos *continua Epiſcoporum ſeries atque ſucceſſio,* quam in Græcarum Eccleſiarum reliquiis ab ipſis Apoſtolorum temporibus hactenus perduraſſe manifeſtum eſt, cur igitur Græcos adeò faſtidioſè reiiciunt, nec auguſtum illud & magnificum Eccleſiæ Catholicæ nomen ad illos vſque extendi poſſe patiuntur? Si enim *Epiſcoporum perpetua ſucceſſio nota eſt certiſſima Eccleſiæ,* reuocent igitur Græcos, apud quos illam eſſe nemini dubium eſt. Sin minùs, certè importuni ſunt, qui illam à nobis tam præciſè ſoleant flagitare: ac præſertim cùm, Dei beneficio, in noſtris Eccleſiis multas ac certiſſimas Eccleſiæ notas (vt iam antè dixi) videri poſſunt, niſi mallent oculos ad hanc lucem clariſſimam clauſos habere. *Cum conſtet igitur, & Eccleſiam ſine viſibili ac perſonali ſucceſſione, & rurſus perſonalem ſucceſſionem ſine Eccleſia aliquando extitiſſe, aſſerimus Aduerſarios, qui in nobis tam præciſè hanc neceſſariò perſonalem illam ſucceſſionem requirunt, eſſe iniquiſſimos.*

Obiect. 1.

Qui verò à nobis diſſentiunt, his potiſſimùm rationib. nituntur. quòd *ab initio mundi ſemper extiterit, vſque ad nouiſſimum diem ſemper in terris futura ſit Eccleſia.* Quem locum amplificant adductis Dei promiſſionibus *de perpetua Eccleſiæ conſeruatione,* cuiuſmodi ſunt iſtæ: *Vobiſcum ſum* Mat.28. *affuturum vſque ad conſummationem ſeculi, eamque à Spiritu Dei ſemper eſſe di-* Ioan.16. *rigendam: portas inferorum non ſuperaturas Eccleſiam: fore vt portæ Hieroſolymis* Matt.16. *ſemper pateant,* & ſi quę ſunt ſimiles promiſſiones ad ſempiternam Eccleſię gloriam pertinentes. Eſa.60. Reſpondemus cum Auguſtino, *eiuſmodi* Reſponſio. *promiſſiones de perpetuo Eccleſiæ ſtatu propriè ad Eccleſiam Electorum pertine-* De ciuit.D.l. *re.* Quantum verò attinet ad ſingulas viſibileſque Eccleſias, affirmamus (poſt eundem Auguſtinum, improbos cum palea, & fideles cum 20.c.8. tritico comparantem) *ſemper paleam mixtam eſſe tritico.* Quòd ſi aliquando contigerit, vt nihil propemodum præter paleas noſtris oculis appareat, veram tamen Eccleſiam, non in palea, ſed in granis deliteſcere. Ephe.48. Non igitur negamus quin ſemper futura ſit Eccleſia, ſed eodem modo iiſdemque externis ornamentis ſemper relucentem, atque omnibus conſpicuam fore Eccleſiam, eundemque eius ſemper, vel fuiſſe, vel futurum eſſe ſtatum pernegamus. Nec verò idcirco Eccleſia non eſt, quia maxima hominum pars eam non videt neque ſpiritualibus illis dotibus ornamentis, eò quòd ſit aliquando exteriore forma deſtituta. Atque vt de promiſſionibus Dei agamus, quoties *Dominus promiſit ſe Abrahami & ipſius ſeminis Deum fore, ſe in medio Iſraelitis habitaturum, ſe fore perpetuum Iſraeliticæ Eccleſiæ cuſtodem?* Pſ.132. Pſ.68. Quanti porrò ſunt illa quæ toties occurrunt, 1.Reg.9. *Sionem eſſe Dei ſedem & requiem ſempiternam, nomen Dei in templo Hieroſolymitano ſemper extiturum, oculos Dei ſemper illic futuros?* Quid multa? Innumerabiles ſunt loci, in quibus Dominus *teſtatur Iſraelitis ſe illorum eſſe Deum, & ſe illis perpetuò affuturum.* Ecquis tamen igitur inde concludat ſemper eundem Eccleſiæ Iſraeliticæ viſibilem ſtatum fuiſſe? imò ſæpè accidit, vt nulla inter Iſraëlitas extaret verę Eccleſię facies. Quod quia paulò poſt fuſiùs explicaturi ſumus, contenti erimus vno exemplo. Nã *tempore regis Achaz pollutum ac clauſum fuit templum Dei, & idola paſſim publicè conſtituta. Ipſe denique Sacerdos Vrias* [illegible] *Dei cultum* [illegible] 2.Chr.28. *&* [illegible] *commutauit.* 2Reg.16. Ibi nulla publica Eccleſiæ facies, nulla verę Eccleſię ornamenta. Sed num propterea in Iudęa extinctam fuiſſe Eccleſiam dicemus? Negat Eſaias, qui miſerrimis illis temporibus à Do- Eſa.8. mino excitatus, Electorum fidem præclaris cohortationib. fulciebat: teſtatur enim *ſe diſcipulos habuiſſe, inter quos legem Domini obſignauit.* Atq; vt eundẽ Eſaiam inculcemus: Cùm ſumma vocis contentione exclamaret, *Hieroſolymam è fideli in meretricem degeneraſſe,* num erat contumelioſus Eſa.1. in Eccleſiam illic expreſſo Dei verbo conſtitutam? Minimè verò, ſed falſam à vera Eccleſia diſtinguebat, cùm diceret, *ſemen pium nihilominus ſuperfuiſſe.* Illæ omnes (inquiunt) *ad vetus teſtamentum pertinebant,* quaſi verò Deus non æquè fuerit verax in veteri teſtamento, atque in nouo: aut vtrobique non ſit eadem promiſſionum ſubſtantia: quò fit, vt veteres illas promiſſiones identidem Apoſtoli ad Chriſtianam Eccleſiam accommodent. Melius igitur Baſilius, qui ex illo Eſaię loco ita concludit: *Multa* [illegible] *Eccleſiæ ab iſtis* [illegible] *qui* [illegible] In 1.cap.Eſa. [illegible] *impietatis diſſeminant ad* [illegible]

animarum

[illegible] perniciem: ille nisi Ecclesia meritò dici hæc potest: *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion?* Hæc Basilius de visibili ecclesia disserebat, cuius corruptio non impedit quo minus Deus suam Electorum Ecclesiam conseruet. Itaque, vt ad promissiones Israelitis factas redeamus: quærit Paulus, *Num Deus populum illum suum penitus reiecerit, cuius fuit adoptio, gloria, fœdera, legis constitutio, cultus & promissiones: cum fieri non possit vt exciderit sermo Dei?* Respondet, *Deum non abiecisse populum suum, quem præcognouit: & prolato hoc diuino ad Eliam responso* (*Reliqua feci mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genu idolo Baal*) *sic,* inquit, *& hoc tempore, reseruatio* [illegible] *gratiam facta est.* Ex quibus efficitur, licet vniuersa propemodum Ecclesia aliquando planè corrupta esse videatur, non tamen propterea Ecclesiam deleri, quæ in Electorum semine tamdiu delitescit, dum [illegible] Dei consilio rursus in lucem prodeat ab erroribus & corruptelis repurgata. Quamobrem perperam faciunt, qui generales illas Dei promissiones restringunt ad Ecclesiam Romanam, quasi nulla alia vnquam possit esse Ecclesia, quam Romana: ita vt non [illegible] sint generales promissiones, sed adeo speciales, vt vnius visibilis Ecclesiæ propriæ sint, quod nemo non videt quàm sit absurdum. Quin etiam, vel nobis tacentibus, illæ ipsæ promissiones nobis [illegible] satis pronunciant, Ecclesiam Romanam non esse veram Ecclesiam. *Si enim Deus semper adest veræ Ecclesiæ, si semper eam tuetur, & spiritu veritatis dirigit: Si* [illegible] *portæ inferorum* [illegible] *superaturæ sunt: Si denique* [illegible] *semper petræ* [illegible]: Si, inquam, illa omnia ad veram Ecclesiam pertinent, efficitur profectò Romanam [illegible] esse veram Ecclesiam, vt quæ verbum Dei [illegible] corruperit, Spiritum veritatis [illegible] superstitionum tenebris, tanquam ab inferorum portis superata [illegible], atque exclusa veritate, humanis commentis ac mendaciis fores aperuerit.

Obiect. 11. *At enim, inquiunt, precatus est Christus ne fides Petri deficeret.* Certè: nec
Luc. 22. enim lapsum eius paulò post futurum ignorabat. Verùm quid hoc ad
Responsio. Ecclesiam Romanam? [illegible] hoc ipsi cum Petro conuenit quod Christum negarit: [illegible] Petri lacrymas ac resipiscentiam [illegible], vt eiusdem ad [illegible] hominibus non iam vero Dei [illegible], sed potius [illegible] syncerǽque doctrinæ confirmandæ diligenter studeat. Quod si hoc argumentum dignum esset longiori [illegible] Petri fuisse donum personale, ita vt nullo iure ad alios transferri debeat: quærerem quibus tandem Scripturæ fundamentis [illegible] illa Petri cathedra, quam Pontifices Romani [illegible] temporibus iactant, humana omnia [illegible]. Præterea excellentissimam
Ioan. 17. illam Christi precationem, quæ extat apud Iohannem, *non solum pro Apostolis suis precatus est, sed pro iis qui per eorum sermonem credituri in Christum erant*: [illegible] huius precationis fructus ad alios quàm ad electos pertineat? Quod si eò Christum spectasse existimant, vt visibilis Ecclesiæ [illegible] Apostolis [illegible] Ecclesiam repræsentarent [illegible], [illegible] satis esset perspicuum, quàm ineptè illi [illegible]

Petri ad fidem Eccleſiæ Romanæ ratiocinentur.

Obiect. III.

Nihilo meliùs ad ſuę ſententię confirmationem trahunt, quòd Chriſtus Apoſtolis dicebat, *vrbē ſupra montem poſitam non poſſe occultari.* Quanquam enim veriſſimum eſt, Apoſtolorum prędicationem inſtar lucis clariſſimę, per vniuerſum terrarum orbem refulſiſſe, ipſa tamen experientia docuit, quàm verum ſit quod ait Chriſtus apud Iohannem, *homines potius tenebras quàm lucem diligere*, cùm repudiata Euangelij luce, ipſi ſe in craſſiſſimas humanæ traditionis tenebras immerſerint.

Resp.

Ob. IIII.

Poſtremò quod aiunt, *ex hoc præcepto Chriſti, Dic Eccleſiæ, cùm ſemper locum habere debeat, ſequi viſibilem Eccleſiam ſuis omnibus partibus conſtantem nunquam eſſe defuturam*, nullam rationem habet: Nam ab eo quod fieri debet, ad id quod fit, non ſatis rectè videntur concludere. Quid enim? nonne lex de ſacrificiis offerendis lata ſub veteri Teſtamento, ſemper viguit vſque ad Chriſtum exhibitum? conſtat tamen ſacrificia aliquoties fuiſſe intermiſſa, ac præſertim totos ſeptuaginta annos, cùm Iudęi apud Babylonios exularent. Ita etiam *præceptum Chriſti de Diſciplina in Eccleſia obſeruanda*, non in euerſa corruptáque ſed in ſtante Eccleſia locum habet. Vigèt certè perpetuò ipſum pręceptum, ſed eius obſeruatio aliquando (atque vtinam id rariùs contingeret) hominum vitiis intermittitur.

Resp.

Obiect. 5.

Cæterùm cùm Aduerſarij ſe Scripturę teſtimoniis, atque exemplis eſſe deſtitutos ſentiant, iam refugiunt ad veterum aliquot Doctorum authoritatem. *Quid enim*, inquiunt, *an negligetis Epiſcoporum ſucceſſionem, quum tamen Tertullianus, Auguſtinus, Irenæus, & plerique alij doctores Eccleſiæ tanti fecerunt, vt ea ratione, tanquam admota fortiſſima machina, hæreticorum omnia argumenta atque præſidia euerterint?* Premunt igitur & vrgent hęc Tertulliani verba: *Edant*, inquit, *origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum.* Et paulò pòſt inducit Eccleſiam ita inſultantem hęreticis ſcripturam corrumpentibus: *Qui eſtis? quando & vnde veniſtis? quid in meo agitis non mei? quo, Marcion, iure ſyluam meam cædis? qua licentia, Valentine, fontes meos transuertis? Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, prior poſſideo, habeo origines firmas ab ipſis authoribus, quorum fuit res. Ego ſum hæres Apoſtolorum: ſicut cauerunt teſtamento, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita teneo.* multa ſint alia eiuſmodi, quę Aduerſarij nobis obiiciunt ad ſtabiliendam ſuam de ſucceſſione ſententiam.

De Præſc. hęr.

Reſponſ.

Quia verò hoc pręcipuum eſt illorum Argumentum, operępretium eſt accuratiùs illud conſiderare, & intentis oculis omnes eius partes intueri, vt cognoſcamus quidnam ex eo conſequi poſſit.

Non recipienda veterum authoritas Scripturæ teſtimonio deſtituta. Ep. 19.

At primùm ſi velim agere meo iure, requiram aliquem Scripturę locum, quo veterum iſtorum fulciatur authoritas: *Eam* enim *legem Auguſtinus ſibi ipſi ac nobis indixit, vt quicunque tandem ſit, qui dogma aliquod proponat, non recipiatur, niſi illud hauſerit ex ſacrarum literarum fontibus.* Et in hanc ſententiam cęteri doctores frequentes eunt. Nec immeritò ſanè, cùm ſcriptura ſit ſola noſtrę fidei ac religionis regula, hoc, inquam, poſſem meo iure poſtulare. Sed rem ita ad viuum reſecare noluimus, ne quis exiſtimet, nos priùs velle vincere, quàm pugnare. Non ergo illi veteres nunc à nobis repudiati diſcedent, ſed expendamus, quo

ſenſu,

ſenſu, qua ratione quem in finem illi continuam Eccleſiæ ſucceſſionem hæreticis obiecerint? Rurſus quid ſibi voluerint nomine *ſucceſſionis*. Denique, num etiam hodie liceat Pontificiis iſta ſucceſſione gloriari. His omnibus diſcuſſis, huic obiectioni reſponſum erit.

Quo nam pactò veteres obiecerint hæreticis continuam ſucceſſionem Eccleſiæ Catholicæ. Tert. con. Marc. Aug. con. Eccl. fund. &c.

Tertullianus, inquis, *Auguſtinus*, *& alij plerique*, *continuam Eccleſiæ ſucceſſionem hæreticis obiecerunt*. fateor. Sed ſimul addo, fortes illos ac ſtrenuos veritatis athletas longè fortioribus armis inſtructos fuiſſe, quibus hæreticorum falſa & impia dogmata iugularint. Si enim hoc ſolum *ſucceſſionis* telum in hæreticos contorſiſſent, fuiſſet profectò obtuſius, quàm vt eo magnas hoſtium ſtrages edere potuiſſent. Quid ergo? Cum hæretici errores ſuos atq; horrendas blaſphemias in medium proponerent, Scripturæ Canonicæ libros alios reiicerent, alios ſuis additamentis corrumperent, quin etiam ſua ſcripta pro libris Canonicis obtruderent, atque interim ſibi nomen Eccleſiæ Apoſtolicæ non minus falſò, quàm impudenter arrogarent: Ecce, hæreticis obſtiterunt boni ac vigilantes Eccl. Paſtores, ac primùm ex Dei verbo refutarunt peruerſa hæreticorũ dogmata, docuerúntq; nihil tale ab Apoſt. fuiſſe traditum: quorũ ſcripta doctrinámq; fidelis Dei Eccl. amplexa eſt, illi ſoli adhæret, illam ſequitur, & *ab eius finibus nunquam diuelli nec diſtrahi poteſt*. Deinde ipſum *Eccleſiæ* nomen hac ipſa ratione ab hæreticis tanquam ab iniuſtis poſſeſſorib. abſtulerunt. Longè ergo falluntur, qui exiſtimant veteres loqui *de ſola Epiſc. ſucceſſione*, cùm potius agant de ipſius doctrinę ſucceſſione ac eius fidei, quam primi Epiſ. ab Apoſt. acceptam atq; hauſtam ad poſteros continua ſerie tranſfuderunt. Ex quib. manifeſtum eſt, quantum interuallum interiectum fuerit inter veteres Orthodoxos & hæreticos. Nam hæretici noua & aliena, atq; adeò ipſi Apoſt. Doctrinę & ſacris literis contraria proferebant, atq; ita cùm fidei, tum etiam Epiſcoporũ continua ab Apoſt. ſucceſ. erant deſtituti. Orthodoxi contrà fidei ab Apoſt. traditę, & piorum Epiſ. ſucceſ. freti erant. Nihil igitur mirũ, ſi eiuſmodi ſucceſ. hæreticis obiecerint, modò meminerimus, vim illius argumenti non Epiſcoporum nomine ac ſerie, ſed in ipſa fide eſſe poſitam: ita vt fidei Succeſſio ſit inſtar animę, quę Epiſcoporum Succeſſioni, tanquam corpori, vires ac robur infundat. Ex quo intelligitur, ſi continua Epiſcoporum ſeries vera fidei ſucceſſione, ceu anima, deſtituatur, eam iacere mortuam, ac nihil aliud quàm cadauer inutile ſupereſſe. Eam veterum Doctorum eſſe mentem facilè nobis aſſentietur, qui eorum diſputationis ordinem attentè conſiderarit. Nec enim ſtatim ad Epiſcoporum ſeriem proſiliunt, ſed primùm docent, apud hæreticos fidei Succeſſionem non eſſe, atque id efficiunt certis expreſſiſque ſcripturę teſtimoniis: poſtquam id obtinuerunt, tum in hoc Succeſſionis Epiſcoporum campo longè exultant, eorúmque ordinem ac ſeriem, tanquam ſuę victorię inſignia oſtentant. Denique ſi rem propius inſpicias, facilè animaduertes, iſtam Epiſcoporum Succeſſionem non tam pertinere ad pugnam, quàm ad victoriam: nec tam eſſe eius qui manum cum hoſte conferat, quàm eius qui parta de hoſtibus victoria triumphum agat. Ne nos igitur ſtantes, armatos, pugnantes, conferant Pontificij cum iacente, proſtrato, ac iugulato Marcione, vel Valentino, & ceteris eiuſmodi monſtris, quæ nos toto pectore exhorreſcimus. Præterea cùm *hæretici ſuas doctrinas ad Apoſtolos authores paſſim referrent* (vt conſtat ex Tertulliano, Irenæo, & alijs plæriſque Doctoribus) operæpretium fuit *illis opponere Eccleſias ab Apoſtolis fundatas, & in earum Apoſtolica doctrina conſtantiam.*

Ergo, ſi qui hodie velint veteres hac *Succeſſione* proponenda imitari, primùm doceant apud ſe eſſe veræ & Apoſtolicæ fidei ſucceſſionem: ac tum deinde, ſi videbitur, longum ſuorum Epiſcoporum catalogum recenſeant: alioqui, ſi illo omiſſo, hoc vnum vrgeant, in illos procul dubio quadrabit, quod dici ſolet, triumphum ante victoriam cecinisse.

Expoſitio ſententiæ Doctorum qui nobis obiiciuntur, ab illis ipſis Doctoribus petita.

Hæc autem vt planius intelligi poſſint, ſiſtant ſe in hac noſtra diſputatione illi veteres, qui nobis ab Aduerſariis opponuntur, atque ab iis audiamus, qua ratione, & quibus (vt ita dicam) lacertis hoc *Succeſſionis* telum in hæreticos vibrarint. Ergo ſic apud Tertullianum exclamans Eccleſia nobis obiiciebatur, *Sum*, inquit, *hæres Apoſtolorum, ſicut cauerunt teſtamento, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita teneo.* Quibus verbis apertiſſimè ſignificat ſe de *Succeſſione doctrinæ* gloriari. Audiamus etiam quæ idem, atque in eodem tractatu de hac re diſſerat. *Nobis*, inquit, *nihil ex noſtro arbitrio indulgere licet, ſed nec eligere quod aliquis de arbitrio ſuo induxerit. Apoſt. Domini habemus authores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio quod inducerent, elegerunt: ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter nationibus aſſignauerunt. Itaque etiamſi Angelus de cœlis aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis.* Idem: *Ipſa doctrina eorum cum Apoſtolica comparata, ex diuerſitate & contrarietate ſua pronunciabit, neque Apoſt. alicuius authoris eſſe, neque Apoſtolici: quia ſicut Apoſt. non diuerſa inter ſe docuiſſent, ita & Apoſtolici non contraria Apoſtolis edidiſſent, niſi illi qui ab Apoſtolis deſciuerunt, & aliter prædicauerunt.* Et paulò poſt: *Si hæc ita ſe habent, vt veritas nobis adiudicetur, quicunque in ea regula incedimus, quam Eccleſia ab Apoſt. Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo tradidit, conſtat ratio propoſiti noſtri*, &c. Deinde ſubiicit, *Vnde autem extranei & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſquiſque de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos aut protulit, aut recepit? Illic igitur & Scripturarum, & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas inuenitur doctrinæ.* Item: *Percurre Eccleſias apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſt. præſidentur, ſonantes vocem & repræſentantes faciem vniuſcuiuſque*, &c. Itemque agens de veris Apoſt. *Qui tamen*, inquit, *cum Apoſt. perſeueraueritis.* Sic ille Succeſſores Apoſt. interpretatur. Et alibi: *Id eſt verius, quod prius: id prius quod ab initio: id ab initio, quod ab Apoſtolis.* Plura recenſere, non eſt opus. Ex his enim ſatis apparet, quænam ſit ea ſucceſſio, quam veteres tot laudibus extulerunt. Qui verò *ad perſonarum ſucceſſionem* eorum ſententiam aſtringunt, audiant Tertullianum affirmantem, *non fidem ex perſonis, ſed ex fide perſonas probari debere.*

Tertul. ſent.
De præſc. hæret.

Ibid.

Aduerſ. Marc. lib. 4.

De Præſc. hæret.

Cypr. ſent.

Atque, vt ad alios Doctores progrediamur, Cyprianus plurimùm eiuſmodi Succeſſionem commendauit, & hac potiſſimùm ariete Nouatianorum errores expugnauit: ſed ſatis declarat ſe de ea Eccleſia loqui, quæ à ſcriptis Euangelicis non recedit. *Auulſe*, inquit, *radium ſolis à corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit. Sic & Eccleſia luce Domini perfuſa per or-*

Lib. 1. Eph. 6.
De ſimpl. Prælat.

bem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur, &c. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica: unam domum novit, unius cubilis sanctitatem casto pudore custodit: Item: *Christianus videri non potest: qui non permanet in Euangelij &* Ibid. *fidei veritate.* Hæc ille. Reponant igitur nobis Fabianos, Cornelios, & ipsam Petri cathedram, id est, Apostolicam doctrinam (sic enim Mosis cathedram Christus intellexit doctrinam & legem à Mose traditam) tum deinde, si placet, Cypriani patrocinio glorientur. Augustinus autem, qui & Manichæis & Donatistis sæpe hanc, de qua agimus, *Successionem* opposuit, apertè docuit se de ea Ecclesia loqui quę Doctrinę puritatem ab Apostolis acceptam constanter retinet. *Hæc est*, inquit, *mater vera, pia, & castæ, intrinsecus sui viri dignitate ornata, non forinsecus mendacio fallente turpiter colorata:* & alibi: *Ecclesia Catholica mater Christianorum verissima, ipsum Deum purissimè, atque castissimè colendum prædicat, nullam omnino creaturam adorandam inducens, cui servire iubeamur:* Item: *Ecclesia Catholica expugnari non potest, hæreses omnes de illa exierunt tanquam sarmenta inutilia de vite præcisa: Ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in charitate* [illegible] eandem: [illegible] *fundamentum* [illegible] *sibi prædicta sint: Si quis vobis Euangelizaverit præterquam quod accepistis, anathema sit.* Ecclesiam autem ipso Dei verbo signatam esse, atque ex eodem verbo dignoscendam, idem Augustinus testatus est his verbis: *In scripturis sanctis* (inquit) *Ecclesiam requiramus.* Ex[illegible] *nobis Dei quid dixit Donatus, aut Parmenianus,* [illegible] *Catholicis Episcopis consentiendum, sicubi falluntur, ut contra canonicas scripturas aliquid sentiant.* (Audiant qui catholicorum nomen toties inculcant, ut sua commenta, ac traditiones Scripturis contrarias hoc nomine solidas, quasi in splendido nomine, cerusso & pigmentis illitas nobis commendent) Idem alibi: *Ecce Scripturæ communes, ecce ubi novimus Christum, ecce ubi novimus Ecclesiam.* Et alio loco, *nolo humanis documentis, sed divinis oraculis sanctam Ecclesiam demonstrari.*

Augustini sententia.
cont.Ep. funda.c.4. De vti.cred.c.17. Quæst.ex vtroque [illegible] Ep.165. Conc.cont. Iud.pag.& Ar. De mori. Eccl.Cath. De symb.ad Cate.1.cap.5.
De vnit.Eccl. cont.Petil. Epi.cap.15.
Ibi.cap.3.
Ibi.ca.10
Ne Catholicis quidem consentiendum, vbi scriptura reclamat.ex Augustino.
Ep.166.
De vnitat. Eccl.cont.. Peti.ca.13.

Ex quibus omnibus perspicuum est, quam procul absit Augustinus ab Adversariorum sententia, qui *successionem visibilem* proponunt tanquam certissimum fidei ac religionis fundamentum, cum ille, quantum existimaverit eam ipse *utilem ad animos hominum præparandos allicendosque, ut hi quasi gressibus paulatim ad veritatis cognitionem ascendant,* tantum abest, ut ea sit opponenda veritati. Sed præstat ut nobis suam ipse sententiam suis verbis explicet Augustinus. Sic enim ille: *Nemo vestrum dicat se iam invenisse veritatem, sic eam quæramus quasi ab utrisque nesciatur, &c.* [illegible] *sapientiam, quam in Ecclesia Catholica esse non creditis, multa sunt alia quæ in eius gremio me iustissimè teneant, &c. Ista tot & tanta nominis christiani* [illegible] *hominem tenent credentem in Catholica Ecclesia, etiamsi propter intelligentiæ nostræ tarditatem, vel vitæ meritum, veritas nondum se apertissimè ostendat, &c. Apud vos, ô Manichæi, sola personat veritatis pollicitatio, quæ quidem, si tam manifesta monstratur, ut in dubium venire non possit, præponenda est omnibus illis, quibus in Catholica teneor.* Hæc Augustini verba planè sunt aurea, ut quæ doceant vel legitimam successionem Episcoporum, cæteraque externa Ecclesię ornamenta nunquam esse manifestę veritati opponenda

Con.Epi. fund.c.4.
Ibid.c.14.
Ibid.c.4.

nenda: quantò igitur minùs corruptiſſimam Pontificiorum ſucceſſionem, & quę nomine tenus ſucceſſio dicenda eſt? Sed redeo ad Auguſtinum. *Sola eſt*, inquit, *autoritas quæ commouet ſtultos, vt ad ſapientiam feſtinent, &c. Non eſt deſperandum ab ipſo Deo authoritatem aliquam conſtitutam, qua, velut gradu certo, innitentes attollamur ad Deum. Hæc autem ſepoſita ratione, quam ſynceram intelligere ſtultis eſt difficillimum, dupliciter nos mouet, partim miraculis, partim ſequentium multitudine. Nihil horum eſt neceſſarium ſapienti: quis negat? Sed id nunc agitur, vt ſapientes eſſe poſſimus, id eſt, adhærere veritati.* Item: *Si, qui inconceſſa præſumit, reus eſt, quanto magis ſi & corruptor traditionis eius, cuius ſedem vſurpat?* (audiat Romanus Pontifex) Item, poſtquam recenſuit catalogum Epiſcoporum Romanorum, *ſi quiſquam*, inquit, *traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præiudicaret Eccleſiæ, vt certæ ſit ſpes fidelis non in homine, ſed in Domino collocata.* Hæc igitur Auguſtinus, & quod attinet ad *Epiſcoporum Rom. catalogum* quem aliquando veteres recenſent, cum Rom. Epiſcopos alio ordine Auguſtinus, quàm Ireneus (nequid de aliis dicam) recenſeat, ſatis magno eſt argumento pios illos maiores non ad illam Epiſcoporum ſeriem Eccleſiam vnquam aſtringere voluiſſe. Sed iam alios Doctores audiamus. Sic ergo Chryſoſtomus: *cum videritis hæreſim impiam, quæ eſt exercitus Antichriſti, ſtantem in locis ſanctis Eccleſiæ, tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, id eſt, qui ſunt in Chriſtianitate, conferant ſe ad ſcripturas: quia ex quo obtinuit hæreſis illas Eccleſias, nulla probatio poteſt eſſe veræ Chriſtianitatis, neque refugium Chriſtianorum aliud, volentium cognoſcere fidei veritatem, niſi Scripturæ diuinæ.* Hęc Chryſoſtomus, cui quis non miretur non ſuccurriſſe pręclarum illud *Succeſſionis* argumentum, quo vno Pontificij vtuntur ad Eccleſię ſuę confirmationem? *Antea*, inquit Chryſoſtomus, *multis modis oſtendebatur quæ eſſet Eccleſia Chriſti, nunc autem nullo modo cognoſcitur, niſi per Scripturas.* Ergo dicendum eſt, vel Chryſoſtomum non tam perſpicaces oculos habuiſſe quàm Pontificios (cùm ex Succeſſione non ſtatim dignouerit Eccleſiam) vel iſtam ſucceſſionem, quam iactant, non eſſe adeò certam Eccleſiæ notam & probationem. Ireneus autem poſtquàm Romanorum Epiſcoporum catologum recenſuit: *hac* inquit, *ordinatione & ſucceſſione, ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio & veritatis præconiatio, peruenit vſque ad nos. Et eſt pleniſſima hæc oſtenſio vnam & eandem viuificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata & tradita in veritate.* Et poſtea: *Non oportet apud alios quærere veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere, cùm Apoſtoli, quaſi in depoſitorium diues, pleniſſimè in eo contulerint omnia quæ ſunt veritatis, vt omnis quicunque velit ſumat ex ea potum vitæ.* Idem alio loco: *Hanc prædicationem cùm acceperit, & hanc fidem (quemadmodum prædiximus) Eccleſia, & quidem in vniuerſum orbem diſſeminata, diligenter cuſtodit, quaſi vnam domum inhabitans, & ſimiliter credit iis, quaſi vnam animam habens, & conſonanter hæc prædicat, & docet, & tradit, quaſi vnum poſſidens os.* Sed nihil eſt apertius iis quæ ab eodem Ireneo traduntur alibi his verbis: *Eis* inquit, *qui in Eccleſia ſunt, Presbyteris obaudire oportet, his qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, ſicut oſtendimus, qui cum Epiſcopatus Succeſſione, Chariſma veritatis certum ſecundum placitum patris acceperunt; reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſſione, ſuſpectos ha-*

De vtil. cred. cap. 16.

Quæſt. ex vete. Teſ. mix. quæ. 110.
Epiſt. 165.

Chryſ. ſententia. In Matt. hom. 49.

Ibid.

Irenæi ſententia.
Lib. 3. cap. 3.

Cap. 4.

Lib. 1. cap. 3.

Lib. 4. c. 43.

bere

hæc [*Nota, ſucceſſionem doctrinæ eſſe principalem ſucceſſionem Irenæo, à quo diſcedentes hæreticos comparat cum Nadab & Abiu ignem alienum offerentibus. Leui. 10. illi tamen ſucceſſionem habebant, vt qui eſſent Aaronis filij. Sed non valet perſonalis ſucceſſio, vbi receditur à veritate doctrinæ.*] Et paulò pòſt. *Adhærere oportet his qui & Apoſtolorum, ſicut prædiximus, doctrinam cuſtodiunt, & cum presbyteri ordine ſermonem ſanum & conuerſationem ſine offenſa præſtant ad informationem & correctionem reliquorum*: & Alibi: *apud quos eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis ſucceſſio, & id quod eſt ſanum & irreprobabile ſermonis conſtat.* Item, lib. 5. *Oportet*, inquit, *confugere ad Eccleſiam, & eius ſinu educari, & Dominicis ſcripturis enutriri: plantata eſt enim Eccleſia paradiſus in hoc mundo: Ab omni ergo ligno paradiſi manducabis, id eſt, ab omni ſcriptura Dominica*, &c. Quæ omnia idem alio loco vno verbo complexus eſt, cum dixit, *Euangelium eſſe columnam & firmamentum Eccleſiæ.*

Li.3.c.11.

Hieronimi ſententia.
In Pſa. 5.
In Mich. l. 1. c. 1.

Adderem etiam quod ait Hieronymus, *ſe cupere per ſcripturas ſanctas ingredi in Eccleſiam Dei*. Citarem ex eodem elegantiſſimum illum locum, vbi Catholicam Eccleſiam ita deſcribit: *Eccleſia*, inquit, *Chriſti in toto orbe Eccleſias poſſidens ſpiritus vnitate coniuncta eſt, & habet vrbes, leges Prophetarum, Euangelij & Apoſtolorum: Non eſt egreſſa de finibus ſuis, id eſt, de ſcripturis ſanctis.* Hęc, inquam, omnia, atque etiam plura congererem, ſiquid difficultatis res hęc habere videretur. Sed ne longiores ſimus, concludemus hac elegantiſſima Nazianzeni ſententia: *pietatis*, inquit, *ſucceſſio, exiſtimanda eſt: nam qui eandem fidei doctrinam profitetur, eiuſdem quoque throni particeps eſt: qui autem contrariam fidem amplectitur, aduerſarius, etiam in throno cenſeri debet: Atque hic quidem nomen, ille verò rem ipſam & veritatem habet ſucceſſionis.* Hęc ille. Ex quibus omnibus intelligitur *legitimam ſucceſſionem nunquam à doctrinæ finibus eſſe diuellendam.*

In laud. Athan.

Quid autem ſi nobis petere liceat vel ab ipſis Pontificiis noſtrę ſententię confirmationem? *Cum enim aliquando ex illis quæſitum eſt quandonam negent Succeſſionem fuiſſe ad primos Eccleſiarum noſtrarum Doctores, quos tamen ordinarios Eccleſiæ paſtores ac doctores fuiſſe conſtaret: tum illi reſponderunt, viros illos quantum ad ſucceſſionis excidiſſe quòd ab Eccleſiæ Romanæ doctrina deſciſſent.* Itaque iam vel ipſis aſſentientibus concludimus, nullius momenti ſucceſſionem eſſe, niſi ſimul adſit doctrinę ſucceſſio. Ex quo efficitur, vt, cum Pontificij ab Apoſtolorum doctrina deſciuerint, non poſſunt de *Apoſtolica ſucceſſione* gloriari: niſi fortè dixeris Pontificios eo modo Apoſtolis ſucceſſiſſe, quo tenebrę luci ſuccedere dicuntur. Quare, vt ſummam faciam eorum quę à nobis expoſita ſunt, tria mihi videntur eſſe conſideranda ad intelligendam, eorum veterum ſententiam, qui *Eccleſiæ Catholicæ Succeſſionem* commendarunt. Primum, eos non de ſola Epiſcoporum, ſed potius de Apoſtolicę & orthodoxę fidei ſucceſſione agere. Deinde, eam Succeſſionem attribuere ei Eccleſiæ, quę Chriſti ſponſa eſt, quæ ſolam ipſius vocem agnoſcit, quę Doctrinam ab Apoſtolis traditam, ceu precioſiſſimum theſaurum in ſuis manibus depoſitum, fideliter ac ſedulo cuſtodit quę denique ex ſacris literis dignoſci facilimè poteſt. Poſtremò ipſam,

Tria conſideranda ad intelligendam veterum de Eccleſiæ ſucceſſione ſententiam.

Epiſcoporum ſucceſſionem & externum ordinem Eccleſiæ ita ab illis veteribus commendari, non vt ei vllo modo ipſam Eccleſiam ſubiiciant, non vt Eccleſiam iſti externæ ſpeciei, & formæ, quaſi quibuſdam neceſſitatis vinculis aſtringant; ſed vt illius conſideratione, vel infideles ipſi alliciantur ad doctrinam Eccleſię recipiendam: *vt ipſi fideles validiores facti* (vtendum eſt enim Auguſtini verbis) *quod credunt intelligant: non iam hominibus, ſed ipſo Deo intrinſecus mentem illorum firmante atque illuminante*. Quomadmodum enim externa ędificij alicuius eligantia & ſplendida facies, decoráque, & apta partium compoſitio mouet oculos, & nos ad ingrediendum attrahit, vt interiorem ornatum introſpiciamus: Ita non dubium eſt animos hominum ipſo Eccleſię ordine, externáque pulchritudine commoueri, vt ea quaſi ianua pateſacta, in Eccleſiam ſe recipiant, eam oculis animi colluſtrent, interiorem eius ornatum, cœleſtes diuitias, reconditos theſauros admirentur: Denique, in ea ſibi ſedem optent firmam atque perpetuam eſſe conſtitutam.

Contr. Epiſt. fund. c. 14.

Non rectè concluditur. ſi veteres ſibi ſucceſſionem tribuerunt: Idem igitur hodiè Pontificiis licere.

Hęc igitur fuit veterum ſententia, qua vel Pontificiorum cauſam ſubleuari, vel noſtram inclinari poſſe non video. Ecquod eſt enim iſtud argumentum? *veteres ſucceſſionem Eccleſiæ tanquam ſibi propriam commendarunt: Licet igitur Pontificiis idem facere.* veteres certè, tametſi næuis non caruerunt, præcipua tamen capita fidei ac religionis ab Apoſtolis traditæ ſeruarunt, & pro doctrinæ puritate aduerſus innumerabilium hæreticorum impetus fœliciter propugnarunt. nondum Irenæi, vel Tertulliani, vel Auguſtini temporibus exortus erat inter Epiſcopos, *qui ſe Epiſcoporum Epiſcopum eſſe iactaret, qui ſe caput Eccleſiæ Catholicæ,* ore blaſphemo *appellaret,* qui ſibi non tantum Epiſcopos, ſed etiam ipſas totius propè orbis Eccleſias ſubiiceret, qui extincta Euangelij luce, humanarum traditionum tenebras offunderet, qui puritatem doctrinę euerteret, ſacramenta corrumperet, fœdiſſimam idololatriam inueheret, noua fidei dogmata fabricaret, ius ſibi in viuorum ac mortuorum animas arrogaret: Denique (quis enim omnia recenſeat?) qui diſciplinam Eccleſię in Tyrannidem omnium longè maximam ſęuiſſimámque conuerteret. Longè, longè, inquam, boni illi patres aberant ab hac malorum abyſſo, in quam poſteà Chriſtianum orbem hominum perfidia & ambitio demerſit. Illis igitur licebat, ſtante adhuc Eccleſia, piorum Epiſcoporum catalogum in medium proferre, Succeſſionem fidei iactare, ſuas oſtentare diuitias, ſua ornamenta celebrare. Nunc verò cum nec fidei, nec vera Epiſcoporum ſucceſſio, nec vera Eccleſia ſit apud Pontificios, quis eos permittat quaſi falſam hereditatem alienę glorię cernere? An poſſunt vnquam priora illa ſecula in memoriam reuocare, quin ipſa recordatio quaſi morſu quodam dolorem inferat? an cum pudore (ſiquis pudor eſſe poteſt in tanta impudentia) poſſunt vel ipſa piorum Epiſcoporum nomina vſurpare? Et quia Tertulliani verba antè à nobis expoſita, ſolent ſępius obiectare, agè, Tertullianum ipſum illis viciſſim regeramus, vt cum eo potiùs, quam nobiſcum ſibi rem eſſe ſentiant. Ergo qui tot alia confinxerunt, fingant Tertullianum ipſum reuixiſſe, & in Romana

Cur non liceat Pontificiis de ſucceſſione gloriari.

Eccleſia

Eccleſiæ, tanquam in aliena Republica hoſpitem verſari? Pontificum coronas, pompam, ordinatum, delicias, voluptateſque conſpicere (ſi modò id eius oculi ferre poſſent) Tum purpureas Cardinalium cohortes, gregalium Epiſcoporum turmas, non in Cathedris Eccleſiaſticis ſedentes, ſed per aulas regum ac principum volitantes intueri. Deinde ab illis ſublimioribus ad inferiora deſcendere: videre innumerabiles monachorum familias, contrariis inter ſe legibus, ritibus, cultu, & non minùs animo, quàm veſte diſſidentes, eoſque in Pontificiorum agro, rerum eiuſmodi fertili ac feraciſſimo, tanquã noua quotidie dumeta & vepres naſci & longè latéque ſerpere, quod vel ipſi Ieſuitæ nudiuſtertius exorti, & aliis monachis fruſtrà reclamantibus, erumpentes ac per totam propè Europam pullulantes, & in ipſa iam India fruticantes abundè confirmant. Longum eſſet cætera omnia commemorare: ſed quid cenſes animi habiturum eſſe Tertullianum, ſi hunc Eccleſiæ Romanæ ſtatum cerneret? quàm, cedò, miraretur? quàm obſtupeſceret? quanta vocis contentione Eccleſiam induceret eadem ipſa verba vſurpantem, quæ nobis antea falsò ab Aduerſariis obiecta ſunt? *Qui eſtis? quando & vnde veniſtis? quid in meo agitis, non mei? Quo iure, ô Pontificij, ſyluam meam cæditis, vaſtatis, excinditis? Sum hæres Apoſtolorum. Sicut cauerunt teſtamento, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita teneo.* Magnifica verò vox, & Eccleſiæ nomine verè digna! Sed, obſecrò, num auderent Pontificij eadem hæc verba vſurpare? Eripiunt illis hanc orationem humanæ traditiones, Pontificum primatus, placita, ac decreta; idola in templis erecta, mortuorum inuocationes, precationes pro defunctis, atque omnino voluntarij cultus, quibus tota propemodum conſtat Pontificiorum Eccleſia: quæ tamen omnia Apoſtoli, ne locum vnquam in Eccleſia haberent, teſtamento cauerunt, fidei commiſerunt, adiurauerunt. Quis igitur non videt quaſi Tertullianicis tormentis ſummum illud *Succeſſionis* caſtellum labefactari, in quo Pontificij omnia ſuæ religionis præſidia collocarunt? Verùm quid ego vnum Tertullianum cõmemoro, ac non potius excito totam ipſam vetuſtatem? vt vna voce & exhibitis tabulis neget Pontificios ſibi hæredes ſucceſſiſſe, profiteaturque ſe non iſtos hæredes agnoſcere, non probare, non eos propriam adiuiſſe, ſed alienam hereditatem inuaſiſſe, expilaſſe & locupletiſſimis ornamentis ab Apoſtolis relictis, deſtitutam reliquiſſe. Tune Petri hæres & ſucceſſor, qui tanta diſſimilitudine à Petro ſeiungeris? Ille non in vna aliqua vrbe ſedem ſibi fixit, ſed vt Apoſtolus, multa loca peragrauit, vt omnes Chriſti iugo ſubijceret: tu in vna vrbe, ſublimique in ſolio reſidens, inde omnes gentes ac populos, tuo iugo ſubiicere conaris. Ille Cornelium ad pedes accedere non eſt paſſus: tu vel ipſos reges, ac principes ad pedis oſculum adegiſti. Ille pura Euangelij prædicatione ac diuinis inſtitutis fundauit & extruxit Eccleſiam: Tu tuis mandatis, non Chriſti non tuam, ſed Chriſti Eccleſiam addicere voluiſti, tentaſti, ac propemodum perfeciſti. Ecquonam igitur ore te dudum Petri hæredem & ſucceſſorem eſſe iactabis? Sed neſcio quomodo agens de *Eccleſia & Epiſcoporum ſucceſſione*, quaſi riuulum ſequens, in ingens ac latiſſimum flumen

Pontifex Romanus non eſt Petri Apoſtoli Succeſſor. Vtriuſque collatio.

ſum relapſus, dum incidi in ſermonem errorum & corruptelarum, quibus ſcatet Romana Eccleſia. Quare, ne longiùs extra ripas diffluat oratio, ad id reuocanda eſt vnde digreſſi ſumus, vt concludamus, *veteres quidem meritò ac ſuo iure de vera Eccleſiæ Epiſcoporumque ſucceſſione fuiſſe gloriatos*, quandoquidem illo tunc ornamento præfulgebant, vt & multis aliis ſpiritualibus diuitiis abundabant: Pontificios autem non magis poſſe eam ſucceſſionem vendicare, quàm ſi Irus Crœſi diuitias iactaret. Nec vnquam nobis perſuadebunt Romanam Eccleſiam ad Apoſtolicam & veterem Eccleſiam, tanquam ad ſuam originem ac ſtirpem, eſſe referendam, niſi prius doceant, ex veritatis radice errorum ſurculos & mendaciorum ramos gigni & creſcere potuiſſe. Quorſum igitur, inquis, ipſi *Epiſcoporum tituli*, ipſumque *Eccleſiæ nomen* toties à Pō*tificiis* repetitum? Fateor certè ipſa rerum ſanctiſſimarum nomina apud Pontificios remanſiſſe, quorum cùm fructus proferre non poſſunt, eorum foliis ſeſe, vt quondam Adamus, obtegere conantur. Sed contendo nihil inde præſidij ipſorum cauſæ poſſe comparari. Quid enim aliud relicta illa nomina docere poſſint, quàm Pontificios, cùm veræ Eccleſiæ ſolidam & expreſſam effigiem non teneant, vmbra tantùm & imaginibus delectari? Ac, ne illi conquerantur ſe procul à ſuis finibus abduci, quæramus in illa ipſa vrbe Romę ſimilitudinem, qua faciliùs ſententiam noſtram explicemus. Illic enim tametſi auguſtum & magnificum Romę nomen hactenus remanſit, & commemorantur etiam quędam vetuſta nomina, vt *Capitolij, Campi Martis*, & id genus, quę ad florentem Romę ſtatum olim pertinebant: imò etiam ipſum *Pontificis* nomen retentum eſt, & à veteri ad nouam idololatriam traductum, quanquam etiam ibi extent quędam illius veteris ciuitatis rudera: Quis tamen adeo demens & iudicij expers fuerit, vt vel ex illis nominibus, vel ex iis antiquę vrbis iam ipſa vetuſtate exeſis, ſituque obductis veſtigiis, audeat hanc Romam cum illa omnium ciuitatum pręſtantiſſima comparare? Quę enim vtriuſque alia poſſit eſſe ſimilitudo, quàm ſi præſentes ruinæ cum olim ſtante ædificio conferantur? Ergo, vt illud vſurpem, quod in quodam elegantiſſimo Epigrammate dicitur, de eo qui Romam in media Roma quærit,

Et Romæ in Roma nil reperis media:

affirmo, vtcunque acerrimis oculis omnia peruestiges, nihil tamen propemodum Eccleſiæ in Eccleſia Romana poſſe reperiri. Et certè non poſſum, quin doleam vicem ipſorum ſanctiſſimorum nominum, quibus video Pontificios tam turpiter abuti, dum ea in mediis ſuis triumphis oſtentant. vt enim veteres Romani Imperatores, cum de euerſis exciſiſque ciuitatibus triumpharent, ſolebant illarum ciuitatum imagines in ſuis triumphis circunferre: Ita dico Pontificios, cum de expugnata, euerſaque Eccleſia triumphum agunt, Eccleſię nomen, & Epiſcoporum titulos, tanquam imagines proferre, quę ſunt certè non ſtantis, ſed euerſę Eccleſię, non glorioſa inſignia, ſed luctuoſa monumenta. Dico ſancta hęc nomina à ſuis & propriis ſedibus in aliena loca fuiſſe abrepta, non minus quàm olim ſanctiſſima templi vaſa, exciſa vrbe, incenſoque templo, fuerunt Hieroſolymâ Babylonem tranſportata. Dico

Nuda Eccleſiæ & Epiſcoporum nomina Pontificijs dedecus afferunt, nedum gloriam.

iam

Daniel.5.

Pontificij nos cum Donatiſtis comparantes refutantur.

Contr Creſc. gram.lib.2. cap.3.

Ep.48.

De vnit.Ecc. cap.16.

Oper.bre. collat.c.5.

In Luc.l.6. c.9.

Apo.18.

iam iam inſtare ſumma Dei vlciſcentis iudicia, quibus iuſtiſſimas pœnas repetat ab iis, quia ſancta illa nomina (vt olim reges Babylonij ſacra templi vaſa) per vim occuparunt, profanarunt, ludibrio expoſuerunt, & illis ad ſuum luxum, ac delicias quotidiè abutuntur. Verum audiamus quid illi nobis obiiciant: *aiunt enim nos eſſe Donatiſtarum ſimiles, qui dicebant Eccleſiam Catholicam defeciſſe:* atque hunc locum multis Auguſtini & aliorum veterum teſtimoniis mirè amplificant. Nos autem vno verbo calumniam illam refellemus. *Cùm enim Donatiſtæ Catholicorum doctrinam ſe probare dicerent, & in omnibus prope doctrinæ capitibus cum orthodoxis conuenirent: in hoc vno potiſſimum diſſidebant, quòd negarent apud eos Eccleſiam eſſe poſſe, qui tot vitiorum ſordibus eſſent contaminati:* nos autem non tam Pontificiorum vitam, moreſque diſcutimus, quàm reiicimus doctrinam, vt Apoſtolicis ſcriptis contrariam: nec exiſtimamus, ſtante doctrina, licere ab Eccleſia diſcedere, propter morum corruptionem. Deinde affirmamus, Eccleſiam perire nunquam poſſe, licet aliquando viſibilem eius faciem nobis hominum improbitas eripiat. Neque noſtræ ſententiæ aduerſatur Auguſtinus, qui, propoſita Chriſti parabola, ſemper *diſtinguit inter granum & paleam, & in ſolis granis Eccleſiam propriè conſtituendam eſſe cenſet.* Quinetiam in illa diſputatione contra Donatiſtas, ſæpe affirmat Eccleſiam Catholicam probandam eſſe expreſſis Scripturæ locis: *Verum*, inquit, *Donatiſtæ Eccleſiam teneant, non niſi diuinarum Scripturarum Canonicis libris oſtendant. Hæc ſunt cauſæ noſtræ documenta, hæc fundamenta, hæc firmamenta*, hęc ille. Atque, vt nominatim de Miniſtrorum electione agamus, Orthodoxi profitebantur, modò Donatiſtæ ad veram & Apoſtolicam doctrinam redirent, ſe non improbaturos ipſorum Epiſcopos: *vt intelligerent* (inquit Auguſtinus) *quòd in eis Catholica non Chriſtianam conſecrationem, ſed humanum deteſtaretur errorem.* Itaque qui nos toties cum Donatiſtis comparant, nos (ſi modò poſſint) erroris conuincant, idque præclaris illis Auguſtini documentis, fundamentis, firmamentis: hoc eſt, expreſſis Scripturæ teſtimoniis, potius quàm Chriſtianam paſtorum noſtrorum conſecrationem inſectentur. Cur autem ab illis diſceſſerimus, rationem pro nobis reddat Ambroſius his verbis: *fides*, inquit, *Eccleſiæ in primis quærenda mandatur: in qua ſi Chriſtus habitator ſit, haud dubiè legenda, &c. Sed ſi qua eſt Eccleſia quæ fidem reſpuat, nec Apoſtolicæ prædicationis fundamenta poſſideat, ne quam labem perfidiæ poſſit aſpergere, deſerenda eſt.* Hęc Ambroſius. Quamobrem deſinant tandem nos *ſchiſmaticos* appellare: quandoquidem *ſchiſma* dici debet cùm à vera Eccleſia & ab Apoſtolica doctrina receditur, non autem cùm ab erroribus ad veritatem reditur. Nec enim Ioannes hortatur ad ſchiſma faciendum, cum fideles admonet vt *ex Babylonica corruptione diſcedant*.

Quis ſit legitimus Succeſſionis Epiſcoporum vſus.

Sed vt aliquando à rerum abuſu ad rerum vſum orationem traducamus, quærent fortaſſe à nobis Aduerſarij, cum aſſeramus Pontificios iſta, de qua agimus, *Succeſſione abuti*, *Ecquis igitur illius rectus ac legitimus vſus eſſe debeat?* Huic quęſtioni vt ſatisfaciamus, in memoriam reuocandum eſt quod iam antè diximus, neminem hoc errore duci oportere, vt exiſtimet Eccleſiæ ſtatum eundem perpetuò manere, quem tot viciſſitudinibus ac mutationibus expoſitum eſſe probauimus, & pluribus adductis rationibus poſſet illuſtrari. Multa enim in ſacris literis occurrunt huius rei argumenta, ſed ex infinita ſylua quędam tantùm decidimus, quæ ad hoc noſtrum inſtitutum pertinere videbantur. Hoc certè ita eſſe confirmat ſancta Azarię prophetę ad regem Aſam cohortatio, cum ait *multos quidem dies præteriiſſe quibus Iſraelitæ fuerant ſine vero Deo, ſine ſacrificatore, ſine Doctore, ſine lege: ſed eos toties Deum inueniſſe, quoties eum per pœnitentiam quæſiuerunt*. Deinde nunc comparatur Eccleſia cum *vite frugifera, cuius latè diffuſi palmites terram ipſam tegere videantur*. Nunc contrà dicitur, eſſe *ſimilis ei vineæ, quam Apri & feræ ſylueſtres depaſcentes penitus vaſtarunt*. Aliquando dicitur Eccleſia eſſe *inſtar arboris ramos longè explicantis, atque porrigentis*: Aliquando verò ſignificatur nomine *arboris, quæ, adueniente hyeme, decuſſis foliis, omnino videtur exaruiſſe*, cum tamen vim ac ſubſtantiam intus collectam, concluſamque retineat.

Externum Eccleſiæ ſtatum multis mutationibus obnoxium eſſe confirmatur certis expreſſiſque ſcripturę locis
Locus.1.
2.Chr.15.
Locus.2.
Pſal.80.
Ezec.19.
Ezec.36.
Eſa.6.

Quòd & facilius intelligetur, ſiquis paulò fuſius perſequatur eam ſimilitudinem, qua video Ambroſium fuiſſe delectatum, dum *Eccleſiam cum Luna comparabat*. Vt enim hæc non propria, ſed (vt quidam dicebat) luce lucet aliena, quandoquidem à ſolis radiis accenſa totam inde ſuam lucem accipit: ita Eccleſia lucet, non ſuo, ſed Chriſti fulgore & ſummis eius dotibus ac beneficiis illuſtrata: & quemadmodum non ſemper Luna pleno orbe lumen ſuum nobis oſtentat: ſed aliquando ita decreſſit, vt nobis illa non amplius ſupereſſe videatur, nec tamen vnquam propterea radiis Solis deſtituitur, quamuis humanis ſenſibus ſecus appareat: Ita Eccleſia non ſemper plenum fulgorem emittit, ſed aliquando ita obſcuratur, vt noſtris oculis non pateat: & nihilominus certum eſt eam ſemper eſſe, ſemperque à ſuo Sole, id eſt, à Chriſto illuminari.

Eccleſiæ comparatio cum Luna. Hexaeme.l.lib.4.c.8.

Quòd ſiquis repetat veterum temporum memoriam, facilè videbit ſemper varium Eccleſiæ ſtatum, & varias eius viciſſitudines fuiſſe.

Locus tertius à temporum inductione.
Gen.4.

Ac primum cum narrat Moſes, *Enos tempore, homines cœpiſſe inuocare nomen Domini*, ſiue ita hunc locum cum veteribus interpreteris: ſiue intelligas, vt quidam doctiſſimi cenſuerunt, tunc homines cœpiſſe vocari, Dei nomine, ſemper ex hoc loco licebit colligere, tunc temporis cultum Domini fuiſſe inſtauratum, & Eccleſiæ faciem clariſſimè enituiſſe: At poſteà impietas adeò graſſata eſt, vt inundante terras diluuio, Eccleſia in Noë familia, non minus quàm in arca concluſa fuerit. Deinde ſumma fuit temporum caligo, donec rurſus in Abrahamo, cuius maiores idola coluerant, & in eius poſteris luxit Eccleſia. Poſtquam autem in Ægiptum ventum eſt, tunc Eccleſiæ ſcintillulæ Ægyptiaca ſeruitute, quaſi cineribus, per multos annos obrutæ, tandem Moſis flabello excitatæ, in maximas flammas eruperunt. In terra Chanaan (hæc enim properans percurro) toties Eccleſiæ ſtatus mutatus eſt, vt diuinus cultus, & Idololatria, alternis ſibi inuicem identidem ſuccedere videantur. In regno Dauidico videtur Eccleſia quaſi pleno orbe refulſiſſe. Sed poſtea, offuſis idololatriæ tenebris, ſæpe eius lumen quodammodo extinctum viſum eſt. An porrò mihi multa dicenda ſunt de Iſraëlitarum decem tribubus à reliquis duabus

Ier.2.3.Oſ.2.4
2.Reg.16.&
23.2.Chr.28.
Ezec.8.&c.

duabus, ſimulque à vera Dei religione diuulſis? Quid commemorem Iudæorum idololatriam atque adeò ipſius Templi profanationem? An Hieroſolymam à Babyloniis expugnatam, Iudæoſque in captiuitatem abductos fuſius enarrabo? quàm verò tunc fuit miſera Eccleſiæ conditio? Tandem verò ſub Zorobabele nouus quidam dies illuxit Eccleſiæ, cùm reuerſis ex captiuitate Iudæis, extructa vrbe, inſtaurato templo, cultus Dei fuit reſtitutus. Sed ecce, rurſus ille nitor Eccleſiæ, ſtatim in ſquallorem conuerſus eſt, vera doctrina à variis ſectis & impiis hominum commentis miſerè corrupta. Hinc Phariſæi irrumpebant, illinc vigebant Sadducæi, & aliunde alij falſi Doctores irruebant. Interim Eccleſia ad ſummas anguſtias redacta, vix habebat vbi pedem poneret. Tunc Chriſtus redemptor & inſtaurator Eccleſiæ in terras venit, Eccleſiam quaſi à mortuis excitatam in vitam reſtituit, ei nouam quandam faciem dedit, eámque omni benedictionum genere cumulauit. Et quanquam ab eo tempore multæ ſæpe nebulæ interuenerunt, tamen aliquos ſemper radios emiſit, donec tandem facta eſt illa generalis apoſtaſia quam futuram prædixerat Apoſtolus: tunc enim externa Eccleſiæ luce penitus extincta, ſola viſibilis quidem Eccleſiæ vmbra, atque nomen remanſit: quod non eſt opus nunc pluribus perſequi: iam enim antea de hac re aliquid à nobis dictum eſt, & nolo meo, communique piorum omnium vulneri, manus ſæpius afferre. Cæterùm Auguſtinus rem hanc totam volens exprimere, *Ipſa eſt Eccleſia, inquit, quæ aliquando obſcuratur, & tanquam obnubilatur multitudine ſcandalorum, quando peccatores intendunt arcum, vt ſagittent in obſcura luna rectos corde*, &c. Et paulò poſt, *Illi quidam firmiſſimi fuerunt, & verba hæreticorum inſidioſa intelligere potuerunt, pauci quidem in comparatione cæterorum, ſed tamen etiam ipſi quidem pro fide fortiter exulabant, quidam toto orbe latitabant: ac ſic Eccleſia, quæ per omnes gentes creſcit, in frumentis dominicis conſeruata eſt.* Quòd ſi Auguſtino Chryſoſtomum adiunxeris, res fiet etiam planior: *Vt Roboam, inquit, relicto conſilio ſeniorum, & coætaneorum ſuorum ſequutus, occaſionem præbuit diſſidii: Sic & circa finem, Epiſcopi relinquentes conſilia ſeniorum, id eſt, Apoſtolorum & Prophetarum, & ſequentes conſilia coætaneorum ſuorum conſilientium quærere Epiſcopum diuitem fieri & inhoſpitalem, & timorem Dei non habere, & talia quædam loqui, quæ nunc eis placitura, dederunt occaſionem Diabolo præciſionem faciendorum*: Hæc ille. Quorſum igitur tam multa? nempe vt intelligamus, cùm tot tantæque occurrant Eccleſiæ mutationes, ita nobis ſtatuendum eſſe, vt quamdiu Dominus nobis pro ſumma ſua miſericordia Eccleſiam exhibet puriſſima Chriſti luce præfulgentem, & ſuo ornatu ac pulchritudine, id eſt, puritate doctrinæ, ſyncera Sacramentorum adminiſtratione, & recto diſciplinæ vſu decoratam, tunc ordinariam Eccleſiæ paſtorumque Succeſſionem plurimi nobis eſſe faciendam: nec ferendos, ſiqui, ſpreto Eccleſiæ ordine, ſeſe temere ingerant & intrudant in Eccleſiaſticas functiones, vel alienos cœtus colligant, quibus diuellatur ſancta Eccleſiæ communio: nec eſſe propter ſcandala ab Eccleſiæ communione recedendum. Quòd ſemper videmus fuiſſe ab Eccleſia traditum & obſeruatum, quamdiu aliquid puritatis retinuit. Si verò tota (quantum apparebit) Eccleſia corrupta fuerit, atque

2.Theſ.2.

Epi.48.

In Matt.hom. 1.com.poſt.

Quando colenda ſit ordinaria vocatio.

adeò ipsius corruptionis origo & fons in ipsis Pastoribus extiterit, & ab illis ad [illegible] Eccl. corpus [illegible]. Si deprehensa regnabit [illegible] Dei cultus [illegible] & verus Sacramentorum vsus [illegible] [illegible] Ecclesiæ Disciplina in ambitiosam [illegible] & Tyrannidem conuersa fuerit: Tunc verum legitimum [illegible] cessionem simul etiam illic extinctam esse dicendum est: quia [illegible] quidem propriè loqui velis, verbum Doctrinæ, & vero Ministerio [illegible] dato, Ministerij vim & veram successionem adimere [illegible] [illegible] dixerit? & si qui sint, qui Pastores, qui Episcopi nominantur, [illegible] ordinem ac seriem à Domino improbari, qui pro sua immensa & impervestigabili sapientia, solet quando visum fuerit, extraordinariis modis verum ordinem Ecclesiæ restituere: solet, inquam, excitare, atque præter solitum & vulgatam rationem, certos homines ad id comparatos & instructos, quorum animos accendit vehementissimo diuini zelo, & quorum os implet sanctissimo suo verbo [illegible] ficacia & virtute. Nec tantum eximios illos viros, [illegible] exhibet: sed etiam aperit oculos hominum, [illegible] intuentur, & emergentes e tenebris, [illegible] qui lucem præferant, atque ita rursus ordo Ecclesiæ qui [illegible] instauratur: & tunc ille à nobis colendus est, & ordinaria Pastorum vocatio diligenter obseruanda. Si quis huius rei confirmationem requirit, multa exempla multasque rationes suppeditabit Scriptura, quæ tollent omnem dubitationem. [illegible] *cessio* adeò compendium esse [illegible] Ecclesiæ, vt [illegible] Ecclesiasticum, quasi [illegible] à parentibus ad liberos, [illegible] verbo deserentes, [illegible] videmus illic propter [illegible] successionem fuisse interruptam. Cum enim Ophni & Phinees, Heli Sacerdotis filij, omni [illegible] generi dediti essent, [illegible] effusam licentiam aleret filiis patris indulgentia; [illegible] Dominus pronuntiat se sublaturum esse [illegible] Sacerdotij successionem, quæ diu in Heli familia permanserat, [illegible] Dominus Heli Sacerdoti) *fore vt* [illegible] *sed abscissurus,* [illegible] [illegible] *& qui* [illegible] [illegible] *fortibus* [illegible] [illegible] Tum [illegible] *mihi Sacerdotem fidelem, qui* [illegible] [illegible]. Hac ratione Dei [illegible] maximè Solomonis tempore, cum [illegible] [illegible] Successionis [illegible] Posterea [illegible] tribu [illegible] [illegible] qui [illegible] corrupti essent: [illegible] ad eos Elias propheta, vt illos ad verum religionem sanctissima cohortatione reuocaret. Eliam, inquam, mittebat, qui tamen non erat ex Sacerdotum ordine, sed præter ordinem excitatus à Deo, ad [illegible] dum ipsius verbum [illegible] atque etiam ad sacrificandum in oculis totius populi, quemadmodum narrat historia.

Expendamus etiam quid contigerit Silo, vbi Dominus præsentiæ suæ testi-

Ierem.9.

Pontificij nullo jure postulant vt [illegible] nisi apud eos Ministerij successio, [illegible] cunque [illegible] ant.

Ordinem sacerdotū propter hominum peccata interrumpi confirmatur.
Argum.1.

Arg.2.
Eze.44.

1.Sam.2.

1.Reg.2.

Argum.2.
1.Reg.18.

Argum.3.

[illegible] collocaſſet, nempe propter populi ſcelera, ſublata inde [illegible] nihil præter [illegible] ſolitudinemque remanſiſſe. Cùm igitur Iudæi ſibi vana ſpe blandirentur, & nomen *templi* identidem inculcarent, Diuinum interea cultum alienis ritibus corrumperent: increpantur à Domino per Ieremiam, his verbis: *Faciam*, inquit, *huic domui ſuper quam inuocatum eſt nomen meum, & qua confiditis, & huic loco quem dedi vobis & patribus veſtris, quemadmodum feci Silo, & vos proijciam à facie mea.* Quæ omnia tandem euentus comprobauit. Hic igitur quærimus à Pontificiis, quibus poſſint proferre peculiarem aliquam promiſſionem ſpiritualis ſucceſſionis, qualem habebant Iudæi, cum de *Templo* [illegible]. Quod ſi ea promiſſione ſunt deſtituti, quo tandem iure poſtulant, vt inuiolata apud eos permaneat *Sacerdotij* ſucceſſio quantumlibet ſint corrupti & ſcateant infinitis erroribus, cum Dominus Iudæos propter ipſorum peccata, & ſuæ præſentiæ teſtimonio, & publico ſuo cultu priuauerit? Si Deus deſeruit vetus illud templum, quod tanto fauore, tantiſque promiſſionibus exornauerat, reliquit veteres ſacerdotes [illegible] teſtimonio [illegible] decorauerat: ſi [illegible], interrupit propter [illegible] allegabit, qui Eccleſiam alligatam eſſe [illegible] qui [illegible] peculiari promiſſione ſunt deſtituti, & innumeris [illegible] atque erroribus [illegible]. Hæc [illegible] de Pontificiorum erroribus dicta ſunt [illegible] deſtruendi [illegible] profiteatur aut eſſe penitus [illegible]. Neque [illegible] deplorandæ [illegible] verba [illegible].

Ierem. 7.

Pontificij nullo iure poſtulant vt inuiolata maneat apud eos Miniſterij ſucceſſio, vtcunque erroribus ſcateant.

Cæterum [illegible] quod Dominus per Ezechielem denuntiat Leuitis ac ſacerdotibus, qui non obſtiterant idololatriæ populi, ſed in eiuſdem ſceleris ſocietatem [illegible] fuerant: [illegible] Dominus, [illegible] ſuper illos, [illegible] ne mihi ſacerdotio fungantur, neque accedant [illegible] ſanctorum [illegible] quæ [illegible] Et [illegible], quæ extat apud Oſeam [illegible] ſacerdotes Iſraelis: *Quia tu ſcientiam*, inquit, *repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio mihi fungaris, & quia oblitus es legis Dei tui*, [illegible] hoc [illegible] diligentius obſeruandum eſt, quod nominatim ad Succeſſionem pertinet. Hic ergo paululum ſubſiſtant aduerſarij [illegible] Sacerdotes [illegible] eſſe [illegible]. Si enim Sacerdotes illi antiqui, qui Sacerdotium ad ſuos hæreditario iure tranſmittebant ex Legis præſcripto, ex autoritate, illo iure ſucceſſionis priuantur, quia aberrantem populum in viam non reduxerant, ſed illi ſe adiunxerant ſocios in idololorum cultu: quanto maiori ratione dicemus Pontificios iure Succeſſionis excidiſſe, qui non modo non populum ab errore reuocarunt, ſed etiam erroris auctores extiterunt, qui non ſecuti ſunt populum in

Arg. 4.
Eze. 44.

Oſe. 4.

vanis suis superstitionibus, sub quos populus in [illegible] illis erroribus [illegible] qui pro suis [illegible], tanquam pro aris & focis, pugnare [illegible]: quæcunque erranti populo [illegible] candam, [illegible]. Ex [illegible], & [illegible] Successionis [illegible] Pontificio [illegible] Ezechiel Oseasque verbis apertissimis [illegible].

Arg. 5.

Sed quid pluribus de hac re contendimus? quasi vero [illegible] hic [illegible] author, quàm Christus ipse, qui cum Ecclesiam ab infinitis erroribus & corruptionibus, ad statum [illegible] vindicaret, [illegible] sumpsit Apostolos? num ex numero Sacerdotum [illegible] ordinariam Successionem in Ecclesia [illegible]? Nonne potius videmus Apostolos fuisse præter [illegible]? Quare [illegible] ac [illegible] certissimis rationibus hactenus [illegible], expressisque Scripturæ testimoniis [illegible] ita [illegible], [illegible] nullo [illegible] possit: *Deum [illegible] extraordinaria vocatione ad Ecclesiam [illegible]*. Iam quid [illegible] in [illegible] temporibus dicendum est, quibus [illegible] neglectis Dei mandatis, humanas traditiones [illegible] sunt? qui propemodum sine puritate doctrinæ, sine legitima Sacramentorum administratione, sine recta [illegible] Ecclesiasticæ Disciplinæ [illegible] hoc [illegible] vitam est, ab ea vita quæ solo [illegible] nomine digna est, recedere) nonne [illegible] argumentum ad agnoscenda irati Dei aduersus nos iudicia, cum [illegible] nostrum permiserit lumen illud extingui, quod nobis [illegible] perpetuo præluceret? Quis [illegible] posset, in tanta rerum [illegible], Deus qui in ipsa prima mundi conformatione [illegible], ordinem in confusione [illegible] summam in tanta deformitate [illegible] eruisse, [illegible] *non sunt, qui possit ex lapidibus excitare filios Abrahæ*. Ille, inquam, cuius summa est atque infinita potentia, inexhausta bonitas, incomprehensum consilium, constantissima veritas, imperuestigabilis sapientia, [illegible] quos præter ordinem excitauit, qui vera Euangelij prædicatione Ecclesiæ ordinem [illegible], & quem admodum Pontifices Ecclesiam [illegible] modò ex Ecclesia sustulerant, ita illi Ecclesiam Ecclesiæ reddiderunt. Ergo sicut, quod olim diluuij tempore contigit, diluuiis [illegible] nimirum, aquis terram vniuersam occupantibus, Ecclesia non conspicua quidem, sed in arca delitescens, vndis [illegible] fluctuans, sed non demersa, conseruata est, donec tandem foras [illegible] in lucem prodiit: Ita postquam diu delituit Ecclesia humanis erroribus propemodum obruta, cum Dominus, & quando voluit, & quibus modis voluit, in lucem hoc tempore reuocauit.

Conclusio.

Applicatio ad Pontificios errores.

Deus hac ætate vsus est modis extraordinariis ad Ecclesiam reformandam.

Verum obiiciunt aduersarij, *ab aduentu Christi nullas amplius nec fuisse, nec fore [illegible] extraordinarias [illegible] Ecclesiam*. Nos autem [illegible] istius sententiæ aliquam confirmationem. Habemus n. certa Scripturæ exempla, quibus nitimur, & quorum vsum sequendum esse affirmamus, nisi aliquid illi ex Scriptura protulerint, quod nos ab eorum exemplorum vsu possit auocare. Deinde (vt progrediamur vlterius) citamus testem Ioannem in Apocalypsi de generali corrupt. Eccl. quæ futura erat, prædicit *Deum [illegible], qui prophetarent aduersus Ecclesiam [illegible] &*

Obiectio ab aduentu Christi [illegible] esse locum extraordinariis vocationibus.

Responsio.

bestiam ascendentem ex abysso: & Angelos [illegible] *ad Deo* [illegible] *Babylonicis* [illegible], quibus significatio [illegible] lum, Deum vsurum esse extraordinaria ratione in instaurandâ Ecclesia ministrum, excitatis quibusdam singularibus viris, qui puræ Euangelij prædicationi, restituendæq; Ecclesiæ fideliter incumberent. Profero etiam locupletissimum illud Apostoli testimonium, qui postquam prædixit futuram esse generalem apostasiam, subiungit fore, vt [illegible] *Dominus conficiat Spiritu oris sui*. Is legant sanè locum, [illegible] totam hanc quæstionem definit. Ex eo enim [illegible] illa [illegible] quorum tractationem [illegible]. Vnum in generali illa Ecclesiæ corruptione successionem visibilem nullam [illegible], vt [illegible] liquidò confirmat, quod successioni contraria [illegible]. Alterum instaurandam esse Ecclesiam pura Euangelij prædicatione, vt apparet ex his verbis: *quem Dominus conficiet Spiritu oris sui*: cuius prædicationis rationem extraordinariam fore, vel ipsa verba satis indicant. Non enim ait simpliciter illum à seipso *conficiendum esse*, sed *à Spiritu oris Domini*, qui procul dubio opponitur blasphemiis, quas [illegible] loquitur Paulus. Sic igitur breuiter [illegible] conclusionem definiemus: [illegible] *Christus* [illegible] *& Ecclesiam* [illegible] *in* [illegible] *Dei* [illegible] *per verbi Dei prædicationem* [illegible] *Ecclesiam* [illegible] [illegible] *Dei* [illegible] *Spiritu oris Christi*, [illegible]. Quod ita esse facilè intelliget, qui rem ipsam propiùs inspexerit. Nam ipsum dei verbum, quâ Euangelij prædicatio secum infert Ministerium Ecclesiasticum. Quid enim intelligis nomine *Spiritus oris Dei*? an verò [illegible] Deus loquutus [illegible]? Minimè verò. Sed Apostolus significat, Dominum [illegible] esse pios Euangelij præcones, [illegible] Dei proposito, hostem Christi, [illegible] blasphemias confodiant. His igitur expressis Scripturæ locis, extraordinariæ vocationes asseruntur.

.Thes.2.

Expenditur locus Pauli. 2. Thessal. cap 2.

Conclusio. Extraordinarias vocat. nisi Scriptura. Obiectio. Vocationes extraordinarias esse miraculis confirmandas

Verum hic nobis occurrunt ab Aduersariis hac ratione, *quod extraordinariæ vocationes sint miraculis confirmandæ, quæ ipsi nobis hactenus* [illegible]*; nostros verò qui nostrarum Ecclesiarum fundamenta iecerunt, nulla miracula edidisse: Non igitur fieri posse, vt eorum extraordinaria fuerit à Deo vocatio.*

Responsio. Matt. 12. & 16. 1. Cor. 1.

Chrys. in Psal. 142.

Antequam ad aliud respondeo, libenter quærerem ab Aduersariis quid tandem dicturi sint ad hanc Christi sententiam: *Natio mala & adultera signum requirit.* Et ad illud Pauli dictum: *Iudæi signum quærunt.* Si vel eo ipso tempore quo *donum miraculorum* vigebat in Ecclesia [illegible] si quid illa adhærescebant, quantò magis [illegible] sunt, qui hoc tempore flagitant miracula, cum illa docendorum hominum ratio iam [illegible] cessauerit, quemadmodum ipsi etiam veteres agnouerunt. Miraculo[illegible] cum nos aduerſarij toties cum Donatiſtis comparent (quàm falſò id quidem, iam antè dictum eſt) hoc eos non animaduertere, quód cùm Donatiſtæ miraculis ſuam ſententiam probare vellent, fuerint grauiter ab Auguſtino refutati, qui potiùs illos in Scripturarum arenam pertrahebat: Ipſi verò à nobis miracula exigant, licet apertiſſimis Scripturæ locis doctrinam noſtram confirmemus. Vtri ergo potiùs videntur Donatiſtas referre? Credant igitur Auguſtino, quem illi cùm Donatiſtis manus conſerentem nobis ſolent obiicere. Sic enim alicubi: *Eccleſiam ſuam*, inquit, *demonſtrent, ſi poſſunt, non in conſiliis Epiſcoporum ſuorum, non in ſignis & prodigiis fallacibus, quia etiam contra iſta, verbo Domini præparati & cauti redditi ſumus: ſed in præſcripto legis, in Prophetarum prædictis, in Pſalmorum cantibus, in ipſius Paſtoris vocibus, in Euangeliſtarum prædicationibus & laboribus, hoc eſt in omnibus canonicis ſanctorum librorum authoritatibus*: Hæc ille. Quia verò placet Aduerſariis, *nullas eſſe poſſe vocationes extraordinarias ſine miraculis*, doceant igitur quænam alia fuerint ab Abdia, Nahum, & plurimis aliis veteribus Prophetis à Deo extraordinariè vocatis, edita miracula, præter eorum quæ annuntiarunt veritatem. Atque, vt Chryſoſtomi verba vſurpemus, *Ecquod miraculum edidit Ioannes baptiſta, qui tot, tantáſque ciuitates erudiuit? nam Euangeliſta teſtatur eum nihil miraculoſè egiſſe*, dicens, *Ioannes quidem nullum ſignum fecit*. Quis tamen propterea Ioannis vocationem minus ratam fuiſſe dixerit? Præterea cùm *vetat Dominus haberi fidem pſeudoprophetarum miraculis, quibus homines auertebant à vero Dei cultu*: ſatis inde nos docet quatenus, & quomodo miraculis vtendum ſit. Quare cùm olim multi extiterint veri Prophetæ ſine miraculis, ex eo facilè perſpici poteſt, miracula non eſſe neceſſariam notam eorum qui à Domino præter ordinem excitantur. Quid quòd Apoſtolus *errores Antichriſti cum ſignis ac miraculis futuros*, eos autem non alia ratione, quàm *ſpiritu oris Domini conficiendos eſſe* prædixit? Cæterùm cum Chriſtus hanc nobis regulam præfinierit, qua poſſimus falſos à veris doctoribus diſcernere, nempe *eos à ſuis fructibus eſſe dignoſcendos*: cur eâ non contenti, alias prætereà temerè & pro arbitrio, confingamus? Itaque iudicetur, tum de Pontificiis, tum etiam de noſtris Paſtoribus, ex doctrina, quæ verus eſt fructus, atque etiam, ſi placet, vtrorúmque vita in diſquiſitionem vocetur. Quod ſi fiat, certò ſperamus Deo fauente, nos facilè in hac cauſa fore ſuperiores: vt & poſtea nobis adhuc fuſiùs dicendum erit. Poſtremò qui à nobis miracula flagitant, ipſi ſibi iniuriam facere videntur, cùm nos potius ad Scripturæ probationem arceſſere deberent. Num enim alios libros, num alia ſcripta, quàm Legis, quàm Prophetarum, quàm Apoſtolorum proferimus? *Ergo*, inquit Auguſtinus, *res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione decertet*. Annon etiam illi eoſdem libros agnoſcunt? Si igitur doctrinam noſtram ex ſacris literis ſpectatam probatámque conſtiterit eſſe veram, quo tandem ore poſtulabunt, vt illa miraculis confirmetur? Nam ſi Apoſtolorum doctrina noſtra eſt, cur non etiam Apoſtolorum miracula noſtra erunt, quæ à Doctrina diuelli nullo modo nec debent nec poſſunt? Sin autem contendunt doctrinam, quam profitemur, eſſe falſam, cur non igitur eam falſitatis conuincunt

De vnit. Eccl. c.16.

Non omnes extraordinariæ vocationes miraculis confirmatæ fuerunt, nec hodie eò recurrendum eſt

Ratio. 1.
In Mat. hom. 47. Io. 10.

Ratio. 2.
Deut. 13.

Rat. 3.
2. Theſ. 2. 8.

Ratio. 4.
Matt. 7.

Ratio. 5.

dincunt productis Chriſti & Apoſtolorum tabulis, quas reueremur, & quibus nos addictos, noſtramque cauſam cum omni reuerentia ſubiectam eſſe volumus. *Non audiamus* (inquit, Auguſtinus) *Hæc dico, hæc dicis: Sed audiamus: Hæc dicit Dominus:* tum addit: *Sunt certè libri Dominici, quorum authoritati vtrique conſentimus: ibi quæramus Eccleſiam, ibi diſcutiamus cauſam noſtram.*

De vnit. Eccl. c. 3.

Hęc ille, dum bonitate cauſæ, tanquam fortiſſimis armis inſtructus, aduerſarios in arenam, & apertum Scripturæ campum prouocabat, neq; ad miraculorum probationem, tanquam ad latibulum refugiebat. Atq; vtinam qui tantum miraculorum deſiderium præ ſe ferunt, oculos aperiant ad tantam lucem, quam his temporib. Deus accendit, vt videant, quanta virtute, quàm mirandis modis, quot deniq; miraculis vſus eſt in reſtituenda doctrinæ puritate, & collapſa Eccleſia inſtauranda, ac reformanda: quibus, inquam, miraculis Dominus ſui verbi præcones excitauit, confirmauit, in mediis periculis conſeruauit, & ex ipſis mortis faucib. ſępiſſimè ſaluos eripuit: quorum etiam labores tanto fauore & benedictione, ac tam proſperis ſucceſſibus proſecutus eſt, vt quamplurimi euaſerint noui quodammodo homines, dum ex ſuperſtitionũ, & idololatrię tenebris, in purę religionis lucem educti ſunt: quos perquàm mirum eſt ex inquinatiſſimę vitę ſordibus, ex gurgite libidinum ac voluptatum emergentes, vt ad portum tutiſſimum ac trãquilliſſimum, ita ad ſanctimonię, virtutiſque ſtudium animum appuliſſe.

Satis miraculorum nobis hoc tempore Dominus exhibet, ſi modò oculos ad ea intuenda haberemus.

Pręclarè autem monet Chryſoſtomus, nunc cum externa miracula fieri deſierunt, vitę innocentiam morumque integritatem miraculorũ loco nobis eſſe debere. *Si,* inquit, *ex auaritia in liberalitatem tranſieris, ſiccam & manum [illegible] recuperaſti: Si, theatralibus ludis ſpretis velociſſimeque ad tuus Eccleſiaſticos petieris, claudicanti pedi incolumitatem reſtituiſti: Si oculos tuos ab aliena forma & à meretricio aſpectu reuocaueris, cæcum te illuminaſti: Si diabolicos cantus dedidiceris, & eorum loco ſpirituales Pſalmos didiceris, iam loquutus, cum antea mutus eſſes. Hæc ſunt maxima miracula, hæc ſigna eximia, quæ ſi faciamus, præclari erimus & illuſtres, & vitam æternam conſequemur.* Hęc ille: quibus veram certè edendorum hoc tempore miraculorum rationem nobis tradidit. Iſtis autẽ pleriſq; miraculis (abſit verbo inuidia) poſſemus ſummo Dei beneficio profiteri noſtras Eccleſias non eſſe penitus deſtitutas.

Vitę integritas & reformatio habenda eſt loco miraculorum, In Mat. hom. 33.

Sed ſine hæc quidem Aduerſariis ſatiſfaciant, proferam ego miracula, quæ qui non attendit, eum profectò non crediderim, vel Iſraelitis tutò per medias vndas tranſeuntibus, vel aquis ex rupe miraculoſe profluentibus, vel aliis eiuſmodi miraculis vnquam potuiſſe commoueri. Nam ſimulatque primi huius noſtræ Reformationis, quaſi radij oborti ſunt, quot nubes vndique collectæ, quot tempeſtates excitatę fuerunt ab Euangelij hoſtibus, vt naſcentem illam lucem extinguerent? quanto conatu Lutheri principiis obſtiterunt, dum omnes in vnum Monarchę, ac Principes in plebeium, potentiſſimi & quibuſuis armorum generibus inſtructiſſimi, in nudum, inermem, & omni humano robore pręſidioq; deſtitutum inſurgerent, ita vt ipſa potentia cum infirmitate certare videretur? Quid Zuinglium, OEcolampadium, Caluinum, & pleroſque alios commemorem, qui etiam puræ doctrinæ lucem nobis prętulerunt? Ecquid conſilij & doli, ecquid ſęuitię & cru-

De maximis Dei miraculis quæ in primis Eccleſiæ hoc tempore reformandæ initiis extiterũt.

Doctorum pręſtantia & fortitudo.

delitatis prætermiſſum eſt, ad renaſcentis Euangelij primordia conuellenda, & ad primos eius aditus obſtruendos? Triſtiſſimis flammis tota propemodum Europa colluxit, tota piorum ſanguine redundauit. Interea vidimus ſanctiſſimos Euangelicæ veritatis aſſertores ac propugnatores, in mediis ignibus, flammis ipſis illuſtriores, tormentis fortiores, perſecutoribus ſuperiores: vidimus, inquam, illos ſæuiendo victos, noſtros autem patiendo victores extitiſſe: ita vt meritò poſſimus hæc Tertulliani verba tanquam propria vendicare: *quoties metimur, plures efficimur: ſemen eſt ſanguis Chriſtianorum*. Et certè res tandem docuit, qua manu nos Euangelij hoſtes interficiendo demetebant, eadem ſementem feciſſe, vnde Eccleſiarum noſtrarum ſeges vberrima ſurrexit. Quis igitur hæc tanta Diuinæ virtutis miracula non ſuſpiciat? quis non illorum attenta conſideratione moueatur? Quis huius noſtræ Euangelicæ reformationis Deum authorem & protectorem eſſe non agnoſcat, qui mediis adeò infirmis vſus, voce, calamo, chartis, ſanguine, tanquam fortiſſimis machinis, in munitiſſimam Pontificiorum arcem inuaſit? Et adhuc Aduerſarij miracula poſtulabunt, quos tot premunt & vrgent diuinæ virtutis miracula? Hoc ſanè ſibi dictum putent, quod Auguſtinus admiranda Dei opera celebrans: *Hæc*, inquit, *qui non videt cæcus: qui videt, nec laudat, ingratus: qui laudanti reluctatur, inſanus eſt*. Quod ſi hæc ætas vel cæca, vel ingrata, vel mentis expers, tantam vndique circunfuſam lucem, aut aſpicere non dignetur, aut conetur extinguere, tam profectò (ſic enim fore confido) poſteritas intuebitur, & admiranda Dei opera quæ hiſce noſtris temporibus extiterunt, ab obliuione vindicabit. Mirabitur Martyrum noſtrorum fortitudinem, prædicabit Dei virtutem in illorum patientia relucentem, celebrabit eorum in media morte, de ipſa morte, victoriam, conſeruabit hoc perpetuum Diuinæ miſericordiæ, potentiæ, & gloriæ monimentum, in quo omnes videant, & quos Deus ad aſſerendam ſuam veritatem elegerit, & quantis hoſtibus oppoſuerit, & quot victoriis coronarit. Sed ſentio me iam longiùs eſſe prouectum, dum me fratrum amor, & inuictæ noſtrorum Martyrum conſtantiæ gratiſſima recordatio pertraxit in ſermonem longiorem. Sed de tantis rebus minus dici à me non potuit. Quare (redeundum eſt.n. ad propoſitum) fruſtra Aduerſarij à nobis miracula flagitant, cum noſtra doctrina expreſſo Dei verbo nitatur, ex quo ſpectanda & iudicanda eſt, non ex miraculis. Sed ſi tantopere miraculis ducuntur, ecce infinita miracula, quibus hac ætate Dominus Eccleſiam ſuam ſqualore Pontificio deformatam atque conſepultam è tenebris in lucem reuocauit. Quod ſi tantum hunc fulgorem oculis, vel odio ſuffuſis, vel malitia perſtrictis, cernere non poſſunt: certè vel hoc vnum nobis erit maximum ac inſigne miraculum, quod illi in media luce verſantes, & ipſa Dei admiranda opera manibus propemodum tractantes, tamen & videntes non videre, & palpantes non ſentire, & præſentes abeſſe videantur.

Vis ac ſæuitia perſecutionũ Martyrum conſtantia.

In Apolog.

De ciui. Dei. l. 1. c. 7.

Concluſio de miraculis.

Hoſtium Euangelij ſtupor, maximum miraculum.

Nunc ergo ſummam faciamus eorum, quæ à nobis hactenus expoſita ſunt, cum tot errores tamque multiplices iam à multis ſæculis in Eccleſiam irrepſerint (vt omnes coguntur fateri) & quando id accidit, ſoleat

Breuis antedictorum repetitio.

ſoleat Deus vti vocatione extraordinaria ad reſtituendam Eccleſiam: poſtremò cùm Spiritus Domini prædixerit, *non tantùm generalem hanc Eccleſiæ corruptionem futuram, ſed etiam Deum excitaturum teſtes, qui puram verbi Dominici prædicationem opponant erroribus in Eccleſiam inuectis, ita vt hominum (qui amorem veritatis ſumma perfidiâ non receperunt,* quemadmodum loquitur Paulus) *blaſphemiæ ſint tandem à Spiritu oris Domini conficiendæ:* ſatis confirmatum eſſe exiſtimamus quod à nobis propoſitum eſt: videlicet *eos quorum operam Dominus primùm adhibuit ad noſtras Eccleſias colligendas, verè & legitimè fuiſſe vocatos ad illius muneris functionem: ac potuiſſe ex Dei verbo, & veteris Eccleſiæ exemplis, reſtituere verum illum ordinem, quo nunc Miniſtri apud nos eliguntur.* Sed cur ſumus longiores in huius quæſtionis expoſitione? Lucet enim ipſa per ſe, &, nobis etiam tacentibus, ſatis ſuam veritatem prodit. Quid enim opus fuit tot ſcripturæ locos euoluere, cùm res adeò ſit in promptu, vt eam vel ipſe communis ſenſus & ratio definire videatur? Quotus enim quiſque eſt, qui vel ipſo naturæ ſenſu dictante, non facilè iudicet; cùm Eccleſia non poſſit, niſi pura Euangelij prædicatione reformari, ſi quando contigerit corruptionis Eccleſiæ, & errorum, qui in ea pullulant, cauſam & quaſi ſtirpem eſſe defixam in ipſius Paſtoribus, tunc non eſſe expectandam ab iis qui Eccleſiam deformant, Eccleſiæ reformationem? Num (quod negat Chriſtus) *vt Satan Satanam expellat?* Num vt Eccleſiæ corruptores eiiciant, quod vtraque manu prehenſum, ipſo etiam ore ac dentib. mordicus retinere conantur? Num vt pugnent aduerſus errores, quos illi tam ſibi defendendos eſſe, quàm mœnia, exiſtimant? Num vt vitia damnent, quę in numerum virtutum referunt, & quibus fouendis cura diligentiſſima incumbunt? Quoties vidimus cum pleriq; ex Pontificiis doctoribus ſe Reformatis Eccleſiis adiunxerunt, eos à Pontificiis reiectos, damnatos, & indignis modis acceptos fuiſſe? Quid ergo, inquis, operæpretium eſt facere? Nempe quod fieri ſolet in eo inſtaurando ædificio, quod omnino collapſum eſt. Nam ſi non ſolum tectum & parietes corruerint, ſed etiam ipſum, quo ædificium nitebatur, conuulſum ſit euerſumque fundamentum, idque cauſam ruinæ præbuerit: quis adeò expers & ignotus fuerit architectus, vt ſuper veteris illius fundamenti ruinas conſtituat ædificium potius, quàm nouum fundamentum ſanus iaciat? Similiter cùm paſtores, in quorum conſtantia, & integritate quodammodo recumbit Eccleſiæ ſtatus, erunt omnino corrupti, tunc erit neceſſarium, illis relictis, alios à Domino excitari, vt ita ædificium ab ipſius fundamentis ad ſummum vſque perducatur. Quæ cum vera ſint, vt ſunt veriſſima, efficitur, nulla ratione à Pontificiis ſpectandam eſſe Pontificiorum reformationem, niſi fortè, vel ædificium à ruina, vel lucem à tenebris expectare debeas, vel ab ipſo morbo petere medicinam. Atque in ſumma (vt hic locus non noſtris, ſed Chriſti potius verbis concludatur) omnibus argumentis Aduerſariorum hanc vnam oppono Chriſti ſententiam: *Si ſal infatuatus fuerit,* inquit, *ad nihil valet amplius, niſi vt abiiciatur foras.* Quia verò per ludibrium nos *extraordinarios Miniſtros appellitant, ita nobis ſtatuendum eſt. Extraordinarium dici duobus modis:* Aut n. de iis intelligitur, qui ita ab ordine vero

Aduerſarij ab ipſo communi ſenſu refutati.

Matt. 12.

Ædificij collapſi ſimilitudo.

Mat. 5.

ac legitimis discedunt vt ordinem ipsum violent: atque hoc modo, cùm Pontificij ab Apostolicis institutis, & à perscripto in sacris literis ordine defecerint, sunt procul dubio extraordinarij, & in ipsum ordinem iniuriosi. *Aut Extraordinarium dicitur, cùm à more solito, à quo corrupto, itaque ordine, vt ad verum ordinem, qui incorruptus fuerat, redeamus*: quod quidem primis nostris Doctoribus visu venisse agnoscimus.

Liber. Spensæ Doctoris Sorbonici refutatur.

Hæc sanè vel curiosis sufficerent: sed vt Aduersariis gratificemur, ac præsertim Doctori cuidam Sorbonico, qui suam cum Bucero disputationem conscripsit, iam progrediamur vlterius, & aliquid etiam dicamus *de ordinaria vocatione*. Si quid boni fuit in successione, vocatione & ordinatione Ecclesiæ, tum cùm primos nostros Doctores Dominus excitauit, id totum in illis fuisse si dixerimus, quid contrà obijcient Pontificij? Num enim cedò, vel Iudæi, vel Turcæ, vel barbari ac prophani homines, de reformanda Ecclesia primi verba fecêre, ac non potius viri grauissimi, doctissimique Ecclesiæ Pastores & Doctores, quales fuerunt Wiclefus, Ioannes Hus, Lutherus, Zuinglius Oecolampadius, Caluinus, Bucerus, & plerique alij, ex quorum fontibus Ecclesiæ Germanicæ, Heluetica, Sabaudicæ, Gallicæ & innumerabiles aliæ profluxerunt?

Obiect. 11.

Verùm, inquiunt, *exciderunt illi omni iure vocationis & successionis, eò quòd ab Ecclesia Romana doctrina defecerunt*.

Responsio.

Imò verò præclarissimè cum illis actum est, qui Pontificiorum erroribus renuntiantes, ad Euangelicam veritatem Spiritu sancto duce redierunt. Cum autem ex iis quę antè disputata sunt, atque adeò ex veterum Doctorum testimoniis apertè constiterit *veram esse demum eam ac legitimam Ecclesiæ successionem, quæ constanter retinet doctrinam à Christo & Apostolis traditam*, absurdissimum certè fuerit id opponere *legitimæ successioni*, quod vnicum est legitimę successionis fundamentum. Quod si paucissimi illi ex Leuitis (qui aliorum Sacerdotum erroribus & Idololatrię non consenserant) soli ius Sacerdotij obtinuerunt, vt extat apud Ezechielem Prophetam, cæteris omnibus exclusis, quis ergo non potius existimarit *ius vocationis, successionisque* penes primos nostros Doctores fuisse, quàm penes eos, qui in suis erroribus obstinati permanserunt?

Eze. 44.

Obiect. 12.

Itaque cùm huic argumento Doctor ille Sorbonicus diffideret, aliud etiam comminiscitur atque obiicit, *primos nostros Doctores fuisse quidem presbyteros, sed non Episcopos: itaque non potuisse alios Ecclesiæ Doctores constituere, cùm soli Episcopi ius ordinandi habeant: idque (inquit) non tantùm humano instituto, sed etiam verbo Dei*.

Respons.

Quæ sententia quàm sit falsa iam videndum est. Patet ex verbo Dei *Episcopum & presbyterum* (qui quidem Ecclesiam doceat) reipsa atque munere eundem esse: atque ita variis nominibus, rem eandem fuisse significatam. Sic enim Paulus ad Titum: *Huius rei causa*, inquit, *reliqui te in Creta, vt constituas oppidatim presbyteros, sicut tibi mandaui: Siquis est inculpatus, &c. Oportet enim Episcopum inculpatum esse &c.* Idem Apostolus ad Presbyteros Ephesios: *Attendite vobis ipsis & toti gregi in quo vos Spiritus S. constituit Episcopos ad pascendam Ecclesiam Dei*. Et in Epistola ad Philippenses, *Salutem sanctis qui sunt Philippis vnà cum Episcopis & Diaconis*. Ex quibus omnibus satis patere arbitror, Paulo eundem fuisse *Episcopum*, qui *Presbyter* esset, ad docen-

Tit. 1.

Act. 20.

Phil. 1.

dam Eccleſiam inſtitutus. Deinde cum Apoſtolus agit de muneribus **Epheſ.4.** Eccleſiaſticis in Epiſtola ad Epheſios, *Paſtores* quidem recenſet & *Doctores*, nullum autem ſuperiorem gradum Epiſcopis aſſignat: imò ne meminit quidem illius nominis, adeò vt neceſſe ſit eos nomine *paſtorum* comprehendi, quod quidem Presbyteris conuenire patet ex ca. 20. Act. & ex 1. Pet. 5 ne alij loci mihi commemorandi ſint. Reſpondet autem Sorbonicus *nominum quidem eſſe, ſed non munerum confuſionem*. verumenimverò quando *Presbyteri vocantur Epiſcopi*, ibi agitur non de nominibus ac titulis, ſed ipſa muneris functione. Cum enim Paulus hortatur Presbyteros Epheſios ad ſuum munus legitimè obeundum, hanc addit rationem, *quod illos Spiritus ſanctus conſtituerit Epiſcopos*: non igitur ait eos vocari tantum, *ſed eſſe conſtitutos Epiſcopos*. Ex quo efficitur tot reuera tunc fuiſſe Epiſcopos Epheſi, quot erant Presbyteri & Paſtores Eccleſiæ. adeò vt planè iaceat illa reſponſio de ſola nominum confuſione.

Obiect. 3. **1. Tim. 5.** Sed obiicit quod ait Paulus ad Timotheum, *Manus*, inquit, *ne cui citò impoſueris*: additque *mandatum illud Pauli ad Titum de conſtituendis in Creta Presbyteris: ac proinde Titum Epiſcopum fuiſſe, atque ea poteſtate ſua ordinandi habuiſſe contendit*. **Reſponſ.** Primùm autem nemini dubium eſſe arbitror, quin nomine *cheirotheſiæ* & *impoſitionis manuum* tota ipſa ſignificetur *Electio*. Nec enim voluit Paulus, cæteris omnibus omiſſis quæ *ad Electionem* ritè peragendam pertinent, Timotheum de ſola *manuum impoſitione* cogitare: alioquin quorſum ea, quæ in eligendo Epiſcopo requiruntur tam accuratè, paulò antè deſcripſit? Certè non ſolas Timothei manus, ſed & oculos, & aures, atque inprimis acerrimum iudicium requirebat, vt illi demum Eccleſiæ præficerentur, qui ad tantum munus, quoad eius fieri poſſet, idonei eſſent. *Electionum* verò curam vni Timotheo incubuiſſe, ne ipſe quidem Doctor Sorbonicus dixiſſet, qui ex frequenti veterum lectione didicerat olim *Antiſtites Eccleſiæ non aliter fuiſſe electos, quàm iudicio totius cleri, & vniuerſæ plebis conſenſu*, adeò vt meritò dicere poſſimus, in vnius Timothei perſonâ præfectos omnes Eccleſiaſticos eſſe ſui officij commonefactos. Quis enim vnquam ferat hoc concludendi genus? Paulus Tim. præcepit, *Ne cui citò manus imponas*, nemo igitur præter Tim. illud habuit *in ordinationibus*? Quid? in illa ipſa Epiſt. iubetur Tim. *ſanam doctrinam proponere, fabulas reiicere, attendere lectioni, exhortationi, doctrinæ*, & cætera eiuſmodi: num igitur illa omnia ſibi vni Tim. vendicauit? nonne etiam pertinebant ad eos presbyteros, quos Paulus ipſe teſtatur laboraſſe in ſermone & doctrina? vnus igitur Tim. compellatur, vt eo tanquam in ſpeculo cæteri Eccl. Paſt. ſui muneris rationem poſſint intueri. Quòd autem *Timotheum Epiſc. Epheſi* Doctor appellauit, (eo quidem ſenſu, quo nomen *Epiſc.* intelligit) nullo profectò Script. teſt. confirmari poteſt, quin etiam manifeſtè repugnat his Pauli verbis: *Rogaui te*, inquit, *vt maneres Epheſi, cum proficiſcerer in Macedoniam* (1. Tim. 1.) ex quo intelligitur, Tim. tantummodo ad aliquod tẽpus manſiſſe Epheſi, vt illic omnia componeret atq; dirigeret ex Apoſt. præceptis, quemadmodum ipſa hiſtoriæ ſeries euincit: Si *ita Tim. remanſit Epheſi, cum Paulus in Maced. proficiſceretur*, vt ait ipſe Paulus: Conſtat autem ex Luca Paulum peragratâ Macedoniâ perueniſſe in Græciam tribus menſibus profectiturum in Aſiam, Tim. comitem aſſumpſiſſe: hinc certè patebit Tim. Epheſi non diu fuiſſe commoratum. Paulum autem ita ſæpè vſum fuiſſe Tim. atq; etiam Titi opera, tam certum eſt, quàm quod certiſſimum, ſi modò Lucæ, & ipſi Paulo fides habeatur. Quod ſi Tim. fuerit illarum omnium Eccl. Epiſc. ad quas ab Apoſt. miſſus fuit, næ varium nobis ac multiplicem Epiſc. confinges. Sequetur .n. & Cor. & Philip. & Theſſal. & Epheſiorum (ne plures recenſeam) Epiſc. fuiſſe. Cum autem Timot. paulò pòſt Epheſo ad multas alias Eccl. profectus fuerit (vt patet cum ex Luca, tum ex ipſius Pauli Epiſt.) quæro, num diſcedente Tim. hoc ſimul præceptum interierit, *nemini temere manus eſſe imponendas?* Quis porrò abſente Tim. eos ordinabat, qui propemodum quotidie in illis locis erant ad Eccl. miniſteriū vocandi? num *cheirotheſia* tum apud Epheſios intermortua iacebat? Quid plura? ipſa certè *Epiſcopatus* natura non patitur, vt quis varias vrbes atq; prouincias peragret (quemadmodum Tim. faciebat) cum potius hoc potiſſimum incumbat Epiſc. ac Paſtori Eccl. vt vni gregi aſtrictus vnà cum ſuis reſideat: quod etiam *poſteriores Pontificum Synodi, ſaltem verbo, ad hunc vſq; diem agnouerunt.* Atq; hoc vnum argum. planè euertit commentum illud de Tim. Epiſcopatu. Quid verò ſi rogem, *cur Paulus, Epheſ. Presb. conuocatis, in grauiſſ. illa cohortatione nunquam vnius eorum Epiſc. meminerit,* nunquam eum ſua oratione appellarit, *quem tamen* (ſiquidem pontificiis credas) *non tantum inprimis, verum etiam vnum propemodum admonitum oportuit? Sed omnes Presb. ſimul compellans, vos,* inquit, *S.S. conſtituit Epiſc. ad paſcendam Eccl. Dei.* Act. 20. v. 4. Quid quod Tim. tum *erat vnus ex Pauli comitib. vt teſtatur Lucas? Et quando potius elucere debuit ille ſplendor Epiſc. Epheſini, quàm cum Paulus tam piè de Eccl. ſalute diſſerebat, & tam ſanctè Præfectos omnes cohortabatur ad intercludendum lupis viam, alioquin totum gregem diſſipaturis?* 2. Tim. 4. verùm huic diſputationi Paulus ipſe modum imponit, cum expreſſis verbis Tim. vocat Euang. (qui gradus tantùm ad aliquod tempus in Eccl. locum habuit) Epheſ. 4. *alios autem fuiſſe Euang. ab ordinariis Eccl. Paſt.* apertè docet Apoſt. in ep. ad Eph. *Nonne igitur,* iam inquies, *Tim. fuit Paſtor & Doctor?* Certè: ſed *Eccleſiarum Doctor*, non peculiariter vnius Eccl. Atq; *hoc Euang. munus* in primordiis Eccl. neceſſarium quidem, ſed tamen fuit temporarium: adeò vt perperam faciant qui *Tim. exemplum adhibent ad Primatum Epiſcopalem* (*quem illi perpetuum in Eccl. eſſe volunt*) *confirmandum.* His igitur perſpectis manifeſtum eſſe arbitror longè falli *doctorem Sorbonicum dum cheirotheſian Presbyteris denegat, tanquam Epiſcoporum propriam, eò quòd Tim. apud Epheſios manus imponebat iis, qui ad Eccl. munera vocabantur.* In quo argumento duos errores animaduertimus. Primum .n. non ſequitur, *quod de Tim. affirmatur, de Presb. Epheſinis negari,* qui etiam non ideò minus docere debuerunt, quòd iubeatur Tim. *lectioni, exhortationi, doctrinæq; attendere.* Atq; vt nominatim agamus *de manuum impoſitione, conſtat enim fuiſſe veteris Eccl.* Act. 6. *morem vt plurib. manus imponerentur. Sic viris illis ſeptem, quos primos Dia-* Act. 13. *conos appellamus, non vnius ex Apoſt. ſed Apoſtoli manus impoſuerunt, quemadmodum narrat Lucas.* Sic etiam *Paulo & Barnabæ impoſitæ ſunt manus ab iis, qui Antiochenam Eccleſiam adminiſtrabant.* Sic denique Timotheo non tantùm Paulus, ſed etiam Presbyterorum cœtus manus impoſuit.

Hoc enim Presbyterium ſignificare patet ex 12. cap. Lucæ, & ex aliquot veteribus. Sed ſi mauis nomine Presbyterij intelligere ipſum munus Presbyteri, nihilominus cauſam obtinebo, ſequetur enim ad Presbyteri munus pertinere, eò vt manus imponat, cùm id Timotheo Presbytero licuerit. Sed hoc omnino ponendum eſt extra omnem diſputationis aleam, manus olim impoſitas fuiſſe à pluribus: quò fit, vt peruerſum fuerit iſtud ratiocinandi genus: *Si Timotheus manum impoſuit, ergo ſolus impoſuit,* excluſis Presbyteris. Poſteà verò, *creſcente Presbyterorum numero, vnus ex illis electus eſt qui cæterorum nomine manus ordinandis imponeret.* Hinc *ſuperior Epiſcoporum dignitas,* qui tandem non Presbyteros tantùm, ſed potentiſſimos quoſque Principes, Reges, atque ipſos Imperatores, non tantùm ſuis manibus ſed etiam (ne Romanos Epiſcopos obliuiſcamur) pedibus obiecerunt. Sit igitur hic prior error Sorbonicæ concluſionis. Alter eſt, quod *etiamſi dederimus, Timotheum inter Epheſios ſolum manus impoſuiſſe, quamdiu quidem apud illos commoratus eſt, non tamen propterea ſequeretur factum id eſſe eò quod Epiſcopus,* ſed potius quòd *Euangeliſta* fuerit, & abſentem Apoſtolum quodammodo repræſentarit. Verùm ſi abſque contentionis ſtudio rem ipſam intueamur, facilè videbimus, in vnius Timothei perſona, omnes Eccleſiæ præfectos ſui officij admoneri, vt antè diximus.

Obiect. 4. Reſponſ. *Atenim,* inquit Sorbonicus iſte, *ita veteres de Timotheo, atque etiam de ſummo illo Epiſcoporum gradu cenſuerunt, damnatis Aerianis, qui Epiſcopos cum Presbyteris exæquabant.* Primùm nolo excipere quod ait Ambroſius *Timotheum idcirco Epiſcopum fuiſſe, quia inter Presbyteros primus erat.* Hoc tantùm dico, fruſtra nos humanæ traditionis puteos fodere, cùm aperti ſint Scripturæ fontes, ex quibus tota hæc quæſtio facilè definitur, vt antea dictum eſt: ſed qui veteres citant in hac cauſa, audiant viciſſim quid olim hac de re aliqui ex veteribus tradiderint. Lib. cap. 43. Irenæus agens de veris ac legitimis Presbyteris: *Qui cum Epiſcopatus ſucceſſionem,* inquit, *chariſma veritatis certum ſecundùm placitum Patris acceperunt.* Lib. 4. c. 44. Et paulò poſt: *Tales Presbyteros nutrit Eccleſia de quibus & Propheta ait, Dabo principes tuos in pace, & Epiſcopos tuos in iuſtitia.* Ecce, eoſdem vocat Epiſcopos quos antea Presbyteros appellauit, & Presbyteris tribuit Epiſcopatum. In 4. ad Eph. Ambroſius, *Primùm Presbyteri Epiſcopi appellabantur, vt recedente vno ſequens ei ſuccederet. Denique apud Ægyptum Presbyteri conſignant, ſi præſens non ſit Epiſcopus. Sed quia cœperunt ſequentes Presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata eſt ratio, proſpiciente Concilio, vt non ordo ſed meritum crearet.* In 1. Tim. 3. Idem: *Epiſcopus eſt primus Presbyter,* &c. Ad Oceanum. Hieronymus: *Apud veteres idem Epiſcopi & Presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis eſt, hoc ætatis.* Ad Euagrum. Idem: *Apoſtolus perſpicuè docet eoſdem eſſe Presbyteros, quos Epiſcopos,* &c. *Quod autem poſtea vnus electus eſt, qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne vnuſquiſque ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam rumperet,* &c. Idem: *Presbyter idem eſt qui Epiſcopus. Et antequam Diaboli inſtinctu ſtudia* In 1. c. ad Tit. *in Religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur, poſtea in toto orbe decretum eſt, vt vnus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur* &c.

Sicut ergo Preſbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos: ita Epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine, quàm diſpoſitionis Dominicæ veritate Preſbyteris eſſe maiores, &c. Auguſtinus: *Quanquam ſecundum honorum vocabula, quæ iam Eccleſiæ vſus obtinuit, Epiſcopatus Preſbyterio maior ſit, tamen in multis rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt,* &c. Idem: *In Alexandria, & per totam Ægiptum, ſi deſit Epiſcopus, conſignat Preſbyter. Verbum autem conſignandi vſurpatum fuiſſe ad ordinationem ſignificandam manifeſtum eſt ex ipſis veteribus.* Hæc & pleraſque ſimilia veterum teſtimonia apud ſe meditentur & expendant Aduerſarij, quandoquidem pluris faciunt authoritatem veterum, quàm ipſos planos Scripturę locos. Sed cur tamdiu de hac re diſputamus, ac non potius ipſam rerum naturam audimus, vt ea nobis vno verbo totam hanc quęſtionem explicet? Si enim *Preſbyteris* ſacroſancti Euangelij prædicatio commiſſa, ſi Baptiſmi adminiſtrandi, ac Cœnę Dominicę celebrandæ munus creditum eſt, ſi Electiones Eccleſiaſticæ Preſbyterorum iudicio faciendę ſunt, ecquid erit cauſę quamobrem non poſſint Electum ſanctis precib. & manuum impoſitione Deo conſecrare? Quid enim aliud eſt *ordinandi conſecratio,* quàm totius Electionis perfectio? Si ergo Preſbyterorum opera in cęteris Electionis Eccleſiaſticæ partibus, iiſque longè difficilioribus, requiritur: cur, cùm ad *ordinationem,* tanquam ad faſtigium, ventum eſt, tum illi quaſi indigni ac prorſus inutiles, manum operi admouere prohibeantur? Paulum ſępe audimus Euangelicam prædicationem, quæ ad Preſbyterorum munus pertinet, verbis magnificis extollentem, & per ſe ius prædicandi vendicantem: qui non ille potius ſummum hoc ius ordinationis in medium proponit? Mirum autem quid fiat, vt quoties agitur *de Preſbyterorum authoritate* aſſerenda, hæc Hieronymi verba identidem inculcent Pontificij (quę vtinam rectè intelligant) *Ad quorum preces,* inquit, *corpus & ſanguis Chriſti conficitur: atque imperium ſui ordinandi ipſis Preſbyteris denegatur.* Obſecrò, vtrum maius eſt *manus imponere,* an Chriſti corpus & ſanguinem precibus conficere? Itaque qui Preſbyteros à *cheirotheſia* excludunt, illi profectò vim ac naturam ipſius *cheirotheſiæ*, & quid ſit ipſum *Preſbyteri* munus penitus ignorant. Quare, vt aliquando à Doctore Sorbonico diſcedamus, ex iis, quę à nobis diſputata ſunt, manifeſtum eſſe confidimus, rectè olim D. Bucerum dixiſſe, *Si quid boni fuerit in vocatione & ſucceſſione Eccleſiæ, tum, cùm primi noſtri Doctores in medium prodierunt, id totum apud illos extitiſſe:* neque mirandum ſi Doctoris Sorbonici cum D. Bucero diſputantis diluta infirmaque argumenta, non potuerint tantum virum à ſententia dimouere.

Nunc autem amplius etiam à nobis hoc dicendum eſt, *Si qua ſit Paſtorum Succeſſio adeò neceſſaria vt* illi volunt, eam potiùs apud Paſtores noſtros, quàm apud Pontificios poſſe reperiri. Quamobrem, inquis? quia *ſi qua Succeſſio eſſet neceſſaria,* eam proculdubio veram & legitimam eſſe, non autem fictam, adumbratam & ſolo nomine ac titulo conſtantem dicendum eſſet. At in hac re de qua agimus, non erit *vera ſucceſſio,* ſi tantum nomini, titulo, ac perſonis, ſed ſi muneri ſuccedatur. Nec enim hic agitur de patrimonio ac fundo, quod iure hęreditario cuipiam obue-

Epiſt. 9.

nia, sed de munere, eoque longè præstantissimo ac difficillimo, & cuius functio expresso Dei verbo fundata est. Ex quibus intelligitur, neminem iure posse dici *Episcopis successorem*, qui non sit Episcopus: alioqui non esse ex officij, sed tantum nominis, atque ita falsa & adumbrata *Successio*, nos autem de vera ac legitima disputamus. Iam vt aliquis sit *Episcopus*, non satis est si appelletur Episcopus, nisi etiam simul id habeat, quod illo nomine significatur, aut certè nobis persona & larua loco veri vultus exhibebitur. & nominatim Paulus vocat *Episcopatum opus*: vt intelligamus, vbi non fuerit opus, ibi Episcopatum non esse. *Videte* (inquit Hieronymus) *quid dixerit: bonum opus desiderat, non dignitatem. Si absente dispositio operis solam affectarit dignitatem, cito veniet* [illegible] *excelsæ* [illegible] *fulmine feriuntur, & erecta ceruix frangitur, &* [illegible] *collo, vt in sublime tendens* [illegible] *compunctum*. Hæc ille.

In Sophon. cap 3.

Concludimus igitur eos nec *Episcopos*, nec *Episcoporum successores* esse posse, apud quos non reperitur opus & functio Episcopatus.

Siquis autem roget, *quibus in rebus opus sit Episcopo*: Respondemus ex Paulo, *primum vt legitimè vocetur, deinde vt officio fungatur*. Iam verò si Pastores Pontificios cum nostris Pastoribus conferamus, ex ista collatione manifestum fiet, quinam veriùs dici possint habere hæc duo, quæ Episcopo necessaria sunt, nempe legitimam vocationem, & fidelem muneris functionem. Quantum ad *vocationem* attinet, cum [illegible] *perpetuam successionem* tantopere iactent Pontificij (vt ante vidimus) eorum igitur *vocatio* exigenda est, & dirigenda ad regulas generales & ordinarias, quæ verbo Dei præscriptæ sunt: videlicet vt antequam Episcopi esse possint, seriò probetur eorum doctrina, probentur mores: vt si constiterit eos esse puros doctrina, sanctis moribus, & aptos ad docendum, tum eligantur, admittantur, & approbentur communi Ecclesiarum consensu, quibus illi præficiendi sunt. Hæc de vocatione. Quantum verò spectat ad *functionem muneris*, necesse est vt pura verbi Dei prædicatione suum gregem instituant in pietatis doctrina, sacramenta administrent ex Christi instituto, moneant, arguant, consolentur, & vitiorum ac scandalorum sordes abstergant spirituali Ecclesiæ disciplina. Hic testes citamus oculos omnium, adeoque eorum qui religionem Romanorum profitentur, qui vident *Sacerdotiorum*, atque vt illi vocant, *Beneficiorum permutationes*, & nundinas quotidianas, vident quibus gradib. ad Sacerdotiorum thronos ascendatur, vident nummariis & expensis, non suffragiis, sed pecuniis constare Pontificum electiones: denique vident quanta scilicet cura & diligentia fungantur Episcoporum & Pastorum munere, qui magnificis eiusmodi titulis gloriantur, & quantopere, valde scilicet, de gregis salute sint soliciti: dicant igitur illi, num Pontificij Episcopi, & suo nomini, & verbi Dei præscriptis respondeant, an verè in eorum numero censendi sint, quos Gregorius dicebat *habere potius nomen honoris, quàm effectum virtutis*: & quos aliquando Bernardus conquerebatur *tenere ad dignitatem Ecclesiæ* [illegible]. Ergo *Pontificiorum vocatio* hac breui conclusione facilè concidet. Nulla enim vnquam *ordinaria vocatio*, vel fuit vel erit sine *electione* [illegible]

Collatio Episc. Pont. & Past. Eccl. Reformatæ.

De Episc. Pontificiis.

Hom. 17.

Epist. 42.

-tura Scripturam ipſam, & veteres omnes hiſtorias deleueris. At nulla *electio* apud pontificios, ſed ſe potius intrudunt ad Eccleſiaſticas dignitates, (hoc enim, quanquam inuitum, ipſa rei veritas cogit dicere) & admiſſis equis properant, currunt, aduolant, vt ad prædam, & ad ſacerdotia rapienda, & in hoc vno elucet ſumma ipſorum diligentia: Vnde conſequitur, *nec ſine electione vocationem, nec ſine vocatione Succeſſionem Miniſterij vllam eſſe poſſe.* Ex altera parte ſedulò ac ſeuerè inquiratur in noſtrarum Eccleſiarum Paſtores, diſcutiatur eorum *electio, & ipſius muneris functio* veſtigiis omnibus indagetur, non dubitamus, quin facilè conſtet, illos apud nos eligi ex legibus Apoſtolicis (qui locus poſteà in quarto Tractatu fuſiùs à nobis erit explicandus) & , quantum Dominus concedit, animo conniti & ſummo labore contendere, vt omnes ſui muneris partes diligenter expleant, tum Euangelij prædicatione, & adminiſtratione Sacramentorum, tum etiam admonitionibus & publicis, & priuatis, & ipſa Eccleſiæ Diſciplinæ obſeruatione. Quod tamen ſine inuidia dictum velim: atque vtinam indies magis ac magis proficiant in iis exequendis quæ ad tantum munus pertinent. Quid tandem igitur in Epiſcopis Pontificiis reperias, ex quo iudices verum *Miniſterij Eccleſiaſtici ſucceſſionem* apud illos potius, quàm apud veſtros Paſtores reſidere? Illi ſeſe intrudunt, hi legitimè vocantur. Illi titulo, hi muneri ſucceſſerunt. Illi honores ambiunt, hi onera ſuſcipiunt. Illi Epiſcopatus inanem tantùm vmbram ſectantur, hi veram Epiſcopatus adminiſtrationem, & quaſi ſolidum eius corpus retinent. Illi nominis vſurpatores, hi rei ipſius veri poſſeſſores; *Illi in alienum* irruerunt, hi in ſuum locum immigrarunt. Illi dicuntur, hi ſunt Paſtores, & ea quæ Paſtorum ſunt fideliter exequuntur. Illi, ordine præpoſtero, volunt *eſſe* Paſtores vt paſcantur, hi verò ſæpiſſimè extrema quæque patiuntur, vt paſcant gregem Domini puris concionibus, vt errantes reducant ad ouile Chriſti, vt languentes confirment, conſolentur & reficiant. Itaque ſi illi demùm *veri Epiſcoporum Succeſſores cenſendi ſunt*, qui ſuccedunt non vano nomini, ſed muneri (vt iam antè diximus) conſequitur noſtros potius Paſtores, quàm Pontificios Epiſcopos habendos eſſe pro veris Epiſcoporum ſucceſſoribus.

De Reformatæ Eccl. Paſt.

Eccleſiæ Reformatæ paſtores in cauſa Succeſ. ſunt præferendi Epiſc. Pontificiis.

Hic autem lectores rogamus, vt non tantùm Apoſtolos & Euangeliſtas verùm etiam pios illos veterum Eccleſiarum Epiſcopos ſibi ante oculos ponant, quorum officia & ſtudia claruerunt in ædificanda Chriſti Eccleſia. Reuocent in memoriam primos illos Romanos Epiſcopos, qui puram Euangelij doctrinam, & ſanctis concionibus promulgarunt, & ipſo tandem ſanguine obſignarunt. Intueantur animo Cypriani ſummam in exequendo ſuo munere diligentiam, ſanctiſſimam in omnibus vitæ partibus integritatem, fortiſſimam in obeunda morte pro Chriſti confeſſione, conſtantiam. Contemplentur Alexandrum, Athanaſium, & pleroſque alios ſtrenuos ac fortes Eccleſiæ duces, qui Arianam hæreſim ac innumerabiles alios errores, & ſcriptis & voce profligarunt. Poſtremò infinitam hominum multitudinem ad Gregorij, Chryſoſtomi, & Auguſtini cathedram accurrentem, & vndique circumfuſam, atque ab ipſorum ore pendentem ſibi adhuc videre videantur.

Comparatio Pont. cum veterib. Epiſcopis.

Contrà verò conſiderent quid iam inde à multis ſeculis fecerint Epiſcopi Pontificij, qui ſe illorum ſucceſſores appellitant, quidue adhuc factitent, vel potius, quid non faciant, cum vix vnus ex millibus, viderit eum gregem, cui ſe præfectum eſſe dicit, nedum apud illum reſideat, muneris obeundi gratia, tum diiudicent quantum illi de ſpatio curriculoque veterum Epiſcoporum deflexerint, & ab eorum ſanctiſſimis laboribus delapſi ad otium (plura dicere reformidat oratio) non omnem modo ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem veteris Eccleſię penitus amiſerint. Quouſque igitur audebunt Aduerſarij rerum ſacrarum corruptionem coniungere cum veterum Epiſcoporum integritate, tanquam meretricem in matronarum cœtum adducere?

Pontificiorum vocatio & ſucceſſio quibus modis corruit.

Quamuis autem noſtra ſententia non tot, tantiſque rationibus niteretur, hoc vnum ſatis ſuperque eſſet argumentum, quòd omnes quotquot ſunt Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, à Romani Pontificis fontibus deriuantur, & ex eo totum Ius ſuæ vocationis & electionis hauriunt. At iſte Pontificius Primatus, & verbo Dei contrarius eſt, & ipſis veteribus Epiſcopis incognitus, nec vnquam locum in Eccleſia habuit, vel potius Eccleſiam ipſam occupauit, quamdiu veri Eccleſiæ Epiſcopi ſuperfuerunt. Et certè qui nuper à nobis miracula poſtulabant, nunc nobis aliquid monſtri & prodigij ſimile obtrudunt, dum volunt Epiſcoporum vocationem ratam & legitimam eſſe debere: quoniam tota dependet à Romani Pontificis authoritate, qui tamen ipſe omni prorſus vocatione deſtitutus eſt, vt fuſius in noſtrorum Doctorum libris expoſitum eſt, vbi ex profeſſo hæc quæſtio tractatur.

Quinetiam ſi ad veteres canones, quibus tota Pontificiorum ſchola perſonat, illorum omnium vocatio exigatur, vix vnus erit, imo ne vix quidem, qui poſſit ſuam vocationem aſſerere, tantum abeſt vt iure ſibi vendicent continuam ſucceſſionem. Et hoc ipſis præſentibus Epiſcopis, à noſtris Paſtoribus, firmas huiuſce rei probationes vltrò adducere paratis, aliquando fuit obiectum.

Iam ergo peruenimus ad huius Tractatus concluſionem, quam ego priuſquam penitus abſoluam, huc & Diuinas & humanas leges conuocabo, vt concurrant, & coniunctis viribus in Pontificiam Succeſſionem impetum facientes eam nobis funditus euertant. Nam ſi ille Paſtor non eſt qui aliunde quàm per oſtium, id eſt, per Chriſtum ingreditur in caulam ouium, vt ipſe Chriſtus docuit: ſi vt quis ſit Epiſcopus, eum neceſſe eſt legitimè probari, eligi & ab Eccleſia recipi, vt verbo Dei præſcriptum eſt: ſi Epiſcopatus eſt opus, quemadmodum Paulus definiuit: ſi qui paſtores ſunt, debent paſcere gregem, non turpiter affectantes lucrum, ſed prompto animo, nec vt dominantes clero, ſed vt exemplaria gregis, vt Petrus admonuit: ſi qui in Eccleſia loquitur, debet ipſa Dei eloquia proferre, vt idem Apoſtolus præcepit: ſi Presbyteros *cheirotonia* & legitima Eccleſiæ electione inſtituendos eſſe Paulus & Barnabas exemplo ſuo docuerunt; ecquid cedò, loci ſupererit Epiſcoporum Pontificiorum vocationi & Succeſſioni? Rurſus, ſi, qui alienis cultibus polluuntur, non poſſunt eſſe Epiſcopi, vt ſanctè tradidit Cyprianus: ſi Epiſcopus non eſt, qui præeſſe cupit, non prodeſſe, vt cenſuit Auguſtinus: ſi Epiſcopus

Joh. 10.
1.Tim.3.
Tit.1.
1.Tim.3.
1.pet.5.
1.Pet.4.
Act.14.
Lib.2.Ep.4.
Quæſt.65.
quæſt.vlt.
Ep.24. Can.
Ap.29.30.

mortuus eſt, è cuius ore nullus ſonus exit, id eſt, qui non prędicat verbum Dei, vt aliquando dixit Gregorius (libenter enim pretereo Sacerdotes Pontificios, qui non tam aliis quàm ſibi canunt:) ſi, qui pecunia aut fauore Principum ad Epiſcopatum perueniunt, Epiſcopi non ſunt, nec habent ius inſtituendi alios Epiſcopos, vt veteres Canones ſtatuerunt: ſi tandem huc res rediit, vt Epiſcopatus & ſacerdotia iam non ſint Eccleſię munera, id eſt, officia: ſed Principum munera, id eſt, dona: ſi Epiſcopus eligi non poteſt abſque Synodo, & vbi ſecus factum fuerit, talis inſtitutio nullius ſit momenti: ſi qui ſacros (vt vocãt) ordines vel vendunt, vel emunt, Sacerdotes non ſunt, vt veteribus Canonibus ſancitum eſt: ſi, vt iidem Canones definiunt, ſchiſmatici nihil prorſus habent iuris in Eccleſia: ſi Papa Eugenius ſchiſmatis damnatus nihilominus permanſit in Papatu, & ab eo cæteri poſtea Pontifices, Epiſcopi & Sacerdotes profluxerunt: ſi, inquam, hæc omnia agnoſcunt, tradunt, probant, vel certè improbare non audent ipſi Romanæ Eccleſiæ propugnatores: ecquis vnquam ſuſcipiat cauſam Pontificię ſucceſſionis, quæ ipſis Pontificiorum legibus ac decretis damnata eſt? aut quis eos alieno tegat clypeo, qui ſuo ſe gladio ipſi iugulant?

16.30. Con. c. Chalced. c. 2. Conc. Antioche. 23. & 2

Qua ratione ſacerdotia Pontif. poſſunt dici munera.

Quicunque. 1. Queſt. 1

C. didicimus. 24. Queſt. 1.

Conſi. Baſil.

Concluſio totius Tractat.

Audiamus igitur ipſam veritatem, quæ ſua quodammodo voce noſtrum hunc Tractatum concludit, & totam quæſtionem definiens, pronuntiat: Cùm in Epiſcopis Pontificiis nihil ſit eorum quæ ad veram Epiſcoporum vocationem & munus pertinent, ſed in ipſis omnia illi vocationi & muneri contraria reperiantur, eos à nobis non eſſe pro veris ac legitimis Epiſcoporum Succeſſoribus agnoſcendos: id autem potius noſtrarum Eccleſiarum Paſtoribus eſſe tribuendum, in quorum vocatione ac munere obſeruantur ea quæ ipſi vocationi conueniunt, & reijciuntur aliena atque contraria: cùmque viſibilis Succeſſio in Eccleſia fuerit per multos annos interrupta, vt ante dictum eſt, ad eos qui Doctrinæ ac Diſciplinæ puritatem, hac noſtra ætate, in Eccleſia primi reſtituerunt, & quibus deinceps noſtri Paſtores ſucceſſerunt, titulum legitimæ Succeſſionis multò potiùs pertinere, quàm ad eos qui Succeſſionis ipſius verum & á Deo inſtitutum ordinem interruperunt, atque adeo quotidie interrumpunt.

Hæc habuimus, quæ, ad obiectiones Aduerſariorum,
in hac de Paſtorum vocatione & Succeſſione,
reſponderemus.

LAVS DEO.

POSNANIENSIVM ASSERTIONVM DE CHRISTI IN TERRIS ECCLESIA, quænam & penes quos exiſtat: *Analyſis & Refutatio.*

QVanti ad ſalutem omnium interſit quænam & penes quos ſit Eccleſiæ Chriſti intelligere, Patrum maiorúmque docent monumenta, & ſacrarum literarum volumina demonſtrant, in quibus tam honorifica vbique eiuſdem fit mentio, vt ſæpe Chriſti corpus, [a] nonnunquam ſponſa, [b] interdum etiam columna & firmamentum [c] veritatis appelletur: quinetiam alicubi tantum eidem tributum legitur, [d] vt qui eam audiat, Chriſtum audiat: [e] qui verò non audiat, pro Ethnico habeatur & Publicano, vt minimè mirum ſit non modò Catholicos, qui in Eccleſia, ſicut etiam in ſcripturarum Poſſeſſione iampridem præſcripſerunt, ſibi Eccleſiæ nomen & authoritatem vſurpare: ſed etiam hæreticos, qui circa fidem naufragauerunt, [f] & veræ Chriſtianitatis nihil præter ipſum nudum & inane nomen retinent. Hoc ſanè [g] Tertulliani temporibus accidiſſe legimus, Faciunt fauos & veſpæ, ait ille, faciunt Eccleſias & Marcionitæ. Lactantius [h] quoque ſcribit ſingulos quoſque cœtus hæreticorum ſe potiſſimum Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam opinatos. Et ante eum Cyprianus [i] de Nouatiano memoriæ prodidit, quòd more ſimiarum (quæ quum homines non ſint, homines imitantur) quum ipſe in Eccleſia non eſſet, imo Eccleſiæ & religionis acerrimus hoſtis, hoc tamen ſibi vendicabat, vt apud ſe Eccleſiam eſſe diceret. Idem de Donatiſtis Auguſtinus, [k] de Apoſtolicis Bernardus, [l] de omnibus in vniuerſum hæreticis Irenæus [m] antiquiſſimus author ſcriptum reliquit. Noſtris autem temporibus rem ita ſe habere, & videmus & dolemus, quibus non iam vna aut altera hæreticorum familia, ſed tot ſectæ inter ſe de religione pugnantes, quot nunquam poſt hominum memoriam extiterunt, Eccleſiam ſibi ſingulæ pertinaciſſimè vendicant, in qua tamen eos opinione falli, & non ad veram Eccleſiam pertinere, ſed, vt de Nouatianis [n] Pacianus loquitur, ad inſolentem aliquam portiunculam tuberque collectum, & à reliquo corpore ſeparatum nobis in animo eſt in præſenti diſputatione, quantum conſueta Theſium breuitas patietur, demonſtrare.

Epheſ. 1. 23.
Epheſ. 5. 23.
Epheſ. 4. 16. & 4.
a 1. Cor. 1. 27.
b 2. Cor. 11. 12.
Epheſ. 9. 26.
Apoc. 19. 7.
c 1. Tim. 3. 15.
d Luc. 10. 16.
e Matt. 18. 17.
f 1. Tim. 1. 19.
g Lib. 4. contra Marcionem cap. 5.
h L. 4. diuin. inſt. cap. 30.
i Epiſt. ad Iubaianum in princ.
k L. De vnitate Eccleſiæ c. 21. poſt init. & Li. de Paſt. cap. 14.
l Sermon. 66. in cant.
m L. 5. contra Valentinum.
n Epiſt. 1. ad Sympronianum.

ANALYSIS ET REFVTATIO ASSERTIONVM DE CHRISTI in terris Eccleſia, quænam & penes quos exiſtat, propoſitarum in collegio Poſnanienſi à Monachis nouæ Sodalitatis.

CAPVT I.

CAPVT. I.

Analyſis præfationis Aſſertoris.

THES. 1.

Quæritur, quænam & penes quos ſit Eccleſia Chriſti: quę in Scriptura dicitur *corpus & ſponſa Chriſti, columna & firmamentum veritatis, quam qui audit, Chriſtum audit, qui verò non audit, pro Ethnico habendus eſt: & quam non modò Catholici, ſed etiam hæretici ſibi vendicare ſolent: vt patet ex veterum Doctorum ſcriptis. Nobis autem in animo eſt demonſtrare, Proteſtantes ad veram Eccleſiam non pertinere.*

Eph. 1.
Eph. 4.
1. Tim. 3.
Luc. 10.
Matth. 18.
Tertull. cont. Marc. Cypr. ad Iubaian.
Aug. de vnit. Eccl. &c.

EIVSDEM REFVTATIO.

In hac præfatione voluit Aſſertor proponere τὰ ζητούμενα totius huiuſce diſputatiouis. Quum autem *Eccleſiæ* nomen non ſolum Orthodoxi ſibi vendicare, verumetiam hæretici ſibi arrogare ſoleant (cuius rei multas affert probationes, atque vtitur in re non dubia teſtibus non neceſſariis) *veram Chriſti Eccleſiam* nobis ita deſcribit, *vt ea ſit Eccleſia Chriſti quæ dicitur in ſcriptura, Corpus Chriſti, Sponſa Chriſti, columna & firmamentum veritatis, quam qui audit, Chriſtum audit, qui non audit, pro Ethnico habendus eſt.* Hic autem non poſſum non admirari vim ipſius veritatis, quæ tanta eſt, vt ſæpe cogat aduerſarios, nihil tale cogitantes, id affirmare maximè, quod maximè negare volunt. Nam quum *veram Dei Eccleſiam ex puritate doctrinæ & ex Scriptura dignoſcendam eſſe dicimus:* inſurgunt Pontificij, & *Eccleſiam nobis ex ſymbolis viſibilibus & externis diſcernendam eſſe contendunt:* atque in hoc vno cardine tota hæc Aſſertoris diſputatio vertitur: vt ex ſequentibus fiet manifeſtum. At ille ipſe in hac pręfatione cogitur eam demum ſtatuere *veram Eccleſiam, quæ ex verbo Dei dignoſci poteſt.* atque hoc illud eſt quod affirmamus, & quod iſte Aſſertor centies in ſequentibus negaturus eſt. Iam *ſi vera Eccleſia eſt corpus Chriſti,* vt pręfatur, vitam igitur haurit ab vno Chriſto: Si eſt *ſponſa Chriſti,* vocem igitur ſolius ſponſi audit: Si eſt *firmamentum veritatis,* reiicit igitur errores, & complectiur ea quę ſunt verę doctrinę conſentanea: quæ quidem omnia ad veritatem dogmatum pertinent. Quorſum ergo, mi Aſſertor, diſputationes *de Eccleſia* toties à vobis repetitę? Semel nobis probate, illa dogmata quæ Romana Eccleſia profitetur, habere fundamentum in Scriptura: ac tum ne vnum quidem verbum vobiſcum commutabimus. Vos autem, prętermiſſa quęſtione de dogmatibus & capitibus fidei inter nos controuerſis, *vnam de Eccleſia quęſtionem proponitis:* vnam hanc vrgetis. Atenim ex hac tua præfatione ita ratiocinor, *Veſtræ Eccleſiæ dogmata, aut ſunt conſentanea Scripturæ, aut non ſunt. Si non ſunt, veſtra igitur Eccleſia non eſt Eccleſia Chriſti, ex tua præfatione. Si ſunt, hoc verò docete: ac tum viceritis.* Nam perinde facitis, vt ſiquis de hæreditatis iure cum alio contenderet, ac magna vocis contentione perpetuò clamaret, ſe hæredem eſſe, tabulas autem nunquam exhiberet. Quin tu, ſi hęres es, profer tabulas: ac tum te gere pro hærede. A tabulis igitur, hoc eſt, à Sacris literis initium faciendum eſt: & diſpiciendum, vtrùm Eccleſiæ Romanæ dogmata cum Scriptura conueniant.

Aſſertor ſtatim initio ſeipſum imprudens refellit.

Locos Scripturæ non omnes ſatis accommodatè citauit.
Eph. 1. & 5.
1. Timot. 3.
Math. 10.
Mat. 4. 18.

Porrò dum nobis *aperis Scripturæ fontes, ex quibus Eccleſiam deſcribis:* ipſos ſuis locis non ſatis appoſitè vſurpas. Nam *eſſe corpus, & ſponſam Chriſti: & eſſe firmamentum veritatis:* illa, inquam, pertinent ad *Eccleſiam vniuerſam*, quam maiores noſtri *Catholicam* dixerunt. Hæc autem Chriſti verba, *Qui vos audit, me audit*, referuntur ad miniſtros Euangelicæ prædicationis. Denique verba hæc Chriſti: *Dic Eccleſiæ: qui Elcleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus*, de Eccleſiaſtica Diſciplina in ſingulis Eccleſiis obſeruanda intelligenda ſunt. Itaq; quum *Eſſe in Eccleſia Catholica*, & *Eſſe partem Eccleſiæ Cath.* non idem ſunt, atq; *Eſſe Eccleſiam Catholicam:* ſequitur, medium iſtud tuum non eſſe proprium. Atq; vt illud magis ſentias, ecce, arma illa quę ſumpſiſti aduerſus Proteſtantes, tibi de manibus extorqueo, ac tuo te gladio ita iugulo. *Eccleſia quæ dicitur in ſcriptura corpus & ſponſa Chriſti, columna & firmamentum veritatis, (ita proponente Aſſertore) eſt Chriſti Eccl. Eccleſia Rom. nec eſt corpus Chriſti (quippe quę ſolum Chriſtum caput non agnoſcit) nec eſt ſponſa Chriſti (quippe quę ſolius Chriſti vocem non audit, ſed humanis decretis addicta eſt) nec eſt columna & firmamentum veritatis (quippe quæ variis hominum erroribus & commentis adhęret.) Quare Eccleſia Romana non eſt Chriſti Eccleſia.* Negas aſſumptionem huius argumenti? Ergo ab his capitibus exordiri diſputationem oportuit, vt vbi vel in vos iſta falsò dici, vel eſſe vera probaſſetis quę nobis tribuitis, tum demum conſentaneè & ex regulis peritè diſputandi Eccleſiam non penes nos, ſed penes vos eſſe concluderetis.

Retorquetur argumentum Aſſertoris in ipſius caput.

Reſponſio ad Veteres Doctores quos Aſſertor nobis obiecit, alias res agens

Porro magna illa *veterum Doctorum* acies, quam tibi videris aduerſus nos inſtruxiſſe, nihil nos lędit: imò, ne ad nos ſpectat quidem. *Reprehendunt enim veteres illi hæreticos perperam ſibi nomen Eccleſiæ tribuentes: cuiuſmodi fuerunt Marcionitæ, Nouatiani, Valentiniani, & alij conſimiles, qui nec in Filium Dei nobis in Euangelio exhibitum credebant: nec libros Canonicos, ita vtì decet, recipiebant:* quos quidem omnes itidem deteſtamur, & quibuſcum, vt cum aliis multis ceu veteribus ceu recentiorib. hæreticis quicquam eſſe nobis commune nunquam euincetis. Etenim vnà cum veteribus Orthodoxis damnamus omnes *quorum doctrina cum Apoſtolica comparata, ex diuerſitate & contrarietate ſua pronunciabat, neque Apoſtoli alicuius authoris eſſe neque Apoſtolici* (inquit Tertullianus: qui eos etiam vocat *Scripturarum lucifugas*) *qui quum non eundem cum Orthodoxis Deum Patrem, nec eundem Filium Chriſtum de virgine Maria natum agnoſcerent, nihil erat apud illos niſi perfidia, blaſphemia & contentio, ſanctitatis & veritatis inimica* (inquit Cyprianus) *vt qui ea quæ proponebant non Scripturis ſanctis, ſed ſuis contentionibus perſuadere conarentur* (vt inquit Auguſtinus) *qui cum Scripturis arguerentur, ipſas Scripturas accuſabant, quaſi non rectè haberent, nec eſſent ex authoritate, neque poſſet ex iis inueniri veritas ab his qui neſcirent Traditionem* (inquit Irenæus.) Quæ omnia iudicent pij lectores quàm perperā *Aſſertor* in nos accommodauerit: qui ſi velit hoc modo ratiocinari: *Veteres Orthodoxi refutarunt veteres hæreticos ſibi nomen Eccleſiæ falsò tribuentes: Ergo Proteſtantes ſunt hæretici, & ſibi nomen Eccleſiæ falsò tribuunt;* ne proponit concluſionem ſuo illo Poſnanienſi collegio digniſſimam.

Explicatur Veterum ſententia ex ipſorum ſcriptis.
Contra Marc. lib. 1. & de prę́ſcript. hæret. & de Reſurr. Carn.
Ad Iubaian. De vnitat. Eccleſ. c. 12.
Lib. 3. c. 2.
Conſequens Aſſertoris ineptiſſimum.

THES. 2.

QVod vt commodius fiat, ab eius prima inſtitutione ordiamur, quatenus, ea probè perſpecta & explorata, minore negotio cætera, quæ de eadem in diui-

nis literis continentur, intelligamus. Eccleſiæ igitur principium & origo ſecundum varias rationes, ad diuerſa etiam tempora referri poteſt. Si enim eandem, vt vniuerſitatem dicit fidelium, quæ nullis ſacrificiis, aliôue externo cultu fidem prodiderit, conſideremus: ab ipſis humani generis communibus parentibus, Adamo nimirum & Eua, cum doctiſſimo Auguſt.[a] *initium eius faciemus: ſin verò de eadem agamus, vt internæ huic fidei & charitati externa quædam ſigna adhibuerit, eius originem cum eodem*[b] *Auguſt. & aliis non inferioris notæ authoribus*[c], *commodius ad Abelem referemus: vt qui primus ſigno quodam viſibili, oblatione nimirum fructuum terræ, grata inprimis & accepta Deo, animum quaſi ſuum teſtatum poſteris effecit. Sin denique de Eccleſia, vt ad noui teſtamenti ſtatum pertinet, loquamur: eandem à primis*[d] *credentibus, vel potius ab Apoſtolis in die Pentecoſtes iam igne cælitus miſſo diuini ſpiritus in fide roboratis*[e] *& confirmatis, ordiemur. Quod Diuus Auguſtinus non ſemel inſinuauit. An autem legalium tum vſus mortiferus eſſe cœperit, ſubtilibus inueſtigare, non eſt huius loci, neque vna omnium ea de re ſententia patrum fuit.*

Illud autem certum ac indubitatum eſt, quocunque tempore Eccleſia Chriſti, (de ea enim in præſentia agimus) perfectè conſtituta, ac Lex eiuſdem mortalibus promulgata eſt, nemini ſalutem extra eandem vnquam obtigiſſe, nec obtingere aliquando poſſe, adeo vt qui ab ea exulet, iam mortem certam exitiumque conſtitutum ſibi habeat. Neque enim extra Corpus Chriſti[f] *(quo nomine Eccleſia non ſemel in diuinis literis appellatur) poteſt haberi ſpiritus Chriſti. Quiſquis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Neque etiam extra arcam (cum qua D. Petrus Eccleſiam aptiſſimè contulit) quiſquam ſalutem adeptus eſt: in quam ſententiam plurima*[h] *Cyprianus*[i] *Auguſtinus*[k] *Gregorius, aliiq; patres doctiſſimè diſſeruerunt. Ex quibus liquidò patet, quid de hæreticis ſentiendum ſit, quos extra Eccleſiam eſſe, parabola de reti,*[l] *quod præ multitudine piſcium ſcindebatur, & illud Apoſtoli, Circa fidem naufragauerunt*[m], *& denique pulcherrima illa Ioannis*[n] *ſententia, Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis, clariſſimè ſignificarunt.*

CAPVT II.

Analyſis Theſ. 2. & 3.

Eccleſia, vt ſignificat vniuerſitatem fidelium quæ nullis ſacrificiis externoque cultu fidem prodidit, ab Adamo initium habet: vt autem ſignificat eam vniuerſitatem fidelium, quæ internæ fidei & charitatis externa quædam ſigna adhibuit, eius initium ad Abelem referendum eſt: Si loquimur de Eccleſia vt ad Noui Teſtamenti ſtatum pertinet, eam à primis credentibus, vel potius ab Apoſtolis in die Pentecoſtes à Spiritu Sancto roboratis, ordiemur. Quocunque autem tempore Eccleſia Chriſti de qua nunc agimus perfectè conſtituta ſit, certum eſt extra Eccleſiam Chriſti nemini vnquam ſalutem contigiſſe: quippe quæ ſit corpus Chriſti, & quam cum arca Noe Petrus aptiſſimè comparauit. Ergo hæreticis ſpes ſalutis nulla eſſe poteſt, extra Eccleſiam conſtitutis. Id quod patet ex parabola retis, quod præ multitudine piſcium ſcindebatur. Item, ex his verbis: Circa fidem naufragauerunt. Item, ex hoc loco Ioannis: Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: Is qui Spiritum Chriſti non habet, is non eſt eius.

Eccleſiæ Origo.

[a] In pſal. 118. concione 29. in fine l. 15. de Ciuit. c. 1. in medio.

[b] In Pſal. 142. poſt pri. & Ser. de Iacob & Eſau.

[c] Origenes Homil. 2. in Canti poſt medium. Arnobius in Pſal. 118. Gre. Hom. 6. in Ezec. & cap. Math. 20.

[d] In Pſ. 71. circa med.

[e] In Pſ. 46. initio.

THES. 3.

Extra Eccleſiam non eſt ſalus.

[f] Ephe. 1. 22. & Eph. 4. 4. 1. Cor. 12. 27.

[g] Rom. 8. 9. 1. Pet. 3. 20.

[h] De vnitate Eccleſiæ poſt princip.

[i] In epiſtola 50. in fine.

[k] Lib. 14. Moral. c. 12. circa medium.

[l] Luc. 5. 6.

[m] 1. Ti. 1. 19.

[n] 1. Io. 2. 19.

Aſſertor proponit varias origines Eccleſiæ.

EARVNDEM REFVTATIO.

Satiſ-ne rectè Aſſertor ſuam demonſtrationem ſit auſpicatus.

Errores ſuperioris arg. recenſentur.

Aſſertor Eccl. de qua diſſerit non definit.

TAmetſi quæ concludit Aſſertor *de hæreticorum exitio*, nihil ad nos pertinent, quia tamen totum hoc argumentum ſcatet erroribus, nobis illud etiam excutiendum eſt. Poſteaquam præfatus eſt, *non modò Orthodoxos, ſed & hæreticos ipſius Eccleſiæ nomine gloriari: ac ſibi in animo eſſe dixit demonſtrare, Proteſtantes ad veram Eccleſiam non pertinere:* ſuam illam demonſtrationem, quam nobis pollicitus eſt, auſpicatur *ab origine Eccleſiæ:* de qua tamen cùm variè & titubanter loquatur, infirma profectò iacit iſtius demonſtrationis fundamenta. Atenim, vt *vera Eccleſia à falſa diſcerneretur*, & ſublatis fallaciis homonymiæ vera Eccleſia omnibus pateret: operæpretium fuit initio *veram Eccleſiam* definire, ex legibus ſcientiæ diſſerendi, quam noui iſti Academici ſibi propemodum ſolis vendicant. Noſter autem *Aſſertor varias tantùm profert origines Eccleſiæ:* nec *Chriſtianam Eccleſiam*, de qua tamen ſe diſputaturum eſſe profitetur, vſquam definit: quod diſſerendi genus & nouum eſt, & (quod Aſſertoris totiuſque collegij Poſnanienſis pace dictum velim) inſipidum. Quum autem ſine Definitione, tanquam ſine veritatis filio, in hunc diſputationis labyrinthum ſit ingreſſus, mirum non eſt eum dubium & incertum perpetuò vagari, vt in ſequentibus videbimus. Sit igitur hic primus error ex ignoratione elenchi adeòque ipſius artis peritè diſputandi.

Symbol. Nicen.

Alter hic eſt error, quòd *vnius eiuſdemque rei varias profert origines.* Nam vnius & eiuſdem rei vnum & idem principium conſtituendum eſt, *varietas autem externi ſtatus, non eſt origo ipſius rei:* neque ſunt *externa accidentia cum ipſa rei ſubſtantia confundenda.* Quare ſi *Eccleſiam vnam eſſe credimus* (vt profitemur in Symbolo) vnum quoque eius initium ſtatuendum eſt, non plura: nec *variæ diſpoſitiones Eccleſiæ, tum ſub Veteri, tum ſub Nouo Teſtamento, multas aut varias Eccleſias effecerunt.*

An Adamus ſuam pietatem ſit teſtatus externis rebus.

Tertius error in eo poſitus eſt, quòd nimis preciſè aſſerit *Adamum ita credidiſſe, vt fidem ſuam nullo externo cultu prodiderit.* Licet enim *primæ ſacrificij & oblationis mentio fiat in Abelis & Caini hiſtoria* (id quod Veteres, quos Aſſertor citauit, intellexerunt) tamen inde facilè colligi poteſt, Adamum externo pietatis cultu minimè caruiſſe: vt qui liberos docuerit externos illos ſacrificij & oblationis ritus, quorum ibi fit mentio. Nec ſum neſcius, quoſdam ex veteribus exiſtimaſſe, *Abelem, ſola conſcientia duce, ſacrificium obtuliſſe Domino:* ſed Adamum non fuiſſe illa ipſa conſcientia præditum, nec verum eſt, nec veriſimile: & grauiſſimæ ſunt eorum rationes qui aliter cenſent: adeoq́; qui ſunt in hebraicis literis exercitati, vrgent verbum *Adducendi*, quod illic vſurpatur: qua de re plura nunc dicere non eſt huius loci. Hoc tantùm quæro ab Aſſertore, quùm Adamus diu multumque poſt mortem Abelis vixerit, ad quamnam Eccleſiam exiſtimet tum Adamum pertinuiſſe.

Quartus error hic eſt, quòd *non ſatis conſtitutum habeat ecquonam tempore Eccleſia Chriſtiana initium habuerit: &, an cœperit à primis credentibus: an verò à die Pentecoſtès, quod tamen poſterius ait ſe malle.* Atqui hæc dubitatio eſt, non *Aſſertio:* ac propterea nulla inde effici poteſt demonſtratio. Nec ſatis iſte videt in quos ſe laqueos induat. Nam *ſi Chriſtiana Eccleſia tunc demum originem habuit, quùm Spiritus Sanctus deſcendit ſuper Apoſtolo*

dei

die Pentecoſtes: ergo ante illum diem ipſi etiam Apoſtoli ad *Eccleſiam Chriſtianam* non pertinebant. Item, *qui baptizati ſunt ab Apoſtolis* ante illum diem, non erant de Chriſtiana Eccleſia. Et rurſus, *Sacra illa Cœna quam Dominus ipſe cum Apoſtolis celebrauit*, non erat ad *Chriſtianam Eccleſiam* referenda, ac proinde fuit tempus quum Baptiſmus & ſacra Cœna ad aliam quam ad Chriſtianam Eccleſiam ſpectarent: quę omnia noſter hic *Aſſertor* apud ſe reputabit, vt videat, ſatiſ-ne rectè & Theologicè aſſeri poſſint.

Ioan.4.2.

Quintus hic eſt error, quòd ſecum ipſe pugnat in poſtrema parte Antecedentis. Nam, *ſi extra Eccleſiam Chriſti nemini vnquam ſalus contigit*, ſequitur Adamum, Abelem, & pios maiores qui ante Chriſtum exhibitum vixerunt, & de quorum ſalute non dubitamus, non fuiſſe in *Eccleſia Chriſtiana*: ac proinde *Aſſertorem* fruſtra laboraſſe *in variis Eccleſiæ initiis recenſendis*. Rurſus, quia dixit, *Eam Eccleſiam, quæ cœpit ab Adamo, ſola interiore fide & charitate conſtitiſſe ſine vllis externis ritibus*: ſi ita eſt, inde colligo, aliquam *Eccleſiam Chriſtianam* proferri poſſe, externis ritibus non aſtrictam, quod quàm alienum ſit ab *Aſſertoris* propoſito, poſtea videbimus.

Aſſertoris repugnantia.

Quod citat *Aſſertor* ex Luca *de captura piſcium, quæ tanta fuit vt rete diſrumperetur, & de hæreticis intelligit*, non conuenit iſtarum Theſium inſcriptioni. Nec enim Aſſertiones Theologicæ fieri debent ex allegoriis. Quare nos allegoricum hoc argumentum in caput Aſſertoris reiiciamus hoc modo.

Expenduntur loci Script. citati & retorquentur in Aſſertorem.

Si rete quod diſrumpebatur ſignificabat futuros hæreticos qui Eccleſiam diſrumperent (vt ait Aſſertor allegorizans) *Ergo falſum eſt quod ille ipſe Aſſertor paulò poſt dicit: Multitudinem eſſe vnam ex veris notis Eccleſiæ, & hæreticos ab ipſa paucitate redargui: quandoquidem rete prę multitudine diſrumpebatur.*

THES. 4.

QVo magis mirandum eſt [a] *quoſdam his noſtris temporibus exiſtere, qui Atheorum more, diſſentionum, quæ ob fidem ſuſcipiuntur, nullam partem curans:* [b] *alios qui vnicuique ſalutem propoſitam arbitrantur (Donatiſtarum quorundam more) qui Symbolum Apoſtolorum credit, cuicunque demum etiam pernicioſæ ſectæ adhæreat:* [c] *alios denique, qui omnibus prolixè beatam vitam pollicentur, qui in neſcio quo perfidiæ fundamento conueniunt: ſiue ij Lutherum, ſiue Zuinglium, ſiue alium quempiam hæreſiarcham vt ducem atq; principem ſequuntur, & in grauiſſimis adeoq; præcipuis Chriſtianę religionis capitibus diſſideant.*

[a] Pacificatores apud Sanderum L.7. de Monarch. viſib. P.733. & Edeſũ in Malleo hær.
[b] in lib. de officio pij viri apud Ioannem Heſſels.
[c] proteſtãtes.

THES. 5.

Qui omnes quàm toto, quod aiunt, cœlo aberrent, quis non videt, niſi qui omnino nihil videt? Nam inprimis ijs, qui nihil omnino penſi, quid credant, habent, quanam ſalutis ſpes affulgere poteſt? cùm Apoſtolus dicat: [d] *Oportere accedentem ad Deum credere quod ſit, & quòd inquirentibus ſe remunerator ſit. Et rurſum* [e], *Iuſtificatos ex fide, pacem habere ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum iubeat: per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus & gloriamur in ſpe Filiorum Dei. Qui igitur in Chriſti recta fide, quaſi in vnica ſalutis via, non ambulat, ad æternam fœlicitatem pertingere non poterit. Iam verò qui ſibi Symbolum credere ſatis eſſe arbitrantur, minus quidem quàm ſuperiores, errant tamen: cum (vt rectè ait Diuus Auguſtinus)* [f] *fieri poſſit, vt homo integra verba teneat Symboli, & tamen non rectè credat, ſiue de ipſa Trinitate, ſiue aliquid aliud: quod idem D.* [g] *Cyril. ſcribens ad Neſt. clariùs explicat.*

[d] Hebr.11.9.
[e] Rom.5.1.
[f] L.3. De Baptiſmo contra Donati c.15. initio. To:3.

Huc etiam accedit, quòd ſi vera hæc portentoſa opinio eſſet, nihil Eccleſiæ authoritas vſque adeò à Chriſto commendata, nihil Apoſt. conſtitutiones, nihil Patrum ſanctiones, nihil denique conciliorum decreta haberent ponderis aut momenti.

g Epiſt. 10. ad Neſtorium.

THES. 7.

h Ephe. 4. 5.

i Lutherus defenſione verborum cœnæ to. 7. P. 195. Brentius in Catechi. c. de Cœna p. 660. Andreas Muſculus in refutatione oppoſita neceſſitati Phyſicæ locationis in Corpore Chriſti clarificæ. c. 34. P. 34.

Sed illis, qui omnibus huius temporis hæreticis (ſolis Anabaptiſtis exceptis, quos fanaticos ipſi vocant) ad æternam fœlicitatem aditum faciunt, quo tandem loco ponemus? cùm Apoſtolus [h] dicat eorum, qui ſaluantur, vnum eſſe Dominum, vnam Fidem, vnum Baptiſma eſſe debere, quorum nihil inter illos reperitur. Nam Chriſtus, qui Dominus eſt, quanam, quæſo, ratione iis vnus exiſtit, cùm Lutherani [i] nonnulli omnipotentiam illi quandam reſpectu humanitatis, dum eam vbique ſtatuunt, eidem tribuunt: Caluiniſtæ & cæteri omnes contrarium aſſeuerant: cùm illi præſentiam Chriſti realem in ſanctiſſima Euchariſtia concedant, hi pertinaciſſimè denegent. Circa fidem autem (vt ſolùm de ea quatenus iuſtificans eſt loquar) in pluſquam ſexcentis capitibus diſſentiunt. Baptiſmum denique illi paruulis Chriſtianorum prolixè adeò & libenter largiuntur, vt etiam nec dum rationis compotes, actu credere fateantur, hi autem vt minus neceſſarium & ſuperfluum iiſdem adimunt.

k In præfatione libri contra Stepha. Vinton.

l In proœmio refutationis oppoſitæ. Theſſ. 27. anno. 45.

m Tomo. 7. in defenſione verborum Cœnæ P. 381. & confeſſione fidei edita à Lutheranis. Anno. 66. 4. 27.

Quæ tamen omnia, ne quis fundamento illi ſuo, de quo necdum quicquam certi ſtatuere poſſunt, minimè repugnare cenſeatur, ac omnes meritò qui illis ſe totos addixerunt, ſalutem ſperare poſſe, afferam vnius cum alterius verba vtriuſque partis, quæ ſyncerè dum contra ſe mutuò agunt, & ex animo proferunt, quamuis dum aduerſus Catholicos decertant, hæc omnia prudenter, vt illis videtur ſed reuera impiè diſſimulant. Sic igitur Petrus [k] Martyr loquitur: Ac primùm improbamus, inquit, nouam quorundam opinionem, qui vt Eccleſiæ tranquillitati conſulere videantur, non ſine periculo amittendæ veritatis inſtitutionis Cœnæ ſacræ affirmant controuerſiam Sacramentariam, nihil articulis Fidei aut Symboli derogare, & quamlibet poſſe abſque fidei & ſalutis periculo, quam velis amplecti ſententiam. Non minus clarè Andreas [l] Muſculus loquitur, dum Caluini diſcipulos & ſectatores impij atque pernicioſi dogmatis propugnatores nominat. Lutherus autem clariſſimè [m] Hæreticos, inquit, ſeriò cenſemus & alienos eſſe ab Eccleſia Dei, Zuinglianos & omnes Sacramentarios, qui negant Corpus & Sanguinem Chriſti ore carnali ſumi in venerabili Euchariſtia. Eant nunc igitur, & ſe Catholicis minimè in fundamento diſſentire iactitent, & ſibi inuicem ſalutem polliceantur, tanquam veris Eccleſiæ membris.

CAPVT III.

Analyſis Theſ. 4. 5. 6. 7.

Aſſertor verbo inuehitur in eos qui non curant, reipſa verò, in eos qui non procurant Eccleſiæ diſſentiones.

Nemo, qui in Chriſti recta fide non ambulat, ad æternam fœlicitatem pertingere poterit. Qui nihil omnino penſi, quid credant, habent: Itemque ij, qui ſibi Symbolum credere ſatis eſſe arbitrantur, in Chriſti recta fide non ambulant. (Nam fieri poteſt, vt quis teneat verba Symboli, & tamen non rectè credat.) Quare hi ad æternam fœlicitatem pertingere non poterunt. Non igitur audiendi ſunt, qui diſſenſionum, quæ ob fidem ſuſcipiuntur, nullam partem curant, & omnibus vitam æternam pollicentur, ſiue Lutherum, ſiue Zuinglium, ſiue alios hæreſiarchas ſectentur, qui nec vnum Dominum, nec vnam fidem, nec vnum Baptiſma habent & in fidei fundamento diſſentiunt.

Maiorem ita exponimus: ſi contumacia adſit & obſtinatio. Cæterum & nos deteſtamur Atheos omnes & quotquot veram Religionem contemnunt, nullam ſuę ſalutis curam habentes. Sed ex quibusnam tandem legibus rectè diſſerendi conſequi poſſit *Lutherum & Zuinglium eſſe propterea hæreſiarchas, aut Proteſtantes eſſe hæreticos,* qui eo ipſo non deſtiterunt declarare & ſuam & aliorum ſalutem ſibi longè maximę curæ eſſe, quod cum ſui abnegatione, nihil Satanam & mundum reformidantes, Eccleſię Romanæ corruptelis & erroribus renunciarunt? Sit igitur error non huiuſce tantùm concluſionis, ſed & harum omnium Aſſertionum Poſnanienſium, *Petitio principij*. Nam perinde diſſerit hîc *Aſſertor*, ac ſi plano iam antea oſtendiſſet *Proteſtantes eſſe hæreticos:* qua in re nec eruditè diſſerit, nec verè ac Theologicè quicquam aſſerit. Exiſtimamus igitur *curandas eſſe diſſenſiones de fidei capitibus exortas*, nimirum vt adhibito Dei verbo, placidè tollantur, non vt augeantur, quod vos poſteriores monachi facitis: & quos vna hæc cura ſolicitos habet, vt nouas quotidie diſſenſionum faces per vniuerſum terrarum orbem accendatis. Propterea, *mi Aſſertor*, ego viciſſim aſſero affirmoque, veſtræ illi *Sodalitati cui nomen Societatis Ieſu impoſuitis*, nihil eſſe cum *ſocietate Ieſu* commune: niſi forte quis dicat, vos eſſe *Iudæ Iſcariotæ* ſimiles, qui *ſocietatem Ieſu* prætexens, in ipſum Ieſum inſurrexit. Vos enim à Pontifice conducti, eius turbæ vos duces conſtituitis, quę fuſtibus & armis Chriſtum in membris ſuis patientem inſectatur: & ſpecioſa illa veſtra & nihilominus blaſphema inſcriptione, tanquam *oſculo*, veritatem Euangelicam, quantum in vobis eſt, *proditis*. Et quia caput hoc longiorem refutationem non deſiderat, ſatis erit quæ hîc Aſſertor propoſuit, ea in ipſum regerere hoc modo.

Superius arg. excutitur.

Harum Aſſertionum generalis & communis error Petitio Principij.

Quonam modo Ieſuitæ curent Eccleſiæ Diſſenſiones.

Exponitur inſcriptio ſocietatis Ieſu, quam Ieſuitæ prę ſe ferunt.

Si qui nihil omnino penſi quid credant habent, & qui ſunt ſolis Symboli verbis contenti, res ipſas in Symbolo contentas accuratiùs non inueſtigantes, in Chriſti rectâ fide non ambulant (vt *Aſſertor* hîc propoſuit) *Ergo falſa ſunt illa omnia quæ Pontificij de fide implicita ac potius de fide Carbonaria, tradiderunt, cuius implicitæ & perplexæ fidei hæ partes ſunt inprimis, Eccleſiam Dei ex rerum externarum ſpecie metiri:* quò ſpectat etiam tota hęc propemodum Aſſertoris diſputatio. Imò impietatis magiſtri ſunt Ieſuitę & cęteri Antichriſtiani doctores, *lectionem ſcripturarum vulgari idiomate laicis interdicentes, accuratiorem doctrinę Romanæ inueſtigationem damnantes*. Quod attinet ad Lutheri & Zuinglij diſceptationem, quia nobis eandem *Aſſertor* infrà obiiciet, diſcutiemus cap. 12. quam vim habeat hæc Pontificiorum argumentatio.

Retorquetur ſuperius. arg. in Aſſert.

THES. 8.

Sed hos modò ſinamus, vt[a] *proprio iudicio condemnatos, & propiùs ad Eccleſiam indagandam accedamus, eiuſque partes accuratiùs inueſtigemus. De quibus illud inprimis Doctores orthodoxi ſtatuunt:* Non *ſolùm prædeſtinatos, ſed etiam reprobos in Eccleſia contineri, contra* [b] *Wiclephi, Huſſi,* [c] *Caluini &* [d]*, Martini Buceri inſanas opiniones: quorum temeritas, qui tam præcipitem de reprobis ferre ſententiam audent, à Cypr.*[e] *pulchrè notatur, in concilio* [f] *Conſtantienſi damnatur, & in diuinis literis clariſſimè refellitur. Primò .n. Iudas malus erat, ac reprobus, vt patet ex*[g] *Actis: qui tamen aliquando de Eccleſia fuit, quum ex 12.*

a Tit. 3. 15.
b Wal. l. 2. Doctr. fidei art. 2. c. 8. & l. 2. a. 3. c. 285.
c L. 6. inſtit. c. 1. parag. 2.
d In commen. c. 7. Ep. ad Eph. contro. 1. p. 41.
e L. 3. Ep. ad Maximum circa mediū.
f Seſſ. 1. 5. ar. 2. & 3.
g Cap. 1. 16.

vnius

vnus extiterit, & Epiſcopus in [a] *Pſalmo nominetur. Paulus verò prædeſtinatus erat, nec tamen veræ Eccleſiæ ſemper membrum fuit* [b] *quam ſe totis viribus oppugnaſſe fatetur, ſed prius lupus, deinde ouis,* [c] *vt Auguſt. prius vas fictile, deinde aureum, vt Chriſoſt.* [d] *docet. Virgines etiam tum demum vbi dormierant, hoc eſt, poſt mortem,* [d] *fatuæ à ſapientibus ſeparatæ ſunt,* [e] *& ſerui illi, quibus homo nobilis abiens in longinquam regionem i. Chriſtus à nobis ad cœlos migrans, bonorum atque doctrinæ ſuæ adminiſtrationem commiſit, omnes quidem ſub poteſtate ipſius, & in domo eius i. in Eccl. erant, non tamen omnes in gaudium intrarunt.*

Hæc eadem diuinarum literarum teſtimonia, quæ pro reprobis Eccleſię inſerendis attulimus, non ſolùm homines virtute præditos, ſed etiam moribus prauos, atque ſceleſtos eiuſdem eſſe partes, & multò quidem magis omnium iudicio comprobant. Ad quod etiam inſtitutum faciunt parabolæ illæ, in quibus dicitur, [f] *in area triticum paleis operiri:* [g] *in ſagena miſſa in mari, piſces concludi bonos & malos: in agro Dominico zizania inueniri.* [h] *Quibus locis olim adeò Catholicos confutaſſe Donatiſtas D. Auguſt.* [i] *refert, vt quò ſe verterent planè neſcirent. Iiſdem & ipſe ſæpiſſimè vſus eſt* [k] *alibi, & ante eum Hiero.* [l] *& Cypr.* [m] *In Apoc. quoque Eccleſias legimus, quarum Angelos & miniſtros Deus ad pœnitentiam admiſſi criminis cohortatur. D. etiam Paulus Galat. arguit errore deprauatos, & Corinthios imprimis grauiſſimè reprehendit, quòd contentioſi, opinionibus dediti, æmulatores, litigioſi eſſent, denique quòd ſceleri fauerent, quod gentibus ipſis erat execrabile, quorum tamen cœtum non ſolùm Eccleſiam, ſed Sanctam Chriſti Societatem & agnoſcit & prædicat.*

Quid quòd Chriſtus Seruator noſter, fratrem, à quo offendi quempiam contigit, ad Eccleſiam deferri iuſſit? quod ſanè eum ab Eccleſia exulem, & extorrem nequaquam eſſe ſatis declarat. Omitto Patres Clementem, [n] *Originem, Fulgentium, alios: quorum plerique hunc eorum errorem, in florentiſſima Eccleſiæ ætate, in Donatiſtis & Circumcellionibus barbaris & agreſtibus hominibus damnarunt, adeò vt mirandum ſit, noſtros Proteſtantes, quamuis Donatiſtas nominatim execrentur, eorum tamen Hæreſim amplecti, ac peccatores planè ab Eccleſia excludere. Quod clarè facit Philippus art. 7 dum Eccleſiam Sanctorum congregationem ſtatuit, & in Apolog.* [o] *oſtendit malos tantùm nomine in Eccl. contineri, & Eccleſiam tantùm rectè credentes & iuſtos conficere. Facit & idem Calu.* [p], [q] *Bucerus,* [r] *Bulling. & alij.*

CAPVT. IIII.

Analyſis Theſ. 8, 9, 10.

IVdas aliquando fuit de Eccleſia. Paulus prædeſtinatus erat nec tamen ſemper fuit membrum veræ Eccleſiæ. Item virgines fatuæ poſt mortem tantùm à ſapientibus ſeparatę ſunt. Item non omnes ſerui de quibus extat parabola apud Mattheum, In gaudium Domini intrarunt, quamuis eſſent in domo eius. Adde parabolas de bonis & malis piſcibus & de zizaniis, & quæ in Apocalypſi dicuntur de Eccleſiis. Item quæ dicuntur de Galatis & Corinthiis errore deprauatis, quorum tamen cœtum Paulus Eccleſiam & ſanctam Chriſti ſocietatem prędicat. Denique apud Mattheum, qui fratrem offendit, ad Eccleſiam deferendus eſt, ac propterea non eſt extra Eccleſiam.

a Pſal.108.8.
b Gal.1.14.& 1.Cor.15.19. circa mediū.
c Ser.1.De conuerſione D.Paul. to.10
d Chriſoſto. hom.6.in Ep.2.ad Tim. to.3.102.
e Mat.26.14.
f Luce 19.15.

THES.9. Boni & mali in Eccleſia continentur.

g Mat.3.12.
h Matt.13.47.
i Matt.13.30.
k In breuiculo collationis in collatione 3.diei.c.4. poſt principium.
l L.3.contra literas Petili. c.2.in fine c.9.initio c.12. Lib.de vnitate Eccleſiæ c.11.toto L. contra Donatiſt.poſt collat.c.4. circa finem c.6.toto de fide ad Petrū c.43.to.3.
m Hie.dialog. contra Lucifer.circa finē pag.45.

THES.10.

n Cypr.L.4. Ep.2.contra Nouati.circa finem Apoc.2.&1. Gal.1.&3. 1.Cor.1.5.
o Origines homil.21.in Ioſue.Clemens Romanus lib.2. conſt.c.14.15. & 16.totis Naz. oratione Apologetica ante medium P.11.Fulgent.de fide ad Petrū c.43. Hier.in Dialog.contr.Lucif.P.145.p P.124.&186.q L.4 inſt.c.1.9.2.&9.r In comment.ad Ep.4.p.112.r Ser.1.Decadis 5.p.2. Aſſertor contendit ſolos electos non conſtituere Eccl.Dei.

Ergo non ſolum Electi, verumetiam reprobi in Eccleſia continentur, quemadmodum etiam Veteres cenſuerunt.

Cap.

EARVNDEM THES. REFVTATIO.

HAbet, mi *Aſſertor*, Romana Eccleſia quòd tibi ſuccenſeat, qui vt probes *Romanam eſſe Catholicam Eccleſiam*, tam diligenter *reproborum cauſam agas, vt eos ſcilicet, ad Catholicam Eccleſiam pertinere nobis perſuadeas.* Quid? tibi-ne videtur *Eccleſia Romana ſtare non poſſe, niſi Reprobi ad Catholicam Eccleſiam pertineant?* Quia verò fuſiùs à nobis aduerſus Turrianum diſputatum eſt, *an Reprobi ſpectent ad Eccleſiam Catholicam*, nunc ea de re pauca tantùm dicemus, & quatenus iſthæc tua argumentatio videtur poſtulare. Hanc igitur excutiamus.

Reprobos ad Eccleſiam Chriſti non pertinere.

In Eccleſiis particularibus malos eſſe bonis admixtos nunquam negauimus: quin etiam bonos à malis ſæpius quàm par ſit, numero ſuperari & doluimus & dolemus: ſed propterea *Reprobos ad veram illam & Catholicam Eccleſiam pertinere, quam in Symbolo confitemur*, hoc verò pernegamus. Fallit igitur Conſequens ſuperioris argumentationis, tum in falſo conſequenti, tum in homonymia nominis *Eccleſiæ*. Nam *Eccleſia quando ſimpliciter dicitur, aut quum dicitur Eccleſia Chriſti*, ſolos electos propriè ſignificat, vnum corpus ſub vno capite conſtituentes, nempe Chriſto, quod quidem corpus nouiſſimo tantùm die perfectum erit ſuiſque numeris omnibus abſolutum. Quum verò dicitur *Corinthiorum, Galatarum, Epheſiorum vel Romanorum Eccleſia*, tum viſibilem & particularem hanc vel illam *Eccleſiam* ſignificat. Hanc diſtinctionem quia ſiue ignorantia ſiue malitioſè non tenuit *Aſſertor*, imò ne definiit quidem *Eccleſiam* illam de qua ſuſcepta eſt hæc diſputatio, mirum non eſt ſi perperam concludat, vt qui veſtem & integumenta homonymiæ non detraxerit, quibus ipſe deluſus aliis imponere conatur, decipiens & deceptus vt inquit Nazianzenus. Vt autem errores iſtius argumentationis faciliùs perſpici poſſint: cedò, mi *Aſſertor*, *an non loqueris de ea Chriſti Eccleſia, de qua initio profeſſus es, nec-ne?* Si non loqueris, imperitè diſputas, imò ne diſputas quidem: quum tota diſputatio debeat ad eam quæſtionem referri, quæ initio propoſita eſt. Si loqueris *de illa ipſa Eccleſia* (vt eum decet qui profert Aſſertiones Theologicas) ergo ex hac tua argumentatione ſequitur, *Reprobos etiam eſſe corpus Chriſti, ſponſam Chriſti, Columnam & firmamentum veritatis* (ſic enim nobis Eccleſiam deſcripſiſti) hoc eſt, Reprobos eſſe Electos. Quod eſt abſurdiſſimum. Conſequentia patet ex his locis.

Redarguuntur errores ſuperior. arg.

Exponitur nomen Eccleſiæ.

Abſurdis & incommodis Aſſertor obruitur.

Epheſ.1.

Omnia ſubiecit pedibus eius, eumque conſtituit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ quæ eſt corpus ipſius, complementum eius qui omnia implet in omnib. Quòd ſi legas, Implentur, fortius etiamnum erit argumentum. *Dedit ipſe alios quidem Apoſtolos, alios Prophetas &c. ad ædificationem corporis Chriſti, donec euadamus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum &c. veritatem ſectantes cum charitate prorſus adoleſcamus in eum per omnia qui eſt caput, nempe Chriſtus. Ex quo totum corpus coagmentatum & compactum per omnes ſuppeditatas coniunctiones ex vi intus agente, pro menſura vniuſcuiuſque membri, incrementum*

Eph.4.

Incrementum capit corporis conueniens ad sui ipsius extructionem per charitatem. Christus est caput Ecclesiæ, & ipse est seruator corporis. Ephes. 5. *Nullus unquam suam ipsius carnem odio habuit, imò enutrit ac fouet eam, sicut Dominus Ecclesiam, quoniam membra sumus corporis eius, ex carne eius & ex ossibus eius.* Ibid. *Neque obtinens caput, ex quo totum corpus per commissuras & compages suppeditatum & compactum augescit augmento Dei.* Coloss. 2. Ex quibus locis manifestum est solos electos esse corpus Christi, neque id de Reprobis sine blasphemia dici posse. Nam soli electi sunt complementum Christi: soli electi occurrent in virum perfectum: ad solos electos vis illa Christi salutifera & viuifica manat, tanquam à capite ad corpus: soli electi seruantur: Christus enim est seruator sui corporis: solos electos Christus virtute [illegible] viuifica fouet & alit, solique electi arctissimè cum Christo coniunguntur.

Reprobos non pertinere ad corpus Christi, manifestè probatur.

Quinetiam vrgenda est particula vniuersalis: *donec*, inquit, *Omnes occurramus in vnitatem fidei in virum perfectum.* Eph. 4. Hic particula, *Omnes*, refertur ad corpus Christi, cuius antè meminit: vt ex his hæc propositio necessariò emergat ex verbis Pauli: *Omnes, qui sunt Christi corpus, occurrent in virum perfectum.* Ac proinde ex legibus rectè disserendi hæc propositio erit quoque verissima: *Nulli qui non occurrunt in virum perfectum, sunt corpus Christi.* Itaque Syllogismus erit in ea quam [illegible] figura, hoc modo.

Omnes, qui sunt corpus Christi, occurrunt in virum perfectum (ex Paulo)

Nulli Reprobi occurrunt in virum perfectum (alioquin non essent Reprobi)

Quare nulli Reprobi sunt corpus Christi; quod ne *Aduersarij* quidem negauerint. Atque hæc de nomine *Corporis*. Idem dico de *sponsa Christi*, quo nomine solos electos significari perspicuum est, ex his locis: [illegible] *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, postquam eam purgasset lauacro aquæ per verbum, vt sisteret eam sibi gloriosam, &c. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Vna est columba mea, perfecta mea. Ego sum dilecti mei & dilectus meus mihi est* [illegible]. *Ostendam tibi sponsam vxorem Agni, & ostendit mihi sanctam illam Hierusalem descendentem de cœlo à Deo, habentem gloriam Dei, &c. Sponsus & sponsa dicunt, veni &c.* Quæ omnia ad Reprobos pertinere, sine scelere non possunt. Etenim cum solis electis arctissimo illo vinculo, quod *sponsi & sponsæ nomine apposite significatur, Christus coniunctus est.*

Reprobos non esse sponsam Christi, probatur. Ephes. 5. Ibid. Canti. 4. & c. Apoc. 21. Apoc. 22.

Idem dico de *columna & firmamento veritatis ex his locis: Vt noris* quomodo oporteat in domo Dei versari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & stabilimentum veritatis. *Christus tanquam filius domui suæ præest: cuius domus sumus nos, si fiduciam & spem illam de qua gloriamur, ad finem vsque tenuerimus. Ipsi quoque velut viui lapides ædificemini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias acceptas Deo per Iesum Christum. Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei.* Et quæ sunt consimilia. Ex quibus manifestum est *reprobos & hypocritas in particularibus Ecclesiis non* [illegible] *posse dici illam domum Dei quæ est columna & firmamentum veritatis.* Nam *constantia & perseuerantia* est electorum propria, sine qua *columna & firmamentum intelligi non possunt. Adde quod* [illegible] *repugnant*, [illegible] *illius esse firm*[illegible] [illegible] videre, [illegible]

Reprobos non esse columnam & firmamentum veritatis probatur. 1. Tim. 3. Heb. 3. 1. Pet. 2. Apoc. 3.

ex iis quæ præfatus es, & ex illa tua prima Aſſertione, me nunc verè aſſerere *Reprobos ad veram Eccleſiam non pertinere: quantumuis in Eccleſia eſſe videantur*: quia aliud eſt, *Videri*, aliud, *Eſſe*, id quod etiam animaduerti poteſt in tuis *Aſſertionibus*, quæ videntur quidem tibi *Theologicæ*, & ita inſcribuntur: ſed tamen non ſunt, & potius ad ea pertinent, quæ Philoſophi dicunt apparentia, ſed non exiſtentia. Sed cur non in te retorqueo illud ſimile quod nobis antea obiecisti, quum *ex arca Noe* argumentareris? Dicebas enim *conſtare ex Petro, Eccleſiam cum arca Noe aptiſſimè comparari*: ac proinde efficiebas, *neminem vnquam extra Eccleſiam ſalutem adipiſci poſſe*. Ego verò vlteriùs progredior, & ex illa ipſa comparatione, ita contendo: non modò *nullam ſalutem eſſe extra Eccleſiam*, ſed etiam eos omnes, qui verè ſunt in Eccleſia, ſalutem adepturos. Quamobrem? inquis: Nempe quia quotquot fuerunt in arca Noe ſalui euaſerunt ex aquis diluuij. Sic enim Petrus. *In qua paucæ, hoc eſt, octo animæ ſeruatæ ſunt per aquam*. Nec video quanam ratione hanc *ſalutis* partem in illa comparatione repudiare debeas, quum Petrus non ſit locutus *de iis qui extra arcam perierunt* (id quod tu vrges) & ſit de iis locutus qui in arca ſalui facti ſunt: quod reiicere non potes. Nam hæc duo ſe mutuò reſpiciunt: *Non ſeruari extra arcam*, *&, ſeruari in arca*. Ex quo ita ratiocinemur.

Similitudo Arcæ Noe retorquetur in Aſſertorem. cap. 2. ſup.

1. Pet. 3.

Si cum arca Noe Eccleſia aptiſſimè comparatur (quemadmodum Aſſertor paulò ante nobis commemorauit) *nec proferri poteſt ratio quamobrem ad eam comparationem non pertineat, quòd omnes qui fuerunt in arca ſalui facti ſunt, certè vi huiuſce comparationis & ipſius Aſſertoris veſtigiis, rectè concludemus, Omnes qui ſunt in Eccleſia, quæ corpus Chriſti eſt, ſeruatum iri. Antecedentis partem quam Aſſertor ipſe aſſerit: partem alteram negare non poteſt. Quare admittas quoque Conſequens, neceſſe eſt. Ex vi Conſequentis autem efficitur, Reprobos verò non eſſe in Eccleſia Dei.*

Nunc excutiamus locos ab *Aſſertore* productos: ex quibus omnibus nihil aliud poteſt colligi, quàm *multos etiam Reprobos eſſe poſſe in particularibus Eccleſiis: id quod non negamus. ſed aliud eſſe dicimus Eſſe in particulari Eccleſia*, aliud, *Eſſe in Eccleſia Dei, vel de Eccleſia Dei, quæ corpus Chriſti eſt*: quod vt faciliùs intelligatur, age, expendamus vim & ſenſum vtriuſque enuntiationis. *Eſſe in Eccleſia, vel, de Eccleſia particulari & viſibili, vel in Eccleſia contineri*, vt vulgò loquimur, nihil aliud eſt quam eâdem fidei & religionis profeſſione, ſe viſibili Eccleſię adiungere. Atque id tam electis quàm Reprobis commune eſſe poteſt. At *eſſe in Eccleſia Dei quæ corpus Chriſti eſt: & eſſe membrum corporis Chriſti*, ſignificat, verè cum Chriſto coniungi, & ab eo vitam haurire, tanquam à capite, quemadmodum Scriptura docet. Atque id electorum eſt proprium. Hoc autem diſcrimen ſic paucis explicat Ioannes: *E nobis egreſſi ſunt, ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum: ſed* (hoc factum eſt) *vt patefieret, non omnes eſſe ex nobis*. Ecce tibi quę alioqui repugnantia videri poſſint, & ſunt tamen veriſſima: nimirum quia *Hypocritæ dicuntur quidem eſſe de Eccleſia, ſed tamen re vera non ſunt, nec ad eam pertinent*. Cæterùm quum nobis obiicis *Corinthios, Galatas & alios qui vel mores ſuos, vel ipſam doctrinam recuperant: item eos qui excommunicatione*

Reſ. ad locos ſcripturæ.

1. Ioan. 2.

De Corinth. & Galatis.

plectendi ſunt: vt efficias, Reprobos eſſe de Eccleſia Dei, tua iſthæc Concluſio non procedit, nec enim conſectarium eſt, Corinthios & Galatas deprauatos, fuiſſe Reprobos, quandoquidem potuerunt reſipiſcere. Et nominatim *de inceſto Corinthio excommunicando* ſic dicit Paulus, *Vt Spiritus eius ſaluus ſit in die Domini: quod idcirco moneo, vt poſthac, mi Aſſertor*, in aſſerendo ac diſputando ſis paulò diligentior, & quid ex quaque re conſequi poſſit, accuratiùs diſpicias. Nolo autem ad viuum reſecare quę profers *ex parabolis decem virginum & eius ſerui qui in gaudium Domini non intrauit*: itemque quod citas *de bonis & malis piſcibus* ex Matthęo, qui generaliùs locutus eſt, quàm ipſe referas: & pleraq; eiuſmodi, tum in hoc capite, tum in aliis, quæ non propterea probo, quòd ſigillatim illa non reprehendam. Nobis enim propoſitum eſt ea imprimis diſcutere, quæ ad noſtram quæſtionem pertinent. Duriuſculum eſt etiam quod ais, *Iudam in Pſalmo vocatum fuiſſe Epiſcopum.* Ibi enim vocabulũ à Pſalte vſurpatum, *Præfecturam* ſignificat. Itemque quod profers de Paulo, eſt extra propoſitum: quum preſertim ſermonem habeas *de Reprobis quos ipſe vis ad Eccleſiam Dei pertinere.* Quare illud totum eſt à quæſtione alienum. Sed iam id excutio quod imprimis vrges, *Paulus*, inquis, *Corinthios & Galatas inter quos erant multi errore deprauati, non ſolùm Eccleſiam, ſed ſanctos etiam vocat.* Certè: ſed ipſe nobis reſponſionem ſuppediat. Vt enim Paulus *Corinthios vocat Sanctos*, propter electos qui tum ibi erant (abſit enim vt Reprobos vocet ſanctos & ſanctificatos, qui in illo ipſo capite *Sanctificationem cum Iuſtitia coniungit*) ita propter Electos, nomen *Eccleſiæ* indefinitè Corinthiis tribuit. Etenim ipſum *Eccleſiæ nomen & attributa propria Eccleſiæ Dei, ſolent attribui particularibus Eccleſiis*, idque propter Electos qui in illis ſunt, & qui ſoli verã Dei Eccleſiam conſtituunt. Hoc miror te non potuiſſe diſcere, vel ex iis locis quos citaſti: *Electi* (vt nobis ex Matt. commemoraſti) *cum tritico: Reprobi cum paleis & cum zizaniis comparantur.* Ecquis autem ſegetes ipſas, paleas, ac non potius triticum appellauerit? quis agrum Zizaniorum dixerit, ac non potius, tritici? Idem licet dicere *de vini dolio*: quod quamuis habeat fæcem cum vino commixtam, non aliter tamen, quàm vini dolium appellatur. Sic à nobiliore ac preſtantiore parte res nominari ſolent. Atque vt propius ad rem de qua inter nos agitur, accedamus: corpus humanum ita dicitur, propter aptam integramque membrorum compoſitionem. Quod ſi membrum aliquod laxatum ſit, ſi tuberculum enaſcatur, ſi vlcus emineat, vocatur nihilominus corpus. At ſi propriè loqui volumus, illa omnia ita accidunt corpori, vt non ſint de corpore. Aliud eſt enim vitium corporis, quàm ipſum corpus. Ita *Reprobi cum Electis mixti* (quod ad exteriorem coniunctionem attinet) ſunt defectus & vitium Eccleſię, non autem Eccleſia vel de Eccleſia. Sed quia *Eccleſiæ* non ſunt propter Reprobos ſed propter electos: idcirco propter Reprobos nomen Eccl. non tollitur. Huius autem rei imprimis hæc eſt ratio, quód propriè ſolus Deus nouit diſcernere Electos, in hac vita conſtitutos, à Reprobis, & illud diſcrimen nos latet: adeóque nobis hac in parte, ſummopere cauendum eſt à temerariis iudiciis: ac propterea eos generaliter *Eccleſiæ* nomine honoramus, quos videmus veram religionem profitentes. Quanquam enim

1.Cor.1
Nomen & attributa Eccl. tribuuntur particulari Eccleſiis propter Electos.

non dubitamus pleroſque ibi eſſe poſſe qui ad electionem Dei non pertinent: quia tamen nobis incertum eſt quinam illi ſint, ideo de omnibus ita loquimur, vt ſi omnes eſſent *Electi*, dum illis omnibus, *Eccleſia* nomen tribuimus: ita iubente charitatis lege.

Iam aliquot tuas Repugnantias proferamus. Hîc affirmas, *Iudam fuiſſe de Eccleſia*, opinor, Chriſtiana: quippe quum ei nomen *Epiſcopi* tribuas: Atqui Aſſertione tua num. 2. ais, *Eccleſiam Chriſtianam à die Pentecoſtes ordiendam*. Quid ais? mi *Aſſertor*. Atenim iam tum *Iudas medius crepuerat, & effuſa fuerant omnia viſcera eius* (inquit Petrus apud Lucam) Ergo ſi tibi credimus: aut Iudas ex ipſis inferis rediit poſt diem Pentecoſtes: aut fuit *de Eccleſia Chriſtiana* ante originem ipſius Eccleſiæ Chriſtianæ: quod quàm conſtanter dicatur, ipſe etiam non ignoras.

Repugnantiæ Aſſertoris.
Prima.
Act. 1.

Affero aliam tuam Repugnantiam. Hîc affirmas, *Galatas errore deprauatos & Corinthios fuiſſe in Eccleſia, & de Eccleſia Dei*. Vnde colligo, *hæreticos* non eſſe extra Eccleſiam Dei, quandoquidem *Galatas errore deprauatos* fuiſſe *hæreticos* (vt hodie loqui ſoletis) dubium non eſt. Et in Epiſt. ad Cor. vſurpatur ipſum vocabulum *hæreſeos*: *Oportet*, inquit, *etiam hæreſes inter vos eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiant inter vos*. Contrà ſuprà cap. 2. aſſerebas, *hæreticos eſſe extra Eccleſiam Chriſti*.

Secunda.
1. Cor. 11.

Profero & tertiam Repugnantiam. Hîc vis, *multos etiam Reprobos eſſe de Eccleſia Dei*. At in illo ipſo cap. 2. aſſerebas, *extra corpus Chriſti, hoc eſt, extra Eccleſiam, Spiritum Chriſti haberi non poſſe*: & tum addebas hęc Pauli verba: *Qui Spiritum Chriſti non habet, is non eſt eius*. Quare nos ita ex ore tuo diſſeramus. *Siquis Spiritum Chriſti non habet, is non eſt eius* (inquit Paulus) *At reprobi Spiritum Chriſti non habent* (*nam quotquot Spiritu Dei ducuntur, ij ſunt filij Dei*, inquit ibidem Paulus) Sequitur, *Reprobos ad Chriſtum non pertinere*. Quod ſi eſſent de Chriſti corpore. h. e. Eccleſia: certè ad Chriſtum pertinerent. Ac de illis quidem tuis repugnantiis hactenus.

Tertia.

Nobis etiam obiicis *veteres Doctores*: ſed qua ratione fretus id facias ego quidem non video. *Exorti ſunt olim qui propter vitia moreſque deprauatos*, negarent vllam alibi, quàm *apud ipſos, eſſe Eccleſiam, quod ſibi ſolis morum integritatem, vitæque ſanctimoniam vendicarent. Huiuſmodi fuere Donatiſtæ, Cathari, & alij conſimiles: quibus maiores noſtri vehementer obſiſtentes, affirmarunt, ſtante fide, Eccleſiam propter morum vitia tolli non poſſe: quum vſque ad finem mundi, ea futura ſit piorum conditio, vt malos ſecum admixtos habeant*. Huic ſententiæ & illis ipſis veterum Docterum rationibus, miſeros & faſcinatos Anabaptiſtas refellimus, qui hac in parte renouarunt Donatiſtarum hæreſim. Verùm, *mi Aſſertor*, pro more tuo, vnum proponis, & aliud probas. Hoc enim inter nos quęritur: *Sintne Reprobi de Eccleſia Dei, ſiue ad eam pertineant*: quod nos negamus, & veteres Doctores negauerunt: *quamuis propter temporalem coniunctionem, Reprobi in Eccleſiis viſibilibus vna cum Electis mixti ſint*: quod & Veteres cenſuerunt, & nos cum veteribus cenſemus. Sed præſtat audire Veteres ſuam ſententiam verbis ſuis explicantes. Cyprianus: *Domine ad quem ibimus &c. Significans Eccleſiam quæ in Chriſtum credat & quę ſemel id quod cognouerit teneat, nunquam ab eo omnino diſcedere, & eos eſſe Eccl. qui in domo Dei permanent. Plantationem verò plantatam à Deo Patre non eſſe quos videmus non frumenti ſtabilitate*

Reſponſio ad teſtimonia veterum Doctorum.
Aſſertor vnũ proponit & aliud probat.
Teſtimonia veterum quib. illi ſuam exponunt & Aſſertoris refelluut ſententiam.
Ib. 1. Ep. 3.
De Simplicit. pręlator.

tate ſolidari, ſed tanquam paleas diſſipantis inimici Spiritu ventilari. de quib. & Ioan. in Epiſt. ſua dicit: Ex nobis exierunt ſed non erant de nobis. Si .n. fuiſſent ex nobis manſiſſent vtiq; nobiſcum. Idem, Adulterari non poteſt Sponſa Chriſti, quæ incorrupta eſt & pudica. Hæc nos Deo ſeruat, hæc filios quos generauit, aſſignat. In Pſal. 14. homil. Chryſ. Eccleſia eſt tentorium quod fixit Dominus & non homo, & è locis in alia loca migrauit in perſecutionibus, fugit à ciuitate in ciuitatem, ſed non fugit à pietate ad impietatem &c. Ambroſius: Sicut Sancti ſunt membra Chriſti: In Pſal. 35. ita impij membra ſunt Diaboli. Idem, In 2. cap. Luc. Mater viuentium Eccleſia eſt quam ædificauit Deus in ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto, in quo omnis ſtructura compaginata creſcit in templum Dei, &c. Ecce mulier omnium mater: ecce domus ſpiritualis, ecce ciuitas quæ viuet in æternum, quia mori neſcit. Ipſa enim ciuitas Hieruſalem quæ nunc videtur in terris, ſed rapietur ſupra Eliam & ſupra Enoch &c. Quantò meliùs totum corpus aſſumitur, quàm vnus aſſumptus eſt &c. De Trin. l. 3. cap. 1. Auguſtinus: De omnibus ſanctis tanquam lapidibus viuis ædificatur Hieruſalem mater noſtra æterna in cælis. Idem. Ibi primitus Eccleſia, quæ poſt reſurrectionem & iſta Eccleſia congreganda eſt, vt ſimus æquales Angelis Dei. De Gen. ad lit. l. 5. c. 19. Idem. Rectus confeſſionis ordo poſcebat, vt Trinitati ſubiiceretur Eccleſia tanquam habitatori domus ſua, & Deo templum ſuum, & conditori ciuitas ſua, quæ tota hìc recipienda eſt non ſolùm ex parte qua peregrinatur in terris, à Solis ortu Enchir. ad Laurent. c. 56 vſque ad Occaſum laudans nomen Domini & vetuſtatis captiuitatem cantans canticum nouum: verùm etiam ex illa quæ in cælis ſemper, ex quo condita eſt, cohæſit Deo. Et paulò poſt: Hæc quæ peregrinatur in terris, ſanguine Mediatoris Cap. 61. nullum habentis peccatum ab omni redempta eſt peccato, eiuſque vox eſt: Si Deus pro nobis quis contra nos &c. Idem. Eccleſiæ caput eſt homo ille cuius ſuſceptione De Agon. Chriſt. c. 20. verbum caro factum eſt & habitauit in nobis: membra cætera ſunt omnes ſancti, quibus perficitur & completur Eccleſia. Idem. Ibid. cap. 26. Corpus Chriſti quod eſt Eccleſia, eſt in ipſa dextera, hoc eſt, in ipſa beatitudine futurum eſt. Idem. Epiſt. 48. Ipſa eſt Eccleſia, in bono ſemine quod ſeminauit filius hominis, & vſque ad meſſem creſcere inter zizania prænuntiauit. Et paulò pòſt: Ipſa eſt Eccleſia quæ intra ſagenam Dominicam cum malis piſcibus natat, à quibus corde ſemper & moribus ſeparatur, vt exhibeatur viro ſuo glorioſa, non habens maculam aut rugam. Idem: Quod vobis dico, omnibus (inquit Chriſtus) Quibus omnibus Epiſt. 80. dicit, niſi electis & dilectis ſuis ad corpus eius pertinentibus, quod eſt Eccleſia. Idem: Atrium quod eſt extra templum eijce &c. Apoc. 11. Ipſi Atrium ſunt qui In Apoc. Hom. 8. videntur Eccleſiæ eſſe & foris ſunt, ſiue hæretici, ſiue malè viuentes Catholici. Idem: De Baptiſt. contr. Donat. Lib. 6. cap. 3. Malos nequaquam pertinere ad Eccleſiam Dei, quamuis intus videantur, ex hoc apertiſſimè apparet, quia iſti ſunt auari, raptores, &c. Idem, De ciuit. Dei Lib. 15. cap. 1. Quas myſticè appellamus ciuitates duas: hoc eſt, duas ſocietates hominum: quarum eſt vna, quæ prædeſtinata eſt in æternum regnare cum Deo: altera, æternum ſupplicium ſubire cum Diabolo. Idem: De Doctr. Chriſt. l. 3. c. 34. Eccleſia ſine macula & ruga ex omnibus gentibus congregata atque in æternum regnatura cum Chriſto, ipſa eſt terra beatorum, terra viuentium. Idem, Ibid. cap. 32. Non reuera Domini corpus eſt quod cum illo non erit in æternum: & paulò pòſt, Quia non ſolùm in æternum, verumetiam nunc hypocritæ non cum illo eſſe dicendi ſunt, quamuis in eius eſſe videantur Eccleſia.

Sunt conſimilia pleráq; paſſim in ſcriptis Veterum occurrentia, ex quibus facilè eſt colligere quidnam ipſi veteres ſenſerint de Reprobis cum Electis permixtis: nempe eos non eſſe de Eccleſia Chriſti, licet in ipſa Eccleſia proptur temporalem coniunctionem eſſe videantur.

Iam verò non ſatis intelligo, quonam pacto aduerſarij Eccleſiæ [illegible] locorum [illegible], cognoſcere queant, quum planè quid ſit ea, (quod [illegible] allati teſtantur errores) ignorent. Laborant tamen illi, & quidem ſtrenuè in Eccleſiæ notis peruestigandis, ſed infeliciter, quum eas tandem aſſignent, quæ vel ipſa Eccleſia ſunt obſcuriores, vel certè quæ huic ipſorum Eccleſiæ minimè conueniant. [a] Alij enim conſenſum in doctrina Euangelij incorrupta, quod attinet ad fundamentum, legitimum vſum ſacramentorum, obedientiam miniſterio debitam, vt certiſſima Eccleſiæ Symbola conſtituunt: alij [b] his claues, quæ neceſſariè ſunt in miniſterio verbi ſuperaddunt: alij vt oues [c] vocem Paſtoris ſui audiant, & alienis penitus abhorreant, requirunt: [d] alij denique, his non contenti, conſtantiam in confeſſione fidei ſiue perſeuerantiam, vt planè neceſſariam, arbitrantur.

Verùm hæc omnia ſigna huiuſmodi ſunt, vt ægrius à nobis, quàm ipſa Eccleſia, cuius ſunt ſigna, cognoſcantur, & in primis legitima verbi Dei prædicatio & ſincerus Sacramentorum vſus, (quæ duo ipſi vel maximi faciunt) quum Eccleſię ſit [illegible], quando hęc rectè ſiant, docere. Hęc ita ſe habere [illegible] teſtantur. Quid enim inquit [e] Irenæus, ſi de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, & ab iis ſumere de præſenti quæſtione, quod certum & liquidum eſt? Quod idem clarius [f] Tertullianus antiquiſſimus & ipſe Auctor aſſerit. Quid prædicauerint Apoſtoli, ait, quid illis Chriſtus reuelauerit, & hic præſcribam, non aliter probari debere, niſi per eaſdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt. & clariſſimè Auguſt. [g] Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccl. commoueret auctoritas. Idem ex diuinis literis oſtenditur. Ad hunc enim finem Apoſtolo teſte, [h] dedit Deus Eccleſiæ Paſtores & Doctores, vt perueniamus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem Filij Dei. In hunc etiam finem, Chriſtus eiuſdem magiſtros, & teſtes veritatis [illegible] qui vos, [i] ait, audit, me audit. Ad hoc denique ſignificandum [k] Eccl. Dei columna & firmamentum veritatis appellatur. Quin & rationes hę [illegible] falſæ eſſe [illegible]. Sunt enim communes & ab omnib. hæreticis, qui vllo vnquam tempore fuerunt, vſurpatę, vt experientia demonſtrat, & Auguſt. [l] auctor eſt.

Cæteræ autem quas aſſignant notæ, perinde vt iſtæ incommodæ ſunt. Quid enim obedientia miniſterio debita, quam Wittembergenſes aſſignarunt, ad rem facit, quum nulla [illegible] hęreſis fuerit, quę auditores aliquos ſibi obedientes non habuerit? Bucerianæ frivolę ſunt, & inanes Spangenbergij commentationes, Magdeburgen. quę etiam conſtantia in confeſſione fidei, non minus hæreticis, quàm Eccleſię propria ſemper fuit. Certè Montaniſtę valde de ſuis Martyribus, [m] vt ex [n] Euſebio, & [o] Tertulliano liquet, & Meſſaliani [p] teſte Epiphanio, & multò quidem magis gloriabantur Circumcelliones, qui, vt inquit Auguſt. [q] viuebant vt latrones, moriebantur vt Martyres. Quod idem de Apoſtolicis, Adamitis, Anabaptiſtis, & aliis poſterioribus hęreticis [r] D. Bernardus, Aeneas, [ſ] Silu. Ioannes [t] Foxus, aliique memoriæ prodiderunt.

CAPVT II.

Analyſis Theſ. 11, 12, 13, & 14.

Quicunque ſtatuunt eas Eccleſiæ notas quę ſunt ipſa Eccleſia obſcuriores & ſunt communes, & friuolę, ignorant quid ſit Eccleſia. Aduerſarij pro notis

Eccleſię

De notis Eccleſię

THES. 11.

[a] Decanus ſeniores Witemb. in Catec [illegible] pag. 77.

Melanchton in Reſponſis ad articulos Bauaricę inquiſitionis.

[b] Spangenberg. in Catech. p. 102.

[c] Bucerus in Enar. cap. 1. Ep ad Eph. P. 17.

[d] Magdeburg. Centur. 1. L. 1. c. 4. colum. 173. & 174. & Cent. 1. L. 2. c. 4. col 379. 380. & 381.

THES. 12.

[e] Irenæus l. 3. cap. 4. in princip.

[f] L. 1. de Præſcri. c. 6. Pag. 102.

[g] Contra ep. fundamenti c. 5. in fine & 6. D. Et li. 1. contra aduerſarium legis & Prophetarum Princip. tom. 6.

THES. 13.

[h] Eph. 4. 11.

[i] Luc. 10. 19.

[k] 1. Tim. 3. 15.

[l] Lib. contra Ep. funda. c. 4. in medio.

[m] Et Ep. 48. ex Ep. Vincē tij Rogatiſta.

THES. 14.

[n] L. 5. hiſt. c. 8. in princip.

[o] De fuga in perſecutione.

[p] To. 3. contr. hær. hær. 80. in princ. [q] Ep. 68. prope fin. [r] Ser. 66. n cant. [ſ] L. De hiſt. Boem. c 41. 5. [t] in hiſt. Eccl.

Assertor disputat aduersus notas Ecclesiæ à protestantibus propositas.

Iren. l. 3. c. 4. Ter. de præscr. hæret. Aug. contr. Ep. fundam. 1. Tim. 3.

Ecclesiæ statuunt alij consensum in doctrina Euangelij incorrupta, quod attinet ad fundamentum, cum legitimo vsu Sacramentorum & obedientia ministerio debita. Alij addunt claues ministerij Verbi: Alij requirunt vt oues Pastorum suorum vocem audiant: Alij requirunt constantiam in confessione fidei: Sunt autem hæ notæ obscuriores ipsa Ecclesia, communes omnibus veteribus hæreticis, & similes. Ergo Aduersarij ignorant quid sit Ecclesia. Legitimam prædicationem verbi Dei & syncerum vsum Sacramentorum esse obscuriorem ipsa Ecclesia, ex eo patet, quod munus est Ecclesiæ docere quomodo vtrunque rectè fiat. Ex Irenæo, Tertulliano, & Augustino. Adde Eph. 4. Deus dedit Ecclesiæ Pastores & Doctores, vt perueniamus omnes in vnitatem fidei. Item, *Qui vos audit, me audit.* Item, *Ecclesia est columna & firmamentum veritatis.* Item, *hæretici suos habuerunt Martyres quibus gloriantur.*

EARVNDEM REFVTATIO.

Exponitur sent. Protest. de notis Ecclesiæ.

QVum Doctores nostri *de notis Ecclesiæ disserunt*, primùm omnium (ne vocabuli homonymia decipiat) proponunt de quanam *Ecclesia* sermonem habeant, eamque definiunt ex verbo Dei. Deinde *notas* eius colligunt, *non leues, dubias, communes, friuolas* (vt *Assertor* loquitur, cum syncera verbi Dei prædicatio & legitimus Sacramentorum vsus friuolus est,) sed veras, certas, firmissimas; quippe ex ipso veritatis ac firmitatis sinu, hoc est, ex verbo Dei depromptas. Quanquam autem *visibiles* notas non negligunt, non tamen in iis subsistunt, sed simul addunt eas notas, quæ ab ipsius Ecclesiæ natura & essentia dependent, nec ea prætermittunt ornamenta quæ reddunt Ecclesiæ statum illustriorem. Hæc autem quum Assertori displiceant, & velit alias *Ecclesiæ notas in medium* proferre, primùm disputat ἀνασκευαστικῶς, vt, si fieri posset, nostram sententiam euertat. Deinde subijcit disputationem κατασκευαστικήν, qua suam sententiam hoc est, Ecclesiæ Romanæ Romanique Pontificis dignitatem astruere conatur. Vt autem nostra responsio faciliùs intelligatur, tria hæc nobis consideranda sunt: Vnum, *Quid sit, Rem aliquam cognoscere*. Alterum, *Quid sit rei cognoscendæ signum*. Tertium, *Quid sit Notius esse vel obscurius*.

Tria proponuntur explicanda ad faciliorem intelligentiam huius disputationis.

Duplex est rei alicuius cognitio, vna leuis & adumbrata, altera accurata & diligens, ac propterea vera cognitio. Priorem vulgus statim amplectitur, eaque homines, vel rudiores vel negligentiores contenti sunt. Posteriorem viri prudentes ac studiosi solent cum labore diligentiaque consectari. *Rei cognoscendæ signum item duplex esse: vnum externum tantùm & ab accidentibus petitum, quia extrinsecus rem vestiunt*, & (vt Philosophi loquuntur) sunt veluti Dædali imagunculæ volitantes, quæ facilè hominibus imponunt. *Alterum quod petitur ab ipsius rei natura, à qua diuelli non potest, & sectatur eas affectiones quæ sunt inseparabiles* atque eo modo Philosophi ἴδια & [illegible] distinguunt. *Signa* quæ sunt prioris generis, leuia sunt, incerta & probabilia tantùm, quibus acquiritur leuis illa & adumbrata cognitio. *Signa* posterioris generis conueniunt cum ea cognitione, quam nos veram accuratamque diximus.

Arist. Prim. Philos. lib. 7.

Denique *aliquid dicitur notius duobus modis; videlicet vel respectu nostri, vel respectu naturæ*, quemadmodum docet prima Philosophia. Iam *quæ*

rei

[illegible] maximè continens, ex [illegible] natura [illegible], [illegible] nobis minùs manifeſta, ad quę nos tota mente contendere debemus, ſi volumus ad veram rerum cognitionem peruenire. Atque id eſt quod Philoſophi dicunt *Scire eſſe rem per cauſas cognoſcere:* quæ propterea dicuntur eſſe *naturâ notiores* quia per eas rem ipſam verè cognoſcimus. Hæc autem vt adhibito exemplo fiant magis perſpicua, fac, exempli gratia, quæſtionem de veræ Arboris cognitione eſſe inſtitutam. Qui leuem & adumbratam cognitionem ſectatur, iudicabit de Arbore ex trunco & ramis. Qui verò ſtudioſus eſt accuratæ cognitionis, non his erit contentus: (nam arbor mortua & arida habet nihilominus & truncum & ramos) ſed cum oculis corporis adhibebit etiam mentis oculos, & ratiocinando perſuadet ad ipſam arboris naturam & ad ſuccum illum qui ex radicibus per omnes arboris partes diffunditur; quo & vegetatur arbor & profert fructum ſuæ ſpeciei conuenientem. Quæ omnia vbi animaduerterit, tum affirmat veram hanc eſſe arborem, non ex ſolo rerum externarum aſpectu, ſed inprimis ex mentis iudicio ac ratiocinatione. Hoc ſimile, quoad rei natura patietur, noſtrę quæſtioni ſic accommodamus. *Quæritur inter nos de cognoſcenda vera Eccleſia viſibili.* Pontificij res exteriores nobis oſtentant & ſolis rebus aſpectabilibus, hoc eſt, trunco & ramis contenti ſunt. Nos autem affirmamus, non rebus externis adhęreſcendum, ſed ad ipſas etiam radices, vi mentis, penetrandum eſſe, & ſpectandum, an iis ſuccus ille vitalis inſit, qui dimanet ad omnes Eccleſiæ partes: & an Eccleſia illa ſit eiuſmodi vt fructum conuenientem proferat, ita præcipiente Chriſto, *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Quum autem verbum Dei ipſam Eccleſię naturam contineat (nec enim ſine verbo Dei Eccleſia definiri poteſt) neceſſariò ad ipſum Dei verbum deueniendum eſt, & diſpiciendum an hæc vel illa Eccleſia nitatur verbo Dei. Nec ſatis erit oſtentare *congregationem, prædicationem & Sacramenta* quę ſimpliciter ſunt *media*, nec conſtituunt Eccleſiam niſi homonymos: ſed videndum eſt *an illa congregatio prædicationem* habeat ſynceram, doctrinamque incorruptam, *& an habeat legitimum Sacramentorum vſum, qualem Chriſtus ipſe inſtituit,* hoc eſt, an fructus ſibi conuenientes adiunctos habeat: quæ omnia ſunt *[illegible]* ſignaque certiſſima veræ viſibilis Eccleſiæ dignoſcendę. His expoſitis ad ſuperius arg. ſic reſpondemus.

Matth. 7.

Maior propoſitio, ita vt proponitur, admittenda non eſt, duabus potiſſimùm de cauſis. Prior eſt, quia non ſatis explicat *quænam ſit illa obſcuritas* cuius mentionem facit. Etenim *ſi loquitur de obſcurioribus illis quæ non ipſius naturę ſed nobis reſpectu obſcuriora ſunt* (quam eſſe *Aſſertoris* ſententiam ex ſequentibus manifeſtum erit) planè falſa eſt, adeoque ipſa ſibi repugnat. *[illegible]*, inquit, *quid ſit Eccleſia.* Atqui *ipſa* [illegible] *nobis* [illegible], *vt ipſi naturę notior.* Ita vt [illegible] ex [illegible] verè cognoſcere poſſimus, *quid ſit Eccleſia.* Ergo nobis in ipſius Eccleſiæ definitione verſandum eſt, & ad intimam eius eſſentiam penetrandum. Poſtquam autem veram definitionem nacti fuerimus: tum eius beneficio res quæ antè nobis erant [illegible] fient nobis perſpecta & cognita. [illegible] nos iubet ars peritè diſputandi à [illegible] ad Definitionem *ἄνω* aſcendere, vt rerum cognitionem adipiſcamur

Aſſertoris argumentum excutitur.

Aſſertoris repugnantia.

At noster *Assertor* quærit per, *Quid*, & respondet per, *Quale*. Posterior ratio cur maiorem illam propositionem admittere non possimus, hæc est: quòd dicit pugnantia, ac propterea vera non est: nempe dum ait *notas Ecclesiæ à nobis proditas, esse ipsa Ecclesia obscuriores, & esse communes*. Repugnat enim, *aliquid esse commune & obscurius*. Nam quæ sunt communia, obscura non sunt.

In minori propositione Doctorum nostrorum sententiam *Assertor* iste commemorat: neque id facit fideliter. Sed huc tandem redit, *incorruptam doctrinam & legitimum vsum Sacramentorum præcipuè Flacius à nostris proditas notas Ecclesiæ: hæc autem dicit esse obscuriora ipsa Ecclesia*. Antè à nobis disputatum est [illegible] *aliquid* [illegible] *dicatur vel obscurius*. Itaque asserimus *has* [illegible] *respectu ipsius naturæ notiores, quia omnino pendent ab essentia rei, cuius cognitio quæritur, nempe Ecclesiæ*. Sed vlterius etiamnum progrediendum est. *Nec enim hîc agimus de naturali rei alicuius cognitione* (quod si fieret, non minus causa caderet *Assertor* ex iis quæ antè dicta sunt) *sed de cognitione fidei*, quæ non humanis viribus comparatur, sed Dei gratuito beneficio conceditur. Itaque hoc loco quæro abs te, mi *Assertor*, [illegible] *possit vera Ecclesia cognosci: an sensu corporis, an* [illegible] *oculis*, adeoque ipsa fide, qua Deus animos nostros suo Spiritu collustrat? Si *sensu corporis*, obsecro te, cur igitur quotquot sunt homines, in quorum oculos illa incurrit, & quotquot illam [illegible], statim veram non cognoscunt? Ecquis enim vnquam, nisi insanus, [illegible] nigrum vel corvum album existimauit? Atqui *de vera Ecclesia* [illegible] vsque sæculis disputatum est, atque etiamnum hodie disputatur. Vera igitur Ecclesiæ cognitio non comparatur externis sensibus, sed interiore [illegible], quam Dominus suo spiritu in nobis per verbum suum accendit. Quare sic habeto. *Nosse quid sit vera Ecclesia, & nosse ipsam Ecclesiam* [illegible], esse non modo difficile, verumetiam impossibile, nisi [illegible] Deo [illegible] scriptum est, *Et erunt omnes docti à Deo*. Item, *Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cælis*. Item, *Animalis homo non percipit ea quæ sunt Dei*. Item, *Nobis datum est in eum credere*. Item, *Dominus aperuit illi cor vt crederet*: & sexcenta eiusmodi quæ passim in sacris literis occurrunt. Quare si agnosci Ecclesia non potest nisi per fidem (nec enim profitemur in Symbolo non *credere Ecclesiam*) [illegible] rursus, si verbum Dei est obiectum fidei, adeoque mensura ipsius, efficitur necessariò, eam Ecclesiæ cognitionem, quæ Christianos decet, à verbo Dei petendam esse, & inde ac [illegible] huiusce cognitionis principia. [illegible] *est verbum Dei*, inquit [illegible] *quod dictum factum est*, [illegible] Dei [illegible] Ecclesiam per verbum ipsius. Sed [illegible] quid [illegible] rationibus [illegible]

Ecclesiæ [illegible] *prædicatio est incorrupta* [illegible] *legitimus est Sacramentorum vsus*: Ergo ipsa incorrupta prædicatio & legitimus *vsus Sacramentorum* [illegible] *notæ ipsius Ecclesiæ* [illegible] Paulo, *Dedit Deus Ecclesiæ Pastores & Doctores* [illegible]

Quibusdam notæ Eccl. non sint obscuræ; & quomodo.

Ioan.6.
Matth.16.
1 Cor.2.
Phil.1.
Act.16.

An verbum Dei sit obscurum.
2.Cor.4.

Responsio ad rationes Assertoris.

Ephes.4.

Respondeo, falſum eſſe Conſequens. Nec enim hæc repugnant: *effectum demonſtrari a cauſa, & viciſſim, effectum demonſtrari per cauſam.* Eſt igitur conſentaneum, *Eccleſiam verbo Dei per fidem progenitam ab ipſo Dei verbo* [illegible]. Atque, vt ſentias quàm te parum iuuet hæc ratio, quæſo, *Quomodo Eccleſia dicitur docere?* Nempe quia in vera Eccleſia ſunt veri Paſtores, quos Deus dedit Eccleſiæ, vt ipſe citas ex Paulo. *Quomodo autem docent? Nimirum ſingulari prædicando verbum Dei*, vt rurſus ipſe ex his verbis probas, *Qui vos audit, me audit.* Ecce igitur quomodo ad nos tranſeas, quantumuis licet obniteris. Nam ex hoc tuo argumento ſequitur, *Eccleſiam docere per ipſam prædicationem verbi*, atque ita, quoquo te vertas, certè cogeris, licet inuitus, [illegible] noſtræ ſubſcribere ſententiæ. Nunc autem in te retorqueo tuum hoc argumentum, hoc modo.

Aſſertor licet inuitus ad nos tranſit.

Si ſyncera prædicatio & legitimus Sacramentorum vſus, ſunt res obſcuriores ipſa Eccleſia, eò quòd Eccleſia potius doceat quomodo rectè fiant: Ergo ſimili ratione, Claritas, Antiquitas, Epiſcoporum ſucceſſio, & reliquæ notæ quas paulo poſt Aſſertor profert ad Eccleſiæ Romanæ confirmationem, ſunt ipſa Eccleſia Romana obſcuriores, ac proinde non ſunt veræ ipſius notæ, vt hoc *Aſſertor* [illegible].

Retorquetur argumentum.

Conſequentia patet. Nam Eccleſia Romana notas illas, quantum in ipſa eſt, ore Monachorum nobis explicare, commendare, inculcare iampridem non ceſſat. Sed quia freti ſumus luce clariſſima verbi Dei, obſcuras Eccleſiæ Romanæ tenebras facilè negligimus.

Atqui, inquit *Aſſertor*, *omnes hæretici ſibi ſemper notas illas vſurparunt.* Hoc verò falſum eſt, mi homo. *Nec* [illegible] *prædicationem* [illegible] *eſſe* [illegible] *veræ* [illegible] *ſiam, vnàque legitimum Sacramentorum adminiſtrationem*, quæ dum vnquam ab hæreticis vſurpata fuiſſe planè negamus, aliòquin non iam hæretici futuri. Audio quidem Auguſt. de Veterib. hæreticis conquerentem, *quòd ex Scripturis errores ſuos* [illegible]: ſed ſimul audio Athan. clariſſima voce profitentem, *hæreticos eſſe Sacrarum literarum inopes.* Eodem quo ſenſu dixit etiam Tertull. *hæreticos* [illegible] *gloriantes eſſe ipſius* [illegible]. Quare, non ita benè connectitur: *Omnes hæretici Scripturas ſibi vſurparunt. Ergo Scriptura eſt communis hæreticis & Orthodoxis.* Sed, quia de vſu, non de abuſu Scripturæ loquimur, dicendum eſt potius, abuſum Scripturæ communem quidem eſſe hæreticis omnibus; at legitimum Scripturæ vſum eſſe Orthodoxis ac piis omnibus communem. Atque vt [illegible] magis pateat, Gellè, num quod fur quippiam interpolatum pro ſuo vendicabit, id tu furi & domino commune eſſe dixeris? &, vt ad noſtra redeamus, Satan cum Scriptura abuteretur, Chriſtus ex ipſa Scriptura refutauit. Num igitur cenſes, Scripturam Chriſto & Satanæ communem fuiſſe? Verum verò, mi *Aſſertor*, Ambroſium audias & Nazianzenum, qui hæreſes [illegible] *aquæ* [illegible]: vt ita ſignificarent hæreticos non vti ſacris literis, ſed abuti. Tibi verò qui gypſum à lacte non diſcernis, ecquid vnquam legitimum videri poſſit? *Iamnes & Iambres Moſi* [illegible] *miracula non abſimilia* [illegible]. [illegible] *Domini falſò* [illegible] *Apoſtolorum doctrina, falſo illo Apoſtolorum nomine* [illegible]

Reſponſio ad obiectionem de Veterib. hæreticis.

De Trinit. lib. 1. c. 3.

Contr. Aria. orat. 2.

Aduerſ. Marc. l. 1.

Matt. 4.

De fide cont. Ar. cap. 1. de fide.

2. Timoth. 3.
Exod. 7.
Iere. 23. &c.
2. Cor. 11.
Matth. 24.

carum

[illegible] ipse ipsis [illegible] futuros esse praedixit. Obſecro te, quid hic facias, cum illa tua [illegible]? Num propterea Moſen, Prophetas, Apoſtolos, adeoque Chriſtum ipſum repudiabis? Quin tu, ſic habeto: quo impudentius haeretici Verbo Dei citando videri volunt Orthodoxis ſimiles, eo diligentius Orthodoxi debent ipſius Verbi Diuini veritatem vrgere, eamque ante omnium oculos proponere, vt falſa illa ſimilitudo veritate propoſita, facilius euaneſcat. Itaque nunquam Dominus nos iuſſit ad tuas illas notas recurrere: videlicet, *Claritatem, Diffuſionem, Antiquitatem* & conſenſus (de quibus paulò poſt agendum erit) ſed potius, *Ad legem & ad teſtimonium*, inquit Eſaias: & Chriſtus *Scrutamini Scripturas*, inquit. Ac, ne ſim longior, *Maiores noſtri Arrianos* (inquiente quodam Conſtantino) (*Macedonianos, Neſtorianos, Eutychianos & id genus* [illegible] *quidem ex Diuini Verbi pharetra depromptis telis confoderunt: quippe* [illegible] *haereſes* (inquit Tertullianus) *non tam* [illegible] *eſſe* [illegible]. *Ceterùm quod addis de Patribus haereticis Scripturas* [illegible] acceptum velim, ne quis tamen exiſtimet, illos haereticos vnquam voluiſſe, ex ſolis Scripturis ſuam doctrinam ſpectari. Recte enim [illegible] Tertullianus: [illegible] *ſuis* [illegible] quoque idque in [illegible] Verbo Dei [illegible]. Sic *Montaniſtae* [illegible] per [illegible] ſuam Prophetiam Valentiniani, [illegible] Manichaei [illegible] [illegible] tanquam Verbum Dei [illegible]. Quemadmodum etiam hodie *Iudaei* [illegible] *Mahumetani* [illegible] [illegible] ipſi illa [illegible] proponunt, [illegible] [illegible] Chriſtianae Religionis [illegible] [illegible] (& quando de [illegible]) [illegible] Scripturae, [illegible] [illegible] Theologos [illegible] [illegible] Tertul.? [illegible] & non de abuſu Scripturae loquimur, dicendum eſt potius, [illegible]

Ad Patrum teſtimonia [illegible] eſt reſpondendum: [illegible] *Eccleſia* [illegible] vt ait Auguſtinus [illegible] non etiam [illegible] ſed qui [illegible] Eccleſiae [illegible] Apoſtolis [illegible] [illegible] Eccleſiae. [illegible] [illegible] Irenaeus, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Eſa. 8.
Joan. 5.
Vide Euſeb.
De virg. vel.
De praeſcr.
Reſponſio ad teſtimonia veterum.
Contr. Ep. fundam.

Teſtimonia veterum contra Aſſertorem.
Lib. 3. c. 4.
Lib. 1. c. 4.

[illegible] cor, & consequenter hæc [illegible] & [illegible] Idem. *Columna & firmamentum Ecclesiæ est* [illegible] Idem. *Oportet* [illegible] *ad Ecclesiam* [illegible] *Dominicæ Scripturæ* [illegible] *&c.*

[illegible] *Apost.* (inquit Ecclesia) *sicut* [illegible] *Testamentum, sic* [illegible] Idem. *Apostolus Domini* [illegible] Athanasius. [illegible] Hieronymus. [illegible] *Scripturæ Sanctæ* [illegible] *in Ecclesiam Dei.* Idem. *Ecclesia non egressa est de finibus suis, hoc est, de Scripturis.* Augustinus. *Ecce Scripturæ communes. Eccl. ubi* [illegible] *Ecclesiam.* Idem. *Nec Episcopis Catholicis* [illegible] Item. *Non audiamus* [illegible] *libri* [illegible] *Et paulò post. Nolo humanis documentis, sed Divinis oraculis* [illegible] *Ecclesiam demonstrari &c.* Quid ais Augustine? Quid igitur sic monachis Ecclesiam Romanam non Divinis oraculis, sed humanis documentis demonstrare conantibus? Denique, *quod ait Assertor de Martyribus hæreticorum,* nullum vim habet: recte siquidem Augustinus docuit, *Martyrem non pœnam, sed causam facere.* Quamobrem iam [illegible] *Assertor* [illegible] qui horas à Protestantibus [illegible] tas non satis feliciter excussit.

Lib. 3. c. 11.
Ibid.
De præscrip. hær.
Ibid.
Contra [illegible] hær.
In Psal.
In Mic. c. 1.
Epist. 166.
De unit. Eccl. c. 3.
Ibid. c. 4.
Ref. ad Martyr. hæret.

Alia igitur Ecclesia [illegible] *Symbolo* [illegible] *Ecclesia Romana & Catholica* [illegible] *Ecclesia Dei* [illegible] *Dei Regni* [illegible] *Augustinus* [illegible] *Quid* [illegible]

THES. 15.
Forma Eccl. post claritas.
a Psal. 18.
b Psal. 18.
c Expositione 2. post med.
Et tract. 2. in Epist. Ioan. post princip.

Huiusmodi etiam Ecclesiam [illegible] *Isaias* [d] *Daniel* [e] *& Michæas* [f] [illegible] *Augustinus in Ioan.* [illegible] *Christus* [illegible] [h] [illegible] [i] [illegible] *Augustinus* [illegible]

THES. 16.
d C. 2.
e C. 2.
f C. 4.
g Tract. 1. in Epist. Ioan. ante med.
h Mat. 5.
i Mat. 24.

[illegible] *ipſi teſtes locupletiſſimi ſunt.* [illegible] *lenter faciunt, & adſuum* [illegible] *& Catholicorum* [illegible] *amplius annos latuerit* [illegible] Ita ᵇ *Caluinus. Non paruum vero, inquit, aberrant, dum Eccleſiam non agnoſcunt niſi quam præſentibus oculis cernant.* [illegible] *Quin potius permittamus Domino* [illegible] Ita ᵈ *Brent.* [illegible] *Eccleſiam viſibilem, & ſenſibilem* [illegible] *Martinus Luth. qui contra Ambroſ. Catharinum* [illegible] *Eccleſiam dicit ſpiritualem, ſolaque fide perceptibilem.*

[illegible]

[illegible]

[illegible] *Euſebium, Socratem, Sozomenum, Theodoritum, Euagrium, Nicephorum,* [illegible] *Zonaram, Cedrenum, Græcos & Latinos* [illegible]

a L. de vnitate Eccl. c. 20. prin.
THES. 17.
b In princ. Inst. post. nic.
c Ibid.
d In Prolego. contra Soto
e Tom. 2. p.
THES. 18.
377.
f Centur. 1. l. 4. c. 4.
g In locis commun. c. de Eccl. 4. & in c. 7. Ioan.
p. 378.
h In loc. com. p. [illegible]
k In reſponſ. ad Art. [illegible]
[illegible]
i In Conf. [illegible] c. 55. 6.
k L. 5. contra Creſco. c. 66. in prin. & l. 4. c. 53 in prin.
l De vnitate credendi c. 17. poſt princip.
l L. 13 contra Fauſtum cap. 27. in medio.
m L. 1. contra [illegible]
n L. 7. contra [illegible]
o L. 5. Hiſt. Eccl. c. 10.
p In Dialog.
THES. 19.
contra Lucif.
q Lib. 6. hiſt. [illegible] cap. 18.
Eccl. Roman. [illegible]
[illegible] contra Valent. cap. 3. in principio.

[illegible] Ep. 3. poſt prin. u L. De præſcr. circa med. In Ep. ad [illegible] Ep. [illegible] 3. ad Grat. in prin. [illegible] L. 1. contr. Parmen. Poſt princ. a De Sacra. c. 1. circa med. THES. 20. b Ep. 57. [illegible] princ. l. de vtil. cre. c. 7. prope fin. [illegible] Ep. [illegible] in med. Ep. ad Ro. c. 1. Col. 9. e In ep. [illegible] *ab Assertore qui dicere tandem velit, ipse obscurissimus ideo habeatur. Quid? quod ne alteri [illegible] partis [illegible] in suis Chronologiis & Annalibus [illegible] decreta praetermiserunt?* [a] *Lutherus, Funccius,* [b] *Pantaleon,* [c] *Sleidanus* [d]*, Carion* [e]*, Eberus, aliique, quorum opera, quia ubique extant, quid a me recenseantur, opus non est.*

a Luther in supput. annorum mundi fol. 7.
b In Cronicis.
c In hist. de statu relig. tempore Carol. V.
d Carion in Libro Monarch.
e In Calendario.

CAPVT VI.

Analysis Thes. 15.16.17.18.19.20.

Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna aeterna, & testis in caelo fidelis. In Sole posuit tabernaculum suum. Esaias, Michaeas, Daniel Ecclesiam cum monte magno compararunt. Vos estis lux mundi, inquit Christus. Non potest civitas abscondi super montem posita. Si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, ecce illic, nolite credere: si dixerint vobis, Ecce in deserto, nolite exire.

Ergo claritas & multitudo sunt Ecclesiae internoscendae symbola, ac valent recte [illegible] quidem Ecclesiae Romanae communionis (de qua Veteres honorifice loquuti sunt) non autem Lutheranis & Calvinianis qui suam Ecclesiam in paucis quibusdam hominibus contineri libentissimis animis confitentur.

Psal. 88.
Psal. 19.
Esa. 2.
Mich. 4.
Daniel 2.
Math. 5.
Math. 24.

Prima Ecclesiae nota, Claritas ab assertore proposita.

EARVNDEM THES. REFVTATIO.

Postquam adversus *notas Ecclesiae* a nostris Doctoribus assignatas *Assertor* disputationem suam profert de *notis Ecclesiae* sententiam, easque nobis commemorat: videlicet, *Claritatem, Diffusionem, Antiquitatem*, & aliquot alias, de quibus sigillatim agemus. Sed antequam superius argumentum examinemus, quia solet *Assertor* Doctoribus nostris passim illudere: nos vicissim de Romanae Ecclesiae non sane Doctoribus, sed ductoribus & antesignanis aliquid dicere patiatur. Ergo, mi *Assertor, in recensendis Ecclesiae Romanae notis* tua te fefellit memoria, qui praecipuas illius *Ecclesiae notas* ac tesseras praetermisisti: quas ego, ut tuis omnibus gratificer, jam tibi suggero. *Pontifices pro notis suae Ecclesiae non habent sinceram praedicationem & legitimum usum Sacramentorum* (*nam ea sunt illis* [illegible]) *sed* [illegible] *Cardinales galerus purpureus illustres facit, Episcoporum* [illegible] *Monachorum* [illegible] *Romanam Ecclesiam* [illegible] *Benedictini* [illegible] *Dominicani* [illegible] *per mediam urbem* [illegible] *Franciscani* [illegible] *(bibunt enim ex his fontibus omnes)* [illegible] *Iesuitae (ut illi quidem loquuntur,* [illegible]*) togati simul & palliati* [illegible] *Monachis togam & pallium* [illegible] *Habes,* [illegible] *Assertor,* [illegible] *Ecclesiam* [illegible]

Quaenam sint verae notae Ecclesiae Ro.

Cur Iesuitae sint togati simul & palliati.

mam multitudine non metimur, sed amplificationem regni Christi & Ecclesiæ propagationem à Deo vobis omnibus expetimus, & quantum est in nobis procuramus. Atque ipsi Deo gratias agimus, quòd tam [illegible] luceat Euangelicæ doctrinæ veritas, nobis omnibus, Monachis dolentibus, & tenebras errorum vestrorum, quantum in vobis est, ipsi veritati certatim offundentibus.

Ergo superioris argumentationis. Locus Psal. 89 exponitur. Ambros. [illegible] 4 c. 8. Ep. 48. Locus Psal. 19 exponitur. In Vas. D. [illegible]

Sed iam nobis ad tuum argumentum accedendum est. Huiusce tuæ argumentationis fallit Consequens, propter locos in Antecedente citatos, à te malè intellectos, & peius etiam accommodatos. *In Psal. 89. Vates loquitur de throno Christi, quem thronus Dauidicus adumbrauit*: nec de eius externo splendore, sed de eius firmitate disserit. Sic enim ille, *Semen eius*, inquit, *in æternum erit, & thronus eius coram me ut Sol perstabit,* [illegible] *Luna manebit &c.* Meminit autem *Solis & Lunæ*, non propter diuersam vtriusque lucem (vt existimas) sed propterea quòd corpora illa cœlestia non sunt obnoxia corruptioni, vt sunt corpora inferiora. Et illud loquendi genus sæpe occurrit in Sacris literis. Nã *ad lucem* quod attinet, longè aliter veteres *Solis & Lunæ* similitudinem vsurpant. Sic enim Ambrosius: *Ecclesia*, inquit, *sicut Luna, defectus habet & ortus frequentes.* Qua etiam similitudine Augustinus aliquando delectatus est. Locum ex Ps. 19. ex Græca interpretatione, non autem ex Hebraica Veritate recitasti: ac miror te non inde fuisse saltem Hieronymi autoritate reuocatum. Sic enim legendum est: *Soli posuit tabernaculum in eis*: videlicet, cœlis: quod ipse Hieronymus agnouit. Nec satis video quamobrem [illegible] [illegible] [illegible]

Gregorius [illegible] Gregorius [illegible] de cœlo cogitaueris.

[illegible]

Loci ex Esaia, Michea & Daniele exprimuntur. In Ezec. c. 20. Loci ex Marcho exponuntur. De ferro D. [illegible] Contr. Aria. [illegible]

In locis Prophetarum, quos obiectas, [illegible] futuram Ecclesiæ amplificationem imprimis significare [illegible] Euangelij prædicationem in Ecclesiam [illegible] [illegible] Longè melius Hieronymus, qui [illegible] Ecclesiæ [illegible] Et quæ profers ex Matthæo [illegible] Augustinus [illegible] Quare, mi [illegible]

quoties

[illegible] montes accommodare tuae Ecclesiae, vel tuo Pontifici, propter hos locos potius. *Septem capita, septem montes sunt super quos mulier sedet.* Item: *[illegible] humiliabitur, & si quae accesserunt consimilia.*

Quod citas etiam ex Mathaeo. *Si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus, aut illic, nolite credere &c.* tuam planè sententiam refellit. Nam vel ex eo loco manifestè colligitur, *Ecclesiam non necessariò in externa luce, vel, vt loqueris, Claritate, sita versari, vt omnium oculis pateat.* Possunt enim incidere tempora, quibus vbi sit Christus, difficilius dignoscatur, (vt saepè nimis accidit) nempe errorum tenebris vbique diffusis. Sed cum istud consequens incommodis obruamus, hoc modo.

[illegible] Claritas & visibilitas sunt essentiales, certae, ac propriae notae Ecclesiae, adeò vt qui illas non habeant, non sint de Ecclesia (vt vult Assertor.) *[illegible] Scripturae loci stare non possunt,* (quod absit) *vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum. Reliquiae [illegible] septem millia virorum, qui non flexerunt genua [illegible] Baal. [illegible] Nisi Dominus [illegible] reliquisset [illegible] semen, [illegible] vt Sodoma & Gomorrhae similes [illegible] Dies multos [illegible] absque sacerdote [illegible], & absque [illegible] in terra & erit tamen adhuc in ea decima. [illegible] Obtenebrati sunt oculi nostri propter montem Sion, quia disperiit [illegible] perambulauerunt in eo. Faciam huic domui super quam [illegible]*

[illegible]

[illegible] Datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae [illegible] Datum est ei bellum facere cum sanctis, & eos vincere, & data est ei potestas in omnem [illegible].

Matth. 24.
Assertor ipse se refellit.

Assertoris incommoda vrgetur.
Loci Scripturae contra claritatem ab Assertore propositam.
Matth. 18.
Rom. 11.
Rom. 9.
Ibid.
2. Paral. 15.
Esa. 6.
Esa. 1.
Thren. 5.
Ierem. 7.
Esa. 24.
Esa. 65.
Amos. 9.
Micheae.
Psal. 80.
Luc. 11. & 12.
Matth. 24.
Act. 20.
2. Tim. 4.
2. Thess. 2.
Apoc. 12.
Apoc. 13.

Et adorabunt eam omnes incolæ terræ, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ Agni, &c.

Ex his autem omnibus, & pleriſque aliis locis conſimilibus, perſpicuum eſt eam fuiſſe ſub veteri Teſtamento, & ſub Nouo eſſe, & fore conditionem *Eccleſiæ*, vt remanente in Electis Dei fidei integritate (qua ipſius Eccleſiæ anima vitaque continetur) variis ſit mutationibus obnoxia: ac propterea falſum eſſe, quod *Aſſertor* affirmauit *de Claritate & Multitudine, quam voluit eſſe ipſius Eccleſiæ dignoſcendæ notam perpetuam ac certiſſimam*: vt nihil non ſit à primis vſque temporibus hiſtoria Eccleſiæ repetenda: atque inprimis commemorandum, quemadmodum *[illegible] Eccleſiaſtici habuerint [illegible]. Quamobrem hæc diſtinctio nobis obſeruanda eſt: Splendor Eccleſiæ aut is dicitur, qui Interior eſt: aut, qui eſt Exterior. Interior in doctrinæ puritate potiſſimum conſiſtit. Exterior in amplitudine & [illegible] Eccleſia. Splendor ille interior nunquam Eccleſiam deſerit. Exterior, ſæpe deficit, neque ex eo æſtimanda eſt Eccleſiæ perſeuerantia*. Id quod ſpero ex locis ſuperioribus eſſe manifeſtum.

Act. 1.
Act. 2.
Act. 20.
Vid. Tert. Apolog. Iuſtin. Mart. Apolo. [illegible] Plinii Iun. &c.

Reſponſio ad teſtimonia veterum ex ipſis veteribus patrum.

Sed quia tandem *Aſſertor* aliquid etiam de veteribus obiecit, Eccleſiam Patres commendantibus, ſic habeat: Quamdiu Eccleſia Romana doctrinam Apoſtolicam retinuit, eam apud Veteres in ſummo pretio fuiſſe. Sed hoc nihilo firmius eſt argumentum, quàm ſi quis illa vrbis Romæ encomia, quæ paſſim exſtant in Veterum monumentis, velit ad ea rudera quæ nunc tantum ſuperſunt accommodare. Sed præſtat audire ipſos veteres, *iſtā Claritatis & multitudinis formam ab Aſſertore propoſitam, [illegible]*

Exhorte. ad caſt.
De Pœnit.

Tertullianus. *Vbi tres ſunt, Eccleſia eſt, licet Laici.* Idem. *In uno & altero Eccleſia eſt, Eccleſia vero Chriſtus.*

Ad pop. Antioch. Hom. 16.

Chryſoſtomus. *Quid [illegible]*

In Matth. hom. 49.

Idem. *Quando videritis hæreſim impiam, quæ eſt exercitus Antichriſti, ſtantem in locis ſanctis Eccleſiæ, tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: hoc eſt, qui ſunt in Chriſtianitate, conferant ſe ad Scripturas: quoniam ex quo obtinuit hæreſis illas Eccleſias, nulla probatio poteſt eſſe veræ Chriſtianitatis, neque refugium Chriſtianorum aliud, quàm Scripturæ Diuinæ.*

In Pſal. 133.

Hyeronymus. *Eccleſia [illegible] eſt, &c. [illegible] veritatem.*

Epiſt. 80.

Auguſtinus. *Eccleſia eſt Sol, Luna & ſtellæ, &c. Quando Sol obſcurabitur & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, Eccleſia non apparebit, impiis tunc perſequentibus vltra modum ſæuientibus.*

Epiſt. 48.

Idem. *Ipſa Eccleſia, nunc obſcuratur, & tamquam obnubilatur multitudine ſcandalorum, quando peccatores intendunt arcum vt ſagittent in obſcura Luna rectos corde. [illegible] ſed tamen ipſi quidam pro fide fortiter certabant, [illegible] Donatiſtis [illegible] eſt.*

Claritas & Multitudo, palearum Pontificiarū nota illuſtris.

Aſſertorem ſic ſuppeto, redi in gratiam cum Auguſtino, qui tam expreſſis verbis notam iſtam *Claritatis & multitudinis* notam deleuit. Atque etiam, ſi ita vis, gloriare multis illis ac perſpicuis Eccleſiæ paleis, quas tibi libentiſſimis animis relinquimus, frumentis illis Dominicis adhuc reſeruatis.

& cum iis qui veritatem Euangelicam conſtanter retinent (quæ Dei eſt gratia) perſeuerantes. Quod ſi te ipſe audias, *Claritatem, multitudinem, Diffuſionem, Antiquitatem, & cætera eiuſmodi tanquam veras Eccleſiæ notas tantopere commendantem*, erit ſanè tibi (quod abſit) ad Mahumetanos tranſeundum, qui *Claritate, Multitudine, Diffuſione* Ro. Eccl. veſtram longè lateq; ſuperant. Et quod ad *Antiquitatem* attinet, ſi quis temporum rationem rectè ſubduxerit, comperiet prorſus circiter idem tempus Ro. Pont. tyrannidem in Occidente planè erupiſſe, quo in Oriente Mahometes à Sergio monacho edoctus ſummo cum omnium piorum luctu exortus eſt. Sed age, reliquas tuas notas ſigillatim expendamus.

Huic non abſimilis, altera Eccleſiæ nota eſt, quæ ſparſa atq; fuſa in diuinis literis, per omnes orbis partes, dicitur. At primum quidem, de Eccleſiæ propagatione in [a], *Pſalm. habetur. In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Quem locum de Eccleſia intelligi, Apoſtolus Paulus* [b] *locupletiſſimus teſtis eſt. Et alibi* [c], *huius per orbem Eccleſiæ diſperſionis, promiſſio inuenitur: Filius meus es tu mox q; de Eccleſia ſubiicitur, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, poſſeſſionem tuam terminos terræ. Nemo Chriſtianus ait Auguſtinus* [d] *hanc hæreditatem, aliud eſſe quam Eccleſiam vnquam intellexit. Et vt alias veteris Teſtamenti obſcuriores prophetias, quæ* [e], *in Iſaia* [f], *Hieremia* [g], *Ezechiele* [h], *Daniele* [i], *Aggæo* [k] *Michæa* [l], *Sophonia* [m], *Zacharia* [n] *Malachia, aliiſq; inueniuntur, prætermittam, clariſſima ſunt illa Noui teſtamenti loca, quibus* [o] *Apoſtoli iubentur docere omnes gentes* [p], *prædicare Euangelium omni creaturæ, & Chriſti teſtes fieri, non ſolùm in Hieruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, ſed vſq; ad vltimum terræ.*

Ob huius notæ in Eccleſia Proteſtantium defectum, illis obiicit, vt Auguſtinus Petiliano, [q] *Donatiſtæ, Schiſmatis crimen. Quod tu negabis, inquis, ego autem ſtatim probabo. Neq; enim communicas omnibus gentibus, & illis Eccleſiis Apoſtolico labore fundatis. Quam obiectionem, ſi aduerſarij effugere volunt, oſtendant oportet ſectam ſuam longè lateq; per orbem terrarum diffuſam. Quod nunquam valebunt, cùm certum ſit tandem in paucis Septentrionis regionibus eſſe concluſam: mare nunquam pertranſiſſe: in Aphrica, Aſia, præcipuis orbis partibus de ea nunquam auditum, Europæ autẽ nullam prouinciam integrè occupare.*

Quin etſi, quod abſit, virus hoc peſtiferum ad plurimas prouincias ſe diffunderet: non ideo magis eſſet Eccleſia, quoniam non vna proteſtantium eſt ſecta: ſed tot tamq; inter ſe pugnantes, vt magis à ſe inuicem, quàm à Catholicis in plurimis diſſideant, quod [r] *ſupra à nobis probatum eſt. Vnde pulchrè Auguſtinus docet Eccleſiam eſſe vbiq;, & Hæreſim aliquando eſſe vbiq;, ſed Eccleſiam vnam & eandem eſſe vbiq;, Hæreſes autem non eaſdem, ſed diuerſas, quæ ſe non nouerunt. Quare cum eodem Auguſtino concludo: Tenemus hæreditatem Chriſti, illi eam non tenent, qui non communicant orbi terrarum, non communicant vniuerſitati redemptæ ſanguine Domini, ſecti ſumus de vnitate hæreditatis. Quiſquis huic hæreditati non communicat, foras exiuit.*

Nec eſt quod Eccleſiæ Romanæ obiiciant, fidem etiam eius non omnes orbis partes obtinere in præſentia: ſed plurimas, Gentilium erroribus infectas, nonnullas etiam variis Hæreſibus permulta in ſecula addictas eſſe. Neque enim hoc quicquam cauſæ veſtræ efficit. Nam vt ſapientiſſimè D. Auguſtinus obſeruauit, non eſt neceſſe, vt Chriſti Fides eodem tempore omnes mundi regiones peruagetur,

THES. 21.
Secunda Eccleſiæ nota, amplitudo.
a 18. vers. 5.
b Rom. 10. v. 18.
c Pſal. 2. 8.
d L. de vnitate Eccl. c. 8.
e initio. C. [illegible] 11. 49. v. 6.
f c. 17. v. 17.
g c. 37. v. 28.
h c. 2. v. 34.
i c. 2. v. 8.
k c. 4. v. 2.
l c. 2. v. 8.
m Zach. 9. v. 10.
n c. 1. ver. 11.
o Matt. vlt. ver. 19.
p Mar. 16. v. 15.

THES. 22.
q l. 2. cont. liter. Petiliani c. 46. in medio.

THES. 23.
r L. De Paſtoribus. cap. 8. in fine.
ſ Tract. 3. in Epiſt. Ioan. poſt med.

THES. 24.
t Epiſt. 80. ad Heſych. circa finem.

ut omnium gentium & populorum esse dicatur: sed satis est, ut successiuè, & per partes ad omnes diffundatur. Ecclesiæ autem Rom. fidem non esse diuersam ab ea, quæ usquam in orbe primùm prædicata est, aduersarij nec ostenderunt hactenus, nec unquam ostendent, quod & infra patebit clarius.

Quamuis quid opus est, ut huc deueniamus, quum etiam modò longè Ecclesiæ fides diffusa per orbem sit? Nam præter Italiam, Hispaniam, Galliam, & maiorem Germaniæ & Poloniæ partem, in Boemia, & Vngaria, Anglia & Græcia, Syria & Ægypto, infiniti Catholici inueniuntur, qui etiam suos Episcopos habent. In nouo autem orbe, in quatuor mundi plagis, in Oriente quidem, in Malaca, Goa, Gammorino, & cæteris vicinis gentibus: in Occidente, in America: in Septentrione, in Iaponia: in Meridie, in Brasilia, & exteriore parte Aphricæ, Romana fides absq; hæresis admixtione inuenitur.

Quin & in cæterarum regionum plerisq; in quibus religio Christiana uel obscurata, uel penitus extincta est, Ecclesia Rom. Christi fidem disseminauit, ut grauissimi authores memoriæ prodiderunt: ut in [a] Britannia Eleutherius per Fugatium & Damianum: in [b] Scotia Cœlestinus per Palladium: in [c] Tholosatibus per Exuperium, [d] in Anglia seu Britannia per Saxones deuicta Gregorius per Augustinum Monachum: [e] in Dania Agapetus, II [f], in Boemia Stephanus 7, in Noruegia Adrianus 4, in Bulgaria Nicolaus 1, in [g] Germania, Gregorius Secundus: Hungariam autem, Morauiam, Poloniam & Prussiam, D. Adalbertus, aliiq; [h] Septentrionis regionis, Episcopi alij, qui in Romanæ Ecclesiæ unitate vixerunt ad Christum adduxere.

Etiam nostro tempore India [i], & Schismatici Maronitæ, Æthiopes etiam nonnulli Ecclesiæ accesserunt, eorum opera, qui sunt à pontificibus Romanis eò ipsorum salutis causâ destinati. Aduersarij autem tantum abest, ut ullos unquam populos Ecclesiæ aggregarent, ut plurimos, qui prius rectè de Deo sentiebant (cum prius eos ex Ecclesiæ Romanæ gremio abstraxissent) in Anabaptismum, in teterrimos aduersus S. Trinitatem errores præcipitauerint. Huiusmodi enim [illegible] se extitisse clarum est, & [k], Lutherus & Ioannes Gastius, [m] ut alios omittam, fatentur. Tantum etiam abest ut cum vetere Ecclesia, quod tamen unicum est uniuersalis & Catholicæ fidei, ratione loci, argumentum, communicent (de quo sup. copiosius) ut maiores suos gentium [n] singularium Apostolos, ut in Germania Sanctum Bonifacium: in Phrisia Wilebrordum: in Hollandia Suibertum, in Anglia Augustinum, aliosq; alibi idololatriæ, ignorantiæ, superstitionum, & sacri Antichristianismi nomine condemnent: & se omnibus qui præcesserunt ab Apostolorum temporibus impudentissimè præferant.

CAPVT 10.

Analysis Thes. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Docete omnes Gentes, prædicate Euangelium omni creaturæ. Eritis mihi testes usque ad ultimum terræ. Adde locos Propheticos de Ecclesiæ propagatione disserentes, & quod dicit Augustinus aduersus Donatistas. Ergo diffusio Ecclesiæ per totum orbem patens est certa nota veræ Ecclesiæ. Hæc autem conuenit Ecclesiæ Romanæ non autem Ecclesiæ Protestantium. Nam præter Italiam, Hispaniam, &c. In

Eccl. Catholicę & Romanę Amplitudo.

THES. 25.
Vide Osorium in hist. de gestis Emanuel. Reg. Et Emanuel. Acostam in comment. rerum in oriente gestarum.

THES. 26.
a Anno 180. Beda lib. 1. Hist. Angl. c. 4. & Polidorus lib. 2.
b Hector Boethius in hist. Scotorum & Ioan. Leslæus.
c Gagneus l. 1.
d Beda l. 1. & 2.
e Saxo Grammat. l. 9. hist. Dan.
f Platina in eorum vitis.
g Carion, Nauclerus, Functius.
h Aeneas Syl. in hist. Boemica. Cromerus in hist. Polon.

THES. 27.
i Emanuel. Acost. Surius. an. 42.
k in com. in Genes. p. 609.
l Lib. 2. de exordio & erroribus Anabaptistarum.
m Wigandus in. de bonis & malis Germaniæ edito anno 66. &
n Beza in vita Caluini.

Diffusio. 2. nota Ecclesię ab Asser. propos.

---

a Thes. 21. ad 28. p. 13. 14. 15. Ro. 10. Ps. 2. Mat. 28. Marc. 16. Es. 2. Ierem. 17. & c. Aug. de Vnit. [illegible] *etiam vbi in America, in Iaponia: deniq; in quatuor illius mundi plagis Romana fides abſque vllius hæreſeos immixtione inuenitur. Quinetiam (quod abſit) ſi virus hoc peſtiferum ad plurimas Eccleſias ſe diffunderet, non ideo magis eſſet Eccleſia, quia non vna Proteſtantium eſt facta. Si obiicitur, fidem Eccleſiæ Romanæ non omnes partes obtinere in præſentia: Reſpondeo ex Auguſtino ſatis eſſe vt ſucceſſiuè & per partes ad omnes diffundatur. Proteſtantes autem nullos populos Eccleſiæ aggregant, ſed plurimos in Anabaptiſmum & teterrimos aduerſus Sacroſanctam Trinitatem errores præcipitauerunt.*

Reſpon. Aſſert. ad obiect. Proteſtantium De Paſtoribus. cap. 8.

EARVNDEM THES. REFVTATIO.

CVr hanc notam à ſuperiore noſter *Aſſertor* ſeparauerit, non ſatis video: atque velim ea repetita, quæ à nobis pauló antè dicta ſunt, ad huius etiam argumentationis ſolutionem. Quare ſatis erit partes huius argumenti breuiter excutere. Quod ad Antecedens attinet, noluimus nunc de genuina locorum, quos citat, expoſitione, vllã mouere controuerſiam. Fatemur *eam eſſe diſpoſitionem Eccleſię, vt poſt Chriſtum exhibitum Gentes fuerint in Eccleſiam cooptandæ, quæ ſolos antea Iſraelitas continebat*: atque eò locos nobis obiectos, referimus.

Excutitur argum. Loci Scripturæ obiecti exponuntur.

Conſequens, ſi requirit, *vt vno eodemque tempore Eccleſia diffuſa ſit per vniuerſum terrarum orbem, vt ſit vera Eccleſia*, planè falſum eſt: tollit enim ipſius Eccleſiæ Chriſtianæ primordia, imò tollit omnino veram Eccleſiam: ſequeretur enim nullam adhuc veram Eccleſiam vſquam fuiſſe, quia nondum vbiq; fuit. Quinetiam *Aſſertor, ſeipſum propemodum reuocans, ait, ſatis eſſe vt ſucceſſiuè fiat iſta diffuſio* quam proponit. Quid igitur habes, mi homo, cur tantopere Proteſtantibus ſuccenſeas? An quia reformata eorum Eccleſia nondum vbique diffuſa eſt? At tua iſthæc *Diffuſio ſucceſſiua* non illud requirit.

An veró quia Proteſtantium Eccleſia non fuit antea diffuſa? Verùm ne id quidem poſtulat tua *Diffuſio*. Nam ſi reſpondeam, expectandum eſſe dum id ſucceſſiuè fiat, certè tuæ *Diffuſioni ſucceſſiuæ* ſatisfecero. Verumenimueró ſic habeto. Ea quæ citas *de Gentium vocatione & de propagatione Eccleſiæ per Apoſtolicam prædicationem*, ea inquam ad noſtram Eccleſiam pertinent: & (quando ita vis) *hæc eſt nota noſtræ Eccleſiæ*. Eam enim doctrinam nos profiteri oſtẽdere parati ſumus, quam Apoſtoli annunciarunt: *quorum*, inquis, *ſonus in omnem terram exiuit*. Ea namque tenemus, credimus, reueremur, quę Apoſtoli Corinthiis, Galatis, Epheſiis, Romanis, & aliis Gentibus ſcripſerunt. Quod ſi velis *Eccleſiæ & prædicationis Euangelicę diffuſionem & amplitudinem quę fuit Apoſtolicis temporibus, eandem perpetuò manere*, tecum ipſe pugnas: &, quod longè grauius eſt, pugnas cum expreſſis illis Scripturæ locis, quos in capite ſuperiore proximó recitaui *de Apoſtaſia, quam Apoſtoli futuram prædixerunt, & de populis beſtiam, hoc eſt, Antichriſtum adoraturis*. Quinetiam re ipſa experientia conuincis, quum Orientales Eccleſiæ ab ipſis Apoſtolis fundatæ iampridem, magno piorum omnium dolore, euerſæ ſint. Atque vtinam in memoriam redigas ea quæ pauló antè nobis obiiciſti, quum primam *Eccleſiæ notam in Sole & Luna collocares*. Ecquis enim Solem non niſi meridie lucere vnquam dixit?

Diffuſio de qua loquitur Scrip. ad Proteſt. Eccleſiã pertinet.

Quis

Aſſertoris arg. in ipſum retorquetur.

Quis vnquam putauit Lunam non lucere, niſi pleno orbe refulgeat? Quum autem nobis Sol occidit, num cum propterea extinctum eſſe credimus? Minimè gentium. Quid ergo? Nempe Sol ita diffundit ſuos radios, vt non ſimul & eodem tempore, omnes totius orbis terrarum partes illuſtret: ſed ab aliis recedens, ad alios accedat, ac nihilominus maneat idem Sol, licet noſtris oculis aliter videatur.

Reſponſ. ad teſtimonia Veterum.

Diſputatio Auguſtini aduerſus Donatiſtas ne nos attingit quidem, imò, in vos potius quadrat, qui Eccleſiam non in vna tantum orbis parte (quod Donatiſtæ faciebant) ſed in vna etiam vrbe includitis, dum de fidei doctrina, deque ipſa Eccleſia ex ſolis placitis Eccleſiæ Rom. iudicatis.

Reſponſio ad arg. Americanum.

Modus Eccleſ. Rom. diffundendæ.

Sed et tu, nobis etiam obiicis *Americanos, Iaponienſes & quatuor plagas noui orbis, in quibus dicis Romanæ Eccleſiæ fidem inueniri.* Sed ſi vera eſt hiſtoria noui illius orbis quam in manibus habemus, profectò non magnam inde gloriam tui Pontificij reportarunt. Nam *in nouo illo orbe amplius decies centena Barbarorum millia aut fame aut gladio perierunt.* Atque hæc præclara eſt, ſcilicet, *Eccleſiæ Romanæ diffundendæ ratio,* quam vos Monachi non veremini etiam commendare: ac fortaſſe hæc verba, *Ite, docete omnes Gentes,* quæ vobis vulgò accommodatis, vos perinde accipitis, ac ſi ſcriptum eſſet: *Ite, necate omnes Gentes.* Certè adhuc experientia docuit, vos necandorum hominum, quàm docendorum fuiſſe ſtudioſiores.

Virus Aſſertoris excutitur.

Denique (vt ad tuum *virus* accedamus) Si inquis (de Proteſtantib. loquens) *virus hoc peſtiferum ad plurimas Eccleſias ſe diffunderet, non ideo magis eſſet Eccleſia, quia non vna Proteſtantium eſt ſecta.* De tuis hiſce verbis, adeoque de teipſo, qui non veritus es, ſacram Dei veritatem *virus* appellare, Dominus iudicabit. Nos autem ex his tuis verbis teipſum ſic redarguemus, tuamque ſententiam peſtiferam euertemus, hoc modo:

Virus Aſſertoris in ipſum retorquetur.

Si Proteſtantium Eccleſia non eſſet dicenda Eccleſia, licet longè lateque diffunderetur (vt ais, non iam diſputans ſed conuitians) *Ergo diffuſio non eſt certa Eccleſiæ nota,* quod tamen probandum ſuſceperas. Sed enim nos iſthæc tua, vel argumenta, vel maledicta, nihil morari. Eccleſiæ noſtræ propagationem, Dei beneficio tam eſſe videmus, vt non modò pleræque Gentes iugum Romani Pontificis omnino excuſſerint, ſed nulla ſit prouincia in Europa, in qua non ſint plurimi Reformatæ Eccleſiæ addicti, Euangelicæ veritatis doctrinam nobiſcum amplectentes.

Obiectio de hæreticis hodiernis diſſoluitur.

Nec *Anabaptiſtarum & Nouatianorum errores* nobis imputandi ſunt, quos omnes (abſit verbo inuidia) longè ſtudioſius ac diligentius refutamus, quàm vos ipſi, quibus hoc vnum propoſitum eſt, toto impetu in noſtram doctrinam, hoc eſt, in Euangelicam veritatem ferri. Ac videris eorum oblitus, quæ de veteribus hæreticis iam ſæpius à te commemorata ſunt: qui licet olim eò plures exorti fuerint, quò maior fuit Eccleſiæ propagatio; nemo tamen verè Chriſtianus eorum hæreticorum Eccleſiæ propterea tribuit, vel eorum labem Eccleſiæ puritati vnquam aſperſit. Rectè ſiquidem Tertullianus: *[illegible] ventoſa [illegible]*, inquit. De eo quod obiicis *noſtram Eccleſiam* (quam ſectam vocas ipſe Sectarius) *non vnam eſſe* (quo baculo licet arundineo præcipuè vti videris) in ſuo loco diſſeremus, ne ſi res ipſas confundamus tibi fortè ſimiles eſſe videamur.

De præſcri. heret. Cap. 12.

THES. 28.
Tertia Ecclesiæ nota antiquitas.

TErtium Ecclesiæ veræ signum est Antiquitas, quo patres ad Hæreses comprimendas, & probandas veluti Lydio lapide vsi sunt. Qui estis vos (inquit[a], Tertullianus) vnde & quando venistis? Et[b] Hilarius, Tandè, inquit, hos piissimos Doctores ætas nunc huius seculi protulit: serò hos habuit fides mea. Et Hieronymus[c], in Epistola ad Pammachium & Oceanum. Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nesciuimus? vsque in hunc diem, sine ista doctrina mundus Christianus fuit. Et alibi[d], Et hoc ipso, inquit, quod posterius instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænunciauit. Quibus patrum vocibus, vt olim hæretici vehementer vrgebantur, sic & nostræ tempestatis Protestantes, & iure incessimus. Ecclesia enim vera deficere & errare non potest, ac proinde illa Ecclesia, quæ iam recentem ortum habet, post tot secula huiusmodi esse nequit.

a Lib. de præscriptione: cap. 14. in medio.
b Lib. 6. de Trinitate, ante medium.
c In Epistola ad Pammachium, De erroribus Origenis Tomo 2. post medium.
d Contra Lucifer. in fine.

THES. 29.

Ac primùm quidem Diuinæ literæ abundè testantur. Nam Ecclesiam supra Petram ædificatam, & aduersus eam ne portas quidem inferi præualituras, in Mat. habemus. In eadem,[e] vsq; ad consummationem seculi, idem testatur Christum futurum: quam Christi promissionem Apost. factam ad cæteros quoq; qui in Eccl. sequuntur, pertinere, D. Augustinus[f], Leo[g], vterque primus & secundus, auctores sunt. Paulus[h], autem clarè columnam & firmamentum veritatis appellat. Veritas autem Domini manet in æternum. Alterum autem, quod erat ipsorum Ecclesiam recenter exortam esse, luce clarius est. Nam & tempus & locum, vbi orta, quis ei restiterit, quis eam damnarit, ostendere possumus. Cœpit enim Lutherus hæreses suas promulgare anno 1517. Wittembergæ, qui subito vt exortus est à Leone condemnatur, ab Eccio, Cochleo, Roffensi, aliisque confutatus fuit.

e Mat. 16. v. 12.
f In Psal 47. in fine.
g Ep 31. ad Pulcheriam Augustam. Et Ep. ad Constantinum Augustum.
h Tim. 1. v. 15.

THES. 30.
Ecclesia Protestantium noua ex ipsorum confessione.

Quin & ipsi suam doctrinam nouam, nec semper fuisse fatentur. Apologię enim Anglicanę verba sunt, in mediis illis tenebris exoriri primùm cœpisse, & lucere radium aliquem, ignotę tamen & inauditę veritatis, quum Martinus Lutherus & Vdalricus Zuinglius præstantissimi viri, & ad illustrandum orbem terrarum dati, primò accessissent ad Euangelium: Theodori[i] Bezę vox est, vni Caluino post Christum & Apostolos, deberi etiam veram & germanam de Cœna Domini intelligentiam. Et[k], Wigandi præclara illa sententia extat, Secundum beneficium Germanię est præcipuorum articulorum fidei illustratio, qualis ab Apostolorum temporibus hucusque in mundo non est cognita. Lutherani etiam omnes suam Ecclesiam sic describunt. Harum Ecclesiarum quæ sunt in Regionibus Principis Elect. Saxon. doctrina neque dubia, neque varia aut ignobilis est, sed ab initio syncera, concors & constans, conseruata & vsurpata iam annis 30. Quin &[l], Lutherus ipse ait, Christum primò à nobis vulgatum audemus gloriari.

i In vita Caluini.
k In li. de bonis & malis Germaniæ edito anno 1566. & in Epistola ad Argenti. anno. 1525.
l In præfatione corporis doctrinæ edita Lypsiæ anno 61.

THES. 31.

Sed hæc ridicula sunt, ne dicam impia. Quid enim inquit Tertullianus[m], verisimile est, vt tot ac tantæ Ecclesiæ in vnam fidem errauerint? Scilicet aliquos Marcionitas, & Valentinianos (siue Lutheranos & Caluinianos) liberanda veritas expectabat. Interea perperam Euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata, tot virtutes, tot Charismata perperam operata, tot Sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot denique Martyria perperam coronata?

m Lib. de prescrip. cap. 30.

THES. 32.

Hæc ille, quum nec dum ducenti post Christum anni elapsi essent. Quanto nunc fortius hoc argumentum est, mille & ferè sexcentis annis intergressis? Nec aliter contra sui temporis Arianos[n]; Gregorius Nazianzenus: Si ante hos triginta annos fides incœpit, cùm 400. ferè sint anni, ex quo manifestatus est Christus, certè

n Epist. 2. ad Clidonium in fine.

& Euangelium noſtrum in tanto tempore fuit inane, certè inanis & fides noſtra: & hi qui teſtimonium præbuerunt, fruſtra ſunt teſtificati, fruſtra præfuere tot præſules, tales & tanti.

Caluinus præfatione inſtitutionis poſt medium. Lutherus Tom. 2. de Seruo arbit. Beza in Confeſſione ſua Cap. 5. ·9·

a Hæreſ. 75. in princ.

Sed quoniam ſe premi proteſtantes alij animaduertunt, & Eccleſiæ ſuæ principium fateri, eſſe Eccleſiam è medio tollere: aliam euadendi rimam commenti ſunt: quæ tamen vſque adeo anguſta eſt, vt dum tranſire ſatagunt, diſrumpantur. Aiunt enim Eccleſiam ſuam ſemper fuiſſe, quum ſacræ Scripturæ authoritate nitatur: ac proinde nouam non eſſe: Sed illam ipſam quam Chriſtus fundauit: per multa tamen ſecula latuiſſe incognitam. Sed hoc eſt Eccleſiam Trophonij ſpecum, aut Antichriſti antrum, & non lucernam illam, quam Chriſtus in candelabro poſuit, vt luceret omnibus qui in domo ſunt, efficere. Hoc eſt Eccleſiam Aerii fingere, qui ſeparatus ab omnibus Eccleſiis, ac ciuitatibus vt ſcribit [a] Epiphanius, in ſyluis cum ſuis latitabat: non illam, de qua Chriſtus dicebat, eſſe ciuitatem ſuper montem poſitam, quæ abſcondi non poteſt. Hoc denique eſt, Chriſtum ad latebras quaſdam & ſpeluncas redigere, & in neſcio quæ penetralia compellere, contra ipſius Chriſti gloriam, diuinas literas, & patrum omnium ſententias: Eccleſiam denique ipſa Synagoga ſtatuere inferiorem.

b Rom 10. ver 10. c Luc. 9. ver 26. d 2. Epiſt. Ioan. v. 10. e Mat. 7. v. 15. f Ioan. 10. v. 5.

Adde quod Eccleſia illa latens vel fidem ſuam profitebatur, vel non: ſi profitebatur, non erat latens, ſed manifeſta, & talis aliqua Profeſſio fidei, ab omnium ætatum ſcriptoribus memoriæ prodita fuiſſet. Si non profitebatur, certè Eccleſia Chriſti non erat. Confeſſio enim fidei, ipſorum ſententia, eſt vera Eccleſiæ nota. Et D. Paulus [b] docet: Corde credi ad iuſticiam, ore autem fieri confeſſionem ad ſalutem. Et qui me erubuerit coram hominibus, & ego erubeſcam eum coram Patre meo, Seruator [c] ait. Præterea quanam obſecro ratione hi veri fideles erant, qui falſis Magiſtris, id eſt, maioribus noſtris, contra præceptum [d] Apoſtoli Aue dixerunt, contra mandatum [e] Chriſti ab iis non attenderunt, & vocem alieni [f] audierunt, & quod turpius eſt, cum Antichriſti membris & idololatris (ſic enim omnes qui per mille annos præteritos vixerunt vocant) communicarunt? Denique quid hæc Eccleſia latens vtilitatis attuliſſet mortalibus, quum ab iis, qui ſalutem vellent, inueniri in cymmeriis illis tenebris non poſſet?

g lib. 4. Inſtit. cap. 2. & Fulcus in libro Anglico numerant multos. Lutherus lib. de miſſa priuata. Pag. 216.

Supereſt adhuc vnus euadendi modus, qui & ille aduerſariis præcludendus eſt. Fuiſſe in orbe Chriſtiano per omnes ætates aliquot fideles, & aſpectabiles, qui tamen cum ipſis ſenſerint: hos nimirum veram Eccl. extitiſſe. Hinc enim [g] Cal. Eccl. quaſdam in Papatu reponit, populi Dei reliquias quas vtcunque miſerè diſperſas, ad deſertas ille mirabiliter conſeruauit, in quibus etiam permanebant aliquot Eccl. Symbola, atque ea præſertim quorũ efficaciam nec Diaboli aſtutia, nec humana peruerſitas deſtruere potuit. Ad reliquias ventum eſt, poſt reliquias nihil reliquũ erit.

Has igitur excutiamus. Et primum ab iis peto, qui eandem argumentis has reliquias omni ætate manifeſtas comprobabunt, quænam Sacramenta, quibus, & quando hæc Reliquiarum Ecc. miniſtrauit? quam exercuit diſciplinam? quibus & vbi verbum Dei prædicauit? quibus obſtitit hæreticis? quas Synodos conuocauit? quæ templa ad religionis munia, aut ad doctrinam extruxerit ſcholas? ſine enim his omnibus quænam Eccl. eſſe poteſt? Præterea, ſi quæ tales extiterint olim, etiam veniente Luthero extitiſſent, & proinde ipſo comparente ad eum conuolaſſent, eumque vt ſocium cognouiſſent. At non ita factum eſt. Nam omnes qui ſunt Lutherani & Caluiniſtæ, fatentur ſe ante fuiſſe ex noſtris, nihilque de noua illa doctrina Lutheri cogitaſſe: Imò & [h] Lutherus ipſe fatetur ſe monachum fuiſſe, & miſſas non ſine per-

15 annos celebraſſe, ſeq; caſu in has controuerſias delapſum. Negamus igitur tales illos extitiſſe, qui ſingulis ætatibus cum ipſis ſenſerint.

Si autem qui retroactis temporib. extiterunt, hæretici ipſi, vt modò Proteſtantes, habiti ſunt, vt Marſilius de Padua, Wiclef, Hus, Hieronimus à Praga, quos ſuos eſſe volunt:[b] qui tam pauci tamen ſunt, & non ante multos hos annos, vt qua ratione ex iis, Eccle. ſuam ſemper fuiſſe aſſerant, planè non intelligam, præſertim quum in plurimis ab iis diſſenſerint, & vt diſertè de duobus poſterioribus docet[c] Pantaleon & ipſe Lutheranus, qui ſectę Huſſitarum varios articulos eſſe partim recipiendos, partim diligenter reiiciendos à piis ait, & ſi negarent, nil cauſam inuenerent ſuam, quum contra eos Eccleſia Rom. præualuerit, vltra, vt Apoſtolus ait, non profecerint, & inſipientia eorum manifeſta ſit omnibus.

Ob has ordine enumeratas notas, Eccl. Cath. appellationem ſortita eſt: & quidē meritò, quum ad vniuerſa loca, ad vniuerſa deniq; hominū genera pertineat, vt doctiſſimè vocabuli Gręci vim & proprietatem explicans, rationem etiam cur Eccl. tribuantur, reddens D. Auguſt.[d] docet, & poſt eum Vinc.[e] Lyrnenſis vt omnia, diſertiſſimè. vbi illud animaduerſione dignum eſt, quum his Eccleſiæ veluti teſſeris, & Symbolis careant Proteſtantes, quod nec ipſum Catholici nomen audeant vſurpare, aut ſi quando vſurpent, quod tamen rariſſimè fit, hoc agant, quum aduerſus Anabaptiſtas & Arrianos decertant, in quo Catholici perſonam & munus ſuſtinent. Atque hinc factum eſt, quòd in ipſorum Catechiſmis Eccl. Catholicæ nomen vix vſpiam reliquerint, ſed eius loco in Symbolo Chriſtianam repoſuerint, imitati Gaudentium[f] Donatiſtam, Secundinium Manichæum, & Nouatianos, qui omnes (vt Auguſt. refert) hoc nomen, cùm id ſibi vendicare non poſſent, contempſerunt.

Quod dum faciunt, hereticos ſe eſſe liquidò demonſtrant, ſi Patribus & inprimis[g] Paciano viro ſanctiſſimo credamus, qui in Epiſt. ad Symprouianum, Nouat. oſtendit nomen Chriſtiani inuentum, vt à Iudæis & Paganis, nomen Catholici, vt ab ipſis diſcerneremur. Ne æſtues inquit, frater. Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus verò cognomen[h] illud me nuncupat, iſtud oſtendit, hoc probor, inde ſignificor. quin & hinc etiam illud euenit, quòd aliis ſe appellationibus efficere cogantur, ſeq; vel ab ab auctore dogmatis, vel à loco, vbi inuentum dogma ipſum ſit, vel denique ab articulo fidei, quem oppugnant, cognominare: adeò vt alij ſe Luthe. Zuing. Schuencfeldianos, Caluiſtinas, alij Picardos, Bohæmos, alij deniq; Sacramentarios, Anabaptiſtas & ſeipſi dicant, & alij quicunq; Eccl. Cath. vſpiam terrarum adhærent.

Iam verò nos orthodoxi ab ipſis etiam Proteſtantibus Cath. nuncupamur, quod & olim factum eſſe ab aliis hæreticis D. Auguſt.[i] teſtatur. Velint enim nolintue inquit, ipſi quoque Hæretici & Schiſmatum alumni, quando non cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, Cath. nihil aliud quàm Cath. vocant. non enim poſſunt intelligi, niſi hoc nomine eam diſcernant, quo ab vniuerſo orbe nuncupatur. Nec refero quod Cath. Papiſtas, Rom. & Romanenſes appellitent. Nam & olim Donatiſtæ vocabant Orthodoxos traditores, & Arriani, Homouſiſtanos, & vt ſapienter notauit Auguſt.[k] huic vni Eccleſiæ Catholicæ variæ hæreſes diuerſa nomina imponunt, cùm ipſæ ſingulæ propriis vocabulis appellentur.

Adde quod Papiſtam vocari, non ſignificat aliquem ſectæ cuiuſpiam auctori addictum eſſe, ſed tantùm Romano Pontifici vt Paſtori ſubditum, aut ei, cui omnes gentes perpetuò communicarunt, communicare. Quod minimè abſurdum eſſe[l] Chryſoſtomus auctor eſt. Romanus autem & Romanenſes etiam ante mille annos, idem erat quod Catholicus, vt ex Ambroſio, in Oratione de obitu Satyri liquet:

[a] L. de Miſſa Angulari. In præfatione, Tomi. 1.

THES. 36.

[b] Melancton in reſponſione ad artic. Bauar. P. 363. Fulcus in lib. Anglico & Luthe. l. de Seruo arbitrio dubitat.

[c] In Chronologia.

2. Tim. 3. 9.

THES. 38.

[d] Epiſt. 170. tota de vnitate Eccl. cap. 2.

[e] L. De Prophanis voc. nouit. Proteſt. non audent ſe Catholicos nominare.

[f] Contra 2. Epiſt. Gaudentij ca. 25. Epiſt eius ad Auguſt. in medio Tom. 6.

THES. 39.

[g] Epiſt. 1. & 2.

[h] Iuſtinus Martyr in Triphone. Irenæus l. 1. c. 20. Lactan. l. 4. c. 30. Iſidorus. l. 8. Etymol. c. 5.

THES. 40.

[i] Lib. de vera Religione ca. 7. in principio tom. 10. Cath. ab hæreticis. Catholici vocantur.

[k] l. De vtil. cred. c. 7. in fine. & contra ſermonem Arrianorum. c. 16. in medio Tom. 6.

THES. 41.

[l] Homil. 33. in Act.

non

[a] In tractatu de Eccl. cap. 2 p. 6. & c. 8. p. 90.

non quod vt miniſtri [a] *Geneuenſes calumniantur, Eccleſiam Romanam, omnem Eccleſiam quiſquam aſſeueret, ſed quod eam ſemper doctrinam tenuerit, quam omnes, qui vllo vnquam tempore aut loco Catholici, eam tanquam Eccleſiarum matricem ſecuti, tenuerunt.*

CAPVT VIII.

Analyſis Theſ. 28 & deinceps vſque ad 42.

Antiquitas tertia nota Eccl. ab Aſſert. propoſita.

A theſ. 28. ad 42. pag. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

De præſcrip. hær. Lib. 6. de Trin.

Ad Pammac.

Math. 16. & 28.

1. Tim. 3.

QVi eſtis vos? vnde & quando veniſtis, inquit Tertullianus. *Sic Hilarius & Hieronimus olim veteres hæreticos vrgebant. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, inquit Chriſtus. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Eccleſia eſt columna & firmamentum veritatis,* inquit Paulus. *Veritas autem Domini manet in æternum.* Ergo *Antiquitas eſt certa nota veræ Eccleſiæ. Hæc autem conuenit Eccleſiæ Rom. non autem Eccleſiæ, Proteſtantium quæ cœpit anno 1517. Reſpondent Proteſtantes, primò: ſuam Eccleſiam ſemper fuiſſe, quum Sacræ Scripturæ authoritate nitatur: ſed latuiſſe incognitam. Contrà, ciuitas ſuper montem poſita, abſcondi non poteſt.* Item, *vt luceat omnibus qui in domo ſunt.* Item, *ſequeretur Eccleſiam eſſe inferiorem Synagoga.* Item. *Eccle. illa latens aut fidem profitebatur aut non: Si non profitebatur, Eccleſia Chriſti non erat: Si profitebatur, non erat igitur latens.* Item. *Non erant verè fideles qui communicabant cum his quos idololatras vocant. Deniq; fuiſſet inutilis eiuſmodi Eccleſia. Reſpondent ſecundò Proteſtantes, fuiſſe per omnes ætates aliquos fideles aſpectabiles qui eadem cum ipſis ſenſerint, & hos dicunt fuiſſe reliquias populi Dei. Contrà, Eccleſia illa non prædicauit, non Sacramenta adminiſtrauit, non exercuit diſciplinam, hæreticis non obſtitit, templa & ſcholas non extruxit, ad Lutherum non conuolauit. Ergo non fuit Eccleſia.* Item, *Si proferunt Marſilium de Padua, Wicleſum, Ioannem Hus, & Hieronymum à Praga, illi omnes non ante multos annos fuerunt, nec cum illis omnibus Proteſtantes conſentiunt. Patet igitur ex ſuperioribus Eccleſiam Rom. iure vocari Catholicam, quod nomen etiam à Proteſtantibus vſurpatur: quum eos qui Eccleſiam Romanam profitentur, vocant Catholicos & papiſtas. Nam Papiſtam vocari, ſignificat Romano Pontifici vt Paſtori ſubiectum eſſe, cui ſicut omnes Gentes perpetuò communicarunt.*

Proteſtantium reſponſiones excutiuntur ab Aſſertore.

Matt. 5.

Aſſertor. Catholicus, hoc eſt, Papiſta.

EARVNDEM THES. REFVTATIO.

Errores ſuperioris argumentationis

Aduerſ. Marc. l. 4.

CEdò verò, ſatis-ne ſanus es, qui *Antiquitatem velis eſſe eſſentialem, ac proinde perpetuam & veram Eccl. viſibilis notam?* Num enim quæſo, tum fuit antiqua, quum primum naſceretur, vndecunq; illius principium ſumas, id eſt, *ſiue ab Adamo, ſiue ab Abele, ſiue à die Pentecoſtes;* de quib. tuis ineptiis antea diximus. Quid tu igitur conſilij tum dediſſes, quum à bonis illam agnoſci oporteret ad ſalutem? Itaque, mi homo, quum Eccleſia iam tum quum naſceretur vera fuerit, ſuiſque eſſentialibus membris prædita, abſit vt illius agnitionem tempori acceptam feramus. Quum autem ſucceſſu temporis, cœperit falſitas quandam veritatis ſpeciem ementiri, tunc ſanè audiamus Tertullianum ad ipſius verum fundamentum recurrentem. Sic enim Tertullianus imprudenter nobis obiectus: *Id eſt verius, inquit, quod prius: Id prius, quod ab initio: id ab initio, quod ab Apoſt.* & Cypr. *Conſuetudo ſine veritate, inquit, vetuſtas erroris eſt.* Item: *ſolus Chriſtus audiendus eſt, non debemus attendere quid alius ante nos faciendum putauerit: ſed quid qui ante omnes eſt Chriſtus, prior fecerit: nec enim hominis conſuetudinem ſequi oportet, ſed Dei veritatem.* Hęc Cypr. qui nimirum Domini ſanctiſſimum hoc interdictum ab Ezechiele didicerat: *In ſtatutis patrum veſtrorum nolite ambulare, ambulate in præceptis meis.* Quare, mi Aſſertor, non ita bene connectitur: *Veritas Domini manet in æternum: ergo,* inquis, *Antiquitas eſt nota Eccleſiæ.* Imò verò ita concludendum eſt: Ergo æterna Dei veritas eſt certiſſima Eccleſiæ nota. Et hoc nos vrgemus & pleno ore pronuntiamus, quod vos non niſi timidè ſuſurratis: ſermonem à veritate ad Antiquitatem ſemper, quoad eius fieri poteſt, traducentes. Nos igitur tuam argumentationem in caput tuum ita regerimus.

Ad Pompeium lib. 2. ep. 3.

Ezech. 20.

Si illa demum Eccleſia verè antiqua cenſenda eſt quę ædificata eſt ſuper Petram, quam Petrus reliquorum Apoſtolorum nomine confeſſus eſt, hoc eſt, ſuper Chriſtum filium Dei viuentis, & cum qua Chriſtus vſque ad conſummationem ſeculi futurus eſt, atq; adeò quæ eſt columna & firmamentum veritatis (ex locis Scripturæ ab Aſſertore productis) *Ergo Proteſtantium Eccleſia verè antiqua cenſenda eſt.* Conſequentia patet: *Quia Chriſtum filium Dei viuentis piè & conſtanter agnoſcit, & ſcripturis ſanctis planè adhæret, ſuper quas extructa eſt ipſa fidei veritas.* Ac proinde neſcio quid tibi in mentem venerit: toties nobis veteres hæreticos ex veterum Doctorum ſcriptis obiicienti, à quibus quàm nos longo interuallo diſtemus, ex ſequenti collatione videas velim.

Retorquetur argumentat.

Veteres hæretici magnam Sacræ Scripturæ partem reiiciebant & alienas Scripturas pro veris vſurpabant. Nos libros omnes Scripturę Canonicos magna cum reuerentia recipimus, & ad eos ſolos fidem noſtram dirigimus: ac damnamus Pontificios Apocrypha cum canonicis temere confundentes. *Veteres hæretici non errores modò, verùm etiam errorum portenta de Deo, de Chriſto, deque præcipuis* Religionis *Chriſtianæ capitibus confingebant.* Nos eam, de Deo & de Chriſto, adeóque de omnibus fidei capitibus doctrinam amplectimur, quam Prophetæ & Apoſtoli ſuis ſcriptis tradiderunt. Ac damnamus Pontificios humana ſomnia & commenta pro fidei capitibus obtrudentes. *Veteres hæretici nolebant ex ſolis Scripturis ſua dogmata ſpectari, ſed ex Traditionibus non ſcriptis, quas ad Apoſtolos authores referebant.* Nos ex ſolis Scripturis de fide ac religione noſtra ſtatui & iudicari volumus, adeóque poſtulamus: Ac damnamus Pontificios, non ex apertis Scripturę fontibus, ſed ex profundo ac tenebricoſo Traditionum lacu partem ſuæ religionis longè maximam haurientes. Ac ne ſim longior multis aliis recenſendis, hinc cuiuis facilè patere arbitror, iure-ne an iniuria in nos accommodes ea quæ veteribus hęreticis olim ab Orthodoxis Doctoribus obiecta ſunt. Quare licet tibi videaris pręclarus Chronologus dum initium noſtræ Eccl. refers ad annum 1517. (tu inquam, cuius Sodalitatis incunabula vix triginta annos attingunt,) te iſtæc tua temporum monimenta fefellerunt. Nam etſi fateor, vnicum illum fuiſſe & perpetuò futurum Eccle-

Proteſtantib. nihil commune eſt cum veterib. hæreticis. Tert. contr. Mar.

Pontificiis multa cum veterib. hæreticis communia ſunt. Vid. Tert. aduerſ. Marc. & Iren. Epi. &c.

Tert. de reſ. car.

Iren. l. 3. c. 2.

An Aſſertor ſit peritus Chronolog.

ſiæ Romanę luctuoſum, ac propterea nigro lapide ab omnibus Monachis notandum, ad ipſorum ignominiæque dedecoris memoriam ſempiternam: falſò tamen, mi Chronologe, noſtram Eccleſiam eo demum anno cœpiſſe commemoras: Tunc enim *Eccleſia, non naſcens*, vti exiſtimas, ſed tandem aliquando è veſtris tenebris paulatim emergens, vocem liberiorem cœpit mittere: nec nouam religionem inuexit, ſed ſe veterem adeòque primam Euangelicæ veritatis doctrinam amplecti profeſſa eſt: vobis quidem, fateor, nouam, atque iis omnibus, quibus erroris vetuſtas, eſt veritas.

Aſſertor Reſponſiones Proteſtantium refellens refellitur.

Sed iam audiamus quemadmodum Proteſtantium Reſponſiones refellas, vt te refutatorem refutemus. *Reſpondent*, inquis, *ſuam Eccleſiam ſemper fuiſſe, quam Scripturæ authoritate nitatur*. Bene narras: ac velim ex te audire, ecquid in hac reſponſionę deſideres. Addis poſtea: *ſed dicunt ſuam Eccleſiam latuiſſe* incognitam: & obiicis hos Scripturę locos: *Ciuitas ſuper montem poſita &c.* Item, *vt luceat omnib. qui in domo ſunt. &c.* Reſpondeo, Te admittere illum errorem qui in arte differendi vocatur petitio principij: vis enim *Eccleſiam non poſſe dici antiquam, niſi ſemper in clariſſima hominum luce verſata ſit*: quod & iam propoſuiſti, & iam à nobis refutatum eſt: nec tibi in ſchola diſputanti fuit hæc *Antiquitatis nota* cum ſuperiore *nota claritatis* confundenda: aut certè principio ſeparandę non fuerant. Verùm, age, te tua repetentem ac confundentem nihilominus refellamus.

Aſſertor principium petit.

Quando Eccleſia Proteſtantium fuit conſpicua.

Quum vna ſit vera Eccleſia, & non plures, quoties apertè ſplendet doctrinę veritas, toties dicimus veram, ac propterea noſtram Eccleſiam fuiſſe conſpicuam. Quum autem (vt ferè ſit) erroribus oppreſſa veritas, ab hominibus ſpreta, reiectaque delituit: tum noſtram, hoc eſt, veram Eccleſiam delituiſſe affirmamus. Nec te iuuant Scripturę loci à te citati. Nam quamdiu Apoſtoli lucem Euangelicę prędicationis, tanquam ex alto monte, Gentibus omnibus prętulerunt: atque adeò fideles omnes, tum puritate doctrinę, tum etiam morum integritate refulſerunt: tamdiu *Ciuitas illa ſuper montem poſita* eminuit, neque potuit latere. Sed poſtquam hominum ſuperſtitio, ambitio, auaritia, ignorantia, & quæ ſunt eiuſmodi, tanquam Babylonij ciuitatem illam ſanctam euerterunt: tum *collapſi illius ciuitatis lapides* (vt cum Pſalte loquar) *nihilominus ſeruis Dei placuerunt, & illius pulueris miſerti*, eius inſtaurationem aſſiduis votis ac lachrymis à Domino precati ſunt. Atq; vt ad alterum locum Scripturæ veniamus: *lucerna* (quam Athanaſius Scripturam ſacram expoſuit) *ſemper quidem lucet*: verum *iis qui in domo ſunt*, inquit Chriſtus, hoc eſt, iis qui in vera Dei Eccleſia remanent. Nec neceſſe eſt, vt lucerna domum illuſtret, ſemper eius lucem foras emitti.

De ciuitate ſuper montem poſita.

Pſal. 102.

Matt. 5.
Aduer. Aria. or. 2.

Obiect. Synagogæ refellitur

De pacę orat. 1.

At enim, inquis, *ſequeretur Eccleſiam Chriſtianam eſſe inferiorem ſynagoga*. Primùm ſi de Iſraelitis loqueris, certum eſt veram eorum Eccleſiam ſæpe delituiſſe, vt ex hiſtoria Iudicum & ex Prophetis (id eſt ſub regibus) manifeſtum eſt. Si de Iudęis loqueris poſt Chriſti reſurrectionem miſerè vagantibus: ſi quam hîc tu pręſtantiam collocas, fruere tua illa præſtantia. Malo enim credere Nazianzeno, qui cenſuit *Iudæos eſſe ceu columnam æneam, in qua ſummum Dei iudicium inciſum, & inſcriptum poſteris* *omnibus exhibetur*. Quanquam doctiſſimis illis aſſentior, qui hoc etiam ad Pauli Prophetiam quæ extat in Epiſt. ad Ro.cap.11. ſpectare exiſtimant. Veruntamen Eccleſiæ præſtantia in dogmatũ veritate conſtituenda eſt, ac proinde Chriſtiana Eccl.nõ poteſt eſſe inferior Synagoga.

Dilemma Aſſertoris ſoluitur.

Retorquetur in Aſſertorem.

Rom.11.

Sed alio etiamnum modò ratiocinaris. *Eccleſia illa latens* (inquis illudens) *ſi fidem ſuam non profitebantur, non erat igitur Eccl. Et quia in publicam profeſſionem, quę in omnium oculis fiat,* intelligis: quomodo id tandem probas? Imò verò pręſtat in te retorquere tuum hoc argumentum, vt te ad incommodum adigamus, hoc modo: *Illa ſeptem millia virorum, quæ non flexerant genu idolo Baal, aut fidem ſuam profitebantur, aut non. Si profitebantur, quomodo illos non vidit Elias? Si non profitebantur, non erant igitur de Eccleſia:* ita quidem ratiocinante *Aſſertore*: ſed Apoſtolo contradicente, qui viros illos ad Eccleſiam Dei pertinere affirmauit.

Obiectio de communicatione cum idololatris refellitur.

Ezech.8.&9.

Communicabat illa Eccleſia latens cum idololatris, inquis. Miror, mi homo, quonam tandem modo *Eccleſia illa*, quam toties *latentem* appellas, adeo tibi fuerit cognita, vt quid illa fecerit, & quomodo ſe geſſerit tam accuratè nobis explices. *Si latuit* (vt viciſſim tecũ agamus Dilemmate) quomodo eã noſti quæ fecerit? ſi non latuit, quid habes quod obiicias? lege quæ ſcripſit Ezechiel de fidelib. *qui dolebant gemebantque propter idola Hieroſolymæ, adeoque in medio templo collocata: quos quidem omnes Dominus obſignari iuſſit, ne perirent*: ac diſce, Domino ſatis conſtare, quibus rationibus, etiam in maxima rerum perturbatione, ſuam Eccleſiam conſeruet. Atque vt deſinas tandem *Eccleſiam*, quam *latentem* per ludibrium appellas, illudere, & quam vos Monachi vehementer doletis eſſe patefactã, & libenter velletis perpetuò deliteſcere & eſſe inutilem (ne hanc obiectionis tuæ partem, videar prætermiſiſſe) audi quidnam de *latente Eccleſia* ſentiamus.

De Eccleſia deliteſcente.

Eſa.6.

Matth.18.

Apoc.12.13.

De pœnit.

In Pſ.133.

Hexame.l.4.c.5.

Epiſt.48.

Quum errores Pontificij longè latèque vniuerſum prope terrarum orbem occuparent, nec veri Eccleſiæ fructus, imó nec vera quidem folia palam extarent, dicimus cum Scriptura, *vitalem ſuccum in ipſis radicibus hæſiſſe: Chriſtum duobus etiam aut tribus in ipſius nomine congregatis adfuiſſe*: Deumque ſuam Eccleſiam in deſerto commorantem aluiſſe, ac ſua virtute ſuſtentaſſe. Dicimus cum Tertulliano, *etiam in vno & altero Eccleſiam fuiſſe*. Dicimus cum Hieronymo, *Eccleſiam non in parietibus, ſed in dogmatum veritate conſtitiſſe*. Dicimus cum Ambroſio, *vt Lunam, ita Eccleſiam defectum habuiſſe, ortum ſuum, hoc eſt, inſtaurationem ſuam expectantem*. Denique cum Auguſtino dicimus *ſub Pontificiis paleis frumentum Dominicum fuiſſe conſeruatum*. Quæ ſi tibi non ſatiſfaciunt, miror cur *Antiquitatem* nobis tantopere commendes.

De piis viris iam olim in Eccl. Ro. inſurgentib.

Porrò *quòd proferimus aliquot pios doctores, qui iampridem teſtati ſunt ſe Romanam Eccleſiam improbare, cuiuſmodi fuere Wicleffus, Ioannes Hus, Hieronymus à Praga & aliquot alij* (hanc enim noſtram reſponſionem etiam refellendam aſſumpſiſti) non ideo dicimus, quòd in illis ſolis vniuerſam Eccleſiam conſtituamus; ſed hoc voluimus, Eccleſiam in mediis Eccleſiæ Romanæ tenebris pios illos, ceu quoſdam radios, emiſiſſe, quibus teſtaretur, ſe non eſſe planè veſtris illis erroribus extinctam: neque dubitamus multos alios tum extitiſſe, qui cum illis veram doctrinam amplecterentur: vt nos etiam ea libenter admittimus, quæ illi ipſi iuxta Dei verbum protulerunt. Quinetiam nullum extitiſſe ſeculum paratiſſimus oſtendere, in quo non extiterint qui veſtram pſeudo-Eccleſiam coarguerint.

Denique ſtultum eſt quod *vnà cum prędicatione, Sacramentis & Diſciplina, requiris etiam vt Synodi habitæ, vt templa extructa, vt ſcholę publicè conſtitutę fuerint ad conficiendam Eccleſiam*: ac miror te ſcholas, prę ſertim veſtrę Sodalitatis, non etiam numeraſſe inter Eccleſię notas. Atqui, mi diſputator (qui principium ſępius à te petitum, iterum repetis) hęc repugnant: *Eccleſiam delitescere* (qua de re nunc nobis ſermo eſt) *& in Eccleſiis publicas haberi conciones, publicè Sacramenta celebrari*, & reliqua omnia fieri quæ tu commemoras: tui certè ac tuæ quæſtionis oblitus. Cęterùm dum ais *Catholicum idem ſignificare ac Papiſtam, vt iis conueniat qui Romano Pontifici ſubiecti ſunt*: profers Etymologiam veteribus omnibus incognitam, & iis contrariam quæ dixit Paulus Corinthiis, quum illis ſectarum nomina interdiceret. Sed quia *Papiſtæ* vocabulum tibi arridet, cenſeo vt depoſito *Sacroſancto Ieſu nomine*, quo vos ad ſectę veſtrę inſcriptionem abutimini, non aliter deinceps vocemini, quàm *Papiſtæ*. At nos *Chriſtianorum*, ac propterea verè *Catholicorum* nomen, cum piis & Chriſtianis omnibus, conſtanter retinebimus.

Aſſertoris repugnantia.

De catholicis Papiſt. hoc eſt Vniuerſalib. & particularibus ſimul. 1. Cor. 1.

THES. 42. Quarta Eccleſię nota eſt Apoſtolica appellatio.

QVartum ſignum atq; nota, qua vera Eccl. à falſa diſcernitur, eſt Apoſtolicę appellatio: quam Proteſtantium cœtui nulla ratione congruere, luce clarius efficietur; ac proinde illud ſequetur, Eandem nec Eccl. poſſe nomine inſigniri. Sed ne ambiguitate vocabuli quiſquam fallatur, ſciendum eſt, dum Eccleſię Apoſtolicę nomen tribuimus, Patriarchas aut Prophetas nos haud quaquam excludere: [a] *Aedificata enim Eccleſia eſt ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum: & Apoſtoli iam factum orbi nunciarunt, Prophetæ futurum aliquando prędixerunt.*

a Heb. 2. 20.

THES. 43. b Rom. 10. 18. Pſal. 18. 5.

Dicitur autem Apoſtolica, tum quia ab Apoſtolis, per varias orbis partes promulgata eſt [b] *(in omnem enim terram exiuit ſonus eorum) tum etiam, quia Apoſtolica doctrina primis fidelibus ab iiſdem tradita, in Eccleſia perpetua ſucceſſione conſeruata eſt. Atque hinc fit, quòd vnica via atque ratio, qua Eccleſia iam Apoſtolica-ne ſit cognoſcatur, Epiſcoporum atque Paſtorum in eadem doctrina perpetua ſucceſſio cenſeatur. Quod quum patres optimè animaduerterent, ab hęreticis omnium ætatum atque temporum eam diligenter expetiuerunt.*

THES. 44. c Lib. de Præſcript. circa med. cap. 11. d L. 1. Ep. 6. ad Magnum ante med. e Hæreſi. 16. poſt med. f In Pſalmo contra Par. Donati. poſt med. tom. 7. g Epi. 164. initio. & cont. Ep. Fund. c. 4.

Et inter cæteros primus Tertullianus [c]*, Edant, inquit, origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentes, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit, auctorem habuerit, & anteceſſorem.*

Huius veſtigiis & eius diſcipulus magnus ille [d] *Cyprianus inſiſtens, contra Nouatianos argumento à ſucceſſione deducto vtitur. Si enim, inquit, apud Nouatianum eſt Eccleſia, apud Cornelium Romanum non fuit, qui Fabiano Epiſcopo legitima ordinatione ſucceſſit. Idem facit* [e] *Epiphanius ipſoſque Romanos Pontifices enumerat. Idem* [f] *Auguſtinus; Numerate Sacerdotes primis, ab ipſa ſede Petri, & in ordine illo quis cui ſucceſſerit videte.* [g] *& alibi, Tenet, inquit, me ab ipſa Sede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues* *ſuas ipſe Dominus*, Ioan. capi. 21. *commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum Succeſſio Sacerdotum. Idem* [a] *Optatus: idem denique antiquiſſimus* [b] *Irenæus: quorum vterque* Romanos *Pontifices ad ſua vſque tempora recenſentes, per hanc demum ſucceſſionem omnes confundi Hæreticos clariſſimè docent.*

a L. contra Parmen.
b Lib. 3. contra Valent. c. 4. initio.

THES. 45.

Hæc autem quum ita ſe habeant, videant aduerſarij, quo iure Catholicos, qui de perpetuatione Romanorum Pontificum indeſeſſaque nouæ veluti ſobolis ſucceſſione, æternaque, vt ita dicam, ſuppullulatione gloriantur, reprehendunt: videant etiam quam conſentaneè tum [c] *Tertulliano petamus, vt Epiſcoporum ſuorum ordines euoluant, & cum* [d] *Optato Mileuitano, vt ſuarum Cathedrarum origines oſtendant, qui ſibi Eccleſiam Sanctam vendicant.*

c De Præſc. Eccleſ. circa medium.
d Lib. 2. contra Parmen.

THES. 46.
Proteſtantes carent ſucceſſione

Sed calumniari neceſſe eſt, vbi aliud, quod pro ſe afferant, non occurrit. Neque enim in ipſorum Eccleſiis, quis cui ſucceſſerit, valent demonſtrare, ſed Lutherum primum Witembergę, Caluinum Geneuæ, Oecolampadium Baſileæ exortos fateri coguntur, qui omnes nemini ſuccedentes à ſeipſis ordinati ſunt (vt de Nouato ſcribit [e] *Cyprianus) de ſe naſci voluerunt, vt de Donatiſtis* [f] *Optatus loquitur, & proinde ad Eccleſiam pertinere non poſſunt.*

e Lib. 1. Ep. 6. ante med.
f L. 1. contra Parmenian.

THES. 47.

Adeò Lutheri ſucceſſioni illud eiuſdem [g] *pulcherrimè quadrat, vbi ſucceſſionem Montenſium Romæ commemorat, quæ Claudianus Luciano, Lucianus Macrobio, Macrob. Encolpio, Encolpius Bonifacio, Bonifacius Victori Garbenſi ſucceſſit: ipſe autem Victor, nec ante ſe aliquem illic ſediſſe monſtrare poterat, nec Cathedram aliquam, niſi peſtilentiæ, oſtendere. Vt enim erat ibi Victor filius ſine patre, tyro ſine principe, diſcipulus ſine Magiſtro, ſequens ſine antecedente, inquilinus ſine domo, hoſpes ſine hoſpitio, Paſtor ſine grege, Epiſcopus ſine populo, ſic Witembergę Lutherus, Baſileæ Oecolampadius, Geneuæ Caluinus, & alibi alij: vbi partim nulli antè ſederant, vt Witembergæ, vel ſi aliqui, vt in aliis duabus vrbibus, etiam tum, cùm ipſi ſe ex Eccl. proripuerunt, Epiſ. Catholici, qui Apoſt. viris ſucceſſerant, reſidebant, & etiam nunc ſedent, qui proinde Epiſ. (ſi* [h] *Cypr. credimus) eſſe non poſſunt.*

g L. 2. contra Parmen.
h Lib. 1. Ep. 6. ad magnum ante mediũ.

Sed aiunt, homines, ſi Diis placet, ingenioſi, ſucceſſionem Paſtorum tum demum veram Eccleſiam arguere, ſi cum ſucceſſione veritas religionis retineatur. Quaſi verò vel nos in præſentia, vel longe antè Patres, qui hoc argumento ſucceſſionis perpetuò vſi ſunt, veritatem fidei à ſucceſſione Epiſcoporum ſeiunxerint. Illud interim certum eſt, Epiſcoporum ſucceſſionem & Paſtorum ad veræ Eccleſię conſtitutionem requiri, quamuis ſola non ſufficiat, adeò vt vbi ea deſit, ſicuti iam apud Proteſtantes deeſſe conuicimus, ibi vera Eccleſia reſidere, nulla ratione queat.

i Caluin. lib. 4. Inſtit. c. 2. ſect. 2. & 3.

THES. 48.

THES. 49.

Neque enim vera doctrina abſque doctoribus conſiſtere, neque oues abſque Paſtoribus longo ſaltem tempore ſupereſſe valent. Chriſtus enim dedit Paſtores & Doctores, ad ædificationem corporis ſui, donec occurrimus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Filij Dei. Et ſicut eutaxia atque ordo in regno abſque Rege & legum cuſtodia abſque Principe durare diu non poteſt, ita nec in Eccleſia Hierarchia illa prorſus Eccleſiæ neceſſaria, & doctrinæ integritas, atque incolumitas, abſque Epiſcopis conſiſtere poteſt. Non ſecus ergo Proteſtantes, ſi ſibi Eccleſiam vendicare volunt, hanc Epiſcoporum ſucceſſionem, quàm doctrinæ veræ & Euangelicæ perpetuam integritatem (quam vaniſſimè & falſiſſimè ſe habere iactitant) probare debent.

Epheſ. 4. 13.

Nunc autem quod ſequitur, & in Eccleſia Romana (cui orbis Catholicus communicat) cum Pontificum ſucceſſione, doctrinæ fidei integritatem (quod illi prorſus abſque ratione negant) permanſiſſe oſtendamus. Ac primùm quidem, quoniam Eccleſiam Romanam fidem mutaſſe aiunt, & nouam doctrinam neſcio quam eius loco ſubſtituiſſe, dicant oportet, quo id potiſſimum tempore factum eſt? quis huius mutationis dux fuerit atque auctor? quænam potiſſimum dogmata à communi Eccleſiæ ſenſu abhorrentia diſſeminauerit? quis illi Hæretico pro Eccleſia Catholica ſe oppoſuerit, quæ ſynodus, quæ collatio contra eundem coacta ſit? ubi vixerint tum reliqui Catholici, in quibus templis per orbem ſua myſteria peregerint?

Quæ omnia atque ſingula in omni fidei mutatione, & præſertim à primariis Epiſcopis, quales Romanos Pontifices ſemper extitiſſe non negant, demonſtrare neceſſe eſt, & neminem obſeruaſſe præter hos noſtros Proteſtantes permirum eſt: qui tamen tantum abeſt, ut quicquam veri obſeruarint, ut alij hanc religionis Chriſtianæ (ut eos omittam qui ab ipſa Apoſtolorum ætate defectionem accipiunt) Eclipſim ante 300. annos, alij [a] ante 600. [b] alij ante [c] 1000. id eſt circa Gregorij tempore, & ideo cum Melancthon in Oratione de corrigendis Studiis, perennis Theologici præſultorem, Caluinus [d] lib. 4. cap. 17. ſect. 42. ultimum Romæ Epiſcopum vocat) eueniſſe autumerit.

Quæ ſententiarum diuerſitas planè falſitatis argumentum eſt. Hoc autem de Gregorio, quam improbabile ſit, quis non videt? Nam certe eius tempore aut nulla in terris Eccleſia fuit, aut ea cum Gregorio communicauit, ut abundè liquet ex Epiſtolis, quas ipſe ad Epiſcopos orbis totius, Orientis, Occidentis, Africæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Angliæ, Italiæ dedit, quæ vnam fuiſſe tum in orbe fidem abundè teſtantur, quum nullus eum de vlla prorſus hæreſi notarit. Sanctiſſimumque virum omnes confeſſi ſunt [e], & hæreticorum moderniorum plerique concedunt.

Quòd autem poſtea hæc mutatio ſubſecuta non ſit, manifeſtum quoque eſt. Nam cum eodem Gregorio Romanam [f] ſedem omnium Eccleſiarum caput ſucceſſores confeſſi ſunt, ut [g] pallium à Romano Pontifice peteretur, ad [h] reliquias miracula fieri [i], imagines ſacras, quæ in Eccleſiis ſunt, frangi non debere, ſignum [k] crucis [l], aquam benedictam [m], peregrinationes, Miſſarum [n] ſolennia & ſacrificia [o], Sanctimoniales non nubere [p], leues culpas igne purgatorij lauari, Sanctos inuocandos, & alia omnia dogmata, ob quæ Hæretici Eccleſiam defeciſſe calumniantur, & nos à vero aberrare: quæ tamen, ſi in Gregorio hæreſes non fuerunt, nec in nobis profectò huiuſmodi cenſebuntur. Non igitur Eccleſiæ fides mutata eſt, ſed ipſi mutati ſunt, cùm Eccleſiam egreſſi, ex Catholicis hæretici euaſerunt.

CAPVT IX.

Analyſis Theſ. 42. ad 54.

EA demum Eccleſia, quæ Apoſtolica appellatur, hoc eſt, ab Apoſtolis propagata, & Apoſtolicam doctrinam perpetua Epiſcoporum ſucceſſione retinens, vera eſt Eccleſia. Eccleſia Romana eſt eiuſmodi. Eſt igitur vera Eccleſia.

Maior probatur ex Tertulliano, Cypriano, Auguſtino, Irenæo, qui continuam Epiſcoporum ſucceſſionem hæreticis obiecerunt. Item: Vera doctrina ſine doctoribus conſiſtere non poteſt. ad Epheſios capite quarto. Chriſtus dedit Paſto-

re

THES. 50.
In Eccleſia Romana ſucceſſio Paſtorum & doctrinæ.

THES. 51.
a Auctores repetit. confeſſ. Auguſt.
b Lib. contra Papatum tom. 7. pag. 452.
c Lutherus in Capt. Babyl. & in ſupputatione anni mundi. p. 602.
d Cal. paſſim in Prophetas minores & in Ep. ad Sadolet. Melanct. in locis edit. 1. Smidelinus in reſpon. ad Apol. Staphi. Pantaleon in chrono. Foxus in Actis Eccleſiæ. Functius in chron.

THES. 52.
e Lutherus tom. 6. in Gen. ſæpe p. 258. caluin. c. 3. 1. ad corint. p. 136. Philip. l. de Eccleſia.

THES. 53.
f L. 11. Regiſtri. c. 11. poſt. med. & l. 7. ep. 64. poſt. med.
g L. 4. Ep. 59.
h L. 1. Ep. 25. in fin. & l. 11. Ep. 42. tota.
i L. 7. Epiſt. 109. tota.
k L. 1. Dial. c. 10. in med.
l L. 1. Dial. c. 10. in fine.
m L. 2. Ep. c. 21. & 37.
n L. 11. Epiſt. 57. poſt med.
o L. 3. Dial. c. 14.
p L. 4. Dial. c. 39. & 55.
q Hom. 32. in Euang.
Apoſt. appellatio. 4. nota. Eccl. ab Aſſert. propoſita. De præſ. hær. Lib. 1. Ep. 6. Pſ. cont. Par. Donat. L. 3. c. 3.

res & Doctores ad ædificationem corporis ſui.

Minor eſt in promptu, *quippe quum Romana Eccleſia continuam habeat Epiſcoporum ſucceſſionem. Nec veritatem fidei ab Epiſcoporum ſucceſſione (quæ quidem ſola non ſufficit) ſeiungimus. Hac ſucceſſione carent Proteſtantes.*

Si dicant, *Romanam Eccleſiam Apoſtolicam fidem mutaſſe, doceant igitur quo tempore, quo authore id factum ſit: in quibus dogmatibus deſciverit ab Apoſtolica doctrina, quæ Synodus propterea congregata ſit. Siqui ſint qui exiſtiment poſt tempora Gregorij illam defectionem cœpiſſe, conſtat Gregorium eandem fidem agnouiſſe, quam hodie Eccleſia Romana profitetur.*

EARVNDEM THES. REFVTATIO.

Quum nos alijs in locis *de Paſtorum Eccleſiæ ſucceſſione* fuſè diſſeruimus vt eam perſonam Epiſcopis Pontificijs detraheremus, quam perperam aſſumpſerunt: idcirco nunc paucis contenti erimus, tantumq; hac de re dicturi ſumus, quantum ſuperior argumentatio poſtulabit.

An Eccl. Rom. ſit Apoſtolica.

Primum omnium Pontificios demiror adeò fidenter *Epiſcoporum ſucceſſionem, inde vſque ab Apoſtolorum temporibus, ſibi vendicantes*, qui tamen nunquam adhuc probare potuerunt, nec vnquam ſanè probabunt, *Epiſcoporum gradum quo nunc illi vtuntur, Apoſtolorum temporibus in vſu fuiſſe*, vt Epiſcoporum ſeries ad conſuetudinis, non ad Apoſtolicæ inſtitutionis ſucceſſionem in eos ſeriò ſit referenda: qua de re pauca quædam paulò pòſt etiam erunt nobis dicenda. Sed vt iſtum *Epiſcopalem gradum* iſtis largiamur *Apoſt.* id eſt, diuinæ *ordinationis eſſe*, & plurimum tribuendum piorum Paſtorum conſenſui aliquot ſeculis continuato: negamus tamen *ſucceſſionem* hanc dici poſſe *eſſentialem Eccleſiæ notam*. Quis enim eſſe potuit huius notæ vſus in ipſis naſcentis Eccleſiæ primordijs, vndecunque tandem illam inchoes? Et tamen iam tum Eccleſiam eſſe oportuit ſuis eſſentialibus notis præditam: ex qua verè poſſet ab adulterina dignoſci. Rurſum ergo vanus hic *Aſſertor* eſſe deprehenderis. Nunc argumentum *Aſſertoris* examinemus.

Arg. Aſſertoris redarguitur.

Maior habet duos errores. Vnus eſt, quòd definit, *eam demum eſſe veram Eccleſiam, quæ Apoſtolica appellatur*: quum potius, eſſe, quam appellari Apoſtolicam dicendum fuerit. Alter error in eo eſt, quòd *Apoſtolicam Eccleſiam eam eſſe ſtatuit, quæ doctrinam Apoſtolicam perpetua Epiſcoporum ſucceſſione retinet*. Nos autem fatemur quidem *eam eſſe veram Eccleſiam, quæ eſt Apoſtolica*, hoc eſt, quæ doctrinam in Apoſtolicis ſcriptis comprehenſam conſtanter retinet: ſed *Epiſcoporum ſucceſſionem*, quam *Aſſertor* vrget, eſſe quoque neceſſariam, pernegamus.

Minor propoſitio planè falſa eſt.

Probationes Aſſertoris excutiuntur. Reſponſio ad teſtimonia Veterum.

Iam eius probationes excutio. Primùm, redit ad ſuam illam cantilenam *de hæreticis olim refutatis*, quam nobis eandem perpetuò canit.

Veteres, inquit, *continuam Epiſcoporum ſucceſſionem hæreticis obiecerunt*. Reſpondeo, ſucceſſionem Apoſtolicæ doctrinæ fuiſſe hæreticis obiectam, quam quidem Epiſcopi ab Apoſtolorum temporibus, continua ſucceſſione, conſeruarunt. Ergo, mi *Aſſertor*, idem quoq; tibi ac tuis Pontificijs faciendum, aut certè huic exemplo Veterum, quod profers, renuntiandum eſt. Eam fuiſſe veterū mentem, perſpicuum eſt ex his eorum verbis.

De Præſc. Ibid.

Vnde extranei & inimici Apoſtolis hæretici (inquit Tertullianus) *niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam unuſquiſque de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos aut protulit, aut recepit?* Item, *percurre Eccleſias apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum præſidentur, ſonantes vocem & repræſentantes faciem uniuſcuiuſque.*

Lib.4.c.43.& 44.

Et, *Iis presbyteris obaudire oportet* (inquit Irenęus) *qui cum Epiſcopatus ſucceſſione, chariſma veritatis certum, ſecundùm placitum Patris acceperunt.* Item, *Adhærere oportet iis, qui & Apoſtolorum doctrinam cuſtodiunt, & conuerſationem ſine offenſa præſtant.* Ac ne longiùs abeamus, fateris ipſe, *ſolam ſucceſſionem Epiſcoporum non ſufficere, niſi ſimul adſit fidei veritas.* Nos igitur ex ipſis veteribus, adeòque ex teipſo, in teipſum ita concludimus.

Retorquetur arg. in Aſſertorem.

Ea demum Epiſcoporum ſucceſſio, quæ ſimul habet fidei veritatem, eſt nota Eccleſiæ (vt veteres nobis obiecti cenſuerunt, & vt *Aſſertor* ipſe agnoſcit, à veritate conuictus, ac proinde ſua non iam aſſerens, ſed deſerens.)

At Epiſcoporum Pontificiorum ſucceſſio non ſimul habet fidei veritatem. Q*uare Epiſcoporum Pontificiorum ſucceſſio non eſt nota Eccleſiæ.* Negas argumenti noſtri aſſumptionem? Ergo de ipſius veritate vel falſitate prius inter nos diſceptetur, quàm aduerſus nos quaſi probato eo de quo quæritur, aduerſum nos argumentum concludas.

De doctrina & Doctorib. Eph.4.

Communi vero (inquis) *doctrina ſine doctoribus eſſe non poteſt.* Et Paulus ait, *Chriſtum dediſſe Paſtores & Doctores ad ædificationem corporis ſui, ſempe Eccleſiæ.* Ita eſt mi *Aſſertor.* Id enim poſtulat ipſius rei natura, *vt doctrina eſſe non poſſit, niſi ſint qui doceantur, ac propterea, qui doceant.* Et hanc tum *doctrinæ, tum doctorum ſucceſſionem,* in genere nos etiam (vt paulò antè dixi) probamus, & aduerſus vos ipſos proferimus. Sed quum eam ad Epiſcopos reſtringas, tibi quoque probandum eſt, *ſolos Epiſcopos ſucceſſionem viſibilem & perſonalem habentes* (nam de illa ſucceſſione loqueris) *Eccleſiæ doctores eſſe poſſe.* Atque hîc rurſus te deprehendo in *Petitione principij,* qui error tibi familiaris eſt. Etenim *Eccleſiam eſſe non poſſe ſine viſibili & perſonali Epiſcoporum ſucceſſione,* eſt dicere Eccleſiam ſemper eſſe conſpicuam, & ſemper in illa [illegible] verſari, de qua ante à nobis diſputatum eſt. At nos ſtatum exteriorem Eccleſiæ ita diſtinguimus, vt dum nobis appareat ſuis partibus conſtans, tum dicamus vigere in Eccleſia Paſtorum legitimam ſucceſſionem: ſed collapſo exteriore Eccleſiæ ſtatu, dicamus ſimul intermiſſam eſſe legitimam illam Paſtorum ſucceſſionem, alioqui non collapſus eſſet ſtatus exterior Eccleſiæ. Quid ergo [illegible] dicemus, quum Eccleſia (quod ei fieri poteſt) oppreſſa ac propemodum euerſa eſt? Nempe (vt ſcriptum eſt in Apocalypſi) *Eccleſiam [illegible] deſerto & in ſolitudine conſtitutam, ali [illegible] Dei,* quia non [illegible] veram doctrinam in Eccleſia, quantumuis [illegible] mori, Et quamuis Eccleſia in ſolitudinem redacta, ſuos habeat doctores, licet ipſorum non ſit ea viſibilis & perſonalis ſucceſſio, quæ conſpicitur in Eccleſia viſibili, quamdiu ſtatus eius exterior durat. Non enim Dominus alligauit iſti viſibili Epiſcoporum ſucceſſioni [illegible] Matthæum) *ex ipſis lapidibus [illegible]* [illegible]. Quam [illegible], *Semper [illegible] Eccleſiæ: Ergo viſibilis & perſonalis Epiſcoporum ſucceſſio ſemper eſt in Eccleſia* [illegible]

Apoc.12.13.

Matth.3.

peccas in falſo conſequenti. Cauſa tui erroris hęc eſt: quòd non diſtinguis inter rem & modum rei. *Sunt enim ſemper doctores in Eccleſia*, ſed non ſemper eodem modo. Itaq; noli obſecro locum Pauli Pontificiis Epiſcopis accómodare. Nam Paulus loquitur de veris Paſtoribus & doctoribus, non de iis qui dicuntur quidem Paſtores & doctores, ſed non ſunt niſi homonymos. Sic enim Paulus: *Dominus*, inquit, *dedit Paſtores & doctores ad coagmentationem Sanctorum, ad opus miniſterij, ad ædificationem corporis Chriſti: nempe* (inquit) *ne circumferamur omni vento doctrinæ nequitia hominum.* Tui autem Epiſcopi neque paſcunt, neque docent, nec Eccleſiam ędificant, nec vllum opus miniſterij, ne ſummis quidem digitis attrectant. Non ſunt igitur ex eorum Paſtorum numero quos Chriſtus dedit. Quinetiam vos Monachi qui docendi partes in Eccleſia Rom. (ſine vlla legitima vocatione, ne ex veſtris quidem decretis) vobis arrogaſtis, Sanctos non coagmentatis, ſed quantum in vobis eſt diſcerpitis, ipſamque Dei Eccleſiam libenter euerſam velitis, ne dum ædificatam. Et in cauſa eſtis cur magna hominum pars fluctuet, & quouis vento doctrinæ circumferatur, quippe non adhærens verbo Dei, ſed ſequens humana commenta & veſtras illas *Traditiones*, quibus veram doctrinam corrupiſtis. Atque hęc de Pauli loco à te citato & nihil ad cauſam tuam pertinente. Quamobrem (vt locum hunc concludamus) vnum ex te quæro, mi *Aſſertor*: *An Epiſcoporum ſucceſſio, de qua diſputas, poſſit à ſucceſſione doctrinæ Apoſtolicæ ſeparari, nec ne. Si ſeparari poteſt*, quorſum igitur nobis illam obtrudis, *qui ſucceſſionem Epiſcoporum à ſucceſſione doctrinæ Apoſtolicæ ſeparatam ipſemet fatearis non eſſe notam Eccleſiæ? Si non poteſt ſeparari:* Ergo Arriani fuerunt vera Chriſti Eccleſia, quandoquidem viſibilem Epiſcoporum ſucceſſionem habuerunt. Idem dico de Donatiſtis & pleriſque aliis veteribus hęreticis qui in hæreſin ab ipſis ſuis Epiſcopis abducti ſunt. Item: ſequitur Gręcas Eccleſias (quas vos Pontificij damnatis) eſſe veras Eccleſias, ac propterea à vobis damnandas non fuiſſe. Habent enim iſtam *viſibilem Paſtorum ſucceſſionem*, quod negare nec audetis nec poteſtis. Ex quibus efficitur, inutilem eſſe tuam hanc *de Epiſcoporum ſucceſſione* diſputationem, cùm potius probare debeas, doctrinam Eccleſię Rom. eſſe illam ipſam quam Apoſtoli ſcriptis tradiderunt: atque id nunquam facitis, ac nihilominus ſemper clamatis vos eſſe veram Dei Eccleſiam. Hoc autem loco tuam, mi *Aſſertor*, atque omnium hominum conſcientiam imploro: Quid eſt, ſi non hæc tergiuerſatio eſt? *Quæritur inter nos de vera Eccleſia.* Eccleſiam Rom. eſſe veram Dei Eccleſiam affirmatis, nos negamus. *Eam demum eſſe veram Eccleſiam quæ doctrinam Apoſt. retinet*, affirmamus: non negatis: *Eccleſiam autem Rom. Apoſtolorum doctrinam conſtanter retinuiſſe, affirmatis*, nos quidem id pernegamus. Ecce igitur totius controuerſiæ ſtatus: *An Eccleſia Rom. retinuerit Apoſtolicam doctrinam.* Hoc vbi probare vultis, nobis ſcilicet, profertis *Epiſcoporum veſtrorum ſucceſſionem: quam tamen ſine doctrinæ ſucceſſione inutilem eſſe conceditis.* Obſecro, cur non potius ad ipſas Apoſtolorum tabulas recurrimus? En tibi in promptu, quid prædicarint Apoſtoli, quid docuerint, quid ſequendum, credendumque nobis tradiderint. Huc ergo, huc inquam, deueniendum eſt, & quoties vos *Claritatem*, *Antiquitatem*,

Expenditur locus Pauli. Eph. 4.

Monachorũ tergiuerſatio Cauſæ ſtatus.

Epiſcoporum

Epiſ. ſucceſſionem & cætera eiuſmodi iactatis toties, mi homo, diuerticula quæritis: Hanc Script. viam compendiariam refugientes. Atq; vt id etiam ſit magis perſpicuum tuas iam interrogatiunculas audiamus.

Aſſertoris interrogatiunculæ excutiuntur.

Dicunt Proteſtantes (inquis) *Romanam Eccleſiam non eſſe fidem Apoſtolicam: doceant igitur, quo tempore, quo authore, &c*. Egregiam verò differendi rationem! *Eccleſiam Rom. ab Apoſtolica doctrina deſciuiſſe* docemus hac ratione longe firmiſſima, & à tuis interrogatiunculis tutiſſima, nempe quia Romana Eccleſia aliter docet quàm Apoſtoli docuerint: ac ſimul ipſorum Apoſtolorum doctrinam & ſanctiſſima eorum ſcripta proferrimus. Hîc autem exclamans à nobis flagitas, *vt doceamus, quo tempore Rom. Eccleſia corrumpi cœperit.* Quid? non ſatis eſt, ſi doceo corruptam eſſe? Perinde facis, mi *Aſſertor*, vt ſi forte tibi offeratur corpus aliquod ad tabem redactum, aut ſi tibi arbor quędam emortua & putris oſtendatur, tum id ita eſſe neges, niſi præciſe definiam quonam tempore, vel corporis tabes, vel arboris putredo eſſe cœperit. Et quia fortaſſis hæc ſimilia tibi non placent, Ecce, *veſtram Eccleſiam vulgò nauiculam appellatis*: eam nos dicimus corruptelis eſſe & erroribus ſubmerſam, qui ſenſim, ceu per rimas, infuſi ſunt. Id autem audes negare, niſi ſimul dixero quânam hora nauicula rimas agere cœperit, ac tibi oſtendam primam illam aquæ guttam quæ in nauiculam influxerit.

An Eccleſiæ corruptio momento fiat.

At enim *Eccleſiæ corruptio* non ſolet fieri momento temporis, ſed paulatim errores obrepunt, quibus niſi mature occurratur, tandem Eccleſiam ipſam peſſundant: quod & in Regnis & Rebuſpublicis locum habet, quoties non ab externo hoſte, ſed internis vitijs tandem collabuntur. Nam etſi clariſſima extant Romanæ Reipublicę monimenta, difficile tamen eſſet punctum illud temporis obſeruare, quo primùm ea cœperit corruptio quam tandem Reipublicæ ruina conſecuta eſt. Nam (vt ad ſuperiores ſimilitudines redeamus) ſiquis, quum ſano eſſet ac valido corpore, ictu gladij ſemel obtruncatus: ſi arbor, vel ſtatim exciſa, vel impetu euulſa: ſi nauis vno fluctu demerſa ſit, tum ſanè poterit ipſe temporis articulus annotari: ita ſi quum bene ſe haberet Eccleſia, ſuiſque omnibus partibus conſtans floreret, ictu nouæ alicuius calamitatis ſtatim atque vno impetu corrueret, tum facilè eſſet diem & horam ipſam obſeruare. Sed ea res nunc inter nos non agitur, Fatemur enim veſtram Eccleſiam longo temporis progreſſu hunc tandem errorum cumulum extruxiſſe, quo vniuerſus prope terrarum orbis oppreſſus eſt. Et ſi teſtem quęris, Paulum ipſum adhibeo, qui quum *Apoſtaſiam illam longè grauiſſimam* prædiceret, iam inquit, *peragitur myſterium iniquitatis*.

2. Theſ. 2.

De Gregorio.

Quod idcirco dico, ne poſthac ſomnies, nos Eccleſiæ Romanæ corruptionem exordiri à Gregorio: quem tamen in eo probamus, quòd in ſuis Epiſtolis aduerſus Epiſcopum Conſtantinopolitanum, liberè profeſſus eſt, *eum eſſe Antichriſtum, qui ſe vniuerſalem Epiſcopum appellarit*: & quam ille ſententiam aduerſus tuos Pontifices grauiſſimè tulit, ei nos libentiſſimè ſubſcribimus. Atque hæc de *tuorum Epiſcoporum ſucceſſione, qui ex illius veſtri vniuerſalis Epiſcopi fontibus profluxerunt.*

THES. 54.

Quinta Eccleſię nota Paſtorum ordinatio & vocatio.

QVinta Eccleſiæ nota (quæ etiam ad ſuperiorem quodam modo pertinet) eſt legitima Paſtorum & Miniſtrorum in eadem vocatio & ordinatio. Nam

quis

non poteſt Eccleſia eſſe abſque Paſtoribus & Epiſcopis, vt D.[a] docet Cyprianus, qui Eccleſiam debere eſſe plebem Epiſcopo adunatam: & [b] Hieronymus cum ait, Eccleſiam non eſſe, quæ non habet Sacerdotes. Id quod apertè patet ex Paulo [c], qui Chriſtum dediſſe Paſtores & Doctores ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij docet. Seruator [d], etiam ipſe gregem Paſtoribus deſtitutum, neceſſariò perire oſtendit. Mercenarius, inquit, fugit, lupus rapit, & diſpergit oues. Epiſcopos autem huius gregis eſſe Paſtores, patet ex illo [e] Act. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Sp.S. poſuit Epiſcopos ad regendum Eccl. Dei. Et illo Ioa. [f] Paſce oues meas.

Hi tamen Paſtores & vocari debent & ordinari. Neque enim quiſquam ſumit ſibi honorē hunc, ſed qui vocatur à Deo, tanquā Aaron[g]: & Quomodò [h] prædicabunt, niſi mittantur? Ordinari autem non poſſunt, niſi illa manuum impoſitio, de qua Apoſtolus loquebatur, cum diceret, Manus citò nemini impoſueris [i], adhibeatur. Et alibi, [k] Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij. Sed nec quæcunque adhibita manuum impoſitio, ordinationi ſufficit, ſed ea neceſſariò requiritur, quæ ab Epiſcopis fit. quod cùm vſus ſemper in Eccleſia conſeruatus indicat, tum etiam vocabulum illud (Presbyterij) in loco Pauli paulò ante allato, comprobat: quod certum Epiſcoporum ſignificare [l], Chryſoſtomus [m], Theophilactus & Oecumenius auctores ſunt.

Iam verò cùm certum, & à nobis etiam probatum ſit, ad Eccleſiæ conſtitutionem Epiſcopos & Paſtores requiri, & quidē huiuſmodi, qui à Deo miſſi, vocati, & ordinati legitimè ſint: Primum illud à Luthero & Caluino & Proteſtantibus omnibus quærimus: quis eos ad nouam Eccleſiam erigendam miſerit, & vocarit? Non enim [n] cuiuſuis eſt, operarios in vineam Domini mittere. Si autem ſe miſſos, & à Deo quidem vocatos dicant, tum vlterius & illud interrogamus: hæc eorum vocatio atque miſſio ordinaria ne ſit, an extraordinaria: Extraordinariam ſi reſponderint, vt [o] ſolent, (neque enim ordinariam fuiſſe affirmare auſint) huius ſuæ miſſionis teſtimonium exquirimus.

Cum enim lex [p] vetet vnius hominis teſtimonio, quod aduerſus alterum fertur, adhiberi fidem, ac multò minus ferendum ſit, vt cuiquam in ſua cauſa credatur: oportet eum, qui ſe à Deo miſſum aſſerit, habere teſtimonium aut planè Diuinum, quod ſupra naturam ſit, aut certè humanum, quod ſtet in ore duorum, aut trium teſtium: alioqui non Dei nuncius & Apoſtolus, ſed Diaboli legatus (vt ipſi Anabaptiſtarum Prophetas vocant, & Lutherus in primis) iure optimo cenſebitur.

Adde quod Chriſtus Seruator noſter, quamuis vnigenitus eſſet Dei, non putarit ſatis eſſe, vt diceret ſe miſſum à Deo Patre, niſi etiam per miracula, & ipſas etiam Diuinas literas [q], id ipſum comprobaret. Præterea, qui mittuntur extra ordinem à Deo, non poſſunt in doctrina ſua errare vnquam aut labi. At [r] Lutherus tam turpiter lapſus eſt, toties ſibi contradixit, vt & ipſum viuum, & eo iam mortuo, diſcipulos puduerit. Quin & ipſe fatetur poſt publicationem ſuæ nouæ fidei, in quibuſdam ſe erraſſe, & quæ ſcripſerat optat nunquam ſcripta fuiſſe, adeòq; ſeriò reuocat, rationem hanc reddens, quia ſolus erat initio, & ad tantas res tractandas, imperitiſſimus & indoctiſſimus.

Denique nunquam Deus ab orbe condito miſit quempiam, qui populum abduceret à ſolitis & conſuetis ritibus, quos ab ordinariis Paſt. didiciſſent, & meritò. Nā ipſi eos conſtituerat Paſt. gregis ſui, populumque eos audire iuſſerat. Lutherus autem ita venit, vt abduceret Chriſti fideles, ab omnibus Epiſcopis & Paſtoribus [ſ], ab omnibus conciliis, ab vniuerſali omnium fidelium conſenſu & conſuetudine

vt

a Epiſt. ad Puppian.

b Contra Luciferranos.

c Epheſiorū 4. ver. vltimo.

d Ioan. 10. 12.

e C. 20. v. 28.

f C. 21. v. 18.

THES. 55.

g Heb. 5. 4.

h Rom. 10, 15.

i 1. Tim. 5.

k 1. Tim. 4. 14. Canon primus Anacletus Ep. 2. concil. Nicen. 1. c. 4. cart. 4. c. 2.

l Homil. 14. in c. 4. 1. ad Tim. tom. 3.

m In comment. eius loci.

THES. 56.

n Luc. 10. 2.

Proteſtantes non ſunt miſſi ad Euangelium prædicand.

o Beza in colloquio Poſſiaco anno 1562. ita reſpond. & Miniſtri Geneuenſes in tractatu de Eccleſia, cap. 5. Pag. 34.

THES. 57.

p Deut. 17.

Sleidano teſte lib. 5. hiſt.

THES. 58.

q Ioan. 5. 39.

r Vide Staphyl. in l. de Concord. diſcip. Lutheri. Cochleum in ſepticip. Luthero Antilogias Ioan. Fabri, & Quethamment.

ſ In præfatione Tom. 1. initio.

THES. 59.

vt necesse fuerit, aut nullum fuisse in mundo Christiani gregis Pastorem ante Lutheri aduentum, aut quemadmodum olim Synagoga ad Christum, ita omnes Christianos ad Lutherum conuerti debere: nonnunquam ab ipso fidem & religionem suscipere, quod nusquam in diuinis literis inuenitur. Probent igitur Lutherus & cæteri (vt Marcioni & Valentino Tertullianus in lib. de Præscrip. obiecit) se nouos Apostolos esse, dicant iterum Christum descendisse, iterum ipsum docuisse, iterum crucifixum, iterum mortuum, iterum resuscitatum. Sic enim solet Apostolos facere: dare illis præterea virtutem eadem signa edendi quæ ipse. Volo igitur virtutes seu miracula eorum proferri. Missio igitur aduersariorum nulla est. Modò ordinationem qualisnam sit, intueamur.

THES. 60

a L. 1. Ep. 3. ante med.

b Epist. 165. post med.

Vbi primum illud animaduersione dignum occurrit, Hæreticos veteres consueuisse vt plurimum, imitari Ecclesiam Catholicam in ordinatione Episcoporum, (vt ex [a] Cypriano & [b] Augustino liquet) & ideò à Patribus vno solum nomine reprehensos, quod nimirum successione legitima carerent, quæ ab Apostolis deriuaretur. Hæreticos autem modernos vtroque carere, & ordinatione & successione, ac proinde multò inuerecundius, quàm vlli vnquam hæretici fecerunt, Ecclesiam sibi vendicare. Cùm tamen absque his Ecclesiam minimè consistere posse suprà abundè probatum sit.

THES. 61.

Protestantiũ ministri sunt puri Laici.

c In lib. de simplicitate prelatorum ante med.

d Lib. 1. Ep. ad Magnum ante med.

Sed ne sibi de ordinatione blandiantur, dicant, obsecro, quis Lutherum Episcopum ordinauit? quis Caluinum? quis Zuinglium? quis Pomeranum? quis reliquos? vel vnum Episcopum dent, qui iis manum imposuerit, vt Episcopi honorem assequerentur? Quod cùm vel dicere, vel assignare nequeant, iure illud [c] Cypriani audiant sibi tribui: sunt qui vltro apud temerarios conuenas, se sine diuina dispositione præficiunt, qui se præpositos sine vlla ordinationis lege constituunt, qui nemine Episcopatum dante, Episcopi sibi nomen assumunt. & illud quod alibi idem [d] verissimè ait, Nouatianus Ecclesia non est, neque Episcopus computari potest, qui Apostolica traditione contempta, nemini succedens à seipso ordinatus est.

THES. 62.

In Ecclesia Catholica, est vera Missio & Ordinatio.

e In dehortatione à suscip. ordinib. à Minist. Papist. p. 577. to. 2.

In Ecclesia autem Catholica, vocationem & missionem, nulla ratione, (cum ab Apost. per ordinariam successionem Episcopi descenderint) improbare possunt, ac ordinationem multò minus reprehendere, quandoquidem eorum Patres, Hussus, & à Catholicis Episcopis, pluribus annis ordinati fuerint, donec à [e] Luthero ab hac consuetudine auocarentur.

THES. 63

f In disput. de Ecclesia & minist. ordi. apud Turrian. contra eundē p. 49.

g In Apologia artic. 14. confess. Aug. p. 186. to. 7. initio libri p. 227.

Et ipsorum aliqui, nostram ordinationem planè legitimam esse etiam verbis demonstrant. Inter quos est Andreas [f] Freihubius, qui hac ratione suarum ordinationes defendit, quòd Episc. Catholici illis nolint manus imponere. Et ante eum Philippus idem se prorsus sentire non obscurè insinuauit dum testatur esse voluntatis Lutheranos, libenter canonicam politiam, quantum ad ordinationem conseruaturos, modò Episcopi in eorum Ecclesias sæuire desinerent. Et idem multò clarius habet Lutherus libro de missa priuata & vnctione Sacerdotum.

CAPVT 10.

Analysis Thes. 54. ad 64.

Legitima Pastorum vocatio & ordinatio, S. Ecclesiæ nota ab Assertore proposita.

EA demum Ecclesia in qua est legitima Pastorum & Ministrorum vocatio & ordinatio est vera Ecclesia. Ecclesia Rom. est eiusmodi. Quare Ecclesia Rom. est vera Ecclesia. Maior probatur ex Cypriano, & Hieronymo. Et ex

Paulo, Eph. 4. Chriſtus dedit Paſtores & doctores ad conſummationem Sanctorum &c. Et ex Chriſto, Mercenarius, inquit, fugit, lupus rapit & diſpergit oues: Epiſcopi autē ſunt Paſtores huius gregis Act. 20. & Ioan. 21. Paſce oues meas. Porro legitima ordinatio debet fieri per manuum impoſitionem, & ab Epiſcopis: ut patet ex perpetuo uſu Eccleſiæ, & ex his verbis Pauli: cum Impoſitione manuum Preſbyterij: quod ſignificat cœtum Epiſcoporum: ex Chryſoſt. Theophilact. Oecum.

A Theſ. 54. ad 64. p. 27. 28. 29. 30.
Ad Puppian.
Contr. Luciferia.
Ioa. 10.
1. Tim. 4.
Reſponſ. Proteſtant.

Minor eſt in promptu. *Nam Epiſcopi ab Apoſtolis ordinaria ſucceſſione deſcenderunt. Proteſtantes autem non habent hanc notam Eccleſiæ. Quis enim Lutherum Epiſcopum ordinauit? quis Zuinglium? &c. Si dicant, ſuorum Paſtorum vocationē eſſe extraordanariā: debuit igitur probari certo teſtimonio & miraculis: ut Chriſtus ſuam vocationem probauit. Item: Qui mittuntur extra ordinem nunquam errant in ſua doctrina: At Lutherus fatetur ſe in multis erraſſe. Item: Nunquam Deus miſit quempiam qui populum abduceret à ritibus quos ab ordinariis Paſtoribus didiciſſent. At id fecit Lutherus, &c.*

EARVNDEM THES. REFVTATIO.

HÆc nota debuit cum ſuperiore coniungi: ſed *Aſſertor noſter ſeptem voluit Eccleſiæ notas recenſere, quòd fortaſſe myſterium aliquod in ſeptenario numero ſcrutaretur.* *Quæ ſit legitima vocatio* alibi à nobis explicatum eſt, ſimulque refutatæ ſunt Pontificiorum obiectiones: ſed ea tantùm hîc repetam, quę facere videbuntur ad ſolutionem ſuperioris argumentationis. Maiorem propoſitionem ita diſtinguimus, *ut in viſibilib. Eccleſiis ſtatum ſuum obtinentibus debeant Paſtores & doctores ordinari ex præſcriptis Apoſtolicis:* ne quibuſuis liceat temere & ſine legitima atque ordinaria vocatione ſeſe intrudere in Eccleſiaſticum miniſterium. *At ubi vel nondum ſunt Eccleſię cōſtitutæ, vel rectus ille ſtatus corruit, ſolum ordinationis nomen retinens,* ſicut in tota veſtra Eccleſia contigit, & ſtatus ille corruerit: ibi dicimus, eam fieri à Domino Paſtorum & doctorum vocationem, quam pro inueſtigabili ſua ſapientia nouit eſſe neceſſariā & conuenientem Eccleſię tum conſeruandę, tum etiam inſtaurandæ. Sic diſperſi *poſt Stephani mortem diſcipuli paſſim Euangelizarunt Dei ſermonem,* quos tamen ad hoc munus electos nec ordinatos humanitus fuiſſe apparet. ſic Philippus tunc diaconus factus eſt Samaritanorum Euangeliſta, inſciis Apoſtolis. Sic *baptizauit Eunuchum,* quem aiunt poſtea Sabęis Euangelium ſimili vocatione prædicaſſe: Sic ſub Conſtantio docuit Alexandriæ Antonius Eremita: & ſub Valente Antiochię Aphraates, Flauianus & Iulianus monachi, qui tamen tunc ne in clero quidem cenſebantur.

Superioris argumentationis errores.

Act. 8. 4. & 14
Niceph. lib. 11. cap. 25.

Minor planè falſa eſt, ac miror ſi ſine pudore adſcribi potuerit. Sed quia ſubiicit *Aſſertor* aliquot probationes vtriuſque propoſitionis: iam nobis de illis agendum eſt. Vt probet *legitimam ordinationem & vocationem Paſtorum eſſe Eccleſiæ neceſſariam, nobis aliquot veterum teſtimonia recitat Aſſertor, qui legitimum Eccl. miniſterium commendarunt, ac damnarunt Schiſmaticos Eccleſiam perturbantes.* Atqui veteres illi teſtimonium contra nos non dicunt, qui *ſtante Eccleſia, legitimam & ordinariam vocationem Paſtorum Eccleſiæ inprimis eſſe neceſſariam exiſtimamus.* Ad Veteres autē illos quod attinet, quamuis citra Verbum Dei *ſuperiorem illum Epiſcoporum or-*

Reſponſio ad teſtimonia veterum.

dinem, in remedium Schiſmatis (vt inquit Hieronymus) *inſtituerint*, & ita, nihil tale cogitantes, ianuam patefecerint Epiſcoporum ambitioni (quod proborum ac piorum Epiſcoporum pace dictum velim) tamen Paſtores priſcis illis temporibus non niſi legitimè probati creabantur. Et poſtquam docendi munus ſuſceperant, eo diligenter fungebantur: neque ſimiles erant Epiſcopis Pontificiis, nec legitimè vocatis, nec vnquam Epiſcopatus munere fungentibus. Quare Veteres, quos *Aſſertor* citauit, neque nobis *aduerſantur*, & Pontificiis Epiſcopis (ſiquis illis ſenſus ſupereſt) ſummum pudorem incutiunt.

Eph.4.
Aſſertor refellitur illo ipſo loco Pauli quem citat.
In Ep. ad Tit.
De locis Scripturæ ab Aſſertore propoſitis.

Quorſum autem Scripturę loci à te producti, mi *Aſſertor*? Putaſti ne nos ignorare *miniſterium Eccleſiaſticum ad Deum authorem eſſe referendum? Chriſtus igitur dedit Eccleſiæ Paſtores & doctores*, vt citas ex Paulo: *ſed qui ſanctos coagmentarent, & corpus Chriſti ædificarent, non qui perpetuò ſtertentes, otio & luxu diffluerent*: quales ſunt tui Epiſcopi: qui cùm de ſolis diœceſeon fructibus ſint ſoliciti, cauſæ aliquid dicant, quamobrem mercenarij habendi non ſint: (ne locum Ioannis à te productum obliuiſci videamur) Iam quòd addis *Epiſcopos eſſe Paſtores huius gregis, hoc eſt, Eccleſię*: pleniorem expoſitionem deſiderat. Nam ſi loqueris *de Epiſcopis*, vt ſunt in Eccleſia Romana, à Presbyteris, vt nomine, ita dignitatis ordine ſeiuncti, iiſque ſuperiores: falſum eſt quod aſſeris, imo nec Paulus nomen Epiſcopi vſurpauit in eo loco: quod miror te non animaduertiſſe. Prętereà tua hęc Concluſio *Presb*, vt loqui ſoletis, excludit, & illis nomen Paſtorum denegat: nec te ferrent, ſat ſcio, ipſi Pont. ita loquentem, niſi velint ſuos Parochos exauthorare, quos tamen Paſtores vulgò ſalutant, curam animarum habentes. Quinetiam, locus ille quem citas ex Act. cap. 20. egregiè te refellit: vbi vnius eiuſdemq; vrbis, nempe *Epheſi plures dicuntur Epiſc. & Pres.* variis nominib. rem vnam eandemq; ſignificantib. Illa autem Chriſti verba: *Paſce oues meas* quum ad Epiſ. pertinere dicis, videris oblitus tui Pontificis, qui ſibi mandatum hoc Chriſti ſolet tanquam proprium vendicare. Ita dum vna manu vis mederi tuis Epiſcopis, altera, Pontificem vulneras.

De manuum impoſitione
1.Tim.3.
Tit.1.
Act.14.&c.
De vocabulo Presbyterij.
L.3.Ep.11.ad Trallian.

Sed aliud etiamnum addis: *legitimam ordinationem eſſe faciendam per manuum impoſitionem*, ex Paulo: Quem nos ritum ab Apoſtolis vſurpatum non negamus, & abſit vt eum improbemus. Veruntamen, cur tu in ſolo illo ritu externo ſubſiſtis? lege apud eundem Apoſtolum ea quæ præcipit *de Epiſ. probandis antequam eligantur*, & non ſine conſenſu Eccleſiæ in Epiſcoporum ordinem cooptandis. Nos eam nudam ac ſimplicem *manuum Impoſitionem* facere Epiſcopum, ſiue Paſtorem Eccleſię negamus. Porro ſubiicis *à ſolis Epiſcopis manus eſſe imponendas, eo quòd dicat Paulus, Datam fuiſſe gratiam Timotheo cum Impoſitione manuum Presbyterij, quo nomine putas ſignificari cœtum Epiſcoporum* ex aliquot Veterum ſententia. Nos quum aduerſus Turrianum diſputaremus, probauimus *nomine Presb. ſignificari conſeſſum Presb*: ex ipſa nominis Etymologia: ex 22. ca. Lucæ: ac ne veteres ipſos negligere videremur, ex Epiſtola Cornelij Ro. ad Cyprianum, & ex eo Ignatij loco quem nobis Turrianus porrexerat. Ex quibus relinquitur, *nomen Presby. non poſſe ſignificare cœtum*

Epiſ. eo quidem ſenſu quo Epiſ. vocabulum vſurpatis. Neque dubitandum eſt niſi ipſa Apoſt. ſcripta deleas, *Apoſtolicis temporibus ius Impoſitionis manuum ad omnes Eccleſiæ Paſtores ſine diſcrimine ſpectaſſe*, qui tunc temporis modò Epiſcopi, modò Presbyteri, modó aliis etiam nominibus appellabantur. Atque hæc de maiore tua Propoſitione.

An Epiſcopi Pontificij ab Apoſtolis deſcenderint.

In 1. c. ad Tit.

Quam longè diſtent Pontificij à Pauli loco Eph. 4. quem Aſſertor citauit.

Minorem dicis eſſe perſpicuam. Nempe quòd *Epiſcopi tui ab Apoſt. deſcenderent*. Quem tu errorem volo ſubiectis aliquot rationib. redarguere. Prima ratio: quód vt antè monuimus, *Epiſ. dignitas eminens ſupra alios Eccl. Paſtores fuit Apoſt. incognita*, qui ſine diſcrimine, *Paſtores Eccl. nominarunt Epiſ. & Presb.* vt patet Act. 20. de Pres. Epheſinis, iiſdemq; Epiſ. appellatis, Phil. 1. Tit. 1. & aliis conſimilib. Atq; id ingenuè agnouit Hieronymus his verbis. *Nouerunt*, inquit, *Epiſ. magis conſuetudine quàm diſpoſitionis Dominicæ veritate Pres. eſſe maiores.* Ac vide quàm recedas à loco Pauli quem obiecisti. Nam vt ex eo fidem facias *Eccl. Rom. Paſtores & doctores ab Apoſt. deſcendiſſe*, neceſſe eſſet ita Paulum ſcripſiſſe; *Chriſtus dedit Eccl. Pontificem, Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſ. Officiales, Can. Parochos, Minutos Presb. Miſſipetas deniq; Monachorum turmas innumerabiles.* Ac tum mutandum eſſet loquendi genus à Paulo vſurpatum: nec legendum eſſet, *dedit*, ſed *dat*: quia quotidie nouæ Monachorum ſectę à Pontificiis excogitantur. Iam conſideres velim, quám iſta omnia à Pauli verbis abhorreant. Secunda ratio: quòd in creandis tuis Epiſ. nihil obſeruatur eorum quæ Apoſt. pręceperunt: nullum .n. nec doctrinæ nec morum examen præcedit. Tertia ratio: quia nihil eorum quæ totos annos quadringentos & eò amplius obſeruata ſunt in veteri Eccl. in conſtituendis Epiſ. apud vos obſeruatur: qua de re nos alibi plura diximus. Atq; vt alia prætermittã, quũ olim *Epiſ. ſuffragiis totius Cleri & conſenſu plebis creati fuerint*: iampridem antiquum hoc ſtatutum apud Pontificios antiquatum eſt. Quarta ratio: quia quæ vetantur veteris Eccle. inſtitutis, illa omnia in eligendis Eccleſiæ Rom. Epiſcopis factitantur. Quem enim mihi dixeris in Eccleſia veſtra non niſi pretio, fauore Principum, aut aliis etiam præclaris eiuſmodi rationibus, ad Epiſcopatum prouectum: quem verò contra ex regulis Apoſtolicis promotum oſtendas? Quinta ratio: quoniam Epiſcoporum apud vos conſtituendorum, omnis authoritas pendet ab vno Rom. Pontifice, cuius principatũ omnino cum Verbo Dei pugnare, non minus verè quàm conſtanter omnes Proteſtantes affirmant. Meritò igitur concludo, *neque ordinariam eſſe in veſtra Eccleſia ordinationem, quum ea demum ſit ordinaria vocatio, in qua ſeruatur ordo ille à Filio Dei domui ſuę conſtitutus: neq; extraordinariam illam cuius ipſe Deus auctor eſt, quoties facto ſic eſt opus: ſed fœdam & intolerabilem eſſe ſacrorum omnium damnationem, quam vos ordinationis ſpecioſo nomine venditatis.*

De Lutheri & Zuinglij ordinatione.

Quis Lutherum, inquis, *Epiſcopum ordinauit? quis Zuinglium?* quę tua verba connexum hoc continent. *Lutherus & Zuinglius non fuerunt Epiſcopi. Ergo non habuerunt legitimam ordinationem*: quod quám ſit conſectarium, videamus. Fallit conſequens. Primùm eo quod in Eccleſia collapſa, & à lupis occupata, non eadem requirenda ſunt, quæ in ſtante Eccleſia, vt ante dictum eſt. Deinde quia conſtat *Lutherum & Zuinglium* *fuiſſe Presbyteros*, adeo vt iſtud conſequens euertat omnium Presbyterorum ordinationem, ipſis Pontificiis, ſat ſcio, reclamantibus. Hîc igitur mihi reſpondeas velim, mi *Aſſertor: Lutheri & Zuinglij ordinatio tibi-ne videtur legitima, an ſecus? Si legitima, cur eam inſectaris? Si non legitima, cur potius legitima cenſebitur aliorum Presbyterorum ordinatio?* dices fortaſſis, *illos ſua ordinatione excidiſſe* (quid enim aliud dicas non video) *qui deſciuerunt ab Eccleſia Romana*. Imó verò tunc abſterſerunt ſordes priſtinæ ſuæ vocationis. Quod ſi *vocationis & ordinationis Eccleſiaſticę* apud vos ea eſt conditio, vt quoties Paſtores & doctores purum Dei Verbum proponent, & ex eo commenta humana redarguent, tum illi ſtatim excidant ſua vocatione: ſerua tibi ac tuis eiuſmodi vocationem, quam nos vt Eccleſia indigniſſimam, repudiamus. Nec enim verum eſt quod vulgò obiicitis, *Lutherum & Zuinglium non potuiſſe alios Paſtores ordinare, quia non fuerunt Epiſcopi* (ita vt vocabulum illud vſurpatis) qua de re alibi à nobis fuſe diſputatum eſt, vbi demonſtrauimus, *hoc inſtitutum, de ſolis Epiſcopis ordinantibus, fuiſſe temporibus Apoſtolicis incognitum*, nec præciſè ab ipſa etiam vetere Eccleſia vſurpatum. Itaque quum Lutherus, Zuinglius, & aliquot alij præſtantiſſimi Eccleſiæ doctores ordinem Eccleſiæ Pontificiis erroribus labefactatum, ex Verbo Dei inſtaurandum curauerint: certè in reformata Proteſtantium Eccleſia Paſtores & doctores ex præſcriptis Apoſtolicis inſtituti, legitimam & ordinariam vocationem habent.

De vocatione extraordinaria.

Sed pergis & affirmas *Lutherum & Zuinglium non habuiſſe vocationem extraordinariam*. Atenim ſiquid boni in veſtra vocatione reliquum eſt, totum illud fuit in Lutheri & Zuinglij vocatione, quos fuiſſe Presbyteros ex ordine tum recepto conſtitutos minimé inficiari poteſtis. Hoc quidem fuit extraordinarium & inſolitum, quòd Rom. Eccleſię errores, affulgente Dei luce, deprehenderint, refutarint, & Eccleſiam ex verbo Dei reformandã eſſe docuerint. Sed enim quia tibi videris multa dicere de extraordinaria vocatione, nos etiam de illa aliquid dicamus. Ecce igitur quę deſidero in hac tua tractatione. Primum quum ais *extraordinariam vocationem probandam eſſe certo teſtimonio ac miraculis*, debuiſti proferre Scripturæ locum, vnde id nobis perſuaderes. Nam hæc tua ratio, *Chriſtus probauit miraculis ſuam vocationem: Ergo nulla poteſt legitima eſſe vocatio extraordinaria ſine miraculis*: hæc, inquam, tua ratiocinatio nullius eſt momenti: imò ſi tecum ſummo iure agitur, non longè aberit à blaſphemia. Nec enim huc detorquenda fuit ſingularis illa Chriſtj vocatio. Sed, vt hoc omittam, multi ſané olim Prophetæ præter ordinem à Deo excitati ſunt, quorum non alia miracula legimus quàm doctrinæ ab ipſis annuntiatæ veritatem. *Ioannem autem Baptiſtam* (inquit Chryſoſtomus) *nullum miraculum edidiſſe legimus*. Quinetiam quum Paulus *prædicit Apoſtaſiam futuram, tribuit quidem Antichriſto miracula & prodigia*, & non dicit eum *perimendum eſſe miraculis; ſed Spiritu oris Chriſti*, hoc eſt, pura Euangelij prædicatione.

Aſſertoris errores.

In Matth. hom. 47.
2. Theſ. 2.
Chryſ. in pſ. 142.
Aug. de Ver. relig. c. 25. &c.

Secundò debuiſti habere temporum rationem. *Nam poſtquam Euang. prædicatio radios egit, vſum miraculorum non requiri*, Veteres ipſi cenſuerunt.

Tertiò: fuit tibi ſpectanda ipſius rei de qua agitur circunſtantia. Nec enim Lutherus nouam legem promulgauit, nec eam propoſuit Eccleſiæ formam, quam Eccleſia nunquam habuerit, neque de inſtituenda, ſed de inſtauranda ex Dei Verbo Eccleſia, cogitauit. Quare ſatis fuit ipſum Dei Verbum proponere: nec vllis propterea miraculis opus fuit. Quum Apoſtoli Euangelium annunciarent & tunc ageretur de legalibus ceremoniis, hoc eſt, de ipſis Dei mandatis abrogandis: meritò voluit Dominus viſibilibus etiam miraculis Apoſtolorum prædicationem confirmare, ac teſtari ſe eſſe illius authorem. At Lutherus & Zuinglius egerunt de Dei mandatis, non abrogandis, ſed reſtituendis atque in vſum reuocandis: itemq; de humanis commentis & iis erroribus tollendis, qui progreſſu temporis, vt ferè ſic hominum infirmitate, tum malitia in Eccleſiam obrepſerant.

Obiectio de Lutheri erroribus diſſoluitur.

2.Tim.3.

Act.10.

Vltima obiectio refellitur.

Quartò: fuit etiam tibi miraculorum delectus adhibendus. Nec enim omnia miracula ſunt eo modo viſibilia, quo legimus cæcos olim viſum recuperaſſe, quoſdam fuiſſe à mortuis excitatos & conſimilia pleraque. Sed ſunt & alia non tam corporis quàm mentis oculis conſpicienda miracula, cuiuſmodi multa affirmamus in Lutheri & Zuinglij prædicatione extitiſſe: qui cum infirmi eſſent & tenuis conditionis homines, tamen inſtructi diuina virtute, ac inprimis verbo Dei armati in primatum Rom. Pontificis prętér ius faſque vſurpatum, & humanis omnibus viribus circumſeptum, fortiter & magno cum ſucceſſu, impetum fecerunt. Atque hæc *de Lutheri & Zuinglij miraculis* aduerſus tuum Pontificem editis.

Verum, inquis, *Lutherus fatetur ſe in multis erraſſe: Non fuit igitur extraordinariè vocatus*. Quid? nos-ne cenſes Lutheri & Zuinglij ſcripta eo loco habere, quo habemus Scripturam ſacram quam Apoſtolus *θεόπνευστον* appellauit? imò *illi ſibi credi noluerunt, niſi ex verbo Dei loquerentur*. Quòd ſi rerum aliquarum ignorantia, vel obſcuriore cognitione tolli exiſtimas extraordinariam vocationem, obſecrò, quot Prophetas & Apoſtolos exauthorabis? atque vt de reliquis taceam, profero Petrum Apoſtolum (quem vos Pontificij inprimis ſuſpicitis, aut veſtri Pontificis cauſa, ſuſpicere ac reuereri fingitis) qui principio non cognouit futuram Gentium vocationem, & idcirco fuit cœleſti etiã viſo hac de re admonendus.

Sed obiicis etiam, *Deum neminem miſiſſe qui populum à ſolitis ritibus abduceret, quos ab ordinariis Paſtoribus didiciſſet*. Satin' ſanus es, mi homo, qui iſtud effari audeas? Lege conciones Propheticas, & ibi vide tum populum, tum ſacerdotes ipſos grauiſſimè reprehenſos, cùm Prophetæ à peruerſis ac nihilominus ſolitis ritibus populum abducere conarentur. Sed *de extraordinaria vocatione*, pro ratione noſtri huius inſtituti, nimis iam multa. Quare fremant licet & rumpantur omnes Monachi (ſiquidem nolint reſipiſcere) certè, maledictis eorum valere iuſſis, Lutheri & Zuinglij, quos inſectari conuitiis non deſinunt, ſanctiſſimos labores omnis poſteritas intuebitur: atque, vt ad *Poſnanienſem* iſtum *diſputatorem* propiùs accedam, ipſius etiam Ioannis Hus & Hieronymi à Praga fœliciſſima ſemper futura eſt memoria, qui Luthero & Zuinglio facem prętulerunt, ſuamq; pietatem ac conſtantiam ipſa etiam morte teſtati ſunt.

Ceterùm antequam finem faciã, volo ego viciſſim diſpicere ecquã vos Monachi *vocationem* habeatis. Huius autem quæſtionis definitio arceſſenda eſt ab eo ipſo principio quod ante nobis obieciſti, nempe ab hoc Pauli loco, *Dedit Dominus Eccleſiæ Paſtores & Doctores &c.* Hic, mi Aſſertor, nullam audio fieri Monachorum mentionem. Sic igitur ex his Pauli verbis in te tuoſque omnes Monachos diſſerimus. *Si illi demum habent in Eccleſia legitimam docendi vocationem & ordinationem qui à Paulo commemorantur: monachi nullam habent: quorum in ſcriptis Apoſtolicis ne tenuiſſima quidem ſit mentio.* Eſt enim ſummæ impudentiæ *quæ de Hieroſolymitanæ Eccleſiæ agapis dicuntur ad Monachorum vota transferre.* Quæ verò *de Eſſenis ex Philone commemorat Euſebius,* facilè ſanè patiemur eſſe pſeudomonachatus poſtea conſequuti archetypon. Sed vtcunque ſit, illud dico, ad Gregorij vſque primi tempora *Monachos ne inter clericos quidem habitos fuiſſe, niſi fortè ex ipſis monaſterijs adſciti* (quod & ipſum temerè non fiebat, vt ex veteribus Canonibus apparet) *Monachiſmo renunciaſſent.* Hæc enim ſunt Gregorij verba: *Inuicem Eccleſiaſticus ordo vita monachica, & Eccleſiaſticis vtilitatibus regula Monachatus impeditur.* Quo tandem igitur iure vos Monachi non tantùm in clero, ſed etiam Eccl. doctores, atque adeo primarij gubernatores dici & haberi vultis? Certè non diuino, cui Monachatus iſte ex diametro repugnat: non canonico vetere, & puro: ſed verè Satanico illius iure, qui nulla ex re magis quàm diuina humanaq; ipſius iuris ſubuerſionem facit. Sed iam ſuperiorem argumentationem in noſtrũ Aſſertorem hoc modo retorqueamus.

Eph. 4.

Greg. lib. regiſtri 3. ep. 11.

Concil Agatheſis can. 72. Chalced. 7

Superior argumentatio retorquetur in Aſſertorem.

Ea demum Eccleſia in qua eſt legitima Paſtorum & Miniſtrorum vocatio & ordinatio eſt vera Eccleſia (inquit aſſertor.) *In Eccleſia Rom. nulla eſt legitima Paſtorum & miniſtrorum vocatio & ordinatio* (vt patet, ſi verbo Dei, aut, ſi id nimis refugiant, ſuis ipſis decretis examinentur.) *Quare Eccl. Rom. nihil minus, eſt quàm vera Eccl.* Sed hactenus *de legitima vocatione & ordinatione,* de qua noſter Aſſertor monachus & nouę Sodalitatis ſectarius diſputare voluit, ipſe legitima vocatione & ordinatione deſtitutus.

THES. 64. Sexta Eccleſiæ nota, Sanctitas.

Heb. 9.14.

Sextum Eccl. Symbolum, atque nota eſt Sanctitas, non quod ob id quidem Eccl. reprobos planè reiiciat (*hoc enim iam ſupra refutauimus*) *ſed vel quia Chriſti ſanguine tincta eſt: vel quia niſi intra eius ſepta ſancta non inueniuntur, vel denique quod virtus videtur, quia fides, qua Eccleſię inter ſe membra coaleſcunt, ſancta ſit & ſacra. Hac ratione fideles, eodem in diuinis literis Sanctorum nomine appellantur frequentiſſime.*[a] *Sunt aliæ cauſæ quamobrem Sancta dicatur, ſed iis prætermiſſis, videamus, an ſecundum hanc poſtremam appellationis rationem, quæ maxime propria eſt, Proteſtantium cœtus, Sanctitatis nomen promereatur.*

Eorum dogmata litem dirimant quæ ſanctitati fidei repugnare, luce clarius eſt. Nam[b] *imprimis Deum auctorem malorum atque ſcelerum faciunt*[c], *Chriſtum ab initio conceptus & ortus ſui plenum gratia non fuiſſe aſſerunt*[d]. *Eundem in horto patrem oraſſe, ne tentationi ſuccumberet, & ita quidem oraſſe*[e], *vt orationem quam vis doloris extorſit, ſubitò correxerit* (quod Chriſtum erroris arguere eſt.)

THES. 65. Proteſtantium impia dogmata.

[a] Act. 9.13. & 26.10. Rom. 12.13.

[b] Cœlius 2. Curio in annotat. ſuper Dialect. Perionij. Velcurius in compendio Phyſicæ.

[c] Calu. lib. 1. inſt. c. 18. ſect. 1. & l. 3. c. 23. ſect. 24. & c. 24. ſect. 14. Melancton in com. c. 8 ep. ad Ro. Wittembergæ. anni. 24. P. Martyr in com. c. 2. l. 1. Reg. Robertus Steph. in Reſp. ad Catal. 5. ſuorum errorum.

[d] Luther. in Euan. D. 1. poſt Epiph. in fin. in poſtilla maiori. p. 170. Zuinglius in confeſſ. ad Carulum 5. art. 3.

[e] Petrus Palladius in oratione Chriſti. Ioan. 17.

[f] Auguſtinus Marloratus in Matt. 26. caluin. in Harmonia Euang.

eandem

[a] quidem afflictum, putaſſe à Patre ſe derelictum, [b] & quaſi Deo aduerſo, iam eſſet exitio damnatus, horrore correptum eſſe, [c] poſt denique mortem, guſtaſſe flammas & pœnas inferni, ab ipſiſque dæmonibus excruciatum: quæ omnia quàm in ſanctiſſimam Chriſti vitam, paſſionem, atque mortem contumelioſa ſunt?

Alij [d] autem contrarium his ſentientes, non minus tamen quàm ſuperiores blaſphemi, omnino ad inferos deſcendiſſe Chriſtum pernegant, tautologiam eſſe id quod in Symbolo de hoc deſcenſu ponitur, & inferorum nomen pro ſepulchro accipi. [e] Alij nec articulum quidem, quo Chriſtum aſcendiſſe in cælos credimus, reliquum nobis faciunt, ſed Chriſti humanam naturam ab initio incarnationis in cælo fuiſſe comminiſcuntur. [f] Iam vero Symbolo Athanaſii nec credendum nec diſcredendum, niſi ad Scripturæ gnomen examinetur: [g] Homouſion non ferendum, [h] Omnia, neceſſitate abſoluta euenire, &, id quod proxime ſequitur, homini deeſſe liberum arbitrium docent, [i] propoſitionem de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem eſſe exitioſam, Eccl. & conſcientiis piorum nociuam, [k] animas hominum, poſt mortem dormire, nec ſtatim præmia recipere, aut pœnas experiri, aliaque impia atque nefanda tradunt, quæ non à Diuino Spiritu, ſed à Iudeis, Turcis, Philoſophis Ethnicis, aliiſq; Chriſti hoſtibus didicerunt, tantum abeſt vt è cælo [l] hæc dogmata habeant, vt Lutherus impudentiſſimè gloriabatur.

Doctrinæ huius impietas, auctorum improbitatem abundè arguit, atque eius inprimis, qui cæteris anſam eius diſſeminandę prębuit, adeoque manifeſtè declarat, ab ambitione, Dei & hominum odio, ipſoque cacodęmone impulſum, vt ſpretis atque contemptis maiorum inſtitutis, nouas & inauditas opiniones ſequeretur, quod dolendum quidem eſt, minus tamen mirum videbitur, ſi ad Hæreſiarchas illos veteres, oculos atque animum conuertamus, quos iiſdem ambitionis atque odij ſtimulis, veluti furiis quibuſdam agitatos, ad eandem inſaniam prolapſos grauiſſimi ſcriptores teſtati ſunt, ita certè de Marcione & Aerio Epiphanius: [m] de Montano & Ario, [n] Theodoretus: de Nouato, [o] Euſebius: de Sabbato [p] Socrates: de Ioanne Viclepho, Thomas Walden, memorię prodidere.

Quos Lutherum ſecutum, vt parentes, ſatis ipſe indicat, dum ſe orta de indulgentiis controuerſia, non longius progreſſurum fatetur [q] ſi aduerſarium ſuum Tetzelium compreſſiſſent, id alibi apertius declarat: Corpus enim Chriſti in Euchariſtia contineri negaturum ſe conſtanter aſſerit [r] (quoniam ea ratione videret ſe multum papatui incommodare poſſe) niſi ſcripturæ vſque adeò claræ eſſent. Superbiſſimum autem bipedum fuiſſe ea vox clamat, qua ſe magna pœnitentia duci aſſeuerat, quòd ſe Carolo Cæſari tantum ſubmiſerit, quòd de ſua doctrina ſiuerit quempiam iudicare.

Quam inſolentiam, & ſui in ipſo animaduerterunt, ex quibus quidem ita [ſ] ſcribunt: Prophetæ & Apoſtoli Dei gloriæ, non priuato honori, non ſuæ pertinaciæ & ſuperbiæ ſtudebant: Lutherus autem ſua quærit, pertinax eſt, inſolentia nimia effertur, & in omnibus correptionibus ſuis, plurimum maligni ſpiritus, quàm minimum veri amici, & paterni animi habere deprehenditur.

Quid igitur mirum ſi hæc noua Euan. lux, quę ipſius opera, ſi Diis placet, primò hominib. affulſit, nihil attulerit mortalib. commodi, ſed perniciem ſempiternam?

THES. 69

[a] Rob. Steph. in reſp. ad Ce tal. 4. error. ant. 47.

[b] Caluinus in Harmon. Euang. & in l. 2. Inſt. c. 16. ſect. 11. & 12.

[c] Æpinus in com. in Pſal. 16. Caluin. l. 2. inſtit. c. 16. ſect. 10. 11.

[d] Bucerus in c. 26. & 27. Mat. Brent. in Catechiſmo 2. 51.

[e] Illir. in l. de omnipræſ. carnis chriſti Brent. in cat. a. 51. & in Luc. p. 2. Hom. 30. Loſſius in c. 26. Mat. Smidelinus in diſputat. Tubin. c. 27. & 34.

[f] Calu. in Syn. Lauſan.

[g] Luth. cont. Iac. Latomū.

[h] Luth. art. 16. & l. de Seruo arbi. Calu. l. 2. inſt. c. 2. 3. & 4.

[i] And. Muſc. apud Abdiā Prætorium in reſp. ad libr. eius de bonorum operum & nouitatis vitæ libertate l. 2. Propoſitione 37. p. 42.

[k] Calu. l. 3. inſtit. c. 25. ſect. 6. in fine. Luther. Geneſ. to. 6. p. 736. & in Gen. p. 751. & 391.

[l] In l. contra Regem Angliæ. THES. 67.

[m] Hære. 42. circa init. & Hær. 75. init.

[n] L. 3. de Hæretic. Fabul. & l. 4. initio.

[o] L. 6. hiſt. c. 33. initio.

[p] L. 5. hiſt. c. 20. THES. 68.

[q] L. 2. Doct. fid. c. 60.

[r] In præfat. to. 1. circa finem. In Ep. ad Argentinen. Proteſtantes ex ſuperbia & odio cœperunt dogmata noua diſſeminare. THES. 69.

[ſ] Tigurini in reſp. ad librum quem ſcripſerat Lutherus contra Zuinglium. THES. 70. Euangelij Proteſtantium fructus.

quod ita accidiſſe ipſe locupletiſſimus teſtis eſt, qui quodam in loco ita loquitur. Res in modo eſt: nunc maiorem auaritiam, crudelitatem, libidinem, audaciam, improbitatem eſſe, quàm antè ſub papatu hæc fuerunt. Et alibi [b] *Germaniam ſuam, poſt nouum Euangelium, tantum non obſeſſam videri à Diabolo ait. Quæ omnia* [c] *Smidelinus in concione quadam clarius explicuit his verbis, quę de ſuis profert. Atque, vt totus mundus agnoſcat, eos non eſſe Papiſtas, nec bonis operibus quicquam fidere, illorum etiam operum nullum exercent penitus, idem & alij perplures fecere* [d] *Sed experientia ipſa docet omnia, nunc peius, quàm ante ſe habere, quod eius Euangelio grauiſſima excitata bella, diſſidia, vrbium euerſiones, prouinciarum depopulationes, humanorum diuinorumque profanationes abundè teſtantur, adeoque non Euangeliſtam, ſed impium fuiſſe Apoſtatam, ſatis declarant.*

a In Poſtilla min. ſuper D. 1. Aduent. p. 1. & in c. 6. ad Galat.

b L. 1. c. 23. Geneſ. p. 327.

c Concione 4. in Luc. 21. Germanica.

d Melan. in c. 6. Matt. Eraſmus Hyperaſp. 2. & in Ep. cont. Pſeudoeuang. Paulus Eberus in præf. in cõm. philippis ſuper Ep. ad Cor.

CAPVT XI.

Analyſis Theſ. 64. & deinceps ad 71.

Ea demum Eccleſia quæ ſancta dicitur, vera eſt Eccleſia. Dicitur autem Sancta, non quòd Reprobos planè reiiciat, ſed quia, vel ſanguine Chriſti tincta eſt, vt patet Heb. 9. 14. vel quia ſancti non reperiuntur extra eius ſepta, vel, quod verius videtur, quia fides qua Eccleſiæ membra inter ſe coaleſcunt, eſt ſancta, qua ratione fideles ſancti appellantur.

Eccleſia Romana eſt eiuſmodi. Eſt igitur vera Eccleſia.

Contrà. Proteſtantes dogmata proferunt quæ Sanctitati fidei repugnant. Nam faciunt Deum authorem mali: Dicunt Chriſtum ab initio ſui ortus plenum gratia non fuiſſe: Chriſtum guſtaſſe flammas & pœnas inferni, & fuiſſe ab ipſis dæmonib. excruciatum: omnia neceſſitate abſoluta venire, homini deeſſe liberum arbitrium: animas dormire poſt mortem, & alia eiuſmodi. Porrò Lutherus fuit ſuperbiſſimus bipedum, inſolens, pertinax, ſua quærens &c. & inter Proteſtantes maximam eſſe auaritiam, crudelitatem, libidines, audaciam & improbitatem, fatentur Lutherus, Smidelinus, & experientia ipſa docet &c.

Sanctitas 6. Eccleſię nota ab Aſſertore propoſita.

A Theſ. 14. ad 71. p. 31. 32. 33. Rom. 12.

Aſſertoris nõ argumenta, ſed continua calumniæ, mendacia, ſi nec aliquid etiam illis peius.

ô Monachalem audaciã.

EARVNDEM THES. REFVTATIO.

Sequentia duo capita paucis expediam. Sunt enim ad refutandum facilia & nobis etiam tacentibus ipſa ſe refellunt. Aſſertor proponit *Sanctitatem ceu notam certiſſimam, qua ſcilicet Rom. Eccleſiam diſcernamus.* Sed veritus nę *Sanctitas* ſit litura potius, quàm nota Eccl. Rom. ſtatim ab initio laborat in explicanda vocabuli *Sanctitatis* Etymologia. Primùm negat *Eccleſiam vocari ſanctam propter ſolos Sanctos, ne videlicet Reprobos excludere videatur:* quod ego in Theologia non vitium, ſed ſcelus aliquod & flagitium eſſe confirmo. Quare mirum non eſt, ſi dubius atque hæſitans pedem vbi figat, non habet, ex Aſſertore factus Academicus. Etenim quæ hîc dicit, ſunt dubitantis potius quàm diſſerentis, nedum aſſerentis. At ego ſine vlla dubitatione, certiſſimis Scripturæ teſtimoniis fretus, affirmo: *Eccleſiam vocari Sanctam, propter ſolos Electos*. Quanquam enim Eccleſiæ particulares, in quib. Reprobi cum Electis verſantur, vocantur ſanctæ: id fit tamen propter ſolos Electos ibi poſitos: qui quum perſpecti non ſint, charitas autem nos iubeat de omnibus, quoad eius fieri poteſt, benè ſperare: idcirco nomen *Sanctitatis* omnibus tribuimus

Non iam error ſed flagitium Aſſertoris.

vt ſupra diximus cap. 4: ſed id omne quidem lucidè vno verbo Paulus explicat, quum ait: *Omnia ſuſtineo propter electos*, inquit: *Eccleſiam autem vocari Sanctam propter electos*, patet ex locis ſequentibus: *Omnibus qui Romæ eſtis, dilectis Dei, vocatis Sanctis. Eccleſiæ quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu, vocatis ſanctis. Spiritus Dei interpellat pro Sanctis. Elegit nos vt ſimus ſancti. Vt ſiſteret eam ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam aut quicquam eiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & incilpata. Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis ipſius & quæ opes gloriæ hæreditatis ipſius in Sanctis. Ad conſummationem Sanctorum, &c. donec deueniamus omnes in virum perfectum. Induimini vt Electi Dei, Sancti & dilecti, viſceribus miſericordiarum. Genus electum, gens ſancta, populus quem vt proprium vendicet. Qui idoneos nos fecit ad participandam ſortem Sanctorum in luce. Quum venerit vt glorificetur in ſanctis ſuis. In aduentum Chriſti cum omnibus Sanctis eius.* Et ſimilia ſexcenta quæ iſtum temerarium *Aſſertorem* è Theologorum theatro palam explodunt. Quinetiam à veritate fugiens cogitur, nihil tale cogitans, ad veritatem ipſam redire. Nam quod ait dubitans, *Eccleſiam dici ſanctam quia ſanguine Chriſti tincta eſt*, ad electos referendum eſt, ſiquidem, (vt iam dubitare deſinat) credit Petro, ita de Sanctis ac fidelibus loquenti: *Dilectis*, inquit, *ſecundum prænotionem Dei patris ad ſanctificationem Spiritus, per obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti*. Sic autem Apoſtolus ad Heb. *Acceſſiſtis ad conuentum primogenitorum qui conſcripti ſunt in cælis &c. & ad noui Teſtamenti mediatorem Ieſum & ſanguinem aſperſionis &c.* locus etiam ab ipſo citatus eum etiam refellit. Sic enim Apoſtolus, *Sanguis*, inquit, *Chriſti purgabit conſcientiam veſtram à mortuis operibus ad ſeruiendum Deo viuenti*: quod ad *Reprobos* non poſſe transferri manifeſtum eſt, vt etiam explicat idem Apoſtolus in illo ipſo loco: *vt vocati* (inquit) *promiſſionem accipiant æternæ hæreditatis.*

2.Tim.2.
Rom.1.
1.Cor.1.
Rom. 8.
Eph.1.
Eph.5.
Eph.1.
Eph.4.
Coloſ.3.
1.Pet.2.
1.Coloſ.1.
2.Theſ.1.
1.The.3.
1.Pet.2.
Heb.12.
Heb.9.

Aſſertor idẽ nobiſcum dicit, nihil tale cogitans.

Tit.1.

Præterea dum ait in ſecunda ſua dubitatione, *Eccleſiam vocari Sanctam, quia Sancti non reperiuntur extra Eccleſiam*, idem nobiſcum dicit, ſi modò quæ dicit, intelligat, & ſi norit ex arte diſſerendi, rectè interpretari. Nec enim ita niſi valde imperitè dicitur: *Eccleſiam vocari Sanctam, quod Sancti non ſunt extra Eccl.* ſiquidem didicimus denominationes petendas eſſe non ex iis quæ non ſunt, ſed ex iis quę ſunt. Quamobrem ita dicendum eſt: *Eccleſia vocatur Sancta, quia ſancti ſunt in Eccleſia.* Atque hoc eſt, mi *Aſſertor*, quod nos totidem verbis dicimus. Sed iam expendamus illud quod ais te malle, *nempe Eccleſiam dici Sanctam propter fidei ſanctitatem.* Atqui huc etiam modo rurſus ad nos tranſis, & cauſam agis Electorum. Etenim, ſi propriè loquimur, *fidei ſanctitas non ad Reprobos pertinet, ſed ad Electos, licet eam Reprobi verbis profiteantur*: cuius rei teſtem produco locupletiſſimum Paulum, de ſanctiſſima Eccleſię fide ita loquentem: *Paulus ſeruus Dei, Apoſtolus autem Ieſu Chriſti ſecundum fidem Electorum Dei & agnitionem veritatis quæ eſt ſecundum pietatem, &c.* Et quod addis *de membris Eccleſiæ inter ſe coaleſcentibus*, conuenit Electis, non autem Reprobis, niſi nouum quoddam loquendi genus vſurpes. Cæterùm *fideles vocari Sanctos propter ſolam fidei ſanctitatem*, fateor me nuſquam in ſacris literis legiſſe: ſed video paſſim nobis ſimul & fidei & vitæ ſanctitatem coniunctim commendari. Quò fit vt quod in Symbolo confitemur *de ſancta Ec-*

cleſia

Eccleſia Catholica & de Sanctorum communione, veteres, non ad ſolius fidei, ſed ad charitatis etiam coniunctionem referant: neque puto, mi Aſſertor, te exiſtimare cum ea Sanctorum communione quam in Symbolo confitemur, aliquid Reprobis eſſe commune. Rectè enim veteres obſeruant hæc quatuor in Symbolo, *Eccleſiam ſanctam Catholicam, Communionem Sanctorum, Peccatorum Remiſſionem, denique vitam æternam:* Hæc inquam quatuor arctiſſimè inter ſe cohærere. Quæ quum ita ſint, iam tibi eripiamus tuam iſtam dubitationem Academicam, ac deinceps nobiſcum certò ſtatuas, *Eccleſiam dici Sanctam, quia* (vt Paulus ait) *iuſtificatur & ſanctificatur à Chriſto, cuius beneficium per efficaciam Spiritus Sancti & veram fidem recipiens, ſtudet ſanctitati atque iuſtitiæ.* Sed age ecquam argumentatio tua vim habeat, ſi placet, conſideremus. Ergo tibi verius videtur, *ſanctitatem fidei eſſe Eccleſiæ notam:* quod tamen nulla ratione ſubiecta probas: niſi *quoniam fideles vocantur Sancti.* At quodnam tandem eſt iſtud ratiocinandi genus? *Fideles* (inquis) *id eſt, quos vulgò fideles appellamus, Scriptura ſæpiſſime vocat Sanctos. Ergò Eccleſia dicitur Sancta propter fidei ſanctitatem potius, quàm propter aliam rationem.* Iſtud certè concludendi genus veſtram Sodalitatem redolet. Nam perinde eſt ac ſi dicas: *Eccleſiam vocari Sanctam, quia Eccleſia vocatur Sancta.* Sed in alio longè grauius peccas, *Supra cap.* 5. *Proteſtantes exagitabas, quòd pro notis Eccleſiæ integritatem doctrinæ & ſyncerum Sacramentorum vſum conſtituerent: & has notas tanquam Eccleſia ipſa obſcuriores reiecisti.* Obſecro te, videamus an fortè nunc velis cum Proteſtantibus in gratiam redire: qui *Sanctitatem fidei pro nota Eccleſiæ* nobis aſſignes. Nam abs te *puritatem doctrinæ* ſic intelligi, vel ex eo patet, quòd paulò pòſt nobis obiicis errores longè maximos in doctrina: quippe calumnians id quidem, & planè mentiens. Quinetiam, quomodo *fidei Sanctitas* ſine puritate doctrinæ ſynceroque Sacramentorum vſu intelligi poteſt? Hæc enim duo an non tibi paria videntur eſſe? Tuq; adeò qui tantopere rebus externis delectaris, vt ex ila Eccleſiam nobis demonſtrare velis, ecquibus oculis *Sanctitatem fidei* conſpicis? quibus digitis eam attrectas? qui fit vt doctrinæ puritas tibi obſcura videatur (hoc enim antè obiiciebas) quin ſimul tibi obſcura ſit potiſſima ſaltem pars huius fidei ſanctitatis quam nunc proponis? At (vt quod verum eſt fatear) mihi oculos in Eccleſiam Romanam conicienti, *fidei ſanctitas, ſiue integritas* (paucis fidei capitibus exceptis quæ Satan, partim penitus abolere non potuit, partim idcirco retinuit, vt eorum colore illitis ſuis blaſphemiis ſpeciem veritatis conciliaret) non obſcura tantum, ſed nuſquam viſa eſt. Quare iam ex hac ſua argumentatione nos ita in Eccleſiam Romanam argumentemur.

Eph. 5. &c.

Errores ſuperioris argumentationis.

Aſſertor confirmat ſententiam Proteſtantium.

Retorquetur argu. in Aſſertorem.

Ea demum Eccl. in qua eſt fidei Sanctitas vera eſt Eccl. (inquit Aſſertor noſtram aſſerens & ſuam deſerens ſententiam.) *In Eccl. Rom. non eſt fidei ſanctitas* (quæ impuriſſimam habet doctrinam, & Sacramẽta contaminauit, partim aboleuit, partim commentitia inuexit.) *Ergo, &c.*

De putidis Aſſertoris mẽdaciis eiuſq; impuriſſimis ac monachalib. calumniis

Cæterum vt probes *Sanctitatem fidei non eſſe in Reformata Proteſtantium Eccleſia,* profers horrenda quædam mendacia, & conuicia quæ certè ex nullius vnquam, niſi Monachi alicuius ore putido proficiſci potuiſſent. Sed quia vt ſcitè olim dixit Baſilius, In *contumelioſum reuertitur*

contumelia: tuę sunt istæ, non nostrę blasphemiæ, quas propterea in
tuum caput reiicimus. Denique vt scias quid credamus, extant no-
strarum Confessionum harmonia, vnde, quę sit Ecclesię Reformatæ
fides discere debuisti, potius quàm lacerare doctissimorum aliquot vi-
rorum scripta, quæ, nobis tacentibus, satis ipsa sese à tuis impurissimis
calumniis vindicabunt. Verumenimuero quum velles fidem nostram
redarguere, miror, te non ea protulisse quæ sunt inter nos & Ecclesiam
Rom. controuersa. Expectabam enim dum diceres, fidem nostram non
esse Sanct. eò quòd damnamus Rom. Pontificis Principatum, quod ido-
la vestra reiiciamus, externum Missæ vestrę sacrificium repudiamus, ve-
stri Purgatorij flammas extinguimus, deniq; vastam illam Superstitio-
num errorumq; vestrorum molem à ceruicibus nostris repellimus. hęc,
inquam, omnia putabam te commemoraturum. Sed, vt coniicio, illa ti-
bi Sanctitati fidei obesse visa non sunt. Sed hact. de Sanctitate quę Rom.
Eccl. probare non potest, quę Sanctitas in fide spectatur, siue in morib.

*Postremum nobis Ecclesiæ signum sit, Vnitas, quæ & in Symbolo eidem attri-
buitur, & in diuinis literis inuenitur. Hanc enim significat sponsus in Canti-
cis[a] clamans: Vna columba mea, perfecta mea. Hanc etiam expressit Apostolus[b]
cum dixit: Vnum corpus, vnus spiritus, &c. Ad hanc etiam vnitatem conseruandã
datos fuisse à Christo Apostolos, Prophetas, Doctores, Paul.[c] docet, vt occurramus,
inquit, omnes in vnitatem fidei, nec circumferamur omni vento doctrinæ.*

THES.71. Septima Ecclesiæ nota Vnitas.

a c.6.v.5.

b Eph.4.4.

c Eph.4.11.

*Hanc autem vnitatis notam, iure nobis ipsi Catholici vendicamus, & cum[d] I-
renæo audacter vereque gloriamur, qui vnum & solum verum Deum Doctorem
sequentes, & regulam veritatis habentes eius sermones, de iisdem semper eadem
dicimus. Et cum[e] Diuo Cypriano lætamur, vnam esse Ecclesiam nostram, quæ Do-
mini luce perfusa per orbem terrarum radios suos porrigit: vnum tamen lumen esse
quod vbique diffunditur, ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis exten-
dit, profluentes largiter riuos latius expandit.*

THES.72.

d L.4.cont.Valent.c.69. Ecclesia catholica vna, in se, & cum Patribus consentiens.

e L.de vnit. Eccl. post princip.

*De aduersariis autem quod[f] Tertullianus de Valentinianis & Marcionitis scri-
bit, audacter pronunciamus, Mentiamur si non à regula suis varians inter se, dū
vnusquisque proinde suo arbitrio modulatur quæ accepit, quemadmodum ex ar-
bitrio ea composuit ille qui tradidit. Idem licuit Valentinianis quod Valentino,
Marcionitis quod Marcioni (seu Lutheranis, quod Luthero, Cal. quod Caluino)
de arbitrio suo fidem innouare. De nostro autem adiicimus, Mentiamur si non inter
se discordes, cum priscis hæreticis vnanimes, cum tota antiquitate propugnantes
& in patres contumeliosi existant.*

THES.73.

f L.de præscriptione.

*Quæ ne à nobis asserta potius quam probata videantur, singula, principium ab
eo quod extremo loco posuimus sumpto, demonstremus. Ac Lutherus quidem eorum
non modò doctrinam reprehendit, sed etiam conuitiis onerat & insectatur. Ait e-
nim alicubi[g] Patres tot seculorum planè cæcutisse, imperitissimos fuisse sacrarum li-
terarum, tota vita errasse, & nisi ante mortem reducti fuerint, neque sanctos fu-
isse, neque ad Ecclesiam pertinere. Et alibi[h] Hieronymus Fidei & veræ religionis
ne semel quidem in suis scriptis meminit, Origenem iam olim excommunicaui, Chry-
sostomum nullo loco habeo. Nihil est enim nisi loquaculus. Basilius planè nihil va-
let, totus Monachus, ego ne pili illum facio. Apologia Philippi superat omnes Do-
ctores Eccl. & ipsum August. Et rursum in gen. scribens, vbi contra Pontificij san-
cti in leuibus causis impatientissimi sunt, quam impatiens est ipse Hieronymus*

THES.74.

g L.de Seruo arbitrio.

h L.de colloquiis mensalib. apud Aurifabrum. Protestantes impij & contumeliosi in Patres.

Et Tit.20.p.273

Et in cap. 22.[a] Quin te Hieronyme conculcamus cum tua Bethleem, cucullo & desensu? Et in[b] cap. 31. Impia hæc & Diabolica vox est Hieronymi. & in c. 49.[c] Gregorius fons & auctor est fabularum de purgatorio, & missarum pro defunctis. Et Gregorius[d] admodum tenuiter cognouit Christum, & verbum Euangelij. Benedictus,[e] Franciscus, & alij Monachorum Patres cum Abraham comparati mera stercora sunt. Et Franciscus stultus fuit[f], & stigmata ex inani gloria sibi impressit. [g] Quid quod ne ab ipsis Christi Apostolis se abstinet? [h] Petrum enim tanquam fanaticum, loqui ait verba talia, quæ ne hodie quidem à nobis intelligi possunt; Paulum verò expressè hæreticum vocat, & planè, ut apparet, seriò.

Nec minus impudenter de Patribus Philippus, Magistrum sequutus, qui in lib. de Ecclesia[k] omnes Patres errasse, fusè conatur ostendere, nec tamen alios errores affert, quàm sanctissima Ecclesiæ dogmata, quæ hodieque tenemus. Et in Ep[illegible] cap. 3. ab initio Ecclesiæ dicere non veretur[l] scriptores veteres obscurasse doctrinam, & mysteria Fidei, auxisse Ceremonias, & finxisse peculiares cultus.

Tantundem ait de omnibus homo omnium maledicentissimus Ioannes Caluinus, qui[m] Patres quædam superstitionis semina iecisse, & occasionem Tyrannidis, quæ postea exorta est, præbuisse, non dubitat asseuerare. De[n] libero arbitrio, quod cum Ecclesia docuerunt, frigidam, & deformatam Theologiam ait tradidisse,[o] in doctrina de satisfactione errasse turpiter,[p] in oratione pro defunctis, & mandato Dei, & legitimo exemplo destitutos fuisse, in[q] Quæstione de sacrificio Missæ Iudaicum sacrificandi morem imitatos,[r] in ieiuniis fuisse superstitiosos,[s] immodica seueritate peccasse, quod plus requirant in Episcopo, quàm Paulus requirat, ac præsertim successu temporis cælibatum: & alia profert his similia innumera, quæ piæ aures ne audire quidem sustinent.

In quibus omnibus quid facit quæso aliud, quàm nostram Ecclesiam, cum primitiua illa eandem, suam autem Patribus ut dissentientem, aliam, atque diuersam ostendere? Quod idem clariùs Magdeb. faciunt in singulis Centuriis,[t] dum studiosè annotant & etiam reprehendunt in uniuscuiusque seculi Patribus ab ipsis Apostolorum temporibus, quæ modò Ecclesia Catholica amplectitur. Omitto quæ de[u] Augustino Snepfius, de[x] Hieron. Spangenbergius, & de omnibus Patribus Pomeranus, Erasmus, Alberus, Dauid Cythræus impiissimè scripsere. Sanctorum interim Patrum, (quantumuis ringatur inuidia) & venerabilis erit memoria, & in manibus florescens opera.

A quibus verè Orthodoxis quantum dissentiunt, tantum, ut præclari absurdorum dogmatum architecti, hæreticis omnibus astipulantur, eorum sequuntur doctrinam, exosculantur errores. Ac inprimis solam fidem ad salutem satis esse volunt, in eaque iustitiam consistere: quod idem & Simon[b] Magus, & etiam[c] Eunomius voluerunt[d]. Reiiciunt sacrum Chrisma; reiecerunt & Donatistæ, & Nouatiani: Sanctorum cultum, reliquias, & imagines non tolerant: nec Vigilantius[e] nec Iconoclastæ tolerarunt[f]. Orandi & sacrificandi pro defunctis consuetudinem insectantur: insectati sunt Aeriani,[f] Xenaias & Armeni. Negant & execrantur Missæ sacrificium, negarunt & execrati sunt[g] Petrobusiani. Verba Dominicæ cœnæ ad Tropum Symbolumque referunt, & manducationem spiritualem urgent: Et retulerunt, & urserunt Berengarius[h] & Vicleuistæ. nullum voto locum concedunt, aut virginitati: nec[i] Iouinianus Hæreticus concessit.[k] Statis

a Pag. 319.
b Pag. 466.
c Pag. 631.
d In c. 49. Pag. 716.
e In c. 12. Pag. 150.
f In c. 31. p. 164
g In comm. c. 6. ad Galat. p. 438.
h In c. 6. Genes. p. 104.
i In c. 6. Ep. ad Gal. p. 435.
THES. 75.
k Ab initio & deinceps.
l In resp. ad Arti. Bauaricæ inquisi. to. 1. p. 364.
THES. 76.
m L. 4. inst. c. 12. sect. 9.
n L. 2. c. 3. s. 9.
o L. 3. c. 4. sect. 38.
p L. 3. c. 5. sect. 10.
q L. 4. c. 18. sect. 11.
r L. 4. c. 12. sect. 20.
s L. 4. c. 4. sect. 10.
THES. 77.
t C. 4. circa finem.
u L. de Eucharistia.
x Contra Genn.
THES. 78.
y In Ionam.
z Contra Carolstadium.
a L. de studio Theologiæ rectè inchoando.
b Iren. l. 1. con. Val. c. 20.
c August. hære. 54.
d L. 3. de hær. fabulis. e Hier. contr. Vigil. f Nicena Synod. 2. f Heres. 75. Damasc. l. de hæres. Niceph. l. 16. hist. eccl.
Protest. à priscis hæreticis sua dogmata mutuati sunt. g Petrus Clun. l. de sacrif. missæ. h De consecrat. d. 2. In Arti. Rom. Paris, & Oxoniæ damnatis. i Hier. cont. Iouin. k Epiph. hær. 75. August. hær. 53.

celebrari ieiunia nolunt, ſed pro arbitrio cuiquam ieiunandum cenſent: nec Arriani voluere.

THES. 69.

Concupiſcentiam in renatis ſemper viuere, vereque eſſe peccatum, nec tolli per Baptiſmum, ſed ſopiri per fidem tradunt: idem prorſus & Meſſaliani tradidere. Non[a] *expedire omnia Chriſti cauſa relinquere, pauperibus dare, & ad religionem ſe conferre contendunt: contendit & ante eos idem* [b] *Vigilantius hæreticus. Veterem Eccleſiam veluti in fide & doctrina errantem deſerunt, adeoque de orbe terrarum periiſſe proclamant: & deſeruere illam &* [c] *Donatiſtæ, & idem proclamauerunt. Solam ſcripturam in controuerſiis fidei quæſtionibus iudicem ſtatuunt, traditiones non ſcriptas reſpuunt penitus. Reſpuerunt olim* [d] *Ariani, Eunomius, & quotquot fere hæretici vnquam extiterunt. Hæc atque alia, vt ſuam cum veteri Eccleſia vnitatem comprobent, proteſtantes noſtri, cum ſanctis ſcilicet & iampridem damnatis ſuis patribus tuentur ac defendunt: ab omnibus recipi volunt, Euangelij nomine impudentiſſimè venditant.*

[a] Epiphan. hæres. 64.
[b] Hieron. contra Vigilantium.
[c] Auguſt. li. de vnit. Eccl. & paſſim contra Donat.
[d] Theodoretus. l. 1. Eccl. hiſt. c. 8. Baſil. l. de Spir. 5.

THES. 70.

Quę quum ita ſe habeant, quis eos ſe concordes eſſe putet? pręcipuè cùm ita fere nati ſunt homines, vt quorum imitantur doctrinam, imitentur & mores. At hæretici omnes veteres, ſemper non modò inter ſe, ſed etiam & ſibi ipſis diſſentientes fuere, adeò vt quoties hęreſis exorta in Eccleſia eſt, non fere ſola exorta ſit. Hunc enim morem habent hęretici, vt præclarè Ep. Diac. vt quoties vno verbo pietatem contempſerint, & à via veritatis aberrauerint, in multos & varios errores dilabantur. vniformis enim veritas: mendacium autem in varia diſtrahitur.

THES. 71.

Tum etiam iiſdem vſu venire ſolet & illud, quod viatoribus, ſi quando à recto itinere deuiarint. Vt enim illi, ait quidam, alias ex aliis ſemitas ingredientes vagantur, & errant, nullum peritum regionum ducem ſecuti: ſic iſti duce carentes Eccleſia, quam reliquerunt, quum de rectæ fidei Religioniſque curriculo deflexerint, alia ex aliis impietatis diuerticula ſunt ingreſſi, capitibuſque diſſecti, cauda verò colligati, in ſola vnius ſanctæ Catholicæ Eccl. ſententia oppugnanda ſunt concordes: quod priſcis hæreticis grauiſſimi auctores memoriæ prodiderunt. Et in primis de hæreſi Simonis Magi primi hęreſiarchæ [e] *Irenæus in ſuo ſtatim ortu in Menandrianos, Baſylidianos & Saturnianos, diuiſam fuiſſe docet: de Donatiſtarum ſecta* [f]*, Auguſtinus teſtatur ſuo etiam tempore in minutiſſima fruſta conciſam, ac de aliis* [g] *alij integris voluminibus idem comprobarunt.*

[e] Irenæus lib. 1. c. 21. & l. 1. c. 5.
[f] l. 1. de Baptiſmo c. 6.
[g] Epiphan. in opere Panario. Theodoret. l. de hæreticorum fabulis.

THES. 72.
Proteſtantes inter ſe diſcordes.

Quin & ſi quis animum ad hæc noſtra tempora conferre, atque in his illorum factiones intueri velit, qui ſe ab vna hac ſancta Catholica Eccleſia ſegregauerunt tot omnino inueniet errores, quot homines de dogmatibus fidei diſſerentes: aliud Lutherum, aliud Carolſtadium, aliud Zuinglium, alud Oſiandrum, aliud Schuenckfeldum, aliud Illyrianos, aliud Antinomos, aliud Seruetianos, aliud Trinitarios, aliud denique alios docere comperit: totque ex vno capite [h] *Lutheri prognatas ſectas, vt fere centeſimum attingant numerum: quarum tamen ſingulæ priuatas habeant opiniones, & diſcrepantia, planeque diuerſa dogmata tueantur: omnes autem huiuſmodi, vt alicubi cum Iudęis, in pleriſque cum Turcis, in omnibus ferè cum antiquiſſimis Eccleſiæ hoſtibus conſpirare videantur.*

[h] Lege Staphy. l. de concordia diſcipul Lutheri. Lindani dubit. & tabulas Analiticas.

THES. 73.
Hoſius l. 1. confut. Prolego. Brentij. Georg. Ederum. Prateolum: alios.

Hanc autem diſcordiam atque diſſenſionem de rebus leuibus haudquaquam eſſe, ſed de præcipuis Chriſtianæ religionis capitibus, ipſoque, quod aiunt, fundamento, mutua teſtantur eorundem acerbiſſima diſſidia, clamant cruenta certamina, quibus alter alterum editis libris coarguit, maxima animorum contentione impugnat, conuitiis, maledictis, & opprobriis onerat, proſcindit, lacerat: demon-

ſtrant hoc denique ipſorum à veritate exortę voces à nobis ſupra allatę, quibus rem ita ſe habere, ingenuè confitentur: & Ioan. Brentius Lutheranus ex publicis teſtimoniis ipſius Lutheri, Melancthonis, & ex hiſtoria Ioan. Lauatheri de re Sacramentaria clariſſimè probat.

Ex hac vnitatis nota, (qua Eccleſiam proteſtantium, nec cum ſuperiorum ætatum patribus conſpirare, nec in ſe ipſa vnam, indiuiſam, concordem exiſtere, luce clarius eſt demonſtratum) manifeſtè colligitur, totam eorundem multitudinem ad veram Eccleſiam pertinere, nulla ratione poſſe. Nec enim contradicentia vera eſſe queunt. Ac proinde ſi Lutheranorum ſecta Eccleſia eſt, Caluiniſtarum certè eſſe non poteſt, & idem de cæteris omnibus: cùm earum vnaquæque diuerſa dogmata tueatur, quæ Eccleſiæ vnitati repugnare nemo non videt. Ex eadem etiam deducitur, ne ſectarum quidem vllam huius temporis, Eccleſiam veram efficere, vel ipſis etiam iudicibus, quandoquidem nobiſcum ſingulæ ſingulis Eccleſiæ & nomen, & authoritatem detrahant.

Romanam autem è contrario liquet: ac qui ei communicat, per orbem diffuſum Chriſtianorum cœtum, Eccl. Chriſti ſanctam & quidem ſolam conſtituere, vtpote quæ omnes in vniuerſum eorum reiiciat ac damnet hæreſes, eadem ſemper profitetur, vt Athan. ait: neq; diuerſa ſentiat, neq; à maiorib. diſſideat. Deniq; ex hac eadem nota, qua aduerſarij carent, & illud ſequitur, eorum ſectas haudquaquam conſiſtere poſſe diu, ſed vt decumanos fluctus, vt Athan. verbis vtar, qui ſubinde variis ventis agitati, in ſeſe tandem reuoluti, deſpumantes euaneſcunt, diſpereunt.

Quis enim alius exitus expectandus eſt, niſi quem prædixit[b] Propheta: Diuiſum eſt, inquit, cor eorum, nunc interibunt: quum præſertim à Chriſto quoq; dictum ſit, quòd[c] omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Hoc ita fore, eorum præcipui, & ipſi quaſi ſui interitus prouidi, prænunciarunt[d], Lutherus, [e]Caluinus, [f]Centuriatores[g], alij: & veterum omnium hæreticorum defectio probat: quorum, vt ait Theodoretus, [h]Doctrina partim radicitus euulſa eſt, partim à ſemiaridis arboribus nihil differens, in paucis vrbibus & vicis manet: opera autem, vt inclytus Chriſti Martyr[i] Thomas Morus annotauit, paulò poſt cuiuſque mortem ſic interierunt, vt hodie nullius antiqui quicquam prorſus extet vſquam, vt planè teſtatum ſit ipſius Dei manu factum, vt hæreticorum telæ, velut aranearum caſſes, deciderent, & per ſe neglectæ, ſordibus & ſitu exoleſcerent.

Ipſa interim Eccleſia Romana & Catholica quum vna ſit omnino & ſibi ſemper conſentiens, conſtanter & ſolidè gubernaculum rectæ fidei in Cymba Apoſtolica tenebit, & intra tot mundi freta, vt[k] Ambroſij vtar verbis, tanquam ſuper Apoſtolicam fundata petram, manebit immobilis, & inconcuſſo aduerſus impetus ſæuientis ſali fundamine perſeuerabit. Impugnabitur illa quidem, vt ait Chryſoſtomus, [l]non tamen vinci poterit: tempeſtates ſuſcipiet, ſed non demergetur: iacula in eam mittentur, ſed non perforabitur. Teſtatur res ipſa, teſtatur & horum que fiunt aſtipulatio. Quanti impugnarunt, & nemo præualuit? & impugnatores quidem taciturnitati & obliuioni dati ſunt, Eccle. autem quotidie virtutib. augmentatur. Quum igitur tantum auxiliū Dei, tantum profectū fructumq; videmus, dubitabimus (vt cum Aug. concludā) nos eius Eccl. condere gremio, quæ vſq; ad confeſſionem generis humani, ab Apoſt. ſede per ſucceſſiones Epi. fruſtra hæreticis circūlatrantib. & partim plebis ipſius iudicio, partim Conciliorū grauitate, partim etiam miraculorum maieſtate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas partes dare, vel ſummę profectò impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ eſt.

In fine libelli de diſpenſatione corporis & Sanguinis Domini, contra Bullingerum Zuinglianum.

Eccleſiarum Proteſt. nulla eſt vera Eccleſia.

a L. de decretis Nicenæ Synodi contra Euſeb. In fine Sermon. contr. omnes hæreſes.

b Oſeæ 10.2.

Hæreticorum Interitus cauſa diſſenſio.

c Luc. 11.17.

d In c.47. Gene. p.686. & in c.14. p.175.

e In præf. Catechiſmi ad Miniſtros Eccleſiæ.

f In præf. Centuriæ. 2. & 5.

g Nicolaus Gallus in Themate de priuat. confeſ. Auguſt. Tilmannus Heſhuſius in ep. de Exorciſmo.

h L.3. hæret. fabularum.

i In Ep. ad Ioan. Pomeranum. p.6.

k L.7. Ep.44. in princip.

l In ſermone de Penticoſte in fine.

Tim. 3. & l. de vtilitate credendi ad Honor. c.17. prope fin. to.6.

CAPVT.

Vnitas 7. nota Eccleſiæ ab Aſſertore propoſita. A Theſ. 71. ad 87. p. 34. 35 & c. vſque ad fin.

Analyſis Theſ. 71. ad 87.

EA demum Eccleſia in qua eſt vnitas, eſt vera Eccleſia. Eccleſia Romana eſt eiuſmodi. Eſt igitur vera Eccleſia.

Maior probatur ex his locis. Vna columba mea, perfecta mea. Item: vnum corpus, vnus Spiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Item: vt occurramus omnes in vnitatem fidei, nec circumferamur omni vento doctrinæ. Item, De iiſdem ſemper eadem dicimus, inquit, Irenæus.

Cant. 6.
Eph. 4.
Ibid.
Lib. 4. c. 69.

Minor eſt in promptu. At Proteſtantes non habent hoc Symbolum Eccleſiæ, qui Veteres damnant, & ipſi inter ſe diuiſi ſunt, vt patet ex eorum ſcriptis. Contradictoria autem vera eſſe non poſſunt.

EARVNDEM THES. REFVTATIO.

TAndem plumbeũ illum pugionem quem ſępe oſtentaſti, in nos diſtringis, quo vos Monachi vobis egregiè videmini *Proteſtantes* confodere, *dum illis ſuas diſſenſiones obiicitis:* Ergo quanti ſit momenti tua iſthęc argumentatio, videamus. Sed antequam vlteriùs progrediar, quia in hac diſputatione *ſæpenumero nos cum veteribus hæreticis inter ſe diſſentientibus comparaſti*, volo illam tuam calumniam à nobis depellere. Nam veteres hęretici, cuiuſmodi fuerunt, Valentiniani, Manichæi, Arriani, Donatiſtę, nec iiſdem temporibus exorti ſunt, nec vllo inter ſe vinculo fuere coniuncti. At quotquot Eccleſiam Reformatam profitentur, eodem omnes ſpectant, idem habent fundamentum, & coniunctiſſimis animis veſtros errores craſſiſſimos deteſtantur: ſtudent Euangelicæ veritati, non nouam inducentes, ſed primam ac veram reducentes & quoad eius fieri poteſt inſtaurantes Eccleſiam. Negas? Ergo pedem hic figere te oportuit: quod ni feceris, non eſt cur amplius nobis tanquam iſtorum conuictis reponas veteres hæreticos, quibuſcum nihil nobis nec fuit, nec eſt commune.

An Aſſertor Proteſtantes cum veterib. hęr inter ſe diſſentientib. rectè compararit. !

Argum. Aſſertoris excuti.

Iam accedo ad tuum argumentum. Maior, vt proponitur, non eſt vera. Nec enim *vnitas, per ſe, veram Eccleſiam demonſtrat:* ſed tantùm, quatenus eſt veræ doctrinæ ac ſyncerę fidei vnitas: eòque ſpectant loci à te citati qui etiam de charitatis vinculo arctiſſimo loquuntur, ac propterea nihil tuam adiuuant ſententiam: niſi prius euiceris (quod nunquam ſanè facies) ſynceræ fidei vnitatem à vobis retineri, qui tamen ſynceram fidem non habetis. Alioqui veteres etiam hęretici fuerunt vera Eccleſia, quorum ſectę vnam eandemque doctrinam ſunt profeſſæ. Deinde quia *vnitas Eccleſiæ propriè dicitur, eò quòd vna ſit Eccleſia: & vna eſt, quia prima* inquit Tertullianus (vt ante ſuo loco dictum eſt) relinquitur, vt ea demum Eccleſia Chriſtiana habeat veram vnitatem, quæ primæ, hoc eſt, Apoſtolicæ Eccleſię doctrinam retinet: quod vos quidem impudentiſſimè affirmatis, nos autem conſtantiſſimè inficiamur.

De pręſcript. hæret.

Itaque (vt ad minorem tuam propoſitionem accedam) ſi ſatis intelligeres quæ ſit vera *vnitas Eccleſiæ*, nunquam eam vel Rom. Eccleſiæ tribueres, vel nobis denegares: quod vt fiat perſpicuum, *duo nobis breuiter ſunt diſpicienda*. Vnũ, *quatenus diſſenſiones in doctrina tollant vnitatem.*

Alterum, An propter eiuſmodi diſſenſiones nomen Eccleſię diſſentientibus non conueniat.

De diſſenſionibus in doctrina Eph. 4. Phil. 3.

Perfectam igitur *Eccleſiæ vnitatem* tunc demum futuram ſtatuendum eſſe dicimus, quũ (vt ait Paulus) *euademus omnes in virum perfectum:* quod (ſi propriè loquimur) ante diem nouiſſimum expectandum non eſt. Nimirum ea eſt noſtri iudicij imbecillitas, vt alios animi noſtri morbos præteream, vt in hac vita conſtituti non poſſimus, ita vt par eſt, per omnia conſentire, ne in iis quidem quæ intelligimus, ac fouere arctiſſimum illum conſenſum, qui nobis in Scriptura commendatur.

Venio ad alterum, & quæro, *an propter eiuſmodi diſſenſiones, Eccleſiæ nomen alicui cætui ſit adimendum.* Arbitror autem ex verbo Dei ſic eſſe rem definiendam: vt ſi qui in aliqua Eccleſia in fundamento fidei diſſentiant & in ſuo errore ſint contumaces, ad vnitatem Eccleſiæ non pertineant, illis nihilominus, qui adhęrent veritati, vnitatem Eccleſiæ ac veræ Eccl. nomen retinentibus. Quod vtrumq;, quia à te admitti non dubito, non confirmo plurib. rationibus, quum ſuam lucem pręferat. His ita poſitis, videamus quàm falſum ſit quod affirmas: *Eccleſiam Romanam dici ſeruare fidei vnitatem, & Proteſtantium Eccleſiam eſſe vnitate fidei deſtitutam.* Nos vtrumque illud falſum eſſe affirmamus. Quum enim Eccleſia Romana ab Apoſtolorum doctrina & ab ipſo fidei fundamento deſciuerit (quod oſtendere parati ſumus, & ſi falſò à nobis dicitur, prius oportuit nos eius falſitatis à te coargui, quàm, vt tu facis, aduerſum nos quaſi falſi conuictos, colligere) erroreſque ſuos mordicus retineat: certè ad vnitatem Eccleſiæ minimè pertinet. Quod autem ad nos *Proteſtantes* abs te vocatos attinet: quid tandem affers, quamobrem illi non habeant *fidei & Eccleſiæ vnitatem? Diſſentiunt,* inquis, *inter ſe:* quam diſſenſionem probas excerptis nonnullis ex aliquot doctorum ſcriptis. Atqui de ipſius Eccleſię Reformatæ fide non iudicandum ęſt ex aliquot priuatorum virorum ſcriptis (nec enim id velitis in veſtra Eccleſia fieri) ſed ex ipſis fidei noſtræ Confeſſionibus. Conſule igitur (ſi tibi ſic videtur) harmoniam Confeſſionum Eccleſię Reformatæ, & niſi impudentiſſimus eſſe velis, concordes eſſe nos magis inuenies quã ſperes vel optes. Sed video quid tibi velis: nimirum nobis *noſtras in capite de Cœna Domini, controuerſias obijcis;* quas ego quidem neque nego, nec etiam vel probo vel excuſo. Quibus aliis, quàm vobis, iſtud quicquid eſt controuerſiæ, acceptum feramus? Eſt enim certé id, de quo adhuc controuertitur, ex veſtrę Tranſubſtantiationis cloaca veluti deductus riuus, ex quo mirum eſt, ne nunc quidem enatare nonnullos non potuiſſe. Speramus autem Dominum hoc quoque aduerſum vos conceſſurum bonorum & moderatorum hominum pręcibus & lacrymis, vt hîc quoque breui abſterſis omnibus tenebris conſentiamus. Sed tu-ne ob illam diſſenſionem nobis vel *vnitatem Eccleſiæ* vel *verum Eccleſiæ nomen* eripies? Primùm nego, quod ad hanc controuerſiam attinet, *vllam eſſe diſſenſionem in ipſo fidei fundamento.* Omnes enim Sacroſanctam Cœnam à Ieſu Chriſto Seruatore noſtro inſtitutam, & piè ſummaque reuerentia fidelibus celebrandam, & in ea fideles corporis pro nobis traditi, & ſanguinis Domini pro nobis effuſi, verè fieri participes credimus. De re igitur conſtat,

De diſcrepantia eorum qui Reformatam Eccl. profitentur, in capite De Cœna Domini.

de modo, controuerſia eſt: quòd *alij ipſum Chriſti corpus, non tantùm ſacramentaliter, ſed etiam reipſa adeſſe cum pane exiſtiment: alij doceant ipſum Chriſti corpus reipſa & eſſentialiter nunc alibi non eſſe, quàm in cœlo, ſed ſymbolis [illegible] adeò efficaciter nobis repræſentari, vt nihilominus per Chriſti promiſſiam ac veritatem, credentes fiant ſpirituali modo per fidem illius corporis & ſanguinis verè participes: non vt corpora noſtra Chriſti Corpus contingant, ſed vt ex ipſo vitam æternam hauriamus.* Tunc igitur propterea nomen *Eccleſiæ* abrogabis? Ego verò, mi *Aſſertor*, volo teipſum aduocatum adhibere, vt (quanquã inuitus) hanc tamen noſtram cauſam agas. Credo te meminiſſe quid ſupra ſcripſeris, à me capite quarto commemoratum: quum affirmares *Galatas licet errore magno deprauatos, ac etiam Corinthios, fuiſſe nihilominus de Eccleſia.* Atqui *inter Corinthios erant hæreſes* (inquit Paulus) ipſique Corinthij factionibus non carebant: quinetiam illic non deerant (vt paulò antè dixi) *qui negarent futuram mortuorum reſurrectionem*: quod quidem eſſe caput vel vnum ex præcipuis Religionis Chriſtianæ, nemo Chriſtianus dubitat. Te igitur pro nobis diſputantem ita inducamus.

Aſſertor Proteſtantium patronus, quanquam inuitus.
1.Cor.11.
1.Cor.1.
1.cor.5.

Si Galatæ & Corinthij quamuis errore deprauati, ac de præcipuo fidei fundamento, nec de modo, ſed de reipſa inter ſe diſſidentes, tamen Eccleſiæ veræ nomen retinuerunt: quantò minus diſſenſio de aliquo Sacræ Domini Cœnæ capite inter eos, qui Reformatam Eccleſiam profitentur, oborta, efficiet vt ipſis nomen Eccleſiæ adimatur? Quinetiam ſi huiuſce noſtri inſtituti ratio pateretur, proferrem vetuſtiſſimam illam diſceptationem *de ceremoniis Moſaicis retinendis*, quæ diu multumque Eccleſiam Chriſtianam exercuit: nec tacerem *de Petro à Paulo reprehenſo, quum ille ſeſe à Gentibus ſubduceret ac ſepararet*. Commemorarem præterea *Occidentales Eccleſias olim ab Orientalibus nonmodò diſſidentes, verumetiam diuulſas, quum ageretur de Die Paſchatis celebrando.* Vrgerem etiam Africanas Eccleſias Cypriani temporibus *de baptizandis hæreticis à reliquis Eccleſiis* diſſentientes. Ac, ſi ad ipſorum Doctorum ſcripta deueniendum eſſet, afferrem veteres diſceptationes *de peccato originis: de origine animarum: de Petro reprehenſo à Paulo:* de quibus rebus & plerisque aliis grauiſſimi olim Eccl. Doctores inter ſe contenderunt. Quinetiam, ſi res poſtularet, veterum Doctorum, vt Origenis, Tertulliani & aliquot aliorum errores recenſerem, ex quibus omnibus nomen Eccleſiæ nunquam propterea ademptum eſt piis & Orthodoxis Chriſtianis. Neque nos propterea veteres damnamus, Hoc enim etiam obiiciebas. Nam apud nos authoritatem eam habent, quam ipſi poſtulant, dum eorum ſcripta ad Sacrarum literarum regulam dirigimus, eorumq; nęuos [illegible] manu obtegimus, ne poſſint officere veritati. Tu verò, mi *Aſſertor*, qui nobis *vnitatem Eccleſię Catholicæ* tantopere commendas, quid dicturus es de Græcis Eccl. de Pontificis Rom. primatu, de Purgatorio, ac de permultis aliis ab Eccleſia Romana diſcrepantibus? Dices nimirum *extra Eccleſiam eſſe.* At nos minimè vobis aſſentimur. Atq; vt ad rem ipſam propius accedamus, num ignoras *quoties Eccleſia veſtra fuerit conflictata Antipapis identidem emergentibus, quorum quiſque ſe gerebat pro capite Eccleſię Catholicæ, & riualem ſuum non ſolùm anathematum fulminibus, ſed armis etiam impetebat*? Non tenes *quoties alij aliorum acta, vt Gregorij [illegible] nullis exceptis, Papæ veſtri reſciderint*? Oblitus-ne es *nondum inter vos*

Veteres diſſenſiones in Eccl. nomen Eccleſiæ nõ ſuſtulerunt.
Act.14.15.
Gala.2.3.4.5.
Vide Euſeb. & reliq. hiſtoriogr.
Vide cypr. ad Iubaia. & acta Syn. Afric.
Vide Ep. Aug. & Hier.
An Proteſt. damnent Veteres.
Diſſenſiones Eccl. Ro. cruentæ.

conſtare, vtrum Papa ſit ſupra Concilium, an Concilium ſupra Papam? qua in re (ne erres) meminiſtine quamdiu durarit *Monachalis illa controuerſia: fuerit-ne virgo ſanctiſſima in peccato originis concepta?* Illa vero *de maximis rebus contentioſiſſimè nuper admodum Romæ inter Caietanum, Catharinum, Sotanum & alios agitata, & editis ſcriptis prodita, an non adhuc indeciſa permanent?* Ecquis vero *Scotum vel Durandum cum Aquinate, Occamiſtas, Reales, & Nominales inter ſe vnquam conciliarit?* Quum antea nobis Arianos, Sabellianos, Anabaptiſtas, & alia eiuſmodi monſtra obiicitis, quo pudore iſtud facitis, quum hos ipſos nulli acrius quàm noſtri oppugnent? *At ex vobis,* inquies, *exierunt.* Nempe, vt inquit Ioannes, *quia ex noſtris non erant, neque ſunt.* Quod ſi te tuoſque Sodales ac innumerabiles alios Monachorum greges oculis nulla animi perturbatione ſuffuſis velis intueri, quot quantaſque in rebus omnibus contentiones, quot diſſidia reperias? quàm meritò illud axioma vſurpare poſſis, *Contradicentia ſimul vera eſſe non poſſe?* Sed ne ſim longior, quandoquidem inprimis *diſſenſionem in capite De Cœna Domini nobis obiicitis:* ego viciſſim tibi tuiſque Monachis obiicio, multas ipſorum ac varias controuerſias non de Cœna Domini, ſed *de ſua Tranſſubſtantiatione, quam habent illi pro fidei Romanę fundamento,* de Cœna Domini nihil curantes. Ecce igitur profero quæſtiones inter veſtros Scholaſticos agitatas ac nondum definitas, nempe, *An in Tranſſubſtantiatione panis ſubſtantia annihiletur, an reſoluatur in materiam primam, aut conuertatur in corpus Chriſti.* Item: *an verum Chriſti corpus ſub panis accidentib. frangatur & manibus ac dentibus atteratur: quod Nicolaus Papa & Concilium Romæ hac de re habitum ſtatuit & credendum tradidit Berengario: cui dogmati plerique omnes Pontificij contradicunt.* Item: *An corpus Chriſti in Euchariſtia ſumptum ex ipſius ſumentis ore ſtatim in cælum redeat.* Item: *vbinam fundentur accidentia panis, & vtrum ſint planè ſine ſubiecto, an verò fundentur in aëre.* Item: *An aqua vino in calice admixta tranſſubſtantietur.* Item: *Quid-nam comedant mures Euchariſtiam corrodentes.* Item: *vnde naſcantur vermes in Euchariſtia quandoque exiſtentes.*

Controuerſię Pontificiorũ de ſua Tranſſubſtantiatione.
Scotus in Report. Can. Ego Berengarius de conſecr. diſt. 2.
Scot. in Reſp.
Thom. opuſc. 59.
Scot. vbi ſup.
Lom. l. 4. c. 12.
Tho. 3. quæſt. 74. can. Qui bene de conſ. Diſt. 2. Thom. vbi ſup. &c.

Et infinitę propemodum eiuſmodi quæſtiones, quibus dignè, ſcilicet, argumentum de Cœna Domini tractant. Quamobrem, quum apud vos *caput illud doctrinæ de Tranſſubſtantiatione* tot quęſtionibus, difficultatibus, dubitationibus ſcateat nondum hactenus definitis, & nunquam poſthac definiendis: obſecro te, Monache, voſque adeo omnes Monachi Pontificij, quonam ore nobis obiicere audetis *vnam de Cœna Domini controuerſiam?* Imò vos potius maioreſque veſtros accuſate, qui tot ac tam craſſas tenebras ſanctiſſimo huic myſterio obduxiſtis, vt difficillimum fuerit, illud in ſuum priſtinum ſplendorem reſtituere. Nam quæcunque tandem eſt inter Proteſtantes hac de re controuerſia, eò certe omnes ſpectant, vt ſublatis veſtris erroribus, Sacroſancta Domini Cœna ex puriſſimo ipſius Chriſti inſtituto celebretur. Vos autem dum propterea nos inſectamini, ſimiliter facitis, vt ſi quis Medicos de grauiſſimo aliquo vulnere curando (vt ferè fit) inter ſe diſceptantes accuſet potius, quàm eum qui vulnus inflixerit. Etenim vt locum hunc de *vnitate Eccleſiæ* tandem concludamus, Eccleſia Romana, eiuſque ſatellites Monachi, licet multis in rebus inter ſe diſſentiant, in hoc tamen con-

Pontificij potius quàm Proteſtantes accuſandi.
Qui ſit Monachorum conſenſus.

conſentiunt quòd pios homines veritatis Euangelicæ ſtudioſos, ipſamque adeo veritatem, coniunctis animis & viribus opprimere conantur. Præſtiterit autem de vulnere curando aliquando diſceptare, quàm ad vulnus inferendum exitioſo conſenſu concurrere: quæ eſt (vt tibi ad extremum aliquid largiar) *vnitas illa Eccleſiæ Romanæ nota certiſſima.*

Sũma totius diſputationis.

Quæ quum ita ſint (eſt enim totius huiuſce diſputationis ſumma quædam facienda) concludimus, Aſſertiones Poſnanienſes, licet Theologicæ inſcriptæ ſint, non eſſe veras, ac proinde ne Theologicas quidem: quarum error primarius, vnde reliqui manarunt, (quem nos ipſa rectè ac Theologicè diſſerendi ſcientia iubet ante oculos conſtituere in accurata diſputatione ἀνασκευαστικῇ) hic eſt: quòd Aſſertor exiſtimauit, *ex nudis qualitatibus externiſque accidentibus poſſe nos veram alicuius rei cognitionem comparare. Ac propterea interroganti, quænam ſit vera Eccleſia, respondet, Eccleſiam eſſe Claram, Amplam, Diffuſam, Antiquam, & cætera einſmodi, quæ ad exteriores qualitates pertinent:* ſimiliter faciens, vt ſi interrogarem, quiſnam verus homo dicendus ſit, mihi reſponderet, eſſe album, magnum, iuuenem, diuitem & conſimilia, quæ non ad rei veritatem, ſed ad externas qualitates referuntur. At quando volumus verum à falſo diſcernere, non hærendum eſt in accidentibus: ſed ad intimam ipſius rei eſſentiam perueniendum eſt, ex qua ducitur vera alicuius rei cognitio. Hunc errorem Philoſophi vocant fallaciam ab Accidente.

Aſſertoris Primarius error.

Quamobrem nos ex verbo Dei ita ſtatuamus, *veras Eccleſiæ Chriſti notas non ab exterioribus rebus petendas, ſed ab iis rebus depromendas eſſe, quibus Eccleſiæ ſubſtantia continetur. Ac propterea Claritatem, Diffuſionem, Antiquitatem, viſibilem Epiſcoporum ſucceſſionem, non eſſe veras, nec certas Eccleſiæ Catholicæ ac verè Chriſtianæ notas (quod tamen Aſſertor efficere voluit, nec effecit) ſed doctrinæ puritatem ac legitimam Sacramentorum adminiſtrationem eſſe certa ſigna ac τεκμήρια veræ Chriſti Eccleſiæ: cui ſeſe adiungere debent quotquot haberi volunt verè Catholici, hoc eſt (vt hanc diſputationem verbis Auguſtini concludamus) Orthodoxi, integritatis cuſtodes & recta ſectantes.*

De uera Relig. c. 5.

LAVS DEO.